INSTITUTIONES IURIS CANONICI

ad usum
utriusque cleri et scholarum

Volumen II.
De Rebus

Editio tertia aucta et emendata.

nUOTRt

Om opus, cui titulus « Institutiones Iuris Canonici », editio tertia aucta et emendata, volumen secundum a Rev.do P. Matthaeo a Coronata, Ordinis Nostri Alumno in Provincia Genuensi, a duobus eiusdem Nostri Ordinis Patribus, quibus id commisimus, relectum et approbatum fuerit: praesentium tenore facultatem concedimus ut, servatis ceteris de iure servandis, typis demandari et publici iuris fieri possit.

Datum Romae, e Curia Nostra generali,
die 16 Augusti 1947.

Ft. Clemens a Milwaukee
Minister Generalis O. F. M. Cap.

Nihil obstat.

Taurini, 20 Augusti 1947.

Sac. Aloisius Quaglia, *Rev. Eccl.*

Imprimatur.

Can. ALOISIUS COCCOLO, *Vic. Gen.*

LIBER TERTIUS

PRAENOTIONES

De rebus in genere et de simonia

705. — I. De rebus in genere

1° Connexio materiae. - Postquam Codex libro primo principia quaedam generalia statuit et libro secundo *De personis* egit quae rationem finis habent quatenus personae sunt subiectum quod ad finem tendere debet; libro tertio *De rebus* agit, quo nomine veniunt media quae in administratione regulari et ordinaria ad finem consequendum necessaria sunt, remissa ad libros quartum et quintum tractatione *De processibus* et *De delictis et poenis* quae etiam rationem mediorum habent, at iuris laesionem supponunt et legum violationem.

706. — 2° Notio rei ecclesiasticae [1] - Res ecclesiasticae vocantur omnia media quibus Ecclesia utitur ad suum finem consequendum praeter processus et poenas [2].

Non omnia tamen media quibus Ecclesia utitur in libro tertio explicantur, sed praecipue et *ex professo* ibi de rebus agitur; ceterum ad media et ad res referendus esset fere totus liber primus et praesertim tituli *De legibus, de consuetudine, de privilegiis, de rescriptis, de dispensationibus,* itemque plura quae libro secundo explicantur [3].

1 Codex rubricam habet *de rebus* simpliciter, at quia de rebus ad Ecclesiae finem consequendum agit, nihil impedit quo minus rubricae addatur verbum *ecclesiasticae.*

2 C. 726.

3 Auctores non conveniunt in danda notione rei ecclesiasticae; quidam enim auctores ad res referunt omnia media; ita videtur sentire Prilmmer, *Manuale iuris canonici*3, n. 275; Eichmann, *Lehrbuch des Kirchenrechts,* pug. 257; Vermeersch, *Epitome,* II, 2. Alii excludunt a notione rei indicia et poenas, ita Bargilliat, *Praelectiones iuris canonici*31, n. 1390; Caesar Badii. *Institutiones iuris canonici*2, (1922) II, n. 334, qui ad notionem rei requirit ut sensibus aliquo modo percipi possit, quod non recte dictum videtur, sunt enim' etiam iura res sensu iuridico. Cfr. tamen Augustine qui eandem ac Badii conditionem sensibilitatis ponit at valde mitigatam; Augustine, *A Commentary on the new Code of canon law IV,* pag. 2-3. Blat, *Commentarium textus Codicis iuris canonici* latissime res intelligit at de rebus agi in hoc

707. — 8° Divisio rerum ecclesiasticarum. - Res ecclesiasticae triplicis speciei sunt: *Spirituales, temporales, mixtae.*

Etiam hire publico de hae triplici divisione loquuti sumus \ at nou eodem prorsus sensu; ibi enim exclusive ad finem rei attendebamus, non ad entitatem intrinsecam ipsius rei. Quas ibi *res spirituales* appellavimus hic res ecclesiasticas vocamus quae res ecclesiasticae dividuntur in res spirituales, temporales et mixtas, quae divisio, cum referatur ad res quae ad finem Ecclesiae pertinent, obiectum constituit legis ecclesiasticae, quod non velificatur de rebus temporalibus sensu quo explicavimus in iure publico.

Divisio ista a Codice inducta est, et oritur ex natura intrinseca et iuridica ipsius rei simul et a fine cui res destinatur 2.

a) *Res spirituales* illae vocantur quae ita *exclusive* ad vitam spiritualem Ecclesiae *directe* destinantur ut ad alium finem non inserviant. Huiusmodi res sunt iurisdictio ecclesiastica, sacramenta, potestas ordinis etc. Res *spirituales* possunt esse materiales et immateriales; si sint materiales, ut sunt actiones sacramentales, materia fere absorbetur ab entitate spirituali quae ei adnectitur ita ut illa res materialis non possit amplius adhiberi ad finem temporalem. Benedictio constitutiva non requiritur, ut videtur, ad rem spiritualem constituendam, sufficit deputatio auctoritativa3.

b} Res temporales eae dicuntur quae ad vitam physicam Ecclesiae *exclusive* et *directe* ordinantur. Tales sunt bona omnia temporalia quibus Ecclesia utitur ad sacrorum ministrorum, aut pauperum aut personarum ecclesiasticarum sustentationem, aut ad cultum publicum externum, aut ad aha opera in societate exercenda. Etiam res temporales possunt esse materiales et immateriales.

Etiam tales res aliquo modo sacrae sunt, quia ad finem spiritualem Ecclesiae ultimo referuntur; et *naturam iuridicam* diversam a rebus quae sunt in dominio societatis civilis habent ·.

c) *Res mixtae* sunt quae ad utrumque finem, ad vitam nempe spiritualem et physicam, referuntur aut saltem referri possunt. Res mixtae hoc sensu sunt sacrae supellectiles benedictae aut consecratae, quae, etiam praecisa benedictione, pretio aestimabiles sunt5.

libro solummodo partialiter asserit: cfr. Blut, *Commentarium textus* lib. III, vol. I, pag. 2. Codex nomen rei non videtur restringere ad res de quibus agitur in Codice hoc libro; non dicit enim res sunt *omnia media,* sed sunt *totidem media;* item loquitur *de. rebus de quibus* In hoc libro agitur: qnod supponere videtur et alias *res* haberi in aliis libris.

* Cfr. P. Matthaeum a Coronata, *Ius publicum ecclesiasticum,* n. 83 et 87.

II Monitore ecclesiastico, 1919, pag. 36, erroneam habet distinctionem hanc ex *line;* quod non recte dictum putamus; cfr. Badii, *I. c.,* II. 334; Bargilliat, *l. c.,* 1390; Ferreros, Z. *c.*. 11. 5; Eichmann, *Lchrbuch des K. II.,* pag. 257-258; Augustine, *l. c.,* IV, pag. 4-5.

3 Eichmann, Z. c., p. 258-259.

4 Cfr. P. Matth. a Coronata. *Ius publicum ecclesiasticum,* n. 167.

5 Dicimus res temporales et spirituales *directe* et *exclusive* referri ad finem; non item ns mixtas quae possunt ad utrumque finem directe referri; necessarium autem putamus verbum illud addere *directe* et *exclusive,* quia aliter distinctio non haberetur; omnes enim res ecclesiasticae indirecte ad finem spiritualem et vitam spiritualem Ecclesiae referuntur.

Tales sunt loca sacra, utensilia consecrata etc. quae, etiam praecisa consecratione aut destinatione ad finem sacrum aut ad vitam spiritualem Ecclesiae, pretio aestimabiles sunt 1. Per se tales res pretio aestimabiles sunt independonter a relatione ad finem et a consecratione seu benedictione. *Directe* igitur per se referri possunt ad utrumque finem 2.

708. — II. De simonia. - 1° Notio. - Simoniae nomen etymologice a Simone mago 3 est contractus, lato sensu acceptus, sacrilegus circa spiritualia aut etiam circa temporalia intuitu religionis a lege naturali aut ecclesiastica prohibitus 4.

Cum hac definitione concordat descriptio a Codice data: *Studiosa voluntas emendi vel vendendi pro pretio temporali rem intrinsece spiritualem,* e. g. Sacramenta, ecclesiasticam iurisdictionem, consecrationem, indulgentias, etc., *vel rem temporalem rei spirituali adnexam ita ut res temporalis sine spirituali nullo modo esse possit,* e. g., beneficium ecclesiasticum, etc., *aut res spiritualis sit obiectum, etsi partiale, contractus,* e. g., consecratio in calicis consecrati venditione, *est simonia iuiis divini. Dare vero res temporales spirituali adnexas pro temporalibus spirituali adnexis, vel res spirituales pro spiritualibus, vel etiam temporales pro temporalibus, si id ob periculum irreverentiae erga res spirituales ab Ecclesia prohibeatur, est simonia iuris ecclesiasticis.* In qua descriptione *contractus* expresse non nominatur, at implicite continetur in verbis *voluntas emendi et vendendi* et *dare* 5. Licet autem descriptio quam dat Codex pro simonia iuris divini absolute referri possit ad simoniam mere internam, quae peccatum, non delictum est, tamen nos, ne nostra provincia egredi videamur, de sola simonia, nisi aliud dicamus, quae delictum aut est aut esse potest, loquimur; ideoque verba *studiosa voluntas* necessario de externa voluntate, seu de *studiosa* seu deliberata *voluntate* externe manifestata intelligenda sunt; de internis enim in proprio foro non iudicat Ecclesia 6.

Nota autem ad simoniam requiri animum deliberatum seu studiosum, i. e., cum advertentia mali habitus actus voluntatis; nam simoniae reus saltem coram Deo non est qui contractum simoniacum tantum obiective init 8.

Malitia autem huius delicti recte exprimitur a S. Petro in *Act. Apost. 9:*

1 Cfr. c. 730; Eichmann, *l. c.,* pag. 257-258.
2 Augustine, *l. c.,* IV, pag. 2-5.
3 *Act. Ap.* vili, 18-20; delictum autem multo antiquius.
4 C. 727, § 1-2; Wernz, *Ius decretalium,* VI, 340, not. 6; Eichmann, *Lehrbuchdes Kirchenrechts,* 260; idem *Das Strairecht des Codex iuris canonici,* pag. 205-206; Hollwcck, *Die kirchlichc Strafgesetzc* (1899) pag. 181 sq. in notis, ubi de distinctione peccati simoniae a simonlac delicto.
5 C. 727, § 1-2.
6 Cfr. c. 728.
7 Cfr. Augustine, *l. c.,* IV, p. 6; Eichmann, *Lehrbuch des K. Ii.,* pag. 260; D'Annibale, *Summula,* III, 88; Holhveck, *l.* c., pag. 181, nota 1; aliter Noldin: « Ad simoniaeessentiam non requiritur ut pactum mutuo consensu reipsa perficiatur, sed sufficit, ut inchoetur, eo quod adsit unius partis interior paciscendi seu alium obligandi voluntas »; quae vera sunt si de peccato simoniae sermo sit, non si de delicto: cfr. Hollweck, *l. c.,* 181, nota 1.
8 Reiffenstuel, *Ius canonicum universum,* V, 3, 3; paulo aliter Vermeersch, *Thcoloffiae moralis principia, responsa, consilia,* II, (1924), n. 276.
9 vin, 30.

Quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri;* et quia cuiusvis rei spiritualis comparatio cum materiali etiam non magni valons hanc malitiam implicat, ideo in hoc peccato parvitas materiae non admittitur.*

Quod tamen valet solummodo de simonia iuris divini, si enim de simonia iuris ecclesiastici agitur non repugnat in ea dari parvitatem materiae[3].

Ex his iam patet ad delictum simoniae tria elementa requiri: *paetum eimaniacum, menedcm eimoniacam* et *pretium*. Unum ex his tribus si deficiat delictum haberi nequit; licet haberi possit simoniae peccatum [4].

709. — *a)* Pactum simoniacum - requiri ad delictum simoniae communiter docent auctores[5];* et sat clare deducitur ex Codice: Cum de simonia agitur, emptio-venditio, permutatio etc. lato accipiendae sunt pro qualibet conventione, licet ad effectum non deducta, etiam tacita, in qua scilicet animus simoniacus expresse non manifestetur, sed ex circumstantiis colligatur [6]. Requiritur in simoniae delicto conventio, non quaelibet, sed quae fit consensu ultro citroque manifestato. Consensus autem verus requiritur et internus, alioquin non haberetur *studiosa voluntas;* ideoque si quis externe quidem contraheret, animo autem prorsus dissentiret, quia contractus valide sine consensu non habetur nec haberi potest, delictum non haberetur, saltem coram Deo, nec, si dissensus internus probari posset, etiam in foro externo [7].

Requiritur item pactum non qualecumque, sed onerosum cuius obligatio habeatur ultro citroque itemque utilitas; seu requiritur ut res ab una parte detur pro re ab altera data vel danda [8]. Quia tamen contractus solo consensu fit, etiam ad simoniae delictum constituendum sufficit pactum seu conventio ad effectum non deducta

Item non requiritur pactum expressum, sed *tacitum* sufficit; dicitur autem tunc haberi pactum tacitum cum non ex verbis aut ex scripto, sed ex circum-

S. Tbom., 2-2, qu. 100, a. 1; Noldin, *De praeceptis*[9], n. 182; D'Annibale, *Z.* c., III, 89 et 92.

Noldin, *l. c.,* 18; D'Annibale, *l. c.,* III, 92.

[3] Cfr. Torrublano Ripoll. *Norisimas Instituciones de derecho can&nico,* II, *Cosas cede·sidsticas, derecho procesal y penal de la iglesia caidlica,* Madrid, 1920, n. 17, pag. 11; Ballerini-Palmleri, *Opus theologicum morale,* II, 1890, n. 244, pag. 312 et n. 215 ubi aliqualem parvitatem materiae dari docet etiam in simonia iuris divini.

[4] D'Annibale, *L* c., III, 98; Reiffenstuel, *lus canonic, universum,* V, 3, 70, negare videtur necessitatem contractus in simonia, at eius verba vera sunt de peccato non de delicto; cfr. RellT., *ibidem,* n. 15-19.

[5] D'Annibale, *l. c.,* III, 93 sq.; Wernz, *l. c.* VI, 343 sq.; Hollweck, *l. c.,* pag. 181. not. 2; Eichmann, *Lehrbuch des K. R.,* pag. 260; Augustine, *A Commentary on the new Code of canon law,* IV, 7 etc.; cfr. tamen notam praecedentem ubi de doctrina Reiffenstucl, quae a nostra non dissentit.

[6] C. 728.

[7] Relffenstuel, *l. c.,* n. 130; Wernz, *L* c., VI, 344 cum aliis ibidem citatis.

[8] Cfr. D'Annibale, *l.* c., n. 94; ideo non haberetur simonia si quid detur alicui ut ipse donatarius, pro se, non pro donante, aliquid operetur, e. g., si des munusculum puero ut tibi in Missa deserviat, ut occasionem peccandi dimittat etc. D'Annibale, *l. c.,* 94, nota 7. Haberetur c contra simonia si utilitas ex pacto non ipsi contrahenti, sed alteri seu tertiae personae eveniret, c. 729 Initio: D'Annibale, *l.* c-, III, 98, not. 23; S. Alphonsus, *Theologia moralis* III, m 59.

[8] C. 728; dico autem per *se sufficit;* utrum autem revera ex iure positivo simonia, quae sola conventione fit, ad effectum non deducta, ut delictum puniatur quaestio est quam infra videbimus.

etantiis seu ex indiciis animus simoniacus colligi potest[1]. Haec indicia quibus animus simoniacus praesumitur pendent a qualitate personae, quae dat vel accipit temporale, a quantitate donationis itemque a tempore donationis eiusdem. Ita grave indicium simoniaci animi haberetur si persona paupercula magnam summam pecuniae ad obtinendam rem spiritualem Ordinario praeberet, dum e contra idem non esset indicandum si de persona ageretur divite; nec negligendae sunt in hoc iudicio efformando relationes amicitiae, consanguinitatis aut affinitatis nec item reputatio seu penes populum aestimatio tum dantis tum accipientis. Item grave indicium esset summa a quolibet data exaggerata et insolita, non parvae donationes. Item si temporale detur eo tempore vel proximo tempore quo res spiritualis conferenda est, grave indicium habetur, non si longum tempus intercedat[2].

A pacto probe distinguenda sunt conditio et modus quae aliquando ex consuetudine aut ex alio iusto titulo a canonibus admisso, apponuntur praestationi rei spiritualis[3].

Si quis det temporale non quidem stricte ut pretium rei spiritualis, sed ut *motivum* ad rem spiritualem obtinendam ita ut obligatio in altera parte ex acceptata re temporali enasci aestimetur ad rem spiritualem dandam, verum pactum habetur et simonia, quia licet dicatur res temporalis dari ut motivum non ut pretium, revera tamen ut pretium datur, nominum autem mutatio non mutat rerum naturam et essentiam[4].

Superiorem simpliciter sine pacto orare ut sibi vel alii personae beneficium conferat aut ipsum beneficium ad tales preces conferre, nullo pacto interveniente, non est ullo modo simonia[5].

In pactum deducere obligationem antidoralem, seu ex gratitudine, ex communi sententia est simoniacum[6].

Si temporale detur spe aut cum spe aut sub spe obtinendi spirituale, non habetur simonia, quia spes non includit pactum, sed solum gratum animum[7].

1 C. 728.

2 Augustine, Z. *c.*, IV, p. 7-8; Salmanticenses, *l.* c., tract. 19, cap. 1, η. 58; ex c. final. X, 5, 3.

3 C. 730; D'Annibale, *I. c.*, III, 96: «Si unum non pro alio detur, sed propter aliud, simonia cessat»; Wernz, *I. c.t* VI, 341.

4 Cfr. prop. 45 damn, ab Innoc. XI, 2 Mart. 1679. Denzinger-Bannwart, *Enchiridion13,* n. 1195: « Dare temporale pro spirituali non est simonia, quando temporale non datur tamquam pretium, sed dumtaxat tamquam motivum conferendi vel efficiendi spirituale, vel etiam quando temporale sit solum gratuita compensatio pro spirituali aut e contra >; Reiffenstuel, *L c.,* V, 3, 72-86; S. Alphons., *I. c.,* III, 54; D'Annibale, *l. c.,* III, 95; Hollweck, Z. c., 181, not. 2; ubi recte animadvertit non necessario in hoc casu haberi delictum simoniae, sed haberi etiam posse simoniam solum internam vel mentalem, delictum habetur si animus contrahendi ex indiciis prodatur; Reiffenstuel, Z. *c.,* 86. Nec necessario de delicto intelligenda esse videtur propositio ab Innocentio XI damnata.

5 Reiffenstuel, Z. c., V, 3, 63-64.

6 Reiffenstuel, Z. c., V, 3, 107 sq.; S. Alphons., Z. c., III, 53. Excipiunt Salmanticenses, Z. c., cap. 1, n. 65 sq., casum quo, pacto adiecto, nulla nova obligatio praeter iam ex gratitudine exsistentem addatur, quod tamen reicit S. Alphonsus, Z. c., III, 53. Certe tamen simoniam non committit Ordinarius qui beneficium clerico cui obligatur ex gratitudine offerat. Cfr. S. Alphons., Z. c., III, 51-53; D'Annibale, Z. c., III, 95; Salmanticenses, Z. c., 19, cap. 1, n. 32 et 66 sq.

7 D'Annibale, Z. c., 95, et in notis 14-15 ubi haec habet: «Et est trita omnium sententia... et quia ea quae tacite insunt, si fuerint expressa, nihil mutant, non est illicitum verbis significare spem hui ιχηι odi >; Wernz, Z. c., VI, 344; cfr. tamen Reiffenstuel, Z. c., V, 3, 87 sq. et Hollweck, Z. c., p. 181, not. 2.

710. — fc) Merx seu materia slmonlae - est omne ei solum id quod aliquo modo ad spiritualem animae salutem ex institutione divina vel humana ordinatum est. ».

Quinque autem species simoniacae mercis distingui possunt:

a) *Res spirituales essentialiter* seu *intrinsece* seu *formaliter* quae nempe ex natura sua sunt spirituales seu ad spiritualem vitam Ecclesiae aut fidelium directe ordinantur, ut, e. g., character sacramentalis, gratia sanctificans 13

β) *Res spirituales causative* quae nempe res spirituales formaliter quodammodo causant seu producunt, ut, e. g., sacramenta, sacramcntalia.

γ) *Res spirituales effective* quae nempe, tamquam effectus a causa, a potestate iurisdictionis ecclesiasticae procedunt; tales sunt omnes actus iurisdictionis spiritualis aut ordinis

8) *Res spirituali connexae* seu *adnexae* dicuntur eae res temporales quae licet in se spirituales non sint, tamen propter connexionem cum rebus spiritualibus fiunt aliquo modo spirituales » 4.

Res spirituali connexae tripliciter subdistinguuntur et sunt:

1° *Res spirituali connexae antecedenfer,* quae scilicet necessario praeexsistunt ut· res temporales antequam spirituali adnectantur; tales sunt omnes res consecratae et benedictae, ut templa, vasa sacra etc.

Tales res non constituunt mercem simoniae nisi aut res spiritualis adnexa obiectum fiat etsi partiale contractus, aut specialis prohibitio de his contrahendi habeatur ex iure positivo; in priori casu simonia iuris divini, in altero simonia iuris ecclesiastici habetur 5*

2° *Res spirituali connexae coneoraitanter,* dicuntur res quae rei spirituali inseparabiliter coniunctae sunt, e. g., labor pro administratione sacramenti necessarius aut pro celebratione Missae. Tales res sunt merx simoniae, quia res, inseparabiliter coniuncta cum re spirituali, cum ipsa re spirituali confunditur ».

3° *Res spirituali connexae subsequenter* dicuntur quae rem spir itualem tanquam causam praesupponunt, ut, e. g., beneficia, pensiones ecclesiasticae 7.

Res adnexae *consequenter* seu *subsequenter* vendi, emi nequeunt sine simonia; at simonia haec licet generaliter a iure statu a, habenda est simonia iuris tantummodo ecclesiastici, unde in ea parvitas materiae admittitur et contraria Ecclesiae lege vel consuetudine vel Romani Pontificis dispensatione evanescere potest8.

1 Cfr. Weraz, *I. c.,* VI. 346; Reiffenstuel, *I. c.,* V, 3, 44.

a Cfr. *c.* 727, $ 1; Reiffenstuel, *l. c.,* n. 45; Codex tamen non distinguit tres species rerum spiritualium ut Reiff., L *c.*

3 Cfr. Reiffenstuel, *l. c.,* n. 45-51.

1 Wernz, *l. c.,* VI, 346; Reiffenstuel, *l. c.,* 53 et sq.

5 Cfr. c. 727, § 1-2; D'Annibale. *I. c.,* III, 108.

* Reiffenstuel, *l.* c., V, 3, n. 185; cfr. tamen Vermeersch, *Epitome,* II, n. 7, II, 2; Idem, *Thtol&jiat moralis principia* etc., II: «Nihil tamen prohiberet si propter istum laborem minister sacer alium frugiferum facere non potuit, compensationem lucri cessantis postulare ». Vermeersch, *Theolop. moral..* II, n. 276, pag. 217.

7 Reiffenstuel, *l. c.,* V, 3, 55; Vermeersch, *Theologiae moralis principia* etc., II, 276; pretium accipi potest pro lectione theologiae aut catechesis, nisi hae lectiones exclusive ad bonum animae spirituale ordinentur; D'Annibale, *l.* c.. III. 90.

8 Cfr. D'Annibale, *I. c.,* III, 106-109

ε) Etiam *rex leniporalex* powmnt phsp merx seu materia simoniae; at requiritur ut de rebus ecclesiasticis agatur quae saltem indirecte ad finem ordinentur spiritualem. Ad hoc autem ut simonia committatur quando merx eat temporalis, requiritur ut specialis prohibitio positiva habeatur, et ut talis prohibitio fiat non ex quovis iusto motive, sed proprie ex motive virtutis religionis, seu ob periculum irreverentiae erga res spirituales *

Materia seu merx simoniae debet esse aliquid positivum, unde si quis se obliget ex pretio ad aliquid omittendum, licet ad illud teneatur ex iustitia, simonia non habetur, quia omissio est aliquid temporale, scilicet ambsio seu alienatio libertatis agendi; ita simonia non erit si te obliges ex pretio ad non excipiendam confessionem Caii 2.

711. — c) Pretium simoniacum - est omnis res temporalis pretio aestimabilis vel temporalem utilitatem afferens, vel etiam, si de simonia iuris ecclesiastici agitur, res spiritualis 3.

In secunda parte descriptionis dicitur etiam *res spiritualis* quia, ut supra dictum est, in simonia iuris ecclesiastici non necessario res spiritualis vel spirituali adnexa cum temporali commutatur, ita, e. g., in variis speciebus simoniae confidentialis 4.

Pretium, ubi de simonia agitur, vocatur etiam mimus.

Triplex autem distinguunt auctores 5 munus simoniacum:

a) *Munus a manu* - quo nomine venit non solum pecunia, sed etiam quaelibet res pretio aestimabilis aliquod commodum afferens6.

β) *Munus ab obsequio* - quod est quodlibet servitium sub expresso vel tacito pacto praestito obtinendi rem spiritualem, e. g., si clericus patroni filium instruere spondeat eo pacto ut ipsum patronus ad vacans beneficium praesentet; vel si Caius det suffragium in electione Titio ut a Titio officium Superioris consequatur 7.

γ) *Munus a lingua* - sunt preces, intercessiones, commendationes, laudes interpositae eo pacto expresso aut tacito ut per ipsa res spiritualis obtineatur; e. *g.,* si clericus promitteret patrono se preces ad principem porrecturum ut patroni filius honores consequatur etc. 8.

1 C. 727, § 2; Augustine, A *Commentary,* IV, p. 11-12; Lessius, *De iustitia et iure,* lib. II, cap. 35, dub. 1, u. 24-31, praesertim vero n. 28.

2 D'Annibale, *l. c.,* III, 96, not. 17-19; excipe tamen casum quo pretium ex altera parte ab aliqua re spirituali constituatur, aut omissio actus recidat in actum positivum ut, e. g., si rite confessum non absolvas etc.

3 Wernz, *l. c.,* VI, 345; Reiffenstuel, *l. c.,* V, 3, 56 sq.; D'Annibale, *l. c.,* III, 91.

4 Reiffenstuel, *l. c.,* V, 3, 57.

5 Esc. 114, c. 1, qu. 1.

6 Reiffenstuel, *l. c.,* n. 59; D'Annibale, ?. c., III, 91.

7 Reiffenstuel, *l. c.,* n. G0; Hollweck, *l. c.,* p. 182, not. 6.

8 Ilollweck, *l. c.,* p. 182, not. 5. Si pecuniam dederis mihi ut ego pro te intercedam apud Ordinarium, simoniain adesse communius docent auctores; cfr. D'Annibale, Z. c., III, 98, not. 25; de quo tamen rationabile dubium oriri potest, etenim pecunia res temporalis, pro intercessione, quae Item temporalis est, non directe pro re spirituali datur; preces vero aut commendationem facere pro assecutione rei spiritualis, aut rem spiritualem dure ob preces sibi porrectas simonia non est. Cfr. Ballcrini-Palmieri, *Opus theologicum morale,* II. n. 235 et sqs.; Berardi, *Theologia moralis theorico-practica,* vol. II, 1904, n. 430, pag. 202-203; Reiffen-

712. — 2° Divisio. - «) *Ratione perfectionis actus habemus:* a) *Simoniam mere internam* - quae tunc habetur cum quis praecise interne proponit dare temporale pro spirituali aut e contra, nullo modo propositum seu intentionem suam exsequens :*

De hac simoniae specie ins canonicum ad moralistes remittit, cum de ea nihil in iure statuatur.

fi) Simoniam mentalem - quae habetur cum quis dat temporale pro spirituali aut reciproce hoc pro illo sine ullo quidem pacto expresso vel tacito externe manifestato, hac tamen interna, intentione aut proposito ut alterum obliget, moneat vel alliciat ad dandum spirituale beneficium etc. :*

Differt autem haec species simoniae a simonia mere interna, quia in ista aliquid revera externe datur, licet utique malitia interna simoniae externae nullo modo manifestetur3. Item haberetur simonia mentalis si ex ima parte haberetur quidem promissio dandi temporale pro spirituali aut e contra, ab altera vero parte illa promissio non esset acceptata aut forte reiecta, quo in casu deest vera conventio seu pactum 4. Cum Ecclesia non indicet de internis, ob hanc speciem simoniae, sicut nec ob simoniam mere internam poenae non incurruntur. In hoc igitur casu delinquentibus sufficit per solam poenitentiam suo satisfacere Creatori » 5.

γ) Simoniam conventionalem - quae tunc habetur quando conventio seu pactum expressum vel tacitum externis indiciis manifestatum dandi temporale pro spirituali aut e contra realiter intervenit 6.

Subdividitur autem simonia conventionalis in:

1° *Conventionalem puram* - qua pactum quidem fit, at ex neutra parte adhuc exsecutioni mandatum est.

2° *Conventionalem mixtam* - in qua praeter pactum expressum aut tacitum externe manifestatum dandi temporale pro spirituali adt e contra, ex altera parte tantum etiam exsecutio fit seu traditio, sive mercis sive pretii.

3° *Conventionalem realem* - in qua ex utraque parte, saltem inchoative, praeter pactum, eiusdem etiam exsecutio habetur. Di-

y.

stuel, *l. c.t* n. 63 sq.; sicut nec simonia est conferre beneficium consanguineo aut amico ex ratione amicitiae aut consanguinitatis, nec item se liberare a damno incurrendo, praestatione rei spiritualis.

1 BoiffenstueL Z. cM V, 3, 15; Wernz, Z. c., VI, 341, 11.

2 Rclilenstucl. Z. c., n. 15.

RE Habetur exemplum simoniae mentalis in c. finali 46, X, 5, 3.

4 Reiffenstucl, Z. c., n. 19; paulo aliter Blat, *Commentarium textus iuris canonici»* 1. III, parte I, pag. 7. Alios etiam casus simoniae mentalis enumerat Ballerini-Palmieri, *Opus theologicum nwrak,* H,

5 C. 46, X, 5, 3; Haring. *Grundxüge des kaÿtolischen Kirchenrechts3.* pag. 997.

® Reitlcnstuel, Z. *c.»* n. 19; Lessius, *De* üé *ure»* lib. II, cap. 35, n. 36.

citur autem *saltem inchoative,* quia non est Decease ut tota res vel totum pretium traditum sit, sed sufficit etiam quaelibet minima ex utroque contrahente data pars. Ante Codicem haee una simoniae species, exceptione facta pro simonia confidential!, poenis canonicis afficiebatur An hoc etiam post Codicem sustineri possit postea videbimus.

b) Ratione materiae specialis simoniam canfidentialem habemus. Habetur autem simonia confidentialis cum quis cuipiam beneficium ecclesiasticum procurat eligendo, postulando, praesentando, resignando vel electum, praesentatum etc. instituendo, confirmando, cum certa *confidentia,* i. e., cum expresso vel tacito pacto vel conditione, ut is, qui beneficium adeptus est, idem beneficium post aliquod tempus ipsi procuranti vel alteri personae, v. g. fratri, nepoti resignet vel pensionem seu fructus ex eo praestet 2. Inducta est haec species simoniae, quae ut subdivisio simoniae conventionalis considerari potest, a Pio IV 3 et a Pio V 4.

Quadruplici autem modo haec simonia committi potest, nempe:

a) *Cum reservations accessus* - quod time fit cum quis cupiens conferre beneficium alicui inhabili, e. g., Titio, confert illud alteri, e. g., Caio, eo tament pacto ut Titius ius habeat *accedendi* ad illud beneficium statim ac habilis factus fuerit.

β) *Cum reservatione ingressus* - quod tunc fit quando quis beneficium sibi collatum cuius tamen in possessionem nondum est ingressus, alteri cedit eo pacto ut si, quavis ratione, beneficium vacaverit, ipse ius habeat ingrediendi in possessionem beneficii taliter antea resignati.

γ) *Cum reservatione regressus* - tunc habetur simonia confidentialis, cum quis beneficium possidens illud alteri resignet eo pacto, ut si beneficium ita resignatum vacare contigerit, ipse ad illud *regredi* possit ilioque frui5.

δ) *Cum reservatione pensionis* - quod tunc fit cum quis alteri beneficium resignat sibi in illo reservans pensionem eo pacto ut. si resignatarius pensionem solvere renuerit, resignans possit regredi in possessionem beneficii resignati6.

Haec distinctio in varias species simoniae confidentialis claritate non commendatur, nec magni momenti est nostris diebus; quapropter Codex de ea non loquitur 7. Facile tamen admitti poterit peccari adhuc posse ex iure

r .O.K i. ▶

1 Cfr. Reiffenstucl, *l. c.,* n. 19 sq.; Wernz, *l. c.,* VI, 341.
2 Ballerini-Palmieri, *l. c,,* II, n. 256; Reiffenstucl, Z. c., n. 32; Wernz, Z. c., VI, 241, II.
3 Const. ‹ *Romanum Pontificem* 17 oct. 1564, Gaspard, *Fontes,* I, η. 196.
4 Const. ‹ *Intolerabilis* ›, 1 lunii 1569, Gaspard, *Fontes,* I, η. 130.
5 Reiffenstucl, Z. c., n. 33; Wernz, Z. c., VI, n. 342» II; D'Annibale, Z. c., III, 112; Ballerini-Palmieri, *l. c.,* II, n. 256-266.
6 Reiffenstucl, Z. c., n. 33; Hilarius a Scxten, *Tractatus de censuris ecclesiasticis,* p. 198-200.
7 Cfr. Dc Angelis, *Praelectiones iuris canonici, V,* pag. 107.

novo simonia confidential! ;* at ut qualifieata simonia confidentialis amplina non videtur admittenda ;*

c) Ratione legis cui opponitur:

a) Simoniam iuris (lirini - quae scilicet iuri divino opponitur et quae clare in Codice specificatur atque tunc habetur eum pro re spirituali aut spirituali adnexa res temporalis datur 2*

β) Simoniam iuris ecclesiastici - quae legi ecclesiasticae, non divinae, opponitur, ex motivo tamen religionis aliquid prohibenti; ut si ob periculum irreverentiae et speciem simoniae iuris divini prohibeatur permutatio rei spiritualis cum re spirituali :*

713. — 3° Sanctiones non poenales circa simoniam. - *a)* Nullitas contractus simoniaci. - Contractus simoniacus omni vi caret 5:*

Haec sanctio, quae stricte poenalis esse non videtur, ex ipso iure divino statuitur, si de simonia iuris divini agatur, aliter ex solo iure ecclesiastico ·.

Dupliciter autem dici potest quemlibet contractum simoniacum omni vi carere; intelligendo de contractu de futuro aut de contractu de praesenti seu de exsecutioue contractus antea initi.

Contractus enim in sua essentia consensu perficitur; est enim *duorum vel plurium in idem placitum et condensus* 7: contractus igitur in se consideratus, quo fundatur obligatio ultro citroque aliquid dandi aut accipiendi, in re simoniaca omni vi caret, quippe nemo potest se ad rem turpem obligare. Contractus autem de praesenti seu ipsa exsecutio contractus antea forte initi, nisi specialis sanctio habeatur, invalida esse non videtur8.

714. — *b)* Sanctio specialis circa provisiones canonicas. - Si simonia committatur circa beneficia, officia, dignitates, subsequens provisio omni vi caret licet simonia a tertia persona commissa fuerit,

1 Cfr. Vennccrsch, *Epitome,* II. η. 12.

2 Ferreree. *Institutiones canonicae,* II, n. 20; Badii, *I.* c., II, n. 336, 2, <1; Torrubiano Illipoll, *I. c.,* II, n. 33, pag. 13.

3 C. 727; ius vetus apud Ballcrlni-Palmieri, 7. c., Ii, n. 267 et sq»

1 Cfr. c. 1487; Haring, *Grundzilge...,* pag. 997, nota 3.

5 C. 729 initio.

• Et quia quod ius ecclesiasticum praecipit potest ab Ecclesia dispensari, si contractus ineatur sub conditione obtinendae dispensationis, simonia aberit, contractus tamen tunc tantum vim obtinebit cum dispensatio concedetur.

7 Fr. 1, D. 3, 14, quod est Ulpiani.

8 Salmanticenses, *Cursus theologiae moralis.* tract. 19. c. 4. n. 24; D'Annibale, /. c., III, 115, not. 1; et post Codicem Augustine, Z. c., IV, p. 14: idemque admittere videtur Ver' lueersoh, *Theologiae moralis principia, responsa, consilia,* II, n. 284, 1. Quae doctrina ex Co· dice confirmari videtur, qui hoc c. 729 specialem statuit sanctionem pro beneficiis, officiis et dignitatibus; si enim omnium contractuum slmonlacorum exsecutio invalida esset illa specialis sanctio prorsus inutilis esset.

etiam inscio proviso, dummodo hoc non fiat in fraudem eiusdem provisi aut eo contradicente *.

Specialis haec sanctio etiam in iure antiquo habebatur ex quo concise in ius Codicis translata est[2]; ipsa autem evidenter non solum contractus qui consensu perficitur, irritatur, sed etiam eius exsecutio invalida declaratur[3]. Irritatio collationis seu provisionis canonicae simoniacae solum ex iure ecclesiastico originem ducit[4][5]

Officia stricto sensu hic intelligenda sunt[6]; ideo non videntur comprehendi officia Superiorum religionum laicahum; comprehenduntur vero Superiores religionum clericalium etiam non ex» mptarum e; itemque beneficia[7] et dignitates[8][9] ,

Omni vi caret est aliquid amplius quam simplex irritatio, quippe collatio irrita ex simonia, non gaudet generatim privilegio triennalis possessioni °.

Sufficit, ut provisio canonica omni vi carcat, quod simoniaca fuerit electio, praesentatio aut nominatio[10].

Dicitur autem tunc esse simoniaca electio si vel unus ex eligentibus simoniam commiserit[11]. Verum requiritur, uti videtur, ut collegium conscium sit de suffragio simoniace dato, alioqui electio, quae actus collegialis est. simpliciter simoniaca dici nequit, sicut dici nequit simoniaca praesentatio aut nominatio si ex pluribus nominantibus aut patronis unus alterve, aliis insciis, simoniace processerit[12]. Si est nulla confirmatio, aut admissio quia simonia infecta, non ideo etiam imita censenda est electio vel postulatio[13].

Istae sanctiones licet stricte poenales non sint, afficere enim possunt provisum prorsus innocentem, tamen rationem poenae aliquo modo habent contra tantum delictum; et quia delictum perfectum non habetur nisi in simonia conventionali reali, ipsam solam afficere videntur[14][15]unde si quis officium obtinuit, pecunia aut alio pretio promisso, si de facto pretium non solvat, saltem partialiter, officium restituere non tenetur[16].

1 C. 729 initio.
2 Reiffenstuel, *l. c.,* 261 sq.; Salmanticenses, *l. c.,* tract. 19, cap. 4, η. 16 sq.: Hollweck. *I. c.,* § 117, pag. 184; D'Annibale, *7. c.,* III, 118.
3 Augustine, *l. c.,* IV, pag. 14.
4 Salmantic., tract. 19, cap. 4, η. 29.
5 C. 145, § 2; Chelodi, *Ius poenale,* 104; Augustine, *l. c.,* IV, pag. 14; Blat, *l. c.,* lib. III, part. 1, pag. 8.
° Cfr. c. 514, § 1.
7 Cc. 1409, 1412.
8 Cc. 393, 394, 396; Chelodi, *7. c.,* 104; latius Augustine, *l. c.,* IV, pag. 14.
9 Cfr. c. 1446.
10 Hollweck, *7.* c., § 117, nota 1, pag. 184; cfr. c. 1465, § 2; Maroto, *Institutiones,* I, «58.
11 Reiffenstuel, *7.* c., V, 3, 135-147: D'Annibale, *7.* c., III, 118, not. 9.
12 Cfr. tamen apud Reiffenstuel, *7. c.,* n. 137, limitationem a Castro Palao positam pro casu quo suffragia simoniaca electo prorsus inutilia fuissent. Cfr. etiam vol. I, n. 238. pag. 273-277.
13 Reiffenstuel, *7.* c., n. 265: D'Annibale, *7.* c., III, 118, not. 11.
14 Cfr. Reiffenstuel, *7.* c., n. 228 sq. et auctores Infra citandos; praesertim Salmanticenses, *7.* c., tract. 19, c. 4, n. 8; Hollweck, *7.* c., § 117, pag. 184.
15 Cfr. Salmanticenses, *7.* c., n. 8.

Potest, committi simonia *a tertia persona* si, e. g., parentes vel amici promovendi ei suffragia emant aut. simoniace aliis modis ei collationem officii procurent. Committitur simonia *in fraudem provisi,* si eius inimicus sciens electionem aut· generarim provisionem canonicam simoniacam initam esse, ipse simoniam committit ut sui aemuli provisio irrita sit. Committitur simonia a tertia persona, *contradicente proviso,* si ipse provisus timens sui inimici fraudem vel etiam suorum amicorum zelum pro se, ante provisionem contra simoniam protcstetur. Гη hoc ultimo casu simonia a tertia persona commissa proviso non nocet; aliter si protestatio emittatur solummodo post acceptationem provisionis factae; diversum est enim non praebere consensum et expresse aliquid prohibere L

Si simonia commissa sit a tertia persona, proviso inscio, et provisus per triennium pacifice in Ixma fide possederit officium, eo ipso ius in officium obtinet ·; « nec obstat quod ad fruendum favore huius regulae expresse requiratur ut absque ingressu simoniaco 3 beneficium obiinuerit; respondetur enim, quod in dicta regula in quantum favorabilis late, et in quantum odiosa stricte interpretanda sit... bene dici potest clausulam illam tantum intelligendam esse de illo, qui vel ipse per propriam simoniam beneficium obtinuit, vel simoniam alterius, qua mediante obtinuit beneficium statim, vel saltem intra triennium rescivit, consequenter bona fide non possedit »4.

Quae dicuntur de simonia in officiorum, beneficiorum, dignitatum provisione canonica non sunt applicabilia in omnibus electioni Romani Pontificis 6.

Officium ecclesiasticum, beneficium et dignitas dimitti debent, idest, renuntiari sine ullo iure ad compensationem aut ad pensionem; quae tamen obligatio non urget nisi simonia realis habeatur ®.

715. — c) Obligatio restitutionis. - a) Res simoniace data et accepta, si restitutionis sit capax, nec obstet reverentia rei spirituali debita, ante quamlibet indicis sententiam restitui debet, et beneficium, officium, dignitas dimitti

Dubium oriri potest utrum haec sanctio ad omnes casus simoniae realis, an ad solam simoniam realem in officiis, beneficiis, dignitatibus referatur; atque dubium oritur ex verbo *quare* quo duo numeri canonis cum initio eiusdem colligantur, et ex disputationibus quae hac de re agitabantur inter antiquos. Certe numerus secundus canonis refertur solummodo ad simoniam in pro-

Cfr. C. 33, X, 5, 3; Hollweck, *l.* c., § 117, pag. 181, nota 2. Si provisus sciens in sua provisione simoniam committi contra eam protcstetur et tamen provisionem factam acceptet, nulla adhuc remanet provisio; RcifTenstuel, *L c.,* n. 281.

1446.

3 Codex habet c. 1446: *dummodo absit simonia,* quae clausula antiquae aequivalere videtur.

* Relffenstuel, Z. *c.,* V, 3, 278; Wernz, Z. c., VI, 347, not. 77.

5 Constit. « *Vacante Sede* » ad calcem Codicis, n. 79.

e Relffenstuel, *L* c., V, 3, 249; Salmantlcenses, Z. c., tract. 19 c. 4, n. 7 et sq.

7 C. 729, n. 1.

visionibus canonicis commissam; primum vero numerum putamus ad omnes species simoniae realis, etiam extra casum provisionis canonicae, referri, atque ita definiri in illo canone vexatam inter antiquos auctores quaestionem de obligatione restituendi sive pretium temporale, sive rern spiritualem quae simoniacae conventionis obiectum, fuerant1; et proinde nunc saltem ex lege ecclesiastica tum pretii simoniaci, tum mercis restitutionem obligatoriam esse ante indicis sententiam 2.

Codex dicit restituendam rem simoniace datam et acceptam; utramque nempe rem, unde non improbabiliter si res spiritualis restitui nequeat, quia restitutionis incapax aut quia obstat reverentia rei spirituali debita, nec pretii temporalis restitutio facienda erit3.

Res simoniace data aut accepta erit *restitutionis incapax,* si iure divino restitui amplius nequeat, e. g., si quis simoniace ordinatus sit, aut absolutus, aut Missa applicata etc. *Obstat* vero *reverentia rei spirituali* debita si res sacra esset restituenda haeretico aut liebraeo.

β) Simoniace provisus non facit fructus suos; quod si eos bona fide perceperit, prudentiae indicis vel Ordinarii permittitur fructus perceptos ex toto vel ex parte eidem condonare 4.

Cum provisio beneficii, officii aut dignitatis irrita sit, per se patet deesse titulum iuridicum ad fructus beneficii percipiendos5.

1 Antiquae disputationes liac de re videri possunt apud Salmant., *I. c.,* tract. 19, cap. 4, ɳ. 22 sq.; ipsi obligationem restituendi rem spiritualem ad sola beneficia pro quibus specialis sanctio habebatur, restringebant, alias res spirituales dicebant non esse restituendas nec ex iure divino nec ex iure ecclesiastico; huic opinioni assentiebantur D'Annibale, *l. c.,* III, 119, not. 14; Relffenstuel, *l. c.,* V, 3, 286; De Angelis, Z. c., V, p. 141; Wernz, Z. c., VI, 348; S. Alphonsus. *Theologia moralis,* III, 113.

Pretium vero temporale restituendum esse ante rei spiritualis traditionem docebant communiter doctores, quia deest titulus illud retinendi; si vero pretium temporale ob traditam rem spiritualem receptum fuisset, non esse restituendum docebant aliqui, aliis obligationem restituendi admittentibus: Reiffenstuel, *l. c.,* n. 290 sq. et 324 sq., obligationem restituendi pretium temporale affirmabat et quidem ex iure divino, et hanc opinionem communem esse docebat; alii tamen id valde limitabant ad solos casus in quibus restitutio ex iure positivo expresse praecipiebatur, obligationem ex iure divino absolutam negantes; ita Salmanticenses, Z. c., tract. 19, cap. 4, ɳ. 25 sq., nisi is qui rem spiritualem praestiterat ad eam praestandam ex iustitia seu ex officio iam ex alio capite teneretur, ut, e. g., parochus absolutionem aut baptismi administrationem; cfr. D'Annibale, Z. c., III, 119; Noldin, *De praeceptis*lb, n. 189; Sanctum Alphonsum, Z. c., III, 114.

2 Atque in hanc abire videntur sententiam auctores qui posUCodicem scripserunt; ut Noldin, *De praeceptis16,* 189, 2, *b;* Badii, Z. c., 337, *b;* Torrubiano Ripoll, *Nodsimas institu-dones...* I, n. 28-31; non negamus tamen aliquem non improbabiliter affirmare posse in canone isto antiquas disputationes de restitutione rei spiritualis eiusque pretii solutas non esse et duos numeros c. 729 referri tantummodo ad ultimum comma eorum quae in principio canonis dicuntur, scilicet, ad restitutionem pretii recepti in collatione officiorum, beneficiorum et dignitatum nec non ad dimissionem ipsorum officiorum etc. quae interpretatio cum iure antiquo concordaret ius novum; cfr. Vermeersch, *Theologiae moralis principia, respbnsa, consilia,* II, 284.

3 Cfr. Vermeersch, *Theologiae moralis* etc., II, 284, 1; id., *Epitome.* II, 13; limita: nisi acceptio pecuniae iniusta fuerit, D'Annibale, Z. c., 119; Salmanticenses, Z. c., tract. 19, cap. 4, ɳ. 28; contra Blat, Z. *c.,* Augustine, Z. c., IV, 15; Badii, Z. c., n. 337.'

4 C. 729, n. 2.

5 Reiffenstuel, Z. c., V, 3, 321 sq.

Restitutio facienda est, si praeter peccatum religionis etiam iustitia violata fuit, ei a quo res recepta est, vel qui laesus est, aliis in casibus fieri potest ecclesiae vel pauperibus.*

716, — 40 Poenae contra simoniacos. - a) Delictum perpetrantes simoniae in quibuslibet officiis, beneficiis aut dignitatibus ecclesiasticis:

u) Incurrunt in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae simpliciter reservatam;

/i) Ipso facto privati in perpetuum manent, hire eligendi, praesentandi, nominandi, si quod habeant;

y) Si clerici sint, praeterea suspendantur 1.

Quaestio est inter auctores utrum haec poena incurratur ob solam simoniam conventionalem realem et iuris divini an etiam ob simoniam conventionalem puram aut mixtam.

Ante Codicem poena plectebatur, excepta simonia confidential! qualificata quae, ut diximus, a Codice abrogata est, sola simonia conventionalis realis iuxta communiorem opinionem 3.

Immo auctores docebant solam simoniam realem iuris divini poenis subiacere, exceptione semper facta pro simonia confidential! qualificata, nunc ut tali abrogata.*

Idem et post Codicem tum de simonia reali, tum de simonia iuris divini exclusive affirmant bonae notae auctores quibus et nos assentimur; nec obstare videtur quod etiam simonia conventionalis pura et a fortiori mixta delictum ecclesiasticum constituant, «nam ex hoc quod simonia conventionalis iam sit perfecta simonia, solum sequitur eam esse non tantum grave peccatum, sed insuper subesse foro Ecclesiae, ac puniri posse, quod ultro fatemur; non autem sequitur, quod de facto per Ecclesiam poenae sint contra eam impositae, et de quo solummodo quaeritur, quod a nobis negatur a ®.

1 Cfr. Reiffenstuel. *I.* c., V, 3, 296 sq.; Salmanticenses, *I. c.,* tract. 19, c. 4, n. 32; D'Annib-ile, *l.* c., ILI, 119, not. 23: «et si ipse (clericus Qui ad restitutionem tenetur) pauper sit, sequens opinionem probabilem, quod potest erogare pauperibus, poterit sibi retinere »; ita Salmanticenses, *l. c.,* n. 31.

1 0^2392.

3 Cfr. Salmanticenses, *l.* c., tract. 19, c. 4, n. 6 sq.; ReiHenstuel, *l. c.,* V, 3, 234-249; Ballerini-Palmieri, *L c.,* IT, n. 312 et sqs.

4 Salmantlcenses, *l. c.,* ŋ. 10-10; S. Alphonsus, *Theologia inoratis,* III, 10G; D'Annibale, */. c..* III, 116; Ferraris, *Bibliotheca,* v. *Simonia,* art. III, 1 et sqs.

5 Reiffenstuel, *L c.,* n. 236; post Codicem tantum *simoniam realem* censura plecti docent Augustine, *l. c.,* IV, pag. 16; Paglialunga, *II nuoco Codice ecclesiastico* (1918), pag. 201-202; Cavigioli, *De censuris latae sententiae quae in Codice iuris canonici continentur* (1919) 11. 118; Vermeersch. *Theologiae moralis principia...,* II, 284, 3, requirit simoniam saltem conventionalem mixtam: aliter alii, ut Chelodi, *Ius poenale,* n. 104 et 93; Cappello, *De censuris iuxta Codicem iuris canonici,* n. 122; Blat, *l. c.,* lib. V, pag. 308, n. 237; Eichmann, *Lehrbuch des K. 11.,* pag. 262; id. *Das Strafrecht,* pag. 206; Noldin-SchOncgger, *De censuris15,* n. 84, a; Sole. *De delictis et poenis,* n. 457, pag. 399-400. Simoniam iuris ecclesiastici a poenis excludunt cum antiquis Vermeersch, *Epitome,* II, 13; Cerato, *ensurae vigentes* (1918), n. 87, pag. 135, post PighL

b) Omnes, etiam episcopali dignitate aucti, qui per simoniam ad ordines scienter promoverint vel promoti fuerint aut alia Sacramenta administraverint vel receperint, sunt suspecti de haoreai; clerici praeterea suspensionem incurrunt Sedi Apostolicae reservatam 1.

Poenae istae solam simoniam iuris divini et realem, uti supra, afficere videntur 1; aliae species simoniao ut conatus delicti considerantur, non ut verum delictum a lege punitum 3.

c) Quaestum facientes ex indulgentiis plectuntur ipso facto excommunicatione Sedi Apostolicae simpliciter reservata 4.

d) Si patronus ius patronatus simoniace in alium transferre attentaverit, ius patronatus ipsum exstinguitur 5. Cum hic in Codice sermo sit de *attentatione,* videtur poena incurri etiam ob simoniam conventionalem.

e) Rei simoniae (realis simonia, etiam hic requiri videtur) in electione Romani Pontificis excommunicationem incurrunt R. Pontifici specialissimo modo reservatam 6.

/) Beneficia (non officia, nec dignitates) invalide ob simoniae vitium collata Sedi Apostolicae, quanquam vacanti, reservantur '.

g) Renuntiatio simoniace facta irrita est ipso iure 8.

Aliae poenae latae sententiae praeter enumeratas de iure Codicis non amplius vigent; nihil tamen prohibet quo minus aliae etiam species simoniae ex iure particulari puniantur aut a indice °.

717. — 5° Casus praecipui in quibus de iure vigente committi potest simonia. - *a)* Vigent omnes casus simoniae iuris divini, licet de eis nihil in Codice habeatur; poterit igitur puniri poenis ferendae sententiae simonia iuris divini.

b) A Codice considerantur praesertim hi casus simoniae:

a) Committi potest simonia in renuntiatione officiorum 10.

β) Tanquam simoniacae reprobantur deductiones ex fructibus, compensationes ac solutiones a clerico in actu provisionis faciendae, quae collatori, patrono aliisve cedant 11.

1 C. 2371. Suspensionem non incurrunt Episcopi: Chelodi, Ius *poenale,* 93.
2 Cfr. supra, contra Chelodi, *l. c.,* 93, pag. 108, nota 3 etc.
3 De Angelis, *L c.,* libr. V, pag. 127. Cfr. etiam c. 2228.
4 C. 2327.
5 C. 1170, § 1, n. 6; et § 2-3; amittit tainen solus patronus reus et ad amissionem requiritur sententia declarutoria.

Videtur puniri sola translatio iurispatronatus quatenus ius patronatus ius ad praesentationem dicit, non quatenus est ius ad honores aut ad subventionem; cfr. in hoc sensu ius vetus apud Bailermi-Palmieri, Z. c., **II,** n. 273.

5 ‹ *Vacante Sede* › n. 79 et 51; Perathoner, *Das kirchliche Sachcnrccht,* pag. 2, nota 3.
7 C. 1435, J 1, n. 3; cfr. Wernz, *l.* c., VI, 317, **II.**
8 C. 185; Wernz, *l.* c., V, 317, **II.**
9 Cfr. Reiffenstuel, *L* c., V, 3, 236. Cfr. etiam cc. 2108, 2321.
10 C. 185.
11 C. 1111.

γ) Committi potest simonia in praesentatione

à) Committi potest in administrations et receptione sacramentorum[1].

r) Committitur in officiis, beneficiis et dignitatibus [3].

Dubium esse potest utrum simonia habeatur in c. 157, ubi vetatur collatio consanguineis aut affinibus [4].

718. — 6° Casus in quibus simonia non habetur. - Non habetur simonia, cum temporale datur non pro re spirituali, sed eius occasione ex iusto titulo a sacris canonibus vel a legitima consuetudine recognito; item cum datur res temporalis pro re temporali, quae tanquam subiectum habeat adnexum aliquid spirituale, e. g., calix consecratus, dummodo pretium non augeatur propter adnexam rem spiritualem [5].*

In canone 730 statuuntur principia ad solvendas varias difficultates et varios casus in quibus apparenter simonia occurrit, revera autem non adest.

a) Dicitur igitur primo: *non habetur simonia, cum temporale datur non pro re spirituali, sed eius occasione ex iusto titulo a sacris canonibus vel a legitima consuetudine recognito.* Quid est autem rem temporalem dare *occasione* rei spiritualis ex iusto titulo! et in quo rem hoc modo dare differt a *rem dare temporalem pro re spiritualif* (Pro alio stricto iure dari dicitur, quod datur aut promittitur quasi alterius pretium »e.

Datur e contra *occasione rei spiritualis* praestitae cum id ad quod aliunde seu ex alio motivo quis ius habet exigit, accipit aut de eo paciscitur occasione qua rem spiritualem ipse praestat; e. g., minister sacer ius habet ad honestam sustentationem, si hoc iure, quod ex ipso iure divino aut naturali ei competit, utitur eo momento, seu occasione quo ipse onus suscipit aliquid praestandi spirituale populo.

Tituli autem, ob quos recipi aliquid temporale possit occasione rei spiritualis, varii enumerantur ab auctoribus[7].

Codex titulos innuit, non taxative enumerat. Nos hic aliquid innuemus de titulo sustentationis.

1 C. 1465, i 2; agi videtur de sola eimonia luris divini; nisi casus concurrat cum caeii C. 1441.

3 Cc. 736; 1507; 2371; varios modos peccandi in hoc enumerat Reiffcnstuel, *I. c.,* V, 3, 185 eq.

3 C. 2393; varios modos cfr. apud Reiffenstucl, *I. c.t* n. 134 sq.; et in Codice cc. 1487, 1488; 1539, § 1; 1303, § 2; 1289; 924, § 2; Arregui, *Summarium theologiae moralis,n.* 198, n. 1. et 199, n. 4.

4 Reiffenstuel, *l. c.,* V, 3, 132 negat cum S. Thoma haberi simoniam.

6 C. 730.

B D'Annibale, */.* c., III, 95, 103-104; S. Alphons., *Theologia moralis,* III, 55; Salmanticcnses, *L* c., tract. 19, c. 1. n. 68 et c. 2, n. 22.

7 ReiffenstucI, *l.* c., V, 3, 303 sex titulos a simonia excusantes enumerat, nempe gratuitam donationem, gratitudinem seu satisfactionem obligationis antidoralis, honestam sustentationem, ignorantiam invincibilem et redemptionem iniustae vexationis; cfr. etiam Salmanticenses, *l. c.,* cap. II, n. 10.

Titulo sustentationis aliquid temporale recipi posse et licere occasione praestationis spiritualis rei clare a S. Scriptura admittitur; | *Dignus est operarius merce.de, sua* >*l,* « *Dominus ordinarii iis qui Era/tigelium annunlûini de. Evaiigelio vivere,* » 2.

Ad probandum autem non haberi simoniam curn aliquid accipitur occasione rei spiritualis ex titulo sustentationis, sufficit animadvertere stipendium sustentationis non solvi ut pretium operis, sed ut necessaria suppeditentur operanti ad hoc ut operari possit, seu non refertur stipendium ad rem spiritualem praestitam vel praestandam, sed ad necessitatem ministri qui illam praestat, nec ulla aequiparatio iit inter rem spiritualem et stipendium; at simonia tunc tantum habetur cum res temporalis datur ut pretium rei spiritualis, quod in casu tituli sustentationis minime verificatur. « Dupliciter potest lucrum intendi, vel ut finis operis vel ut finis operantis. Cum lucrum intenditur ut finis operis, ita ut ipsum opus spirituale intendatur vendi, tunc certe committitur simonia, ... Secus vero dicendum quando lucrum intenditur ut finis operantis, scilicet ratione operationis personae occupatae in gratiam alterius, quia tunc lucrum accipitur pro stipendio sustentationis et non est simonia » 3.

Et quia ministri sacri digni sunt mercede sua ex statutis aut legibus aut consuetudine definita, stipendium ad eorum sustentationem eis debetur et quidem ex iustitia etsi eo per accidens non indigeant. Merces autem non debet esse proportionata operi spirituali praestito, sed conditioni personae operantis; unde diversum potest esse stipendium pro conditione et gradu ministri 4.

Ad titulum sustentationis referri etiam posse videntur aliae praestationes rerum temporalium occasione praestitarum rerum spiritualium, quae praestationes veniunt nomine iurium stolae, oblationum, decimarum etc. et aliquando etiam taxarum si eorum solutio praecipiatur ut mulcta ad causam piam imposita occasione obtentae dispensationis aut absolutionis5.

Titulus sustentationis sicut et alii tituli a simonia excusantes, cum temporale datur aut accipitur occasione rei spiritualis, in tantum excusant a simonia in quantum a sacris canonibus aut a legitima consuetudine admittuntur seu recognoscuntur 6; ex quo deducitur simoniam committere qui titulo huiusmodi utatur ad temporale exigendum pro spirituali contra canones aut consuetudinem7. Qui vero titulo admisso seu recognito utatur ad plus exigendum quam sacri canones permittant vel legitima consuetudo, licet contra iustitiam peccet, simoniam tamen committere non videtur8.

1 Luc. x, 7.
2 I *Ad Corinth.,* ix, 14.
3 S. Alphonsus, *l. c.* III, 55; Wcrnz, *l. c., V,* 344 et 350; Salmanticenses, *l. c.,* tract. 19, o. 2, n. 10 et n. 20 sq.; Vermeersch, *Theologiae moralis* etc., II, n. 279 3; Rciffenstuel, *l. c.,* V, 3, 185 sq.; Augustine, *l. c.,* IV, 17-18; Ballerini-Palmieri, *l. c.,* II, η. 275.
4 Ballerini-Palmieri, *l. c.,* n. 275.
S Cfr. Vermeersch, *l. c.,* II, 279; Wernz, *l. c.,* IV, n. 634, nota 166.
° C. 730.
7 Salmantlcenses, *l. c* tract. 19, cap. 2, n. 11-12.
8 Salmanticenses, *l. c* n. 23; contra Ballerini-Palmieri, *l. c.,* n. 282; Cappello, *De Sacramentis,* I, n. 676; Rciffenstuel, *l.c.,* n. 206; cfr. Vermeersch, *L c.,* II, 279, 2; D'Annibale, *l. c.,* III, 105. Lcssius, *De iustitia et iurc,* lib. II, cap. 35, n. 51, docet in hoc casu revera simoniam non haberi, licet in foro externo praesumatur.

Cum titulus sustentationis admittatur generatiin in administratione Sacrementorum et Sacramentalium, nihil prohibet quo minus de ipsa slistenlatione minister sacer paciscatur, nisi specialis prohibitio aut praescriptio positiva quantitatem determinans rei temporalis habeatur 1.

Admittitur expresse titulus sustentationis - pro Missis, pro iuribus stolae et pro administratione Sacramentorum nec non Sacramentalium3; attamen in picrisque casibus mia cum titulo sustentationis occurrit etiam *labor ex· slrinse<ms* qui ut alius titulus a simonia excusans considerari potest; de quo statirn.

b) Dicitur dein in can. 730: *Non habetur simonia,... cum datur res temporalis pro re temporali, quae tamquam subiedum* etc. Agitur hic de rebus temporalibus spirituali adnexis quae, ut supra diximus, antecedenter, concomitanter, consequenter adnecti possunt. Canon proprie ad res antecedenter adnexas spirituali referendus videtur, seu ad res quae pretii temporalis, antecedenter a re spirituali cui adnexae sunt, capaces sunt, e. g., sacrae supellectile». statuae et imagines sacrae, loca sacra in genere etc. 4; tales igitur res Codex statuit vendi emi posse sine simonia, quod iam ante Codicem auctores communiter docebant 5.

Clausula: *Dummodo pretium non augeatur propter adnexam rem spiritualem* non prohibetur pretii augmentatio ad compensandas expensas forte factas occasione benedictionis seu consecrationis; illa enim augmentatio non fit ob consecrationem seu ob rem spiritualem adnexam, sed ob expensas illa occasione factas ·.

Huc spectat etiam, ut· videtur, quaestio de labore intrinseco aut extrinseco quo quis a simonia excusatur si temporale aliquid accipiat occasione praestitae rei spiritualis.

Labor est aliquid temporale; si in praestanda re spirituali adhibeatur, est aliquid temporale spirituali adnexum. Potest autem dupliciter labor ad-, necti spirituali: *intrinsece,* quod tunc fit cum res spiritualis ita cum illo unitur ut sine illo ipsa res spiritualis valide, licite, decenter haberi non possit, e. *g.,* labor 7 necessarius ad Missam celebrandam; *ertrinsece,* quod time fit cum res spiritualis sine illo licite, valide et decenter halæri potest, e. g., Missa tali hora incommoda dicenda, vel loco incommodo etc. Quod extrinsece adnectitur, accidentale prorsus est rei spirituali.

Cum labor intrinsecus confundatur cum ipsa re spirituali, nec pretium aliquod independent^· ab ipsa re spirituali cui concomitante!· unitur non habeat, patet pro eo pretium accipi, nec de eo pacisci licitum esse sine simonia 8.

1 Salmanticenses, *l. e.,* tract. 10, cap. 1, n. 08, ct cap. 2, u. 20.

* C. 824.

3 Cfr. c. 1507.

4 Cfr. D'Annibale, *l. c.,* III, 108.

3 D'Annibale, *l. c.,* III, 1U8; Reiffenstuel, *l. c.,* V, 3, 221-223; Salmanticenses, *l. c.,* 19, cap. 2, n. 16; Ballerinl-PaLmieri, *l. c.,* VII, pag. 411.

9 D'Annibale, *l.* c., III, 108.

7 C. 727, 5 1; Vermeersch, *l. c.,* II, 276, e.

8 Salmanticenses, *l. c.,* 19, cap. 2, n. 18 sq. Admittit tamen D'Annibale, *l. c.,* 105, etiam pro laboro intrinseco peti et exigi posse mercedem, quia labor etiam intrinsecus, qua

Labor voro extrinsecus instar rei temporalis antecedenter spirituali adnexae considerari potest, et proinde, nisi specialis prohibitio inris positivi habeatur, de eo pacisci et pretium temporale pro eo exigi licet, eodem modo ac de rebus aliis spirituali antecedenter adnexis 1.

719. — 7° Alii casus difficiliores de simonia. - Alios casus enumerant auctores in quibus species quidem simoniae habetur, delictum vero ipsum simoniae plerumque non adest. Itaque:

a) Simonia non est dare temporale seu pecuniam mediatori ad obtinendum beneficium pro labore ab ipso suscipiendo, vel damno subeundo, vel lucro amittendo; aliter si des pro ipsa mediatione ad beneficium obtinendum, quia licet mediate, in hoc casu pecunia refertur ad beneficium ipsum et eius pretium est 2.

b) Exigere temporalia pro precibus aut orationibus aut pro exercitio virtutis per modum pretii simonia est, non item eadem exigere per modum stipendii sustentationis 3.

c) Dare temporale ad redimendam iniustam vexationem quam quis patitur in prosecutione rei spiritualis ad quam ius iam plene quaesitum habet; aut etiam ad redimendam iniustam vexationem in ime nondum plene quaesito, si vexans illud ius non potest impedire nisi iniustis obstaculis, e. g., infamationibus, detractionibus, simonia non est; quia in his casibus res temporalis non datur pro re spirituali, sed ad aliam rem aut actionem temporalem impediendam. Aliter vero dicendum si temporale detur ad impediendam iustam vexationem quam quis patitur in prosecutione rei spiritualis; in casu enim temporale datur pro re spirituali consequenda; ita simonia est dare temporale

labor est, non differt ab extrinseco. Ita etiam Laymann qui citat pro se Adrianum, Riccardum, Bonaventuram et glossam; cfr. Ballerini-Palmieri, *L c.,* II, n. 278 et sqs.; Berardi, *Theologia moralis theorico-practica,* II, η. 426. Opinionum canonistarum et theologorum optimam recensionem circa naturam stipendii Missarum conferre potes apud V. Del Giudice, *Stipendia Missarum,* Romae, 1922, toto volumine sed praesertim a pag.* 31 ad 145. Vermeersch, *Theologiae moralis* etc., II, 276, e, permittit pactionem de labore intrinseco ob lucrum cessans, si nempe minister sacer ob illum laborem, etiam intrinsecum ab alio opere sibi frugifero abstinere debeat; cfr. etiam S. Alphons., Z. c., III, 55; Lessius, *De iustitiaet iure,* lib. II, cap. 35, n. 52-54.

1 Doctrina communis: S. Alphonsus, *l. c.,* III, 55; Salmanticenses, *l.* c., 19, c. 12, n. 19; Reiffenstuel, Z. c., V, 3, 305-308; D'Annibale, Z. c., III, 103; Vermeersch, *Theologiae moral.·.,* II, 279, 2: « Solet tamen Ecclesia, ad omnem mercimonii speciem vel turpis lucri cupiditatem removendam, legale pretium, consuetudine vel competente auctoritate definitum, his adiunctis externis imponere ».

2 S. Alphonsus, Z. c., III, 64; D'Annibale, Z. c., III, 103-104; cfr. tamen apud Salmanticenses opinionem Sanchez affirmantis, simonlam in hoc casu solum ex iure ecclesiastico haberi; quod si probabile erat ante Codicem iam nunc nec iuris ecclesiastici simonia, lege deficiente, esset; cfr. tamen Salmanticenses, Z. c., 19, cap. 1, n. 49-53; itemque ea quae supra n. 711, Y, in nota. Cfr. etiam Lessius, *De iustitia et iure,* lib. II, cap. 35, n. 46-47.

3 Reiffenstuel, Z. c., V, 3, 218. Omnes quidem auctores in non agnoscenda simonia in hoc casu conveniunt; non omnes tamen eadem explicatione stipendii sustentationis utuntur: cfr. S. Alphons., Z. c., III, 53; Salmanticenses, Z. c., 19, cap. 1, n. 66; D'Annlbale, Z. c., III, 93, not. G.

pro impedienda lito quam quis iuste tibi intentare intendit ad te amovendum a beneficio; quia in hoc casu pecunia seu temporale datur pro re spirituali, quae licet iam possideatur tamen certo iure non possidetur ».

Ratio autem cur simonia non committatur in redimenda iniusta vexatione est quia temporale in casu datur pro alia re temporali, nempe pro redemptione vexationis iniustae; quae ratio supponit in vexato ius certum et indubitatum ad rem seu in re aut saltem ius ad sibi rem quaerendam, petendam et comparandam; si vero ius illud, quodvis sit, certum non sit, cum vexatio iusta fiat, si quis eam redimere velit, ipsa eius redemptione, ius ad ipsam rem spiritualem non vexationem redimere videretur, quod simoniacum est 1,3

(?) Dare pecuniam sacerdoti nolenti sine illa administrare Sacramenta, ad ipsam Sacramentorum administrationem obtinendam, si necessitas recipiendi Sacramenta habeatur, non est simonia, quia hoc facere non est ipsa Sacramenta emere, sed potius iniustam vexationem redimere, vel potius quia, excluso animo emendi spirituale, potest quis licite permittere peccatum alterius ex iusta causa sumendi Sacramenta

1 Cfr. Rciflvnstnel, Z. *c.,* V, 3. n. 308-316; D'Annibale, Z. e., III, 100-102; ubi tamen notat n- 100 .«einper haberi simoniam si ex imu parte ad vexationem redimendam aliquid spirituale detur; et contra Reiffenstuel. Z. c., n. 314 admittit n. 101, nota 6, numquam haberi simoniam 81 vexatio iniusta fuerit.

2 C*fr. etiam de hac re S. Alphon£, Z. c.. III, 99 sq.; Satinant fcenses, Z. *c.,* tract. 19, c. 3, n. 1-17,

3 S. Alphonsus, Z. III, 103; Ballerini-Palmicri. 7. c., II, n. 286 et 288 et sqs.; Berardi, Z. c., Π, n. 423. VI; Iassius. *De iustitia rt iure,* lib. II. cap. 35. n. 37 et sqs.. praesertim vero 4H1.

PARS I.

DE SACRAMENTIS

720. — *(Remissive).* - Tractatus *De Sacramentis,* iis exceptis quae ad dogma pertinent, et quibusdam aliis quae strictius ad theologiam moralem aut pastoralem pertinent, in schola iuris canonici explicandus esset; at, quia difficile est inter has scientias limites accurate definire, cumque generatim de Sacramentis in theologiae moralis cursu agatur, ne in iisdem rebus bis tractandis pretiosum adeo tempus inutiliter fere teramus, hanc tractationem ad theologiam moralem et pastoralem remittimus.

Accedit etiam ratio quod tempus nobis non suppeteret iuxta vigentia programmata de his agendi, nisi alios tractatus ad ius stricte pertinentes omittendo b

1 Micheletti, *Constitutiones seminariorum clericalium* (1919), in allegat. 32 ad calcem voluminis pro singulis annis cursus theologici assignat theologiae pastoralis studio tres horas lectionum, singulis hebdomadibus immo pro primo anno Quattuor horas assignat; item 5 horas assignat, primo anno, theologiae morali et 3 horas aliis tribus annis; iuris vero canonici studio unam horam lectionis singulis hebdomadibus pro primo anno, et duas horas annis sequentibus assignat. Candide fateor, iniusta esset haec temporis distributio, si theologiae moralis et pastoralis scholae sola materia stricte theologica explananda relinquatur; potest vero admitti illa distributio temporis a Micheletti allata, si scholae theologicae explanandi relinquantur tractatus de sacramentis et de censuris, praeter materias stricte theologicas: Augustine, *A Commentari/,* III, 295, non immerito, ut videtur, quattuor horas singulis hebdomadibus in cursu trium annorum ad studium iuris canonici completi assignat.

NOTA. — Cedens Auctor instantiis, sibi a pluribus lectoribus jactis, brevem tractatum " De Sacramentis „ paravit, quem brevi tempore absolvit: opus tribus voluminibus constat.

DE LOCIS ET TEMPORIBUS SACRIS

Connexio materiae. — Inter *res* quas Deus contulit Ecclesiae ut iis ad Dei cultum uteretur, sicut societati civili ad alios fines temporales, sunt loca et tempora sacra, de quibus proinde optimo consilio hoc loco post tractationem de Sacramentis, quae sunt media seu res iure divino institutae ad finem Ecclesiae, agitur.

SECTIO I.

PRAENOTIONES

721. — I. Notio locorum sacrorum. - Loca sacra sunt loca quae divino cultui fideliumve sepulturae deputantur consecratione vel benedictione [1] quam probati liturgie! libri ad hoc praescribunt [2].

Loca sacra sub genere rerum ecclesiasticarum, seu sub genere mediorum quibus Ecclesia ad suum finem obtinendum utitur, veniunt. Aliter ac pro temporibus sacris videbimus, deputatio luci, qua sacer fiat, necessario consecratione vel benedictione constitutiva, non simpliciter invocativa, facienda est; ante benedictionem igitur locus sacer non habetur, stricto sensu, licet ad usum sacrum adhibeatur, e. g., ad sepulturam fidelium. Item loci sacri nomine non venit oratorium domesticum quod benedictione constitutiva benedici

[1] Sacristiae et aliae forte in subsidium ecclesiarum erectae camerae, quia consecratione aut benedictione constitutiva carent, nomino locorum sacrorum stricto non veniunt (Barin in *Ephemerides liturgicac, v.* 36 (1922), pag. 11); cfr. tamen Sagmüller, *Lehrbuch des katholischcn Kirchenrechts3,* II, § 167, pag. 292, nota 5, et S. C. lUt., 27 Mart. 1879.

[2] C. 1154.

non debet. Ecclesia tamen posset ritum benedictionis aut consecrationis supplere, cum de re agatur quae solo iure positivo nititur ‘.

Loca sacra dividuntur, pro diversitate usus, in loca cultui divino destinata et in loca destinata fidelium sepulturae; pro varietate modi deputationis in loca consecrata aut simpliciter benedicta.

Etiam Stationes Fûw *crucis,* si erigantur in locis benedictis, inter loca sacra sunt adnumerandae a.

722. — Π. De benedictione locorum sacrorum. - 1° Notio. - Benedictio in genere est caeremonia ecclesiastica qua rei vel personae determinatae ius ad specialem Dei protectionem confertur aut qua persona vel res ad exercitium cultus divini deputatur 2

Duplici igitur sensu essentialiter diverso accipitur hoc verbum benedictionis, pro simplici invocatione nominis Dei, et pro deputation© rei vel personae ad cultum divinum 4.

Attamen ubi de benedictione locorum sacrorum sermo est, nempe in hoc tractatu de locis sacris, solum alter sensus applicandus est.

723. — 2° Benedictionum divisio. - *a)* Ratione effectuum habemus: a) Benedictionem *invocativam* qua aliquid a Deo postulatur pro hominibus non mutata rei vel personae, super quam fit, natura, e. g., benedictio mulieris post partum, benedictio infirmi, benedictio agrorum.

β) Benedictionem *constitutivam* qua res vel persona Dei aut religionis servitio deputatur, ab usu profano permanenter separatur et superiorem seu sacram naturam induit, e. g., benedictio ecclesiarum, coemeteriorum, calicis etc. 5.

Omissis benedictionibus invocativis, constitutivae benedictiones dividuntur:

&) Ratione sollemnitatis - in sollemnes et minus sollemnes; prout maiori vel minori sollemnitate externa fiant; e. g., sollemnis erit benedictio coemeterii ritu in *Pontificali romano* praescripto: minus sollemnis eadem benedictio ritu descripto in *Rituali romano e.*

c) Ratione materiae adhibitae in ipsa facienda benedictione; in *benedictiones constitutivas verbales* et in *benedictiones constitutivas reales*

1 Sâgmiiüer, *Lehrbuch,* II, p. 299, nota 5; Santamaria. *Cornent(trios al Côdigo canonico,* IV, pag. 6-7.

2 I. P. Mothon, *Institutiones canonigues,* Lille, II, 1924, n. 2370.

3 Cfr. Wernz. *Ius decretalium,* III2. 759; Barin, *Catechismo liturgico,* II4, pag. 475 sq.; Hinschius, *Das Kirchenrccht der Katholiken und Protestantcn,* IV, 141 sq.; Bernard, *Cours de liturgie romaine — Cérémonial,* II, p. 127 sq.

4 Hinschius, *l. c.*. IV, pag. 142.

5 C. 1148. § 2; Augustine. *I. c.*. IV, 565; Santamaria, *Comcntarios al Côdigo canônico,* IV, pag. 4; Moersdorf, *Die Rechtssprache des Codex iuris canonici* (1937), p. 238.

t f e Cfr. P. Matthaeum a Coronata, *De locis et temporibus sacris,* η. 143.

seu in *consecrationes}* line olei sacri seu benedicti usum requirunt, non illae.

Effectus tamen omnium benedictionum constitutivarum iidem prorsus sunt, nempe deputatio rei vel personae benedictae ad cultum Dei, quam ob rem inter eas non est essentialis differentia 12

724. — 3° Quis loca consecrare possit. - *a) Valide loca consecrare possunt:*

a) Episcopi consecrati, etsi haeretici et schismatici sint, dummodo formula utantur, in substantialibus, ab Ecclesia praescripta *.

β) Quilibet sacerdos qui ad hoc privilegium speciale a Romano Pontifice aut a iure obtinuerit, intra limites solummodo factae concessionis seu privilegii 3.

Tali privilegio ex iure Codicis gaudent Cardinales etsi charactere episcopali careant, generatim quidem et exclusive4 pro suis titulis vel diaconiis; pro aliis vero locis de consensu Ordinarii 5; item Abbates et Praelati *nullius* 6 et partim etiam Vicarii et Praefecti Apostolici7.

b) Quis consecrat licite. - Consecratio alicuius loci, quanquam ad regulares pertinentis 8, spectat ad Ordinarium territorii in quo locus

1 Sügmüller, *Lehrbuch des katholischen Kirchenrechts3,* II, p. 291; Augustine, Z. c., VI, pag. 3. Distinctio benedictioninn in *sollemnem* et *minus sollemnem* plerumque coincidit, at non necessario, cum distinctione benedictionum verbalium et realium seu consecrationum: possunt tamen haberi benedictiones sollemnes quae olei unctiones non requirant, e. g., benedictio sollemnis coemeterii etc. Attamen terminologia in fontibus non est stabilis et ipsum *Pontificale romanum* habet rubricam *De benedictione et consecratione virginum,* ubi nulla habetur sacri olei unctio; cfr. Hinschius, *L* c., IV, 142, not. 7.

2 C. 1148, § 2; Many, *De locis sacris,* (1904), n. 11, 2; Augustine, *A Commentary,* VI, 5; posset tamen Ecclesia aliter de haereticis ministris determinare.

3 C. 1117, § 1.

4 S. R. C., 30 lan. 1879, *Décret, auth.,* 3478, excludebat Cardinalem Vicarium.

5 Cc. 1155, § 1; 239, § 1, n. 20; 1157. His tribus canonibus inter se collatis; Cardinalibus potestas consecrandi loca sacra extra suos titulos concedi videtur, independenter a charactere episcopali; id communiter admittunt auctores post Codicem; cfr. Blat, *Commentarium textus,* lib. III, part. II, pag. 5; Vermeersch, *Epitome,* II, 471. Cum potestas consecrandi, quae ex privilegio competit, si ultra terminos concessionis exerceatur invalide exerceatur, dubitari potest utrum clausula cc. 239 et 1157 *sine consensu Ordinarii* ad valorem pro Cardinalibus requiratur? Negative respondendum videtur et illam clausulam referri sicut pro Episcopis ad solam liccitatem; canone eni.n 239, n. 20 dicuntur Cardinales consecrare posse ubique locorum; licentia Ordinarii requiritur pro ipsis vi can. 1157 et ipsius c. 239, n. 20 solum ad liceitatem. Licentia autem si agatur de consecratione semper petenda est ab Ordinario loci, etsi ecclesia consecranda sit regularium. Si agatur de benedictione, sufficit licentia Ordinarii regularis si agatur de ecclesia regularium (cc. 1155, § 1, et 1157). Santamaria licentiam de qua in c. 1157 etiam pro Cardinalibus necessariam putat ad valorem ipsius consecrationis, quod non probatur; cfr. etiam Vermeersch, Z. c., II, 471.

6 Ad normam c. 323, § 2, de qua paragraphe cfr. quae vol. I, n. 389, diximus. Contrarium insinuare videtur Augustine de Abbatibus et Praelatis *nullius* charactere episcopali destitutis, at contra can. 323, § 2.

7 C. 294, § 2.

8 Etiam tempore sedis vacantis ad Ordinarium loci pertinet consecratio ecclesiarum regularium, qui proinde, si Vicarius Capitularis charactere episcopali careat, eius consensu indigent ut alium Episcopum consecratorem admittere possint. Many, Z. c., n. 12, 4, pag. 32; Augustine, Z. c., VI, 4.

ipse reperitur. dummodo Ordinarius charactere episcopali sit insignitus, non tamen ad Vicarium Generalem sine speciali mandato, etsi ipse Episcopus consecratus sitx.

Ordinarius territorii, licet charactere episcopali carent, potest cuilibet eiusdem ritus Episcopo licentiam dare consecrationem peragendi in suo territorio s.

Nomine Ordinarii territorii hic venit certe etiam Vicarius Capitularis, item Vicarii et Praefecti Apost. etc. nec non Cardinales in suis titulis vel diaconiis 2.

Licentia data Episcopo alterius ritus invalida forte erit; consecratio tamen vi illius licentiae peracta certo valida est 4.

725. — 4° Quis loca sacra benedicere possit. - Ius benedicendi locum sacrum, si hic pertineat ad clerum saecularem vel ad religionem non exemptam, vel ad laicalem, spectat ad Ordinarium territorii in quo locus reperitur; si ad religionem clericalem exemptam, ad Superiorem maiorem; uterque vero potest alium sacerdotem ad hoc delegare 56

••Ji

a

Agitur in hoc c. 1156 praesertim <le licita benedictione constitutiva locorum; valida enim est benedictio a quolibet sacerdote, etiam sine delegatione datae.

726. — 5° De privilegiis circa consecrationem et benedictionem locorum sacrorum. - Non obstante quolibet privilegio nemo potest locum sacrum consecrare aut benedicere sine Ordinarii consensu 7.

Hoc canone nullum proprie privilegium consecrandi aut benedicendi loca sacra revocatur; solummodo usus privilegiorum hac in re forte concessorum aliquantulum limitatur, ita ut iisdem uti non liceat sine Ordinarii, non Ordinarii loci, consensu. Proinde hoc canone iura Ordinariorum proprie proteguntur; non possit igitur nec Ordinarius loci, inuno nec Cardinalis, locum ad religionem clericalem exemptam sine consensu Ordinarii nec benedicere, nec consecrare8.

1 C. 1155, § 1. De Cardinalibus cfr. sapra, pag. 25, nota 5.
2 C. 1155, § 2.
3 « D. Ati vi canonis 323 Abbas *nullius* charactere episcopali carens, ecclesiam in alieno territorio valide consecrare possit ex eiusdem Ordinarii licentia. — R. Negative· C T ·><) lanuarii 1931. *A. A. S„* XXIII, 110.
4 Cfr. S. C. S. Ortlcii. 16 lati. 1831, *Colleelan. S'. Prop. Fid.,* η. 822: Vermeersch, *l.* c., II, 471; Augustine, *l. c.,* VI, pag. 5.
5 C. 1156.
6 C. 1147, $ 3.
7 C. 1157.
8 Cfr. ce. 1155, $ 1; 115G; 239, 5 1, n. 20; Vermeersch, *l. c.,* II, 471.

Leo XI aliquibus ordinibus regularibus concesserat, ut si Episcopus dioecesanus consecrationem bis aut ter petitam ultra quattuor menses distulisset, possent per quemlibet Episcopum communionem cum Sede Apostolica habentem suas ecclesias consecrare [1]. Hoc iure adhuc uti posse regulares post Codicem docent probati auctores [2].

Codex requirit Ordinarii, non Ordinarii loci, consensum; quo non solum iura Episcoporum et Ordinariorum, sed etiam iura Superiorum maiorum religionum clericalium exemptarum proteguntur; proinde nec Ordinarius loci potest ecclesiam regularium consecrare sine Superioris maioris consensu [3].

Si quae ampliora privilegia alicui ordini religioso concessa sint, e. g., privilegium benedicendi loca sacra concessum etiam Superioribus localibus[4], hoc canone aut c. 1156 abrogata non censentur, sed eorum mus consensui Superiorum maiorum vi huius can. 1157 subordinatur; qui tamen consensus generali modo dari potest et in casibus urgentioribus facile praesumi [5].

727. — 6° Documenta et probatio benedictionis eiusque iteratio. - *a)* De peracta consecratione vel benedictione redigatur documentum, cuius alterum exemplar in Curia episcopali, alterum in ecclesiae archivo servetur [7].

Si de ecclesia regulari agatur, eiusque benedictione, non consecratione, documentum potius quam in Curia episcopali, in curia Ordinarii religiosi asservandum videtur [8].

b) Consecratio vel benedictio alicuius loci, modo nemini damnum fiat, satis probatur etiam per unum testem omni exceptione maiorem [6].

Hic modus probandi per unicum testem adhiberi potest in defectu documentorum; aut aliorum signorum, e. *g.*, in defectu crucium muralium, si de consecratione ecclesiae antiquitus facta agatur; nec necessarium videtur ut testis de visu testetur.

c) Si de benedictione vel consecratione legitime constet, neutra iterari potest; in dubio autem, peragatur ad cautelam alterutra [10].

1 Constit. « *Dum intra* » 19 Dec. 1516, cfr. ioannem Baptistam Confettium, *Privilegiorum sacrorum ordinum fratrum mendicantium ct non mendicantium collectio,* Venetiis, 1610, pag. 105 sq.

2 Cfr. Piat, *Praelectiones iuris regularis*[2], II, pag. 350; Many, *l. c.,* n. 12, 2.

3 Augustine, *l. c.,* VI, 4; Bondini, *De privilegio exemptionis,* n. 27, pag. 111-112; contra Blat, *l. c.,* pag. 3; Vermeersch, *l. c.,* II, 471; rem dubiam habent Mello, *De exemptione regularium,* pag. 133 ct Cocchi, *Commentarium in Codicem iuris canonici,* lib. III, vol. V, η. 1, pag. 5-6.

4 Vermeersch, *l. c.,* II, 471.

5 Cfr. Constit. Leonis X · *Religionis suadet* * 3 Februat. 1514, apud Confettium, *Privilégier.* etc., pag. 116; Piat, *l. c.,* II, pag. 351; Mello, *l. c.,* 134.

6 Mello, *l. c.,* 134; Augustine, *l. c.,* VI, 6.

7 C. 1158.

8 Vermeersch, *l. c.,* II, 472; Cocchi, *l. c.,* n. 4, pag. 7; contra Bondini, *l. c.,* n. 27.

9 C. 1159, § 1.

10 C. 1159, § 2.

Xeutra *iterari* potest; iterare idem est ac eundem actum ponere: quare nihil impedit quo minus ecclesia benedicta iterum consecretur. In dubio sive de benedictione sive de consecratione, non conditional©, sed absolute alterutra est peragenda 1: etsi dubium moveatur de peracta consecratione sufficit ut peragatur benedictio.

Dubium mere negativum non sufficit ad hoc ut consecratio aut benedictio iteretur. Dubium positivum haberetur si in altan, quod consecratum putatur, desit reliquiarum sepulcrum, si cruces depictae in parietibus, quae nunc exstant, probentur ibi factae ad solum ornamentum 2.

728. — III. De exemptione locorum sacrorum. - Loca sacra exempta sunt a iurisdictione auctoritatis civilis et in eis legitima Ecclesiae auctoritas iurisdictionem suam libere exercet 3.

Exemptio a iurisdictione auctoritatis civilis locis sacris competens et immunitas a qualibet iurisdictione civili, etiam politica, locis sacris ex iure divino competit, quae proinde inter iura nativa Ecclesiae computanda est. Quod valet non solum de locis sacris in dominio Ecclesiae universae aut particularis personae iuridicae ecclesiasticae positis, sed etiam de locis sacris quae forte in dominio alicuius personae privatae sint aut etiam in dominio personae moralis non ecclesiasticae, e. g., in dominio ipsius Status civilis aut municipii; tales enim personae morales locum sacrum possident ut personae physicae privatae et qua tales legibus ecclesiasticis tum in acquisitione, tum in retentione, dominio, possessione et alienatione ligantur.

Si quid igitur iure possit Status seu societas civilis in loca sacra, id non iure nativo potest, sed solum ex Ecclesiae concessione vel ex usurpatione ab Ecclesia tolerata ad maiora mala vitanda4.

Ideo Ecclesia, licet facilius renuntiaverit immunitatibus quibusdam, et etiam certo gradu exemptioni propriae dictae, difficile tamen plene agnoscit iurisdictionem civilem in rebus et locis sacriss.

Santamaria. *I. c.,* IV, 8.
: S. R. C., 17 Dec. 1875, Decret. *auth.,* 3385.
3 C. 1160.
* Cfr. P. Matthaeum a Coronata, *Ius publicum ecclesiasticum,* n. 166-169.
5 Ctr. art. XVI, novissimi *concordati* lithuani, die 27 Sept. 1927, qui sic sonat: «Les ecclésiastiques, leurs biens et les biens des personnes juridiques ecclésiastiques et religieuses, sont imposables ù. l'égal des personnes... juridiques laïques, à l'exception toutefois des édifices consacrés au service divin, des séminaires ecclésiastiques, des maisons de formation des religieux et religieuses de même que des maisons d'habitation des religieux et religieuses, qui ont fait voeu de pauvreté, et des biens et titres dont les revenus sont destinés aux besoins du culte religieux et ne contribuent pas aux revenus personnels des bénéficiaires. Les habitations des Evêques et du Clergé paroissial, de même que leurs locaux officiels, seront traitée par le Fisc à l'égal des habitations officielles des fonctionnaires et des locaux des Institutions de l'Etat ».

TITULUS IX.

De ecclesiis

729. — I. Praenotiones. - 1° Notio ecclesiae. - Ecclesiae nomine [1] intelligitur aedes.sacra divino cidtui dedicata eum potissimum in finem ut omnibus christifidelibus usui sit ad divinum cultum publice exercendum [2].

Differt ab abis aedibus cultui publico pariter dicatis seu ab oratoriis ex eo quod *eum* potissimum *in finem* est erecta ut *omnibus christifidelibus usui sit;* oratoria enim, etiam publica, quae proinde omnibus patent, eriguntur eum potissimum in finem ut, non omnibus, sed determinato coetui fidelium aut familiae, aut personae physicae vel morali usui sint.

Variis nominibus, temporibus praesertim antiquioribus, ecclesiae appellatae sunt: *domus ecclesiae, oratorium; dominicum, basilica, prophetaeum, titulus, domus orationis, martyrium, confessio, memoria, templum* etc. [3].

730. — 2° Divisio. - Omissis aliis divisionibus, ecclesiae ratione praesertim dignitatis hoc ordine enumerari possunt:

a) *Basilicae maiores;* de quibus infra.

ά) *Cathédrales;* quae scilicet sedem habent episcopalem; sunt autem cathédrales: metropoliticae, primatiales et patriarchales.

Ecclesia cathedralis est vehit paroecia dioecesis, quam ob rem eius parochus super alios totius dioecesis parochos praecedentiam et aha iura hahet[*]

c) *Quasi-cathcdrales* quae cathedram habent Abbatis aut Praelati *nullius.*

d) *Abbatiales.*

e) Collegiales et inter eas *insignes* deinde simpliciter collegiales.

/) Paroeciales, quae sunt matrices et filiales.

g) Conventuales seu regulares.

1 Ecclesia = ἐχζλησία a verbo ἐζζαλέω = convoco. E contra voces Church et Kirche a v. ζιριαζόν = dominicum, derivantur.

2 C. 1161.

3 Cfr. Matthaeum a Coronata, *De locis el temporibus sacris,* n. 11; Prümmer, n· 355.

1 Cfr. cc. 478, § 1; 1230, § 7; S. C. Concilii In Foroiiinensi 10 Februat, et 9 Xunii 1923, *A· S.,* XVI, 1924, pag. 400-403.

Λ) *Ecclesiae associationum ecclesiasticarum* et ecclesiae simplices.

Basilicae minores praecedentiam non habent super cathédrales aut quasi-cathedrales ‘.

Sanctuaria vocantur ecclesiae ad quas fidelium peregrinationes devotionis causa fieri consueverunt ’.

731. — 3° Notae historicae. - *a) De ecclesiis.* - Primis tribus saeculis generatim ratione praesertim persecutionum ecclesiis proprie dictis non utebantur Christiani, sed cultum divinum vel in catacumbis seu coemeteriis, vel in privatis christ anorum domibus celebrabant. Non defuerunt tamen etiam illis temporibus, periodis praesertim mitioris persecutionis, ecclesiae proprie dictae.

Post persecutiones vero templa Christiana ubique, sensim sine sensu exstrui coepta sunt et decursu temporum optime etiam ornari[2].

b) De consecratione ecclesiarum. - Specialis ritus benedictionis aut consecrationis ecclesiarum prioribus tribus saeculis non habetur. Sollemniores vero ritus introducti sunt post persecutiones: in Oriente ecclesias dedicabant Episcopi in concilium adunati, praerequisito imperatoris consensu; Romae vero et in provincia ecclesiastica romana consensus requirebatur, ad consecrationem, Romani Pontificis.

Usus reliquiarum in consecratione ecclesiarum extendi coeptus est in ecclesia medio saeculo rv, et saeculo v generalis fuit; originem autem hic mos habet a praxi celebrandi sacra mysteria primis saeculis super sepulcris martyrum. Formula dedicationis a Pontificali romano praescripta originem traxit praecipue a liturgia gallicana [3].

732. — II. luridica requisita ad ecclesiarum aedificationem. - 1° Consensus Ordinarii loci. - *a)* Nulla ecclesia aedificetur sine expresso Ordinarii loci consensu scriptis dato, quem tamen Vicarius Generalis praestare nequit sine mandato speciali [5].

1 Cfr. Matthaeum a Coronata, L c., pag. 8, nota 1; Bernard, *Cours de liturgie romaine — La messe.* I, pag. 117.

2 In lurc revera critérium certum et bene determinatum, quo sanctuaria ab aliis ecclesiis distinguuntur, desideratur. Leo XIII Brevi ‹ *Cum sicuti* », 6 Mart. 1881, hoc peregrinationum critérium ad sanctuaria distinguenda agnoscere potiusquam statuere videtur. In pluribus aliis documentis pontificiis sanctuaria respicientibus idem critérium insinuari videtur; cfr., e. g., litteras Benedicti XV, 23 Aug. 1921; 3 lanuarii 1919; 15 Dec. 1921; etc. et Piccozzi in *Lessico ecclesiastico illustrato* v. *Santuario.*

3 Cfr. Matthaeum a Coronata, *l.* c., n. 13; Barin, *Catechismo liturgico,* I4, pag. 151 sq.; Hergenrôther-Kirsch, *Storia universale della Chiesa,* I, pag. 386-391, II, 198 sq.; Albers, *Enchiridion historiae ecclesiasticae.* I, 5 20; Sixte Scaglia, *Manuel d'Archéologie chrétienne,* 1916, part. I, ch. 6, pag. 143 et sqs.; Duchesne, *Origines du culte chrétien2,* 1925, chap. 12, pag. 421 et sqs.

4 Cfr. auctores supra citatos et praesertim Schuster, *Liber sacramentorum, Note storiche e liturgiche,* I, cap. XI, pag. 130-154; Ferrettl, *De benedictione et consecratione ecclesiae* in *Ephemerides liturgicae, v.* 36, 1922, pag. 57 sq.; Duchesne, *I. c.,* pag. 424 sqs.

5 C. 1162, § 1; cfr. etiam c. 335.

Consonans evidenter anto aedificationem requirendus est, et scripto consignandus; scriptura ad valorem non videtur requiri \ sed solum ad probationem item subsequens consensus omissionem supplere poterita.

Si de ecclesia cathedra!i aut collegia!! agatur, requiritur praeterea consensus R. Pontificis 2.

b) Ordinarius consensum ne praebeat, nisi prudenter praeviderit necessaria non defutura ad novae ecclesiae aedificationem et conservationem, ad ministrorum sustentationem aliasque cultus expensas 45

Nequit igitur loci Ordinarius solo arbitrio duci in concedendo vel negando consensu. Codex expresse non requirit nisi necessaria ad aedificationem, conservationem, ministrorum sustentationem et alias expensas; nemo tamen non videt Ordinalium ante omnia utilitatem aut necessitatem novae ecclesiae examinare debere. Quid autem si necessitas novae ecclesiae adsit et necessaria de praesenti non habeantur, nec spes affulgeat ea in futurum facile pbventura? Nimia severitas in hoc casu vitanda esse videtur, et dummodo aliquo modo necessitati fidelium subveniri possit, Ordinarius ad aedificationem consensum praebere poterit 6.

Si de ecclesia regulari agitur, dos cum dote domus regularis haberi praesumitur °.

c) Ne nova ecclesia ceteris iam exsistentibus detrimentum afferat, maiore fidelium spirituali utilitate non compensatum, Ordinarius, antequam consensum praebeat, audire debet vicinarum ecclesiarum rectores quorum intersit 7.

Detrimentum utique de quo hic agitur, est etiam, detrimentum materiale seu pecuniarum; at si tale detrimentum necessarium sit vel valde conferat ad spiritualem populi utilitatem, attendi nullo modo debet, dummodo tamen inter detrimentum ex mia parte et utilitatem ex altera nimia differentia non sit.

Regulares etiam nunc ne detrimentum patiantur appellare possunt ad *privilegium cannarum* 8.

Omissio petitionis consilii eorum quorum interest valori consensus dati

1 Severius Toso in *Ius pontificium,* VII, pag. 21 in Commentario ad c. 497, scripturum ad valorem ipsius consensu requirit.

2 Matthaeus a Coronata, *L c.,* n. 11; Vermeersch, *Epitome,* II, 477.

3 Sâgmüllcr, *Léhrbuch des katholischen Kirchenrechts3,* III, § 167, pag. 291.

4 C. 1162, § 2.

5 Cfr. c. 1415, § 3 et S. C. Consistor., 1 August. 1919, *A. A. S.,* XI, (1919), pagin. 346. Ex quibus ius vetus circa dotis necessitatem mitiorem nactum fuisse videtur applicationem.

° Reiffenstuel, *Tus canonicum universum,* III, 48, n. 10; Gasparri, *Tractatus canonicus de SS. Eucharistia,* I, 125.

7 C. 1162, § 3.

8 Cfr. Chelodi, *Ius de personis,* n. 249, *a,* in nota; Toso, in Comment, ad c. 496, cfr. *Ius pontificium,* VII, pag. 18. Certe cum Santamaria, *l. c.,* IV, 12-13, contra Ferrcres et Torrubiano Kipoll, *Novtsimas institucioncs de derecho canônico,* II η. 835, admittendum est *detrimentum* de quo in canone isto 1162, § 2 haberi non solum si stricta iura paroeciulia violentur, sed etiam si violentur iura etsi non stricta aliarum ecclesiarum exsistentium. Canon enim de quibuvis ecclesiis loquitur, non de solis ecclesiis paroecialibus.

non obstat absolute; obstare vero potest valori stabili consensus, si nempe alter qui se laesum existimat recurrat.

Si Ordinarius eorum quorum interest consilium non petierit, aut eo petito, contra consilium, consensum praebuerit, vicinarum vero ecclesiarum rectores ex novo opere suae ecclesiae damnum obventurum timeant, possunt opus illud iudici *nuntiare* seu deferre ut opus ipsum interrumpatur donec utriusque partis iura sententia indicis definiantur. Casu autem nuntiationis operis pars cui intimata est prohibitio continuo ab opere cessare debet, sed, dummodo idonee caveat, se in pristinum omnia restituturam, si, absoluto indicio, victa discesserit, poterit a indice continuationem operis impetrare. Nuntianti autem novum opus ad ius suum demonstrandum duo menses conceduntur, qui, ex iusta et rationabili causa, audita altera parte, prorogari aut reduci poterunt >.

Iudex cui opus novum nuntiandum est, erit Episcopus si agatur de nuntiando opere novo quod sine consensu Episcopi coeptum est, alioquin Métropolite aut S. Sedes 1.

(?) Etiam sodales religiosi, licet consensum constituendae novae domus in dioecesi vel civitate ab Ordinario loci retulerint, antequam tamen ecclesiam vel oratorium publicum in certo ac determinato loco aedificent, Ordinarii loci licentiam obtinere debent 3.

Ita videtur haec paragraphus intellegenda ut dicatur consensus ad domum religiosorum aperiendam non importare ius ad aperiendam ecclesiam publicam, nisi pro religiosis quae ex instituto ecclesiam habere debent, ut sunt omnes religiosi choro addicti, et tamen etiam isti, si domus locum designatum nondum habeant, speciali adhuc indigeant consensu Ordinarii loci ad hanc designationem faciendam. Religiosi vero qui ex instituto ecclesiam non habent, ut sunt plures congregationes, speciali indigent consensu non solum ad locum designandum, sed et ad ipsam ecclesiam seu publicum oratorium aperiendum 4.

Licet Codex hoc loco regulares *exemptos* non memoret, interpretes tamen ut certum admittunt etiam ipsos hac lege teneris.

e) Consensui Ordinarius aliquas conditiones adiicere potest, dummodo tamen non sint iuri communi contrariae, e. g., nequit apponere conditionem ut fideles in ecclesia regulari obligationi audiendi Missam non satisfaciant6.*

1 Ce. 1162, 5 3, ct 1676.

2 Prtbnnier. Z. c., 357. 2; cfr. etiam de nuntiatione novi operio; Gasparri, *Tractatus canonicus de SS. Eucharistia,* I, 125; Ojettl, *Synopsis,* v. *aedificatio,* n. 239.

3 C. 1162, S

4 Ita etiam Blat, Z. c , p. 15; Mello. *De exemptione regularium.* pag. 125 gq.; Vermeersch, *Epitome.* II, n. 478; cfr. etiam nostrum I vol. n. 524 in nota; severing Joiubart in *Periodica,* XII, p (GO), non recte, ut videtur. Cfr. etium Toeo in *Ius pontificium,* VII, pag. 21-22 ad can. 197.

5 Blat, *L* c.. p. 14; Augustine, Z. *c.,* VI, p. 1L

° Wernz, Z. c., III, 130; Vermeersch. /. c.. II, 479; concedit tamen Vermeersch, ut Episcopus apponat conditionem non aperiendi ecclesiam; cfr. etiam de his Gasparri, *Tractatus canonicus de SS. Eucharistia,* I. 126; Ojvtti, *Synopsis rerum moralium et iuris pontificii,* I, v. *Aedificatio,* n. 243.

733. — 2° Artis sacrao observantia L - *a)* Curent locorum Ordinarii, audito etiam, si opus fuerit, peritorum consilio, ut in ecclesiarum aedificatione vel refectione serventur formae a traditione Christiana receptae et artis sacrae leges 2.

Commendatur hoc canone Ordinariis locorum institutio Commissionis permanentis ex artis sacrae peritis constantis, cuius auxilio et consilio uti possint in his rebus difficilioribus; stricte tamen haec institutio non praecipitur, nec ea constituta Ordinarius stricte uti tenetur 3.

Si de ecclesia exempta agatur, haec cura pro arte sacra ad Ordinarium religiosum pertinet.

b) In ecclesia nullus aperiatur' aditus vel fenestra ad laicorum domus; locaque, si adsint, subter ecclesiae pavimentum aut supra ecclesiam, ad usum mere profanam ne adhibeantur '.

Decretis Codici anterioribus videbantur etiam proscribi aditus ad domus clericorum aut religiosorum, Codex mitiorem, iam in praxi vigentem, in hac re disciplinam adprobat et solum fenestras, ac aditus ad *domus laicorum* interdicit 5.

Usus *mere projanus* ad quem adhiberi nequeunt criptae subter ecclesiam non est certe sepultura fidelium 6, nec, ut videtur, bibliotheca vel archivum alicuius religionis aut associationis ecclesiasticae, nec adhibitio ad conferentias societatibus catholicorum habendas aut scholas, bene vero erit usus profanus si adhibeantur ad vinum, oleum, granum condenda, ad dormiendum ad ludos theatrales faciendos 8.

1 Cfr. Sermonem Pii XI, 27 Oct. 1932, *De normis Artis sacrae, A. A. S.,* XXIV, 355; itemque Motu proprio, 22 Dec. 1934, *pro Civitate Vaticana, A. A. S.,* XXVII, 8.

2 C. 1164, § 1.

3 Haec *Commissio* iisdem personis constare potest ac *Commissariato diocesano pei documenti e monumenti custoditi dal clero* a Pio X per Epist. Secret. Status 12 Dec. 1907, commendatus; cfr. Matthaeum a Coronata, Z. c., n. 16; *Synodus dioecesana lanuensis* a. 1909, n. 513-514; *Appendices* XIV et XXXI. Quaenam vero sint artis sacrae et Christianae traditioni conformes formae et leges describunt artis ipsius sacrae cultores; cfr. Schuster, *Liber Sacramentorum,* I, cap. XIII, pag. 155 sqs.; Celso Costantini, *Nozioni d'arle per U clero,* 1907, Firenze, ubi pag.. 288 fusiorem hac de re bibliographiam, invenies.

4 C. 1164, § 2.

5 Cfr. pro anteriori disciplina, partim saltem mitigata referentias seu notas ad Codicem in hunc canonem; Barin, *Commentarium ad canones C. I. C. sacram lituryiam spectantes,* in *Ephemerides liturgicae, v.* 36 (1922), pag. 511; ubi etiam docet tolerari posse ab Ordinariis locorum aditus aut fenestrae ad domus etiam laicorum iam exsistentes etsi de privilegio apostolico dubitatur. — Certe, quidquid est de legitimitate harum fenestrarum aut *tribunarum,* valide ex eis assistitur Missae et satisfit praecepto audiendi diebus festis Missam; Torrubiano Ripoll, *Nocisimas instihidones* etc..., II, 838.

6 Cfr. *Monitore ecclesiastico,* v. 36 (1924), p. 275-276, nisi agatur de alia ecclesia vera subterranea.

7 Mitius Torrubiano Ripoll, Z. c., II, n. 839, permittit ibi habitationem constitui pro aedituo seu custode ecclesiae, cui opr 'oni non contradicimus. Ne repugnare videtur ibi asservatio olei pro lampadibus adhibendi, aut vini in Missae sacrificio necessarii etc.

3 Barin, Z. *c.,* pag. 512; Matthaeus a Coronata, Z. *c.,* n. 18; dispensationes hac in re, cum debitis cautelis concedit S. C. Concilii; cfr. *Ordo servandus in Sacr. Congreg. Tribunalibus, 00. Curiae* It. 29 Sept. 1908, Part. II, cap. VII, art. IV, η. 4, f). Etsi ludi fiant pro sola schola paroeciali (S. R. C., 4 Maii 1882, *Décret, auth.* 3546); Augustine, Z. c., VI, p. 18, ex ratione in

734, — 3° Primarii lapidis impositio. - *a)* Obligatio peragendi, ante ecclesiae aedificationem, ritum impositionis primarii lapidis a Codice supponitur, non imponitur x.

b) Primarium lapidem ponere iisdem competit quibus ex iure ordinario competit locorum benedictio '.

Si minister sit Episcopus ritu in *Pontificali romano,* si sacerdos ritu in *Rituali romano* descripto utatur.

c) Pridie impositionis lapidis primarii a sacerdote collocanda est crux in loco ubi lapis collocandus est 3.

d) Die impositionis primarii lapidis dici potest ab Episcopo vel ab alio Missa votiva sollemnis de Sancto vel Mysterio cui dicatur ecclesia. Haec Missa prohibetur diebus quibus Missae votivae pro re gravi prohibentur et tunc titularis fit tantummodo commemoratio in Missa festi occurrentis 4.

735. — III. Benedictio et consecratio ecclesiarum (cfr. supra ubi de locis sacris in genere).

1° Ipsa benedictio eiusque necessitas. - «·) Consecratio ecclesiarum proprio nomine appellatur dedicatio sollemnis, benedictio dedicatio minus sollemnis. Dedicatio sollemnis, quae et simpliciter dedicatio appellatur, consistit essentialiter in inunctione duodecim crucium in parietibus et prolatione formulae deprecatoriae: *Sanctificetur et consecretur...* Benedictio consistit essentialiter in aspersione parietum aqua lustrali facta in parte superiore et inferiore una cum precibus in *Rituali romano* relatis s. Quae ad ministrum consecrationis et benedictionis ecclesiarum pertinent iara supra, ubi de locis sacris in genere, exposuimus.

illo decreto allata quod ludi theatrales ibi prohibeantur *quod ecclesia cum sua parte subterranea consecratur per mextum unius,* deducit non necessario eundem rigorem adhibendum esse si agatur de ecclesia non *consecrata,* sed solum benedicta; quod non improbabile videtur, si alia loca desint, exclusis semper tamen usibus profanis et mundanis.

1 Barin, *l.* c.. in *Ephemerides liturgicae,* v. 36. pag. 119450; agnoscebatur iam ex iure antiquissimo haec obligatio; c. 9, D. 1 De consecrat.; Ferrctti in *Ephemerides liturqicae,* v. 36, pag. 59.

2 C. 1163; cfr. supra n. 725.

3 Barin. Z. c., pag. 150-151; ubi etiam de modo conficiendi ipsum lapidem primarium et Illum ponendi. Martlnucci-Menghini, *Manuale sacrarum caeremoniarum,* l. IV, tit. II, c. 1, § 1 et lib. VII, tit. II, cap. 2.

Lapis debet esse quadrangularis et est figura lapidis angularis D. N. I. Ch. Torrubiano Ripoll, /. c., II, n. 836.

* Cfr. Ferrctti, Z. c., pag. 62-63; *Rituale romanum,* Missae celebrationem non memorat; at videtur dici posse eodem modo, licet impositio primarii lapidis fiat iuxta ritum *Ritualis romani;* cfr. *Additiones* novissimas ad rubricas Missalls, tit. II, η. 9; Barin, *In novissimas rubricas Missalis romani Commentarium,* 1920, pag. 195.

° Cfr. Wcrnz. L c., III, 43; Gaspard, Z. c., I, 167; Matthaeum a Coronata, Z. c., 21.

Notari autem debet plures simul Episcenos concurrere pos-c ad unicam ecclesiam consecrandam, et tunc ita procedere possunt ut unus parietes externas, alter internas aspergat, unus unum altare alter alterum consecretl.

Si Episcopus consecrans durante consecratione deficiat, consecratio ab alio integre est repetenda 2.

b) Divina officia celebrari in nova ecclesia nequeunt, antequam eadem vel sollemni consecratione vel saltem benedictione divino cultui fuerit dedicata 3.

Cum Ordinarii sit fidelium necessitati subvenire, si necessitas urgeat, dum ecclesia construitur, poterit in ipsa ecclesia nondum plene aedificata nec proinde benedicta, quae tamen aliquo modo iam sacra facta est impositione primarii lapidis, Missae celebrationem permittere et epikia **uti**4.

Si ecclesia quae consecratione dedicatur iam sit antecedenter benedicta, ea ipsa die qua dedicatui· Missa celebrari potest ante consecrationem; at· Missa erit de festo aut feria occurrente, non de dedicatione 5.

736. — 2° Quaenam ecclesiae benedici vel consecrari possint aut debeant. - a) Si prudenter praevideatur ecclesiam conversum iii ad usus profanos, Ordinarius consensum eius aedificationi ne praebeat, aut saltem, si forte aedificata fuerit, eam ne consecret neve benedicat 6.

Si praevideatur quidem ecclesiam conversum iri post longum tempus ad usus profanos, at de praesenti cautiones dentur et per ipsam instantibus necessitatibus fidelium subveniri possit, ecclesia sin minus consecrari, benedici posse videtur 7.

Potest periculum profanationis haberi post ecclesiae aedificationem, etsi aedificatio legitime facta sit, si eius fundator aut dominus cautiones dare recuset, at casus facilius occurret si aedificatio facta est sine consensu Ordinarii loci.

Cum ecclesia ex ligno, ferro aliove metallo facta non praebeat per se sufficientes cautiones stabilitatis et cum forma consecrationis ei non aptetur, benedici, non consecrari, poterit, si id Ordinario visum fuerit 8.

1 Cfr. Many, *l. c.,* n. 14, 5; cfr. tamen S. R. C., 3 Mart. I860; Gasparri, *l. c.,* I, 162.

2 S. R. C., 26 April. 1614, *Decret, auth.* 319.

3 C. 1165, § 1.

* Cfr. Gasparri, *l. c.,* I, 155; Barin, *l. c.,* cit. In *Ephemerides liturfficae,* v. 37, pagin. 19 et 25. Quod Ordinarius permittere posse videtur adhibendo illam ecclesiam nondum perfectam ut oratorium. Quid sint *officia divina* de quibus in h. c. 1165, § 1, cfr. in c. 2256, n. 1; Santamaria, *l. c.,* IV, 15; Haring, *Grundzilye des katholischen Kirchenrcchts*3, pag. 586, η. 1.

5 S. R. C., *Decret, auth.* 2519, ad 6; Mothon, Z. c., II, n. 2375, nota 5.

8 C. 1165, § 2.

7 Cfr. c. 1187; S. R. C., 11 April. 1902, *Decret, auth.* n. 4094; Barin, Z. c., v. 37, p. 25.

8 C. 1165, § 4; S. R. C., 11 April. 1902. *Decret, auth.* 4094. Ecclesia ex cemento armato facta poterit etiam consecrari, dummodo cruces consecrandae lapideae sint; S. R. C., 12 Nov. 1999, *Decret, auth.* 4340; Torrublano, Ripoll, Z. *c.,* II, n. 840,

b) Sollemni consecratione dedicentur ecclesiae cathédrales et, quantum fieri potest, ecclesiae collegiatae, conventuales, paroeciales [x].

Ecclesia cathedralis, dummodo consecrabitis sita, ex praecepto consecranda est; aliae solum de consilio [1].

737. — 3° **Ritus et aliae consecrationis aut benedictionis circumstantiae.** - *a)* **Ritus.** - Ritus et caeremoniae in consecratione adhibendae inveniuntur in *Pontificali· romano* titulo, *De ecclesiae dedicatione seu consecratione;* pro benedictione in *Rituali romano,* titulo Vili, cap. 27, *Ritus benedicendi novam ecclesiam, seu oratorium publicum, ut ibi sanctissimum Missae sacrificium celebrari possit.*

Si totus ritus in pontificali vel in rituali exsequi non possit et defectus sit solum in parte accidentali, ea pars exsequi debet quae est possibilis.

Defectus accidentalis esset si Episcopus nequiret totam ecclesiam exterius circumire, et tunc sufficit ut eam ea parte circumeat in qua hoc est possibile et saltem ante atrium[4].

Si benedictionis caeremoniae extra ecclesiam fieri auctoritate civili prohibitum sit, ad S. Sedem recurrendum et, si necessitas urgeat, in sacrario fiant[5].

Facta dedicatione, Episcopus, nisi ob nimiam fatigationem per alium sacerdotem id facere velit, Missam de ipsa dedicationis die celebrare debet.

Si sola benedictione facta dedicatio sit, Missa celebrari poterit, at de festo
* currenti ·.

Clerici ecclesiae addicti ab hora tertia diei Dedicationis sollemnis, eiusdem dedicationis officium, omisso ab illa hora officio currente, recitare tenentur [7].

b) **Tempus dedicationis faciendae.** - Consecratio ecclesiarum, quamvis quolibet die fieri possit, decentius tamen diebus dominicis aliisve festis de praecepto peragitur [8].

Hic non habetur strictum praeceptum consecrationem peragendi die festo, sed, summum, commendatio seu consilium a cuius observantia rationabilis causa excusat; causa autem rationabilis esset pro loco ubi unica est ecclesia

1 c. 1165, § 3.
8 S. R. C., 11 April. 1902, *Décret, auth.* 4094.
3 Barln, *l. c.,* n. 37, p. 23-24.
4 S. R. C., 17 Sept. 1665, *Decret, auth.* 1321.
5 S. R. C., 32 Febr. 1388, *Decret, auth.,* 3687, ad 1; SAgmüllcr, *l. c.,*Π, pag. 292, nota 5.
° Cfr. Gasparri, *l. c.,* I, 168.
7 S. R. C., 29 Iui. 1780, *Decret, auth.* 2519, ad 4; S. R. C., 7 Dec. 1844, *Decret, auth.* 2868. Si ea dio officium nobilius occurrat, officium dedicationis ad primam diem liberam iuxta rubricas transfertur; attamen Missa celebratur semper exceptis festis primariis Domini universalis Ecclesiae et dominica palmarum; his autem diebus in Missa festi additur commemoratio dedicationis. Si Missa dedicationis celebretur, in ipsa facienda est commemoratio titularis novae ecclesiae; cfr. Brehm, *Synopsis additionum et variationum in editione typica Missalis romani,* 1920, p. 154 sq.; Makée, *Institutiones iuris ecclesiastici*,* 1908, n. 849; Matthaeum a Coronata, *l. c.,* 23.
8 C. 1166, 5 1.

consecranda, si populus grave incommodum haberet exspectando finem caeremoniae, pro auditione Sacri, et tunc prudentius consecratio alia die facienda esset.

Licet Codex *qualibet* die fieri posse consecrationem doceat, patet tamen plures dies excludi: excluduntur absolute Feria VI in Parasceve, et dies Commemorationis omnium fidelium defunctorum; ratione vero caeremoniarum determinatis diebus assignatarum, Feria V in Coena Domini, Dominica palmarum, Feria IV Cinerum, Vigilia Pentecostes etc. L

Benedictio qualibet die dari potest.

c) **Vigiliae ante consecrationem.** - Pridie diei consecrationis, non simplicis benedictionis, celebrandae sunt vigiliae ante reliquias SS. Martyrum in altari consecrando collocandas et includendas. Vigiliae intelleguntur matutinum cum laudibus de communi SS. Martyrum ritu duplici cum oratione *Deus qui nos.* Recitatio non necessario choraliter facienda est, sed privatim saltem ab uno clerico in sacris fieri potest, nec recitantem absolvit ab officio diei currentis recitando [2].

(?) **leiunium ante consecrationem.** - Episcopus consecrans et qui petunt ecclesiam sibi consecrari, per eum diem qui consecrationem praecedit, ieiunent [3].

Agitur hic de ieiunio strictae obligationis [4], quod tamen abstinentiam non comprehendit[5], nec anticipari necessario debet[6].

Illud servare tenentur Episcopus et qui ecclesiam sibi consecrare petunt, licet laici sint, dummodo revera consecrationem ipsi petierint, non tantum assenserint. Si Capitulum petat, tenentur etiam illi de Capitulo qui forte suffragium negativum dederint[7].

Die dedicationis sollemnis clerus ecclesiae consecratae addictus incipiendo ab hora tertia debet officium dedicationis recitare. Hoc tamen intellige de ecclesiis in quibus habetur recitatio choralis officii divini, non solum officii B. M. Virginis. In aliis ecclesiis id servatur quod ad officium attinet, a rectore ecclesiae, et quod ad Missam, ab iis omnibus qui in ecclesia dedicata celebrare volunt.

1 Cfr. Barin, *l. c.,* v. 37, pag. 58-59.
2 S. R. C., 11 Iui. 1845, *Décret, auth.* 2886; S. R. C., 18 Aug. 1913; Matthaeus a Coronata, *l. c.,* 23, 12; Barin, *l. c.,* pag. 60.
3 C. 1166, § 2.
1 Ob dictionem Codicis ieiunent, Haring, *OrundsUye...* pag. 587, nota 3, dubium insinuat quod hoc ieiunium non sit obligatorium. Quod tamen dubium consistere non videtur, eo quod ante Codicem obligatorietas admittebatur.
5 C. 1251, § 1; C. I. 20 Iulii 1929.
9 C. 1252, § 4; Barin, *l. c.,* v. 37, pag. 60; Mothon, *l. c.,* II, 2375, nota9.
7 Gasparri, *l. c.,* I, 163; Vermeersch, *Epitome,* II, 483, b, qui tamen excusat religiosos ad Capitulum domus pertinentes si petitio consecrationis, non a Capitulo, sed a solo Superiore facta sit. Docet autem Vermeersch, severius ut videtur, ab hoc ieiunlonon possedispensari vi canonis 1245. Non teneretur ieiunlo Cappellanus monialium qui nomine monialium petit ecclesiae consecrationem, quia non sibi petit consecrari; Augustino, *l. c.,* VI, pag. 23-24; Santamaria, *l. c.,* IV, 17.

Si officium dedicationis impediatur a festo ritus aut sollemnitatis maioris, transfertur iuxta rubricas et tune officium incipit a primis vesperis ».

e) Consecratio altaris. - Altare consecrari potest etiam sine ecclesiae consecratione; sed una simul cum ecclesia debet saltem altare maius consecrari aut altare secundarium, si maius sit iam consecratum '.

Si consecretur altare immobile sine consecratione ecclesiae, vigiliae de quibus supra eodem modo servandae sunt.

Consecratio altaris est aliquid distinctum a consecratione ecclesiae, et valide saltem ecclesia consecrari potest sine consecratione altaris; ad liceitatem autem semper necessarium est una cum ecclesia consecrare etiam altare, et quidem maius, nisi quia consecratum, aliud consecrandum sit.

Nihil vetat quo minus una cum altari maiore consecretur etiam alterum altare. Si omnia ecclesiae altaria immobiliter iam consecrata sint et ecclesiae consecratio sit necessario facienda, poterit exsecrari altare ut iterum una cum ecclesia consecretur 1.

Si in ecclesiae consecratione omissa fuit consecratio altaris, aut etiam si altare prius consecratum exsecratum fuit, *quam primum* fieri potest altare iterum consecrandum est, et quidem iuxta formam *Pontificalis romani,* si altare nunquam consecratum fuit; iuxta formulam breviorem ex gratia a S. Sede concessa, si agatur solum de altari prius consecrato quod consecrationem amisit4.

In ecclesia benedicenda non requiritur altare fixum seu immobile; at etiam ibi requiritur ut unum saltem altare habeatur ad modum fixi5 7

/) Indulgentiarum concessio in consecratione. - Cum consecratur ecclesia vel altare, Episcopus consecrator, licet· iurisdictione in territorio caveat, indulgentiam concedit unius anni ecclesiam vel altare visitantibus in ipsa consecrationis die; in die vero anniversaria quinquaginta dierum, si sit Episcopus; centum, si Archiepiscopus; biscentum, si S. R. E. Cardinalis ·.

Iuxta hunc canonem corrigendum, erit *Pontificale romanum* qui quadraginta dierum indulgentias ponit.

Etiam hic nomine Episcopi venire videntur Abbates aut Praelati *miUius* 7. Indulgentiarum concessio fit tantum in dedicatione, non in simplici benedictione.

1 S. R. C., *Decret. auth.* 3881, ad 5; cfr. Mothon, *l. c.,* II, 2375, nota 9.
* C. 1165, 5 5.
3 Ferreros, *Institutiones canonicae,* II, n. 56; Matthaeus a Comnata, Z. c., 21; Barin, Z. c., v. 37, pag. 26-27; Santamaria. *l. c.,* IV, 16; Tnrrubiano Ripoll, Z. c., II, 840-bis; cfr. tamen infra n. 779 in nota contrariam opinionem Vermeersch.
4 S. R. C., 1 Febr. 1898, ad VI, *Decret, auth.* 3978.
5 Many, *l.* c., n. 17, 2, C.
8 C. 1166, § 3; cfr. etiam cc. 339, 5 1, n. 24; 274, n. 3; 349, § 2, n 2
7 C. 215, § 2.

Si facultas coneecrandi altare sacerdoti delegetur, indulgentias tamen concedit Episcopus delegans, non sacerdos delegatus '.

738. — IV. Festum dedicationis et tituli. - 1° Festum dedicationis. - Festum consecrationis ecclesiae quotannis celebretur ad normam legum liturgicarum 2.

Hae sunt praecipuae leges liturgicae hac in rc:

a) Festum celebrandum est a clero ecclesiae addicto. Si ecclesia clerum addictum non habeat, festum per accidens nequit celebrari; in casu autem nec clerus paroeciae intra quam ecclesia sita est ad festum celebrandum tenetur; si tamen aliquis sacerdos in die anniversaria consecrationis aut infra eius octavam ibi Missam celebrare contingat, aut Missam dedicationis aut eius commemorationem iuxta rubricas facere tenetur.

b) Festum dedicationis est festum Domini primarium, primae classis, cum octava communi et celebrari debet die ipsa anniversaria dedicationis ipsius, nisi Episcopus consecrans, non alius, in ipsa die consecrationis, non postea, aliam diem assignaverit; aut nisi Episcopus vel Superior maior religiosorum privilegium obtinuerint in determinata die omnium ecclesiarum consecratarum festum celebrandi. Quae obligatio non cessat si ecclesia violetur; bene vero cessare dicenda est si ecclesia, non solum altare, exsecretur.

c) Die anniversaria dedicationis propriae ecclesiae ante duodecim cruces consecratas duodecim cerei accendi debent per integrum diem a primis vesperis; quae etiam cruces thuriferari possunt in vesperis a celebrante, in Missa a Diacono.

d) Si dies certa dedicationis ignoretur, assignanda est probabilis, quae si postea erronee assignata dignoscatur, error corrigendus est.

e) Festum dedicationis ecclesiae cathedralis celebrari debet ab utroque clero ritu duplici primae classis cum octava; a regularibus autem proprio calendario utentibus sine octava 3.

739. — 2° Festum tituli. - *a)* Titulus quid. - Titulus hoc loco dicitur mysterium aut persona cui ecclesia dedicatur et a quo velut nomen accipit; si titulus est persona creata vocatur etiam quandoque *patronus ecclesiae,* a patrono utique loci distinguendus.

1 «An delegatio sacerdotis ad altare fixum consecrandum secundum ritum Pontificalis Romani, data ex facultate quinquennali etiam contineat delegationem validam ad Indulgentiam concedendam vi can. 1166, § 3 Codicis luris canonicis, et quatenus negative, an ipse Episcopus Ordinarius loci, qui sacerdotem delegat ad altare fixum consecrandum intelligi possit tamquam Episcopus consecrator, secundum mentem praefati can. 1166, § 3 Codicis iuris canonici ». S. Rituum Congregatio, 26 Octobris 1931, respondit: « Indulgentiae iu consecratione altaris conceduntur ah Episcopo qui altare consecrat, vel consecrare deberet, et tantum promulgantur ab ipso delegato ». Cfr. *Apollinaris,* IX, (1936), p. 186; Sartori, *Enchiridion,* IX, can. 1166; M. a Coronata, *Interpretatio,* can. 1166.
2 *C. 1167.*
3 Cfr. Matthaeum a Coronata, Z. r., 23, 13; Barin, Z. *c.,* v. 37, pag. 61-63, ubi etiam fontes harum legum invenies.

Unaquaeque ecclesia consecrata vel benedicta suum habeat titulum x.

b) Quis aut quid esse possit. - Titulus esse potest SS. Trinitas, divina aliqua persona, res aliqua ad Christum pertinens ut crux etc., Beata Virgo et Sancti eorumque mysteria et praerogativae, Angeli.

Excluduntur sine privilegio apostolico *Beati* 1; Sancti veteris testamenti pro ecclesiis de novo consecrandis, animae purgatorii; tituli vero inusitati nequeunt adhiberi inconsulta Sancta Sede 3.

c) Quis quando eligat. - Titulum constituit Ordinarius in impositione primarii lapidis; attamen Ordinarius, nisi obstet gravis causa, prudenter consensum praebebit desideriis patroni aut fundatoris. Electio facta in impositione primarii lapidis non est definitiva et mutari potest ab Ordinario in benedictionis aut consecrationis die a quo die canonicos producit effectus et immutabilis fit.

Si ecclesia benedicta consecretur, potest Episcopus in actu consecrationis antiquo titulo novum addere et in casu duo habebuntur tituli aeque principales. Additio novi tituli a populo sine S. Sedis induito facta canonicos effectus non producit.

Generarim unicus titulus constituendus est: censetur autem unicus etsi plures Sancti titulum constituant dummodo unico festo celebrentur. Titulus semel constitutus mutari, facta ecclesiae dedicatione 4, amplius nequit, sine apostolico induito. Immo etsi ecclesia diruerit, si iterum aedificetur, poterit in nova dedicatione utique novus titulus addi, at etiam vetus titulus rêtinen-

d) Festum tituli a quibus celebrandum. - Festum tituli quotannis celebretur ad normas legum liturgicarum e.

Celebrari autem debet a clero ecclesiae addicto; clerum autem ecclesiae addictum constituunt omnes clerici in illa ecclesia beneficium residentiale obtinentes, regulares in propria ecclesia, non item si ecclesia, licet cohaereat monasterio, eorum tamen non sit; parochus et vicarii paroeciales etiam cooperatores relate ad ecclesiam paroecialem; parochus etiam relate ad ecclesiam *filialem* exsistentem in territorio paroeciae, quod non extenditur ad cooperatores etsi pro illa ecclesia eos parochus adhibeat7; Superiores, professores et alumni in ecclesia seminarii dummodo in seminario ipsi degant; Episcopus

1 C. 1168, § 1, sl igitur in benedictione titulus appositus vel datus non sit, etiam postea dandus est.
8 C. 1168, 5 3.
3 Cfr. Matthaeum a Coronata, *l.* c., 24, 4; Barin, *l. c.,* v. 37, p. 380 sq.; *Ephemerides lituiyicae,* n. 33 (1919), pag. 359; Augustine, *l. c.,* VI, 26.
4 Dedicatio hic intelligitur etiam simplex quae flt benedictione; Barin, *l. c.,* vol. 37, p. 382.
s Cfr. Many, *l. c.,* 32; Gasparrl, l. c., 140; Matthaeum a Coronata, *l. c.,* ubi fontes citantur; Augustine, *l. c.,* VI, 26.
• C. 1168, § 2.
7 S. R. C., 11 Aug. 1877, ad 3 *Decret, auth.* 3431.

relnte ad ecclesiam cathedralem; missionarii pluribus ecclesiis assignati relate ad ecclesiam ubi resident, aut ad digniorem; si parochus duas regat paroecias relate ad ambas, itemque Episcopus. Non censentur addicti ecclesiae cappellani monialium, nec bénéficiât! non residentialesx.

Tenentur titulum celebrare non solum ecclesiae consecratae, sed et benedictae; immo et oratoria publica et insuper etiam semi-publica si benedicta sint benedictione constitutiva.

Celebrantes in oratoriis secundariis domorum religiosarum, hospitalium, seminariorum etc. tenentur commemorationem aut officium facere tituli oratorii principalis domus religiosae aut seminarii ete.2.

Festum tituli celebrari debet die quo celebratur ab universa Ecclesia, aut in martyrologio assignata, si agatur de Sancto cuius festum Ecclesia non celebrat. Si titulus sit SS. Salvator de eo fit in Transfiguratione, si sit Infantia lesu, in Nativitate; si Septem dolorum B. M. V.. convenientius in mense Septembri, si S. Maria Angelorum, in Assumptione eius 3.

e) De titulo cathedralis. - Festum tituli ecclesiae cathedralis ritu duplici primae classis cum octava celebrare tenetur universus clerus dioecesis; regulares tamen proprio calendario utentes sine octava. Si duo sint titulares aeque principales ad utrumque festum iidem eodem modo tenentur 4.

740. — V. Exsecratio ecclesiae. - 1° Exsecratio quid. - Exsecratio est totalis consecrationis aut benedictionis amissio. Cum tam consecratio quam benedictio essentialiter non tecto aut pavimento, sed parietibus adhaereat, iam patet nunquam haberi exsecrationem nisi maior parietum pars corruat, excepto casu exsecrationis ab Episcopo factae 5.*

741. — 2° Quot modis contingere possit. - Consecrationem aut benedictionem ° ecclesia amittere potest tribus modis 7:

a) Si tota destructa fuerit.

Non censetur autem tota destrui, nisi maior parietum, non tecti aut pavimenti pars corruerit; proinde hic primus modus exsecrationis coincidere videtur cum altero modo.

1 Cfr. Matthaeum a Coronata, *l. c.,* 21, 7, *b;* Augustine, *l.* c., 27, VL sq.
1 S. R. C., 16 Iunii 1893, *Décret, auth.* 3804, ad 8.
3 Matthaeus a Coronata, *l. c.,* 24, 7; Barln, *l. c.,* v. 37, pag. 382.
4 Matthaeus a Coronata, *l. c.,* 24, 7, *a;* Augustine, *l. c.,* VI, 27.
5 C. 1170; opiniones antiquatas de inhaerentia benedictionis pavimento, non parietibus, cfr. apud Wcrnz, Z. c., III, 441; Gasparri, Z. c., I, 166-167; 181 sq.; Ojetti, *Synopsis,* v. *Ecclesia,* 1925; D'Annibale, Z. c., III, 9; Barin, Z. c., v. 38, pag. 229.
4 Antiquata proinde iam sunt quae de differentia inter utramque docebant auctores quidam ante Codicem.
7 C. 1170,

*b) Si maior parietum pars corruerit 1.**

Requiritur ut maior pars corruat simul seu eodem actu; aut saltem ut successivae diruptiones parietum eveniant cum praecedentes adhuc non sunt refectae; si enim refectae iam sunt, licet hoc modo paulatim omnes parietes renoventur, ecclesia nou exsecratur. Item si ecclesia amplietur, dummodo pars nova totius ecclesiae ampliatae partem maiorem non constituat, ecclesia non censetur exsecrata. Maior autem parietum pars non est aestimanda cx nobilitato sed ex materiali quantitate.

Alios modos exsecrationis quos quidam auctores antiqui enumerabant Codex excludit :*

c) Si in usus profanos ab Ordinario loci redacta sit 34

De hoc exsecrationis modo haec statuuntur a Codice: Si qua ecclesia nullo modo ad cultum divinum adhiberi possit et. omnes aditus interclusi sint ad eam reficiendam, in usum profanum non sordidum ab Ordinario loci redigi potest, et onera cum reditibus titulusque paroeciae, si ecclesia sit paroecialis, in aliam ecclesiam ab eodem Ordinario transferantur :*

Hic modus exsecrationis certa lege introductus est a Codice 57 Requiritur autem ut exsecratio fiat ab *Ordinario loci,* quo nomine venit etiam, ut videtur, Vicarius Generalis necnon Capitularis, non vero Superiores maiores religiosi licet de ecclesia illis subiecta agatur.

Ad hanc reductionem faciendam gravis causa requiritur; quod ecclesia non possit amplius adhiberi ad cultum publicum, quavis denique causa hoc eveniat, aut quod non possit amplius ex defectu absoluto redituum refici; quae causae aestimandae relinquuntur prudenti Ordinarii loci iudicio. Redactio sine causa facta, aut error in aestimatione causae ipsam redactionem in usus profanos irritare non videtur.

Ritus specialis in redactione facienda non requiritur, sufficit decretum Ordinarii loci, quo dato, ecclesia ipso facto exsecrata censenda est.

Si ecclesia hoc modo ad usus profanos redacta ad cultum iterum restitui velit, iterum consecranda aut benedicenda este.

Redactio ad usus profanos facta non ab Ordinario loci, sed ab aliis personis propria auctoritate, ecclesiam, summum, violare non exsecrare potest.

Lapides et ligna ecclesiae destructae et exsecratae non sunt amplius cousecrata et possunt ad usus etiam profanos adhiberi

1 C. 1170.

3 Ctr. Barin, *l. c.,* v. 38, p. 329-333; Matthaeum a Coronata, *l. c.,* 26, 2; Augustine, *l. c.,* 33-33.

3 C. 1170.

4 C. 1187.

5 Ante Codicem id iam admittebatur, iurc tamen non bene definito; cfr. Wernz, *l. c.* III, 441; Gasporri, *l. c.,* I. 184; Barin, *l. c.,* v. 38, (1924), p. 233-234.

° Wernz, *l. c.,* III, 441; Do Angelis, *Praelectiones iuris canonici,* lib. III, tit. 40, n. 4.

7 Cfr. *Ephemerides lituryicae,* II, 339; *Monitore ecclesiastico,* V, part. Π, 277; Mothon, *l. C.,* II, 2380, nota 3.

742. — VI. De functionibus sacris quae in ecclesiis fieri possunt. - In sacra aede legitime dedicata, sive consecratione sive benedictione, omnes ecclesiastici ritus perfici possunt, salvis iuribus paroecialibus, privilegiis et legitimis consuetudinibus; Ordinarius autem, praesertim horas sacrorum rituum, potest, iusta de causa, praefinire, dummodo ne agatur de ecclesia quae ad religionem exemptam pertineat[1].

Omnes ecclesiastici ritus perfici possunt; jer se igitur nullus ritus excluditur; ex quo iam patet rectorem cuiuslibet ecclesiae, nisi exceptio probetur, officia etiam sollemnia in sua ecclesia celebrare posse[2].

Salva declarantur- *iura paroecidlia;* inter iura paroecialia sunt ante omnia functiones paroeciales enumerandae[3]; at non omnia iura paroecialia restringuntur ad functiones paroeciales. Id ‚sat clare innuitur in c. 482 ubi dicitur: *dummodo* functiones et ritus ecclesiastici *non nocca/nt ministerio parocciali;* qua de re si quaestio oriatur rectorem inter et parochum, solvenda erit ab Ordinario loci eiusque definitioni standum erit.

Ordinarius gaudet praesertim iure definiendi, ex iusta causa, horas sacrorum rituum, pro ecclesiis sibi subiectis, paroecialibus non exclusis[4].

Ius definiendi horas Missarum celebrandarum, ad parochum non pertinet, nisi agatur de ecclesia sibi subiecta, cui scilicet ipse qua rector praesit[5].

Et haec quidem valent pro ecclesiis Ordinario loci subiectis; si vero agatur de ecclesia regularium, ius non est Ordinario loci horas sacrorum rituum praefiniendi; quo tamen non excluditur- obligatio Superiorum regularium advigilandi ne celebratio officiorum divinorum in suis ecclesiis nocumentum afferat catecheticae instructioni et Evangelii explanationi. Qua in re si quaestio oriatur inter .Superiores religiosos et parochos ad loci Ordinarium iudicium pertinet, salvo iure recursus. Ob alias tamen causas praeter nocumentum explicationi Evangelii et catecheticae instructioni in regularium ecclesiis potestatepi non habet Ordinarius loci aliquid decernendi.

Salva etiam generali modo declarantur privilegia et legitimae consuetudines; quae proinde cum vim suam plene retineant, in iurium definitione attendenda sunt non solum a parocho, sed etiam ab Ordinario loci. Privilegia et legitimae consuetudines etiam iuribus paroecialibus derogare possimt[6]. Consuetudini aequiparatnr praescriptio.

Aliam limitationem rector ecclesiae habere potest ex legitimis fundationis legibus quas servare tenetur-.

Si ecclesia aut publicum oratorium proprium rectorem non habeant, nisi speciale privilegium pro aliqua persona physica aut morali probetur, rectorem natum habere videtur parochum territorii in cuius fines paroeciae situm est oratorium aut ecclesia[7].

1 Cc. 1171; 609, § 3; 182; 162;
1 Concordat c. 482.
2 Cfr. cc. 462 et 482.
Cfr. Augustine, *I. c* VI, 34.
& Augustine. *I* c., VI 34.
e Augustine, / e., VI 34; Veniieerach, *Ttpitome,* II. 483.
7 Cfr. Infra n. 765 ubi de ora(oriis.

Celebratio functionum paroeoialium in ecclesia non paroeciali non prohibetur, dummodo habeatur consensus parochi1.

Privilegium faciendi publicam expositionem SS. Eucharistiae in festo Corporis Christi et infra eius Octavam a c. 1274, § 1 concessum, non censetur concessum nisi ecclesiis quibus datum est SS. Eucharistiam asservare2.

743. — VIL De campanis. - 1° Notio. - Campanae 3 sunt sacra utensilia ex metallo confecta ad christifideles in ecclesiam convocandos et ad sollemnitates populo annuntiandas.

Usus Campanarum in Ecclesia inde a saeculo v-vi invaluit; saeculo autem vm benedictione consecrari coeptae sunt :*

lure universali scripto nihil de materia nec de forma campanarum statutum est.

744. — 2° Necessitas campanarum. - Cuilibet ecclesiae et oratorio publico 4 campanas esse convenit, quibus fideles ad divina officia aliosque religionis actus invitentur e.

Non strictum praeceptum, sed commendatio hac paragrapho continetur.

Quae habent antiquiores auctores de unica campana permissa ecclesiis regularium, ex iure communi iam non amplius vigent7.

Non possunt campanae substitui instrumentis radiophonicis8.*

745. — 3° Consecratio et benedictio campanarum. - Etiam ecclesiarum campanae debent consecrari vel benedici secundum ritus in probatis liturgicis libris traditos ·.

Ritus consecrationis in *Pontificali romano* habetur, eoque uti necesse est si agatur de campanis ecclesiae consecratae; ritus vero benedictionis in *Rituali romano* in Appendice a Pio X adiecta 10. Quae benedictio *Ritualis romani* probe distinguenda est ab alia benedictione in eodem *Rituali* contenta, pro campanis ad usum profanum adhibendis u.

OH 1 Augustine, L c., VI, 34.

2 C. I., 14 lunii 1922, ad X, *A. A. S.*9 XIV, 526 sq.

3 Etymologice, a Campania, Italiae regione, ubi primo adhibitae fuerunt *campanae* vocantur.

4 Cfr. Torrubiano Ripoll, *I. c.,* II, 844, ubi etiam de usu campanarum apud populos antiquiores.

5 Cfr. c. 1191, § 1.

6 C. 1169, § 1.

7 Matthaeus a Coronata, *l. c.*. n. 34; Prdra.in.er, *l. c.,* 363.

8 Interrogata S. Rituum Congregatio: »Au in turribus campanariis vel ecclesiarum sum· initate» loco campanarum acre confectarum, collocari possint instrumenta vulgo dictu radiophonies >, respondit: «Non expedire». 27 Novembris 1941. Cfr. *II Monitore ecclesiastico* vol. 67 (1942), p. 42; Sartori» *Enchiridion can.* ad can. 1169, 3.

• C. 1169, § 2.

10 Cfr. *Pontificale romanum,* Ut. *De benedictione signi vel campanae* in parte II; *Rituale romunum,* ed. typica 1925, pag. 740 et sqs.; S. R. C., 22 lanuarii 1908, *Decret, aulh.* 4211.

u S. R. C., 4 Mart. 1892, *Decret, aulh.* 3770.

De ministro consecrationis campanarum eadem valent quae de ministro consecrationis locorum sacrorum in genere; idem dicito et de ministro benedictionis constitutivae campanarum; quod unice attendendum est, relicta doctrina auctorum antiquiorum quae in hoc reformata est

Tam benedictio quam consecratio, si agatur de ecclesia consecrata, sunt ex praecepto faciendae.

746. — 4° Usus campanarum. - *a)* Usus campanarum unice subest ecclesiasticae auctoritati [1]; agitur enim de actu cultus publici et de publica fidei manifestatione, quae res mere spirituales sunt et foro ecclesiae exclusive subiectae [3].

Id tamen respicit solummodo campanas benedictione constitutiva benedictas, non alias.

b) Salvis conditionibus, probante Ordinario [4], appositis ab illis qui campanam ecclesiae forte dederint, campana benedicta ad usus mere profanos adhiberi nequit, nisi ex causa necessitatis aut ex licentia Ordinarii aut denique ex legitima consuetudine [5].

Hac paragraphe prohibetur usus *mere profanus* campanarum sacrarum; um *mere* profanus is esse videtur qui nulla ratione ad Dei cultum refertur, nec ad res religiosas. Certe usus profani non sunt qui his versibus enuntiantur:

Laudo Deum verum, plebem voco, congrego clerum,
Defunctos ploro, pestem fugo, festa decoro.

Ponuntur tamen variae exceptiones, quibus permittitur usus etiam *mere profanus,* excluso semper, ut videtur, usu sordido, campanarum. Prima exceptio est si donator campanae, probante Ordinario, hanc conditionem adiecerit donationi; conditio adiecta sine consensu Ordinarii, eundem effectum parere non censetur, nisi postea saltem consensus Ordinarii accedat. Altera exceptio est casus necessitatis, tertia consensus seu licentia Ordinarii qui id concedere potest ex quavis rationabili causa; quarta ex legitima consuetudine, quae tamen, ut videtur, ex usurpatione non oriatur [6][7].

c) Circa usum ecclesiasticum campanarum haec adnota:

a) Pulsandae sunt campanae, etiam ecclesiarum exemptarum, si Episcopus ad sollemniter celebrandum in ecclesiam veniat, aut si id mandaverit

1 C. 1169, § 5.
2 C. 1169, § 3.
3 Cfr. Cavagnis, *Institutiones iuris publici ecclesiastici4,* lib. IV, vol. III, 282 sq.; Wernz. L *ctt* III, 521, not. 88,
4 Igitur si agatur de ecclesia regulari, sufficit consensus Superioris maioris.
5 C. 1169, § 4. Ordinarii curare debent ut hoc praescriptum rite servetur, statutis quoque poenis canonicis et inobedientes, si res erat, ad S. Congr. Concilii deterant. S. C. Concii, 20 Mart. 1931, *A. A. S.,* XXIII» 129-130.
6 Cfr. Wernz, *l.* c., III, 521.
7 C. 613; Wernz, *l. c.,* 521; S. R. C., 3 Aprilis 1821, *Décret, auth.* 2613 ad 3.

p12 Ultimo triduo maioris hebdomadae campanae pulsari nequeunt; Sabbato autem Sancto omnes ecclesiae ad campanas pulsandas exspectare debent donec ecclesia dignior loci signum dederit 1.

y) Pulsari debent campanae dum SS. Sacramentum defertur sollemniter in viis, si transit ante innuas ecclesiarum etiam exemptarum :, itemque ad indicandum fidelibus initium officiorum, ad indicandos dies festos, ad dandum signum *Angelus Domini* ter in die; ad dandum signum agoniae Domini feriis sextis, item agoniae et mortis fidelium, ad convocandos pueros ad scholam catecheticam etc. 3 4 5

Lugubris campanarum sonitus prohibetur omnibus festis in quibus Missa exsequialis prohibetur, a primis vesperis festi usque ad totum insequentem diem, etiamsi post vesperas expleantur exsequiae pro defuncto, cum effertur corpus. Insuper diebus quibus Missa de requiem prohibetur·, non permittitur lugubris sonitus campanae ante Missam de festo currenti. Proinde diebus dominicis aliisque diebus quibus Missa cantata de requie proliibetur tolerari nequit lugubris sonitus campanae et appositio pannorum nigri coloris ad ingressum templi *

ó) Prohibetur pulsatio Campanarum tempore interdicti localis generalis 6.

747. — VIII. De violatione et reconciliatione ecclesiarum. - 1° Violatio quid sit. - Violatio ecclesiae est temporanea et determinata suspensio effectuum consecrationis aut benedictionis ecclesiae ob quaedam delicta ibi commissa.

Differt violatio ab exsecratione; quia hac locus cessat esse sacer, illa sacer esse perseverat, at temporanee ob indecentiam quae haberetur celebrando sacra mysteria in loco maculato aliquo publico delicto, celebratio ipsa officiorum prohibetur e.

Ideo in violata ecclesia antequam reconcilietur, nefas est divina celebrare officia, Sacramenta ministrare, mortuos sepelire.

Insuper si violatio accidat tempore divinorum officiorum, haec statim cessant; si ante Missae canonem vel post communionem, Missa dimittatur seu statim cesset, secus sacerdos Missam prosequatur usque ad communionem 7.

1 *Cacretnnnialt Episcop.,* Ilb. I, cap. 15, n. 14; Piat, *l. c.,* II. pag. 79; Hinschius, *Das Kirchenrccht,* § 221, pag. 418, nota 5. Illo triduo loco campanae adhiberi potest etiam a regularibus tabula ad fideles convocandos; S. R. C., 21 Mart. 1716, *Decret. auth.* 2234.

2 S. R. C.. 10 Mart. 1787, *Décret, auth.* 2530.

3 Cfr. Hinschius, *l. c.,* j 224, pag. 416-417; Torrubiano Ripoil, *l. c.,* II, n. 855-867.

4 S. R. C.. 21 Oct. 1927, *A. A. S.,* XIX, 381; cfr. *Periodica,* XVI, 175-177, ubi plura responsa antiquiora circa hanc materiam afferuntur.

5 C. 2271; cfr. tamen exceptiones in c. 2270, § 2; Itemque exceptiones ex privilegiis speciulibus; P. Matthaeus a Coronata, *L. c.,* 36, 4, *l.*

6 Cfr. Gaeparri» *l.* c., I, 244.

7 C. 1173. § 1-2.

Obligatio non celebrandi in ccclewiu violata eat quidem gravia per »e, at in casu verae necessitati» Ordinaria» aut etiam ecclesiae rector, si necessitas urgeat, Missam ibi celebrari permittere potest[1][2]

Cum violatio sit suspensio effectuum consecrationi» aut benedictioni» ecclesiae, iam ex se patet violari non posse ecclesiam non benedictam aut oratorium quod benedictione constitutiva nunquam fuit consecratum[3].

Ecclesia non violatur »i actiones violantes, non in ipsa ecclesia, sed vel in sacristia, in crypta subterranea, in vestibulo aut in locis adiacentibus ponantur [3].

Usque ad decretum Gratiani, clara distinctio inter exsecrationem et violationem seu pollutionem ecclesiae non habetur.

Quae dicuntur de violatione ecclesiarum applicantur etiam coemeteriis benedictis [4].

Violatio ecclesiae aut coemeterii est delictum ecclesiasticum [5].

748. — 2° Quot modis contingat. - *a)* Ecclesia violatur infra recensitis tantum actibus, dummodo certi sint, notorii, et in ipsa ecclesia positi:

a) Delicto homicidii;

β) Iniuriosa et gravi sanguinis effusione;

γ) Impiis et sordidis usibus, quibus ecclesia addicta fuerit;

‹5) Sepultura infidelis vel excommunicat! post sententiam declaratoriam vel condemnatoriam.

b) De his autem actibus nota eos esse debere *certos,* quare si dubium habeatur sive iuris sive facti circa actus positionem, eius gravitatem, aut locum ubi positus est, violatio non habetur. Item debent esse *notorii* sive notorietate iuris, sive notorietate facti [6]; quare quamvis de facto certo agatur, si est occultum non habetur violatio; potest autem factum occultum notorium fieri et tunc a momento publicationis habetur violatio. Actus debent deinde esse positi in ipsa ecclesia; nomine autem ecclesiae licet non veniant sacristia et alia loca adnexa, veniunt tamen ecclesiae cappellae, licet ad modum cryptae erectae [7].

a) Nonano homicidii venit certo etiam saicidium et abortus, dummodo tamen utrumque sit defictum; nec refert quibus mediis homicidium fiat. Si homicidium a temulento viro committatur utrum violatio habeatur necne pendet a praevisione deficti; quae cum difficile indicari possit, reconciliatio

1 Wcrnz, *l. c.,* III, 443; Gasparri, *l. c.,* I, 243; Many, *l. c.,* 40, 5; D'Annibale, *l. c.,* III, 15, nota 31; Augustine, *l. c.,* VI, 42. Casus tamen necessitatis de iure vigente difficilius accidero potest ob facilitatem faciendi reconciliationem.

2 Vermeersch, *Epitome,* II, 489; Augustine, *l. c.,* VI, 40.

3 Augustine, *l. c.,* VI, 40; Gasparri, *l,* c., 250; Many, *l. c.,* n. 38; Eichmann, Z. e., pag. 385.

4 C. 1207.

5 C. 2329.

« Cfr. c. 2197, n. 2-3.

7 Vermeersch, Z. c., II, 489, 2; cfr. etiam Santamaria, Z. *c.,* IV, 24.

ad cautelam fieri poterit. Sive obieetum sive subtectum delicti homicidii, ut violatio habeatur requiritur ut in ecclesia sint posita

S) Ut ex secundo actu, seu ex sanguinis effusione, violatio habeatur, requiritur magnus sanguinis fluxus et quidem graviter culpabilis in eo qui eius causa fuit, item effusio debet esse *iniuriosa* seu injusta, tum illi qui sanguinem effudit, tum templo in quo effunditur: iniustum hoc sensu non esset vulnus etiam grave quod quis sibi inferret ad scopum snicidii, nec item exsecutio sententiae capitalis s. Non requiritur quidem ut sanguis super pavimentum ecclesiae effundatur, cum sufficiat ut vestibus aut alio vase recipiatur, sed utique requiritur ut causa effusioni gravi cum culpa intra ecclesiam ponatur2.

γ) Sordidi et impii usus quinam sint non determinatur a Codice nec ad eos definiendos ad ius antiquum recurri potest cum haec causa violationis de novo introducta sit. Usus autem disiunctive sordidi aut impii esse debent; Codex enim utitur verbo disiunctivo *vel* Sordidus est usus qui ecclesiam velut sordibus inquinat, ut si ipsa in stabulum convertatur, non vero usus ad res simpliciter profanas, ex. g. ad comitia habenda 45 Impius autem usus est qui virtuti religionis opponitur ut, e. g., cultus superstitiosus ab haereticis praestitus in contemptum religionis catholicae. Vox autem usus innuere videtur non actionem aliquam singularem, sed continuationem eiusdem actionis per aliquod tempus, e. g., saltem per plures horas. Talis usus non esset singulare furtum in ecclesia factums.

Iure vetere habebatur violatio ex humani seminis effusione; hanc causam abrogasse videtur Codex, nisi id pluries verificetur et sordidus usus notorius verificetur, quod difficulter verificabitur ».

δ) Sepultura infidelis qua violatur ecclesia intelligenda est tumuiatio in ipsa ecclesia, non simplex cadaveris deductio ad ecclesiam 7. Infidelis est quilibet homo non baptizatus; requirunt tamen auctores culpabilitatem gravem, unde excludunt infantes saltem a Christianis ortos, itemque catechumenos 8.

Non requifitur ad violationem ut excommunicatur fuerit vitandus, dummodo revera sententia praecesserit9.

Haeretici sepultura per se non violat ecclesiam nisi haereticus per sententiam sit excommunicatus 10.

1 Cfr. tamen Matthaeum a Coronata, Z. c., 28, 2, c.
2 Vcrmcersch, Z. c., II, 489, 2, d; Santamaria, *I.* c., IV, 23; contra Augustine, Z. c.» VI, 37.
3 Cfr. Gasparri, *L* c., I, 251.
4 Vcrmcersch, Z. c., II, 489, 2, c; contra Augustine*. Z. c., VI, 38.
5 Matthaeus a Coronata, Z. c., 28, 1, c; Vcrmeersch, Z. c., II, 489, 2, c; contra Augustine, Z. c., VI, 38.
° Augustine, Z. c., VI, 36, not. 75; Prûmmer, Z. c., 361, 2, d; Perathoner, *Das Sachcn,-rcchl,* pag. 101 in nota.
7 Vcrmeersch. Z. c., II, 489, 2, d; aliter ac in can. 1304, ut ex cc. 1175 et 1205 erui potest.
8 Cfr. Many, Z. c., 31; Gasparri. Z. c.. 253; Vcrmcersch, Z. c., II, 489, 2. d; Santamaria, Z. c.. IV. 23-.Augustine, Z. c., VI. 38 ubi dubium etiam insinuat de coniugc infideli si altera pars fidelis est, quod probabilitate carere videtur.
9 Cfr. tamen cc. 1175 et 1242; Matthaeum a Coronata, Z. c., pag. 29, in nota 1; *Rivista liturpica,* Februar. 1923.
10 Augustine, Z. c., VI, 39.

c) Violata ecclesia, non ideo coemeterium, etsi contiguum, violatum censetur, et vieeversa

749. — 3° Reconciliatio ecclesiae. - *a)* Quid reconciliatio. - Est ritus sacer quo ecclesia violata divino cultui restituitur.

b) Quando necessaria. - a) Ecclesia violata reconcilietur, quam citissime poterit, secundum ritus in probatis liturgicis libris descriptos 2. Quae praescriptio absoluta vim obtinet solum in casibus certae violationis 3.

β) Si dubitetur num ecclesia sit violata, reconciliari potest ad cautelam '. Haec reconciliatio non necessaria donec dubium perseverat, sufficit etsi postea cognoscatur certo modo ecclesiam violatam fuisse.

c) Quomodo facienda. - a) Reconciliatio ecclesiae benedictae fieri potest aqua lustrali communi; reconciliatio vero ecclesiae consecratae fiat aqua ad hoc benedicta secundum leges liturgicas; quam tamen non solum Episcopi, sed etiam presbyteri qui ecclesiam reconciliant, benedicere possunt 5.

β) Ecclesia violata ob sepulturam excommunicari vel infidelis ne reconcilietur, antequam cadaver exinde removeatur, si remotio sine gravi incommodo fieri possit 6. Grave incommodum sit si cadaver nequeat ab aliis distingui; si graves expensae sint sustinendae, si auctoritas civilis obstet 7.

Codex praecipit non reconciliandam esse ecclesiam violatam ob sepulturam infidelis aut excommunicari nisi post exhumationem; quid autem si exhumatio non statim sed post aliquos tantum dies fieri possit? Tempore intermedio tienne poterit in ea celebratio divinorum officiorum? Quid si exhumatio grave incommodum implicet, faciendane erit reconciliatio eodem modo? Ex Codice his quaestionibus ita videtur respondendum: si exhumatio solum post varios dies fieri possit, et varios dies exspectare grave incommodum importet, facienda statim erit reconciliatio, non amoto cadavere; in hoc autem casu cadaveris amotio omitti poterit.

Reconciliatio autem sive cadaver amoveatur sive non amoveatur, semper videtur necessaria, antequam in ecclesia violata divina officia celebrentur.

Cum coemeterium violetur ex iisdem causis ac ecclesia 8 idem affirmandum esset de violatione et reconciliatione coemeterii; at cum Codex permittat bene-

1 C. 1172, § 2. Quae paragraphus est iuris veteris correotiva; cfr. Gasparri, *l. c.,* I, 217 sq.; Wcrnz, *l. c.,* III, 443.
2 C. 1171, 5 1.
3 Wcrnz, *l. c.,* III, 144.
4 C. 1174, § 2.
5 C. 1177.
' C. 1175.
7 Cfr. Augustine, Z. c., VI, 44.
8 C. 1207.

dici coemeterium in quo qui sepeliuntur sint maiori ex parte catholici ;* exhumatio infidelis aut etiam excommunicati necessaria non videtur; iimno nec eorum sepulturam coemeterium violare.

y) Si simplex sacerdos ecclesiam consecratam reconciliare debeat, litatur ritu in *Pontificali romano* ₹ relato.

Itemque aquam, nisi praevie ab Episcopo benedicta sit, si de Mclesia consecrata agitur, benedicere debebit presbyter reconcilians ritu in *Pontificali romano* pariter descripto ’.

d) A quo fiat reconciliatio. - a) Ecclesiam *benedictam* reconciliare potest rector eiusdem vel quilibet sacerdos de consensu saltem praesumpto rectoris4. Consensus facile praesumi poterit si rector absit, et necessitas reconciliandi habeatur.

β) Ecclesiae *consecratae* valida reconciliatio ad eos spectat quibus ius est loca sacra benedicere 5; quibus praeterea ius est etiam alium sacerdotem ad hoc delegare; aliter iure vetere e.

Ex hac paragraphe) reconciliatio ecclesiae etiam consecratae videtur non esse amplius consideranda ut actus potestatis ordinis episcopalis, datur enim Superioribus maioribus, etiam non Episcopis, ordinaria potestas illam perficiendi eamque aliis delegandi. Ex quo sequitur illam valide fieri posse a sacerdote quolibet simplici etiam extra casum necessitatis 7.

y) In casu gravis et urgentis necessitatis, si Ordinarius adiri nequeat, rectori ecclesiae consecratae eandem reconciliare fas est, certiore facto postea Ordinario 8.

Valori reconciliationis certe non obstat omissio certiorationis Ordinario faciendae. Si erronee rector gravem et urgentem necessitatem adesse putaverit et ex hoc errore ecclesiam reconciliaverit, reconciliatio non ideo irritari videtur.

750. — IX. De immunitate locali. - 1° Notio. - Immunitas localis est ius competens ecclesiis aliisque locis sacris vi cuius actus profani, seu saeculares in iis exerceri non valent et malefactores illuc confugientes in vita et membris proteguntur ita ut extrahi non possint °.

VS ’I

1 0. 1306, § 3.

s Titulo, *De ecclesiae et coemeterii reconciliatione:* cfr. Martinucci-Mcngbini, *Manuale sacrarum caeremoniarum,* part. II, v. II, pag. 335 sq.

3 Cfr. *Pontificale romanum* tit. *De benedictione et impositione primarii lapidis pro ecclesia aedificanda; Rituale romanum* tit. VIII, c. 28, n. 8. Adverte tamen ut quae habentur in Pontificali Codici conformes; cfr. Augustine, L c., VI, 45.

g

4 O. 1176. § 1.

5 C. 1176, 5 3, ct c. 1156.

Cfr. Perathoncr, *Das Sachcnrccht,* pag. 103, nota 1.

7 Aliter Santamaria, *l. c.,* IV, 26.

8 *C.* 1176, $ 3.

9 Reiffenstuel, *l. c.,* lib. III, tit. 49, n. 6.

Quae notio adhuc retineri posse videtur licet ambitus immunitatis valde deminutus sit.

Quae ad historiam, originem seu naturam iuridicam immunitatum refe-nuitur alibi iam praeventa sunt, nec hic repetenda *

Immunitatis localis violatio constituit delictum sacrilegii localis 2.

751. — 2° Ambitus immunitatis localis. - Immunitas localis duo bene distincta implicat: exemptionem ab actibus profanis et ius asyli 3.

«) De exemptione ab actibus profanis haec habet Codex: curent omnes ad (pios pertinet, ut in ecclesiis illa munditia servetur, quae domum Dei decet; ab iisdem arceantur negotiationes et nundinae, quamquam ad finem pium habitae; et generarim quidquid a sanctitate loci absonum sit4.

Obligatio servandi munditiam quae hoc canone statuitur refertur non solum ad ecclesiae aedificium, sed etiam et praecipue ad sacras supellectiles quae ad ministerium divinum necessariae sunt. Celebrare vestibus et corporali notabiliter immundis aut sordidis grave peccatum est, nisi gravis proportionata necessitas excusets.

Nomine nundinarum et negotiationum in ecclesia prohibitarum, non veniunt ex consuetudine venditiones rerum piarum modo sine strepitu fiant et sine turbatione sacrorum officiorum 6.

Inter actus profanos a sanctitate loci absonos hi enumerari possunt: ludi profani theatrales, publici conventus societatum profanarum, convivia, seditiones et profanae confabulationes, musica lasciva, munitio ad modum castri, tractatio causarum criminalium aut civilium saecularium, non vero ecclesiasticarum civilium, delatio vexillorum societatum condemnatarum 7, picturae a sanctitate loci alienae8, aliaqua iure particulari melius determinata 9.

Disputationes litterariae vel etiam musicales honestae, collatio graduum academicorum per se non prohibentur, praesertim si de rebus religiosis et scientiis sacris agant, ut ipsa praxis romana admittit10.

Simultaneitas cultus catholici et haereticorum in eadem ecclesia certe

1 Matthaeus a Coronata, *De locis ct temporibus sacris,* 39-40; *Ius publicum ecclesiasticum,* 142-153.

2 Cfr. c. 2325; Santamaria, *l. c.,* IV, 26-27.

3 Cc. 1178-1179.
C. 1178.

S Cfr. S. Alphonsum (Gaudé), *Theologia moralis,* VI, 37G et 38G; Augustine, *l. c* 40.

6 Many, *l. c.,* 44, 2, *a;* melius tamen haec fiunt in sacristia aut ante ianuam ecclesiae.

7 C. 1233, § 2; S. A. C., 15 Dec. 1912 in *Palestra del Clero,* II, pag. 286, *A. A. S.,* XVI. p. 171.

8 S. C. Consist., 4 Nov. 1918, c. III, η. 19, *A. A. X,* 187.

9 Cfr. Matthaeum a Coronata, *De locis et temporibus sacris,* 41. Nihil autem vetat quominus ius particulare alioB actus profanos, iure communi forte non comprehensos in prohibitione, Includat; cfr. *Concilium Plenarium siculum Panormi habitum,* u. 1920, ce. 143-144.

10 Cfr. Wernz, *l. c.,* III, 117: severius Haring, *Grundzügc...* pag. 589, nota 4.

est. actus illicitus qui positivo ab Ecclesia probari nequit; tolerari tamen ad maiora mala vitanda potestx.

In casu verae necessitatis ecclesiae ad usus profanos, excluso semper usu sordido, de Ordinarii loci consensu adhiberi poterunta.

Prohibentur in ecclesia *protectiones* et cinematographiae3.4

b) Ecclesia iure asyli gaudet ita ut rei, qui ad illam confugerint, inde non sint extrahendi, nisi necessitas urgeat, sine assensu Ordinarii, vel saltem rectoris ecclesiae.*

Ius asyli intellegi debet ut suspensio publicae auctoritatis ratione sanctitatis loco sacro inhaerentis inducta, qua tamen nullum ius reo acquiritur ad impunitatem 5*

Codex ius asyli valde mitigavit permittendo extractionem reorum in casu urgentis necessitatis et etiam extra casum necessitatis, si consensus habeatur Ordinarii vel etiam rectoris ecclesiae. Consensus potest etiam dari, ut videtur, generali modo, appositis semper cautelis ne cultus divinus turbetur, aut decor domus Dei detrimentum patiatur. Violatio iuris asyli ut sacrilegium puniri potest e.

3° Loca quibus competit. - Utraque immunitate locali certe fruuntur ecclesiae consecratae aut benedictae. Idem docent auctores de ecclesiis etiam non benedictis

Item gaudent utraque immunitate oratoria publica 8.

Iure vetere ius immunitatis localis extendebatur ad loca ecclesiae adhaerentia, ut atrium, sacristiam, turrim campanariam; immo ius asyli ad 30 passus circa ecclesias, ad oratoria etiam privata, ad monasteria, domum episcopalem etc. quae omnia tamen, cum a Codice non memorentur, abrogata fuisse videntur

Coemeteria de iure vigente, salvo meliori indicio, immunitate iuris naturalis qua actus graviter culpabiles et sordidi excluduntur gaudere videntur, salvo iure ecclesiae maiorem eis immunitatem tribuendi 10.

1 Cfr. Wernz, l. c., III, 447; Bargilllat, *Praelectiones iuriscanonici21,* n. 1420; Pius IX, 12 Mart. 1873; Haring, *Grundzüge...* pag. 588-589.

* C. 2, X, 3, 44; Cavagnis, *l.* c., v. III. lib. IV, n. 228; Bargilliat, i. *c.,* 1420.

3 S. C. Consist., 10 Dec. 1912, .4. J. *S.,* IV, 724; cfr. etiam S. R. C., 20 Oct. 1922, *A. A. S.,* XIV, 556 circa inscriptiones in ecclesia et in cryptis.

4 O. 1179.

6 Quaestio erat inter antiquos utrum iure asyli etiam clerici et religiosi contra suos Superiores protegerentur; affirmabat. Ferraris, *Bibliotheca, v. Immunitas,* art. 2, n. 133 sq.; contra Reiffenstuel, *l. c.,* III, 49, n. 54.

6 C. 2325; Eichmann, *l. c.,* p. 386.

’ Cfr. Many, *l. c.*. 51; cui assentitur post Codicem Augustine, *l. c.,* VI, 48.

§ C. 1191, § i.

§ Cfr. Matthaeum a Coronatu, *De locis et temporibus sacris,* 42 et 44. Nihil tamen vetat quominus lure particulari etiam lu locis ecclesiae adhaerentibus ut in sucrwtlis etc. determinatae actiones profanae prohibeantur; cfr. *Concilium plenarium siculum,* e. 146.

10 Cfr. Reiffenstucl, l. c., III, 49, n. 11.

752. — X. De basilicis. - 1° Notio. - a) Nomen basilicae designat hio maiores, digniores et principaliores ecclesias seu ecclesias quae prae aliis aliqua speciali praerogativa gaudent. Quaenam sint liuiusmodi praerogativae ex dicendis patebit ».

b) Basilicae sunt maiores aut minores. Maiores seu patriarchales sunt: Basilica Lateranensis seu S. loannis seu S3. Salvatoris quae est propria Romani Pontificis patriarchae totius Occidentalis Ecclesiae; basilica S. Mariae Maioris, seu S. M. ad Praesepe, seu Liberiana quae est propria patriarchae Antiocheni; Vaticana seu S. Petri quae est patriarchae Constantiiiopolit-ani; S. Pauli Extra Muros quae est patriarchae Alexandrini; alii addunt basilicam S. Laurentii Extra Muros quam propriam dicunt patriarchae Hierosolymitani 1.

Minores basilicae vocantur ecclesiae praeter supra enumeratas, quibus titulus basilicae et quaedam speciales praerogativae concessae sunt. Hoc autem titulo in dies plures ecclesiae in universa ecclesia decorantur ut Commentarium officiale, *Acta Apostolicae Sedis,* legendi patet.

Basilicis maioribus accedunt duae ecclesiae franciscanae Assisii exstantes: basilica nempe S. Francisci Assisiensis in qua duo altaria papalia ad modum altarium papalium basilicarum maiorum romanarum habentur et *Basilica 8. Mariae Angelorum* ad titulum basilicae patriarchal^ a Pio X evecta 3.

753. — 2° Ius vigens. - a) Quaenam ecclesiae hoc titulo gaudeant. - Nulla ecclesia potest basilicae titulo decorari, nisi ex apostolica concessione aut immemorabili consuetudine 4.

b) lura et praerogativae basilicarum maiorum. - lura et praerogativae basilicarum maiorum ex concessione apostolica aut immemorabili consuetudine sunt:

a) Iws *altaris papalis* in quo uni Romano Pontifici aut aliis etiam de eius speciali facultate celebrare fas est.

β) Ius portae sanctae quae anno iubilaei a R. Pontifice aut eius delegato aperitur. Habent praeterea alias praerogativas et privilegia minora 5.

1 Muderni archaeologiae cultores boo nomine utuntur ad designandas ecclesias in catacumbis erectas; cfr. *Lessico ecclesiastico illustrato,* Vallardi, v. *Basilica;* Orazio Marucchi, 3i«-Tiuafe *di Archeologia cristiana2,* 1908, pag. 385 sq. Circa formam antiquarum basilicarum cfr. Torrubiano Rlpoll, *l. c.,* **II,** n. 879; Scaglia, *Manuel d'Archéologie chrétienne,* 191G, p. 143 sqs. - Cfr. Wernz, *l. c.,* **III,** 528; Many, *l. c.,* 63; Ojetti, *Synopsis,* v. *Basilica.*

3 Pius X, const. · *Omnipotens et misericors »,* 11 April. 1909, .1. .1. ‚S'., I, 394-401; Many', I. *c„* Of, 4.

4 C. 1180.

5 Many, *I. c.,* 63.

c) Praerogativae basilicarum minorum. - Ex Romani Pontificis concessione aut ex consuetudine immemorial! 12sunt:

a) *Usus conapaei* in processionibus deferendi.

/i) *Usus tintinnabuli* conopaeum praecedentis in processionibus.

y) Speciales vestes chorales.

ó) Aliquibus basilicis usus palmatoriae a.

Titulus basilicae nullum dat ius praecedentiae super alias ecclesias speciei superioris 34

754. — XI. De libero accessu ad ecclesias. - Ingressus in ecclesiam ad sacros ritus sit omnino gratuitus, reprobata qualibet contraria consuetudine :*

Hoc canone prohibetur absolute pretium exigi pro ingressu, non pro scamnis aut sedilibus in ecclesia, nec pro quolibet ingressu, sed solum pro ingressu ad sacros ritus, non ad usus profanos licet honestos, e. g., ad academiam litterariam, ad concentus organorum etc. Ratio prohibitionis est ne pauperes qui pecuniam solvere non possunt a cultu Dei arceantur 6.

Ex eadem ratione quamvis laudabiliter feminae a viris distincto loco in ecclesia manere debeant, distinctio tamen inter ipsos viros aut inter ipsas mulieres ratione nobilitatis aut paupertatis aut *castae,* quam vocant, socialis a spiritu Ecclesiae aliena est®.

755. — XH. De administratione bonorum ecclesiarum. - 1° Ad quem pertineant bona et eorum administratio. - a) Subiectum dominii bonorum ecclesiarum sunt ipsae ecclesiae, personae morales non collegiales 7. Si tamen ecclesia sit regularium aut aliorum religiosorum, teneri poterit domum ipsam religiosam esse unicum subiectum dominii comprehensa ecclesia domui adnexa.

b) Nisi aliud ex speciali titulo 8 vel legitima consuetudine constet, administratio bonorum ecclesiarum pertinet ad Episcopum cum Ca-

1 c. 1180.
2 Cfr. Many, *l. c.,* Gl; Matthaeum a Coronata. *I. c.,* 19.
3 Many, *l. c.,* 61, 3.
4 C. 1181.
5 Vermeersch, *l. c.*. ΓI, 191 Eichmann, *l. c.,* p. 386.
e Cfr. Matthaeum a Coronata, *l. c.,* 51-52 ubi documenta S. Sedis huc spectantia afferuntur. Cfr. etiam Augustine, *l. c.,* VI. 50-51 ubi dc contraria usque ad nostra tempora consuetudine vigente in America Septentrionali; cfr. etiam cc. 1263; 1455, n. 3; S. C. Concilii 11 Dee. 192o, *dc iudice in his causis campelenle, A. A. S.,* XIII, 262 sq.
7 Vromant, *De bonis Ecclesiae temporalibus ad usum praesertim Missionariemim et religiosorum,* Louvain, 1927, n. 18 et sqs.; Blat, *l. c.,* p. 39; Eichmann, *l. c.,* p. 337.
8 Specialem titulum constituere possunt etiam leges fnndationis, indultum apostolivum, conventio inter Ordinarium et eos qui ecclesiae dotem dederunt etc.

pitulo, si de ecclesia cathedral! agatur; ad Capitulum collegiatae, si de collegiata; ad rectorem si do alia 12ecclesia :*

In locis ubi Capitula cathedralia non exsistunt, ius Capituli concurrendi in administratione bonorum cum Episcopo non transit ad Consultorum coetum 3¾

Si do ecclesia confraternitatis agatur, eius bona communiter administrat confraternitas ipsa, non rector ecclesiae.

Si ecclesia habeat Consilium fabricae, illud cum supradictis ad administrationem bonorum concurritc.

756. — 2° Quid veniat nomine bonorum ecclesiarum. - Hic bona ecclesiarum appellantur bona quae destinata sunt reparandae decorandaeque ecclesiae, divinoque in eadem cultui exercendo e.

Oblationes factae in commodum paroeciae aut missionis, aut ecclesiae sitae intra paroeciae vel missionis fines, veniunt in iure nomine bonorum ecclesiae paroeciae vel missionis, ideoque eas administrare debet parochus vel missionarius 7, nisi agatur de ecclesia propriam administrationem habente, distinctam ab administratione paroeciae vel missionis, aut nisi aliud ferat ius peculiare ab Ordinario aut a concilio topico statutum, aut legitima consuetudo 8.

Etsi oblationes fiant in commodum paroeciae aut missionis 9, eas tamen non administrat parochus aut missionarius, si in ecclesia in qua fiunt specialis administratio sit.

Distingui sane debent oblationes in commodum paroeciae factae ab oblationibus factis in commodum parochi et a bonis beneficialibus, iuribusque stolae. Si dubium sit utrum oblationes in commodum paroeciae factae sint, dubium offerentium voluntate et declaratione solvi optime poterit, aut praesumptionibus 10.

757. — 3° De modo administrandi. - «) Circa modum administrandi bona ecclesiarum, servandum est ab omnibus ius

1 Codex hio nomino rectoris, etiam parochum et rectores ecclesiarum religiosorum intellegere videtur, non solum rectorem sensu stricto ut in o. 179, § 1; contra Blat, *l. c.,* p. 10; leges tamen speciales rectores illarum ccclesianun servare debent, si quae habeantur.

2 O. 1182, § 1.

3 Augustine, *l. c., VI,* 52-53; Vermeersch, Z. c., II, 492, 2; contra Blat. Z. c., p. 39.

4 S. C. EE. et R.B., 11 Febr. 1812; Blzzarri, *Collectanea,* 179-180; Augustine, Z. c., VI, 53; cfr. etiam c. 691, § 1.

5 Cfr. infra n. 758.

8 C. 1182, § 1.

7 Dominium utique bonorum permanet apud ipsam ecclesiam, personam moralem non collegialem non penes ecclesiam paroccialcm; parochus tamen vi huius canonis, in defectu specialis administrat lenis administrator constituitur.

8 C. 1182, § 2; ius parochi aut missionarii in hoc casu est· conditionale.

9 Hic paroecia intellegitur populus paroeciae vel missionis, non ecclesia paroeciae vel missionis quae est persona moralis, Blat, Z. c., 40.

10 Cfr. in vol. I, n. 635, plures hulusmodi praesumptiones a Concilio Westmonasteriensi II statutas,

commune bona ecclesiastica in genere respiciens, quod infra exponemus [*].

b) Praeterea quivis administrator bonorum ecclesiae saecularis, etiamsi est religiosus exemptus, debet in administrandis oblationibus factis in commodum paroeciae aut missionis normas sacrorum canonum servare et de iis rationem Ordinario loci reddere [5].

Agitur hac paragraphe de obligatione speciali respiciente oblationes factas in commodum paroeciae aut missionis, non de aliis bonis ecclesiarum; agitur item de talibus oblationibus quae fiant in ecclesiis, non regularibus, sed saecularibus, licet rectis a religiosis [1].

Ecclesiae religionum exemptarum hoc praescripto non ligantur sicut nec c. 1525; ligantur tamen si sint paroeciales, c. 630, § 4; itemque, etsi paroeciales non sint, cc. 533, § 1, n. 4 et 535, § 3, n. 3 [4].

758. — 4° De Consilio fabricae ecclesiae [5]. - *a)* Quid sit. - Est « Collegium electivum laicorum determinati loci quod administrat bona ecclesiastica deputata ad manutentionem ecclesiae, aediumque cultui divino addictarum et ad praebendas expensas pro cultu » [6].

Consilium fabricae una cum suo praeside personam moralem ecclesiasticam constituere videtur. Dicitur Consilium constitui laicis, non quod eius membra necessario laici esse debeant, sed quia laicis pariter ac clericis constare potest.

b) Consilii fabricae necessitas. - Ex iure communi nulla est Consilii fabricae necessitas [7]; permittitur vero eius constitutio arbitrio Ordinarii loci etiam ubi hucusque Consilia huiusmodi non exstiterunt.· Iure vero particulari Consilium fabricae praecipi potest[8][9].

c) Quinam eligi possint et a quonam consiliarii, - Consilii fabricae sodales, nisi aliter legitime constitutum fuerit, nominantur ab Ordinario eiusve delegato et ab eodem possunt ob gravem causam removeri ».

Possunt autem eligi consiliarii clerici aut laici; praeses Consilii

1 Ce. 1182, § 1; 1519-1528; cfr. Vromant, *l. c.,* n. 203, ct eqe.
2 C. 1182, § 3 et 1525.
3 Blat, *l. c.,* p. 40.
4 Melo, Z. *c.,* p. 157-159; cfr. etiam Augustine, *I. c.,* VI, 51-55; Vermecrech, *l. c.,* II, 192. 3.
5 Circa consilia Fabricae in Italia cfr. *Instructiones S. C. Concilii* 25 lunii 1930 J J , XXII, 410.
e Dc Angelis. *I. c.*. III, 5, n. 8; Wernz, *l.* c., III, 190.
7 Id deducitur ex c. 1182, quoins conununc providet ecclesiarum administration!; itemquo ox c. 1183, 5 1, qua eius constitutio non absolute sed conditionate. *si,* consideratur; Augustine. *I. c.,* VI, 57; Eichmann, Z. *c.,* p. 388.
8 Cfr. *Concilium plenarium siculum,* can. 250, i 1-2.
9 Cc. 1183, 5 2.

is de iure communi esi. cui perlineret de iure. Communi administratio aut eius vices gerens ».

Si ecclesia sit regularis, ius eligendi fabricerios ad Ordinarium regularem spectat. Ordinarius autem qui fabricerios eligere seu nominare potest, valide potest eos removere etiam sine iusta et gravi causa [2].

Parochus a Consilio fabricae ecclesiae paxoecialis, nisi gravis obstet causa quae ex se sufficiens esset ad eum ab officio parochi amovendum, excludi nequit[3].

Officium. fabriceriorum ex iure communi potest esse perpetuum. Est autem officium ecclesiasticum sensu lato.

d) Officia Consilii fabricae. - Consilium fabricae curare debet rectam bonorum ecclesiae administrationem, servatis generalibus obligationibus administratorum bonorum ecclesiasticorum [4].

e) Quaenam vitare debeat Consilium fabricae. - Nullatenus sese ingerere debet in ea omnia, quae ad spirituale munus pertinent, praesertim:

a) In exercitium cultus in ecclesia.

β) In modum et tempus pulsandi campanas et in curam tuendi ordinis in ecclesia atque in coemeterio.

γ) In definiendam rationem qua collectae, denuntiationes aliique actus ad divinum cultum ornatumque ecclesiae quoquo modo spectantes in ecclesia fieri possint.

ὸ) In dispositionem materialem altarium, mensae pro distributione sanctissimae Eucharistiae, cathedrae sive suggestus e quo ad populum verba fiunt, organorum, loci cantoribus assignati, sedilium, scamnorum [5], capsularum oblationibus recipiendis, aliarumque rerum quae ad exercitium religiosi cultus spectent.

ε) In admissionem vel reiectionem sacrorum utensilium aliarumque rerum quae sive ad usum, sive ad cultum, sive ad ornatum in ecclesia vel sacrario destinentur.

ζ) In scriptionem, dispositionem, custodiam librorum paroecialium aliorumque documentorum quae ad archivum paroeciale pertineant [6].

Haec omnia pertinent ad rectorem ecclesiae, qui tamen in iis agendis aut determinandis leges universales Ecclesiae aut ius particulare servare tenetur.

1 C. 1183, § 1; contra quod admitti videtur ius particulare aut consuetudo cfr. c. 1182, § 1-2.
2 Santamaria, *l. c.,* IV, 31; Torrubiano Ripoil, *l. c.,* II, n. 882.
3 Cfr. *Vademecum ecclesiastico,* XIII, 1919, pag. 73-75.
4 Cfr. cc. 1184; 1522; 1523.
5 Circa ius sedilium In ecclesiis cfr. .S'. (7. *Concilii* il Dec. 1920, xl. *A. S.,* XIII, 262.
° C. 1181.

Si iuriuni condictus inter rectorem ecclesiae et fabricae Consilium enascatur, eius solutio ad loci Ordinarium pertinet ’.

Nec videtur prohiberi Consilio fabricae quo minus etiam in his rebus quae vi huius c. 1184 excluduntur, dummodo non directe sed mediante Ordinario, interveniat; finis enim prohibitionis non est impedire Ordinario ne interveniat. sed prohibere quo minus laici in rebus sacris se intromittant2.

Si lex civilis Consilio fabricae ampliora iura tribuat, prudentis rectoris erit legis ecclesiasticae observantiam inculcare et alia, ad maiora mala vitanda, tolerare.

759. — 5° De aliis officiis inferioribus in ecclesia. - Sacrista, cantores, organorum moderator, pueri chorales, campanae pulsator, sepulcrorum fossores, ceterique inservientes a solo ecclesiae rectore, salvis legitimis consuetudinibus et conventionibus et Ordinarii auctoritate, nominantur, pendent, dimittuntur 3.

Contra ius rectoris admittitur contraria consuetudo, aut conventiones legitimae sive in concordatis sive in tabulis fundationis firmatae.

Reservatur item auctoritas Ordinarii loci qui qualitates admittendorum determinare potest, et admissos a parocho, dimittere.

Tam parochus seu rector ecclesiae quam Ordinarius loci ea quae sunt iuris communis in liis officiis ordinandis minoribus, servare tenentur *

760. — XIII. De reparatione ecclesiarum. - Reparatio est actus ordinariae administrationis s, nec proinde ad eam faciendam licentia apostolica requiri videtur, etsi bona ad id necessario impendenda summam triginta millium libellarum excedant; talis enim expensio non est sensu iuridico alienatio, sed simplex administratio, dummodo tamen reparatio ordinariis mediis hoc canone statutis fiat.

1° Reparatio ecclesiae cathedralis. - Salvis peculiaribus legitimisque consuetudinibus et conventionibus, et firma obligatione quae ad aliquem spectet etiam ex constituto legis civilis °, onus reparandae ecclesiae cathedralis incumbit ordine qui sequitur:

a) Bonis fabricae, salva ea parte quae necessaria est ad cultum divinum celebrandum et ad ordinariam ecclesiae administrationem 6.

1 Augustine, *l. c.,* VI, 58.

! Cfr. Torrubiano Ripoll, l. c. II. n. 881.

3 C. 1185.

4 Cfr. Matthaeum a Coronata, c., 59-61.

5 C. 1182, $ 1.

6 Legitimae consuetudines, conventiones seu concordata vim suam retinent absolute; inuno concordata generatim vim suam retinent circa hoc punctum etiam post rescissionem ex parte auctoritatis civilia: quia, generatim. praestationis quae res temporales respiciunt restitutionem ex parte Status implicant; Augustine, *l.* c., VI, 60-61. Leges vero civiles canonizantur solum in ea parte qua onus reparationis ecclesiarum alicui personae privatae sive clerico sive laico. sive etiam personae morali civili, non ecclesiasticae, imponant

7 C. 1186. n. 1.

Ad cultum divinum referuntur utensilia altarium, vinum et hostiae pro Missa et communione, oleum lampadarum, ornamenta altarium, vestes sacerdotales etc. Ad administrationem ordinariam in sensu canonis referuntur stipendia sacerdotum in ecclesia servientium, itemque organaedorum, puerorum choralium, campanarum pulsatorum, sacristae etc. 1. Quae igitur ad haec requiruntur salva manere debent in fabrica ecclesiae, ne ut subveniatur reparationi alia necessaria deficiant.

b) Episcopo et canonicis pro rata proventuum, detractis necessariis ad honestam sustentationem 2.

Honesta sustentatio non comprehendit sustentationem consanguineorum, sed solum Episcopi aut canonicorum. Benedictus XIII 3 imposuit omnibus dioecesis clericis solvendas *medias annatas* in ohtentione beneficiorum, exceptis curatis (piorum annui reditus non superarent centum scutata. Haec tamen a Benedicto XIII imposita sunt solui mu.odo pro Italia et insulis adiacentibus. Quae omnia ubi adhuc vigent etiam in posterum ut ius particulare servanda erunt 4.

c) Dioecesanis, quos tamen Ordinarius loci suadere magis quam coarctare curet ad sumptus necessarios, pro eorum viribus, praestandos 5.

2° Reparatio ecclesiae paroecialis. - Firmis, ut supra, iuribus particularibus, onus reficiendi ecclesiam paroecialeni incumbit ordine qui sequitur 6:

«.) Bonis fabricae ecclesiae, ut supra.

b) Patrono; qui tamen conditionaliter tantummodo tenetur, nempe, si ius patronatus retinere velit 7.

c) Iis qui fructus aliquos ex ecclesia provenientes percipiunt secundum taxam pro rata redituum ab Ordinario statuendam.

Tales, ante Codicem, docebant auctores teneri ante patronos 8 9

d) Paroecianis, quos tamen Ordinarius loci, ut supra, magis hortetur quam cogat °.

1 Augustine, *l. c.,* VI, 61.
2 C. 1186, n. 1.
3 Constit. « Pius *et misericors* », 28 April. 1725; Gasparri, *Fontes,* I, n. 285.
4 Cfr. Augustine, *l. c.,* VI, 61-62; Matthaeum a Coronata Z. c., 61, pag. 65, nota 1; Ojctti, *Synopsis,* v. *Mediae annatae,* n. 2719 et v. *Reparatio,* n. 3455; Gasparri, *De SS. Eucharistia,* I, 132. *Mediae* autem *annatae* sunt dimidium redituum beneflcialium primi anni. Cfr. etiam, *Monitore ecclesiastico,* v. 25, pag. 212-248.
6 C. 1186, n. 1.
6 C. 1186, n. 2.
7 Cfr. c. 1479, δ 3 et Gasparri, *l. c.,* 134.
8 Cfr. Ferraris, *Bibliotheca, v. Ecclesia,* 111, 70; Gasparri, Z. c., I, 131; 1'crathoncr, *Das Sachcnrecht,* pag. 103, nota 1.
9 C. 1186, n. 2.

3° Reparatio aliarum ecclesiarum. - Onus reficiendi alias ecclesias praeter enumeratas, debita servata proportione dimetiendum est ex iis quae de reparatione ecclesiae cathedralis aut paroecialis diximus \ seu incumbit fabricae, patronis, rectori aut bénéficiâtis, populo qui ea ecclesia utitur 8.

TITULUS X.

De oratoriis

761. — Post titulum *De ecclesiis,* quae maiora aedificia ad cultum divinum exercendum designant, ad oratoria descendimus quae eidem fini inserviunt. Oratoria autem publica loca sacra sunt, quia benedici aut consecrari debent et ideo optime collocantur in hac parte secunda libri tertii sub rubrica *De locis sacris;* ex affinitate materiae agitur hoc titulo etiam de oratoriis semipublicis quae non necessario *loca sacra* stricto sensu 3 sunt aut saltem non necessario sunt; itemque agitur de oratoriis privatis quae sola benedictione invocativa benedici possunt «.

I. De oratoriis in genere. - 1° Notio. - Oratorium est locus divino cultui destinatus, non tamen eo potissimum fine ut universo fidelium populo usui sit ad religionem publice colendam 6.

Ilaec notio convenit cuilibet oratorio, etiam privato. Non dicitur in descriptione *locus sacer* quia non necessario oratorium locus sacer est. Quodlibet vero oratorium sensu Codicis intellegitur *locus destinatus* sive benedictione ut oratoria publica et quandoque semi-publica, sive sola et simplici deputatione seu approbatione auctoritatis ecclesiasticae ut fit ordinarie pro oratoriis privatis et plerumque etiam pro oratoriis semipublicis.

Debet autem destinari oratorium quodlibet ad cultum publicum, qui nempe fit nomine auctoritatis publicae ecclesiasticae et praecipue in celebratione sacrificii Eucharistici consistit, nec proinde nomine oratorii sensu Codicis veniunt oratoria quae quilibet in propria familiari domo erigere potest ad preces Deo fundendas, quamvis utique etiam ista oratoria vigilantiae Ecclesiae subsint utpote religionis exercitium respicientia.

Differunt oratoria in sensu Codicis ab ecclesiis, quia aliter ac ecclesiae quae finem habent ut universo populo inserviant, determinatis solum personis destinantur.

1 C. 1186, n. 3.
2 Gasparri, *l. c., I,* 135.
3 Cfr. c. 1151.
4 Santamaria, *l. c.,* IV, 16.
s C. 1188, § 1.

762. — 2« Divisio. - Est vero oratorium J: *n)* Publicum, si praecipue erectum sit in commodum alicuius collegii aut etiam privatorum, ita tamen ut omnibus fidelibus, tempore saltem divinorum officiorum, ius sit, legitime comprobatum, illud adeundi 1.

Revera essentiale discrimen ecclesiam inter et oratorium publicum non videtur haberi; cum utrumque cultui publico et quidem eodem modo deputetur et insuper omnibus fidelibus ius sit utrumque adeundi legitime comprobatum 3; unica differentia est quod ecclesia principaliter et ex natura sua omnibus fidelibus destinatur, oratorium vero publicum principaliter destinatur determinatis tantum personis physicis aut moralibus.

Ut probetur oratorium esse publicum, hoc imum comprobandum legitime est: *omnibus fidelibus ius esse illud adeundi* tempore saltem divinorum officiorum. Quae legitima comprobatio variis modis fieri potest; e. *g.,* probando populum legitima praescriptione hoc ius acquisivisse; qut concessione proprietarii oratorii, consentiente Ordinario loci; documento fundationis in quo hoc ius clare exprimatur. Si documenta desint ad ius populi probandum, recurri potest ad indicia quae praesumptionem *publicitatis oratorii* parere solent: huiusmodi indicia enumerant auctores; sunt autem praecipua: publicus ingressus sive e publica via, sive etiam per agios aut aedes privatas, sed omnibus patens; titulus beneficii oratorio adnexi; campanile cum campana ad fideles convocandos; altare fixum seu immobiliter consecratum; festum titularis aut dedicationis quotannis celebrari solitum ; quae tamen indicia, si publicum ingressum excipias, non sunt apodictica4.

b) Semi-publicum, si in commodum alicuius communitatis vel coetus personarum eo convenientium erectum sit, neque liberum cuique sit illud adire 5.

Differt igitur essentialiter oratorium semi-publicum a publico quod *hoc* non *illud* ius est comprobatum omnibus fidelibus adeundi; aliae differentiae sunt prorsus accidentales seu adesse possunt et abesse, ut, e. g., quod publicum consecretur aut saltem benedicatur, quod habeat ingressum in publica via etc.

Si oratorium privatum praescriptione aut expressa Romani Pontificis vel etiam Ordinarii loci concessione determinatis personis alicuius ditionis aut incolis intra aliquam villam degentibus, aliis fidelibus exclusis, usui adhibeatur, tales coloni aut familiae coetum personarum de quo in canone constituere videntur et proinde illud oratorium inter semi-publica adnumerandum erite.

1 C. 1188, § 2.
2 C. 1188, § 2, n. 1.
3 Cfr. etiam c. 1191, § 1-2.
4 Cfr. Matthaeum a Coronata, *l. c.,* 72; Many, *l. c.,* n. 65-69; Augustine, *l. c.,* VI, 66-67.
5 C. 1188, § 2, n. 2.
' Cfr. *Ephemerides liturgicae,* v. 21 (1910), p. 132 et praesertim p. 136, n. 3 in animadversionibus una cum Matthaeo a Coronata, *l. c.,* 76, pag. 76, nota 1; S. R. C., 3 Augusti 1901, apud *Monitore ecclesiastico,* ser. II, v. 3, pag. 349; Vermeersch, *Sumina novi iuris2,* n. 474; idem, *Epitome,* II, 498, 2.

c) Oratorium privatum seu *domesticum,* si iu privatis aedibus in commodum alicuius tantum familiae vel personae privatae erectum sit L

Differunt haec oratoria a semi-publieis quod non solum non patent omnibus fidelibus, sed solummodo *personis* aut *familiis* et quidem *privatis* patent, nec generatim ibi aliae personae si admittantur obligationi audiendi Missam diebus festis satifacere possunta. Si igitur oratorium personae non privatae concedatur seu personae publicae qua tali iam non est oratorium stricte privatum. Haec tamen melius ex dicendis patebunt. Differt etiam in hoc quod oratorium privatum benedictione constitutiva nunquam benedici debet, nec festum tituli celebrare etc.

763. — 3° Notae historicae. - Distinctionem inter oratoria et ecclesias solum post persecutiones prionnn saeculorum invenimus. Oratoria autem in domibus privatis et in monasteriis erigebantur auctoritate Episcoporum, quam potestatem limitavit Concilium Tridentinum 3.

764. — II. De oratoriis publicis. - 1° Variae species. - Ex notione a Codice data duae species oratoriorum publicorum habentur 4:

a) Oratoria erecta in commodum alicuius personae privatae cum iure illuc accedendi omnium fidelium.

b) Oratoria erecta in commodum alicuius collegii, e. g., confraternitatis, religionis etc. cum eodem iure.

765. — 2° Quo iure regantur. - *a)* Oratoria publica eodem quo ecclesiae iure reguntur 5.

Attamen, licet hoc principium statuatur ut norma generalis, non eodem rigore ac ecclesiis applicantur oratoriis ea quae de impositione primarii lapidis, dote necessaria, consecratione et benedictione dicuntur.* Requiritur autem certe consensus Ordinarii loci et quidem scriptus, itemque auditio eorum quorum interest 7.

b) De sacris functionibus ibi peragendis haec specifice habet Codex: In oratorio publico, dummodo auctoritate Ordinarii ad publicum Dei cultum perpetuo per benedictionem vel consecrationem 8 dedicatum fuerit, omnes sacrae functiones celebrari possunt, salvo contrario rubricarum praescripto 9.

1 C. 1188, 5 3, n. 3.
2 Circa hoc alterum tamen sunt exceptiones ut mox videbimus.
3 Matthaeus a Coronata, *l. c.,* 71; Wernz, *Z. c.,* III, 451; Gasparri, Z. c., 195.
* C. 1188, 5 3, n. 1.
5 C. 1101, § 1.
0 Cfr. Matthaeum a Coronata, *I.* c., 73.
7 Santamaria Z. c., IV, 37.
8 Cfr. cc. 1155 et 1150.
9 C. 1191, § 3.

1‘owuiut ibi peragi functione» sacerdotale», non puroeciales i. e., Minea sollemnis vel lecta celebrari, omnia Sacramenta, salvis iuribue paroecialibnn, non excepto baptismate 2, administrari, indulgentiae sicut in ecclesiis lucrari 3, funera, auctoritate Ordinarii loci, celebrari4.

Exceptio, *salvo contrario rubricarum praescripto,* respicere videtur praecipue functiones ultimi tridui hebdomadae maioris, quae fieri nequeunt, sine speciali induito, in oratoriis in quibus ob defectum ministrorum ritus *Missalis Romani* sollemnior servari nequit °.

Permitti tamen potest ex consuetudine in oratoriis etiam semi-publicis religiosorum etiam votorum simplicium, ut feria V in Coena Domini, mane ad religiosos vel religiosas communicandos Missa lecta celebretur °.

Oratoria publica intra territorium alicuius paroeciae exsistentia, quibus specialis rector sive religiosus sive saecularis assignatus non est, a parocho dependere videntur7. Sicubi exsistat consuetudo non consecrandi benedictione constitutiva oratoria publica minora in quibus forte solum Missa celebratur, ea retineri potest 8.

Oratorium publicum transire debet in dominium Ecclesiae aut saltem eius dominus cautiones concedere debet ne ad usus profanos convertatur. Si haec verificentur, oratorium potest benedici aut etiam consecrari9.

Quaeri hic potest utrum Ordinarius loci possit haec iura oratorioium publicorum restringere? Certe id potest in concedendo consensu ad oratorium aedificandum necessario et dummodo ea servet quae ad constituendum publicum oratorium necessaria sunt ut, e. g., ibi omnes praecepto audiendi Missam satisfaciant, ut omnibus fidelibus pateat. Si igitur ius faciendi functiones in concessione consensus limitaverit, limitatio legitime facta est.

Facta vero aedificatione et legitima cultui divino deputatione, limitationes novas addere non posse videtur, nisi servato ordine iuris 10.

c) De oratoriis grangiarwni seu hospitiorum religiosorum exemptorum extra domus religiosas regulariter erectas constitutis dicendum ‡idetur quod, vi privilegiorum ante Codicem obtentorum sal-

1 Cfr. c. 462.
2 Cfr. cc. 774, 775.
3 Ita Augustine, Z. c., VI, 70-71.
4 Cfr. Augustine, Z. c., VI, 70-71; Matthaeum a Coronata, *l. c.,* 73, 7; 79; 87.
5 Cfr. Victorium ab Appeltern. *Promptuarium sacrae liturffiae,* vol. I, n. 346, III; Matthaeum a Coronata, Z. c., pag. 73, nota 2. Cfr. etiam c. 821, § 3.
° Cfr. *Monitore ecclesiastico,* ser. II, vol 1, a. 1899, pag. 269; Scbastiani, *Summarium theologiae moralis1,* n. 451, II; Leitner, *Uandbuch des katholischen K. R.,* pag. 343; Noldin, *De sacramentisl6,* n. 200, 2.
7 Cfr. D'Angelo, in *Vademecum ecclesiastico,* vol. XIV, (1920), pag. 155-156.
8 Many, Z. c., 72; cui assentitur Vermeersch, *Epitome,* II, 500.
9 Santamaria, Z. c., IV, 37. Qui auctor ibidem et pag. sequenti docet Ordinarium loci permittere posse ante consecrationem aditum ad domos etiam privatas, quae doctrina difficulter concordari potest cum cc. 1164, § 2, et 1191, § 1.
10 Cfr. cc. 482; 716, §§ 1 et 3; 1171; cfr. etiam Matthaeum a Coronata, Z. c., 73; Wernz, *Z. c.,* III, 454; D'Annibale, *Z. c.,* III, 3, nota 10; cui doctrinae calculum adjicere videtur Codex cc. 1191, s 2 et 1193, etenim c. 1193 supponit Episcopmn restrictionem facere posse solum pro oratoriis semi-publicis. Paulo severius Many, Z. c., n. 76.

tem vi communicatioma, erigi possint ab Ordinariis ipsorum religio-
somni

766. — III. De oratoriis semi-publicis. - 1° Variae eorum species. - luxta notionem supra datam, ad oratoria semi-publica haec quae sequuntur pertinent:

«) Oratoria in palatiis Episcoporum et Cardinalium, distinguenda a privatis eorundem oratoriis

b) Oratoria locorum piorum quorumvis auctoritate legitime erectorum. Erectio autem aliqualem saltem perpetuitatem seu stabilitatem requirit; quae dummodo habeatur etiam loca pia a privatis personis erecta oratorium semi-publicum habere posse videntur 1.

c) Oratoria locorum religiosorum, qualia sunt domus quaevis religiosae, seminaria, domus exercitiorum, associationum ecclesiasticarum domus, etc.

d) Oratoria locorum publicorum, carcerum, arcium, scholarum, collegiorum etc.

e) Oratoria in palatiis publicis, ut sunt municipia, parlamenta, etc. erecta.

Taba oratoria inter semi-publica enumeranda videntur, quod ipsis non convenit definitio a Codice data pro privatis.

Loca supra enumerata praeter oratorium principale possunt habere etiam oratoria secundaria, quae sunt pariter semi-publica4.

Si oratorium de quibus supra aditus omnibus fidelibus pateat, et ius illa adeundi comprobetur, oratoria illa non iam semi-publica, sed publica appellanda sunt. Requiritur autem ut aditus pateat omnibus non pro aliqua tantummodo annuali functione, sed ordinarie pro omnibus sacris functionibus ibi celebratis.

767. — 2° Quonam iure regantur. - a) Oratoria semi-publica erigi seu ad publicum cultum adhiberi nequeunt sine Ordinarii licentia 5.

Ordinarius hanc licentiam ne concedat, nisi prius per se vel per

1 Cfr. Matthaeum a Coronata, n. 71. pag. 74, nota 2; n. 85, pag. 86-87; Many, *l. c.,* 107, ubi tamen facta distinctione inter *grangias* proprie dictas seu *domus rurales ac -praedia monasteriorum* ubi solum aliquis religiosus conversus aut sacerdos generatim commoratur, et *grangias improprie dictas seu parvas domus religiosas ab aliis domibus maioribus dependentes,* in his docet permitti posse erectionem oratorii semi-publicl auctoritate ordinaria Superiorum maiorum, in Illis e contra solum vi privilegiorum, quia illae grangiae stricte dictae ut domus privatae considerandae sunt. Augustine e contra Z. *c.,* p. 75-76, granglas cuiusvis genetis ut domum non privatam considerat et oratoria in iis erecta semi-publica quae proinde vi c. 1192, potestate ordinaria erigi valent, quod tamen volet solum de religionibus clericalibus exemptis. Idem docet Vermeersch, *Epitome,* II, 498, 2. Nec obstat Decret. S. R. C., 10 Nov. 1906, *Decret, auth.* 4190, ad IT, cui derogatum est a c. 1192; cfr. Augustine,
nota 39.

1 Cfr. infra; Santamaria, Z. c., IV, 37.

3 Cfr. tamen Many, Z. *c.,* 99, 3.

4 C. 1192, § 4; Many. *L c.,* 100: Vermeerech, *l. c.*. II, 501. 5.

5 C. 1192,

aliutn ecclesiasticum virum, etsi non sacerdotem, exclusis tamen mulieribus, oratorium visitaverit et decenter instructum nec non ab omnibus usibus domesticis liberum repererit

Licentia non necessario scripto danda est; Ordinarius pro oratoriis intra domum religiosam erigendis et pro *grangiis* est Superior maior religionis clericalis exemptae 1.

Clausula *decenter instructum,* excludit fenestras et ianuas ad domos privatas itemque generatim cubicula supra oratorium ad usum profanum adhibita et praesertim ad dormiendum, ut supra de ecclesiis vidimus 3.

b) In collegiis aut convictibus iuventuti instituendae, in gymnasiis, lyceis, arcibus, praesidiis militum, carceribus, xenodochiis, etc., praetçr oratorium principale, alia minora ne erigantur, nisi, indicio Ordinarii, necessitas aut magna utilitas id exigat 4.

Oratoria igitur minora iu locis supra enumeratis favore iuris non gaudent; res tamen iudicio Ordinarii remittitur. Notari tamen praestat eandem severitatem non necessario adhibendam esse si de collegio auctoritate ecclesiastica erecto sermo sit, aut de locis quibusvis auctoritati ecclesiasticae directe subiectis5. Talia oratoria semel erecta sunt consideranda de ime vigente ut oratoria semi-publica, licet forte nec consecrari debeant nec titulum specialem habere 6.

c) Oratoria semi-publica possunt, non necessario tamen, benedictione constitutiva consecrari; non decet autem nisi de oratorio stabiliori et grandiori agatur; generatim sufficit ut benedictione invocativa domus vel loci benedicatur, quae nec necessario praemittenda est7.

Si oratorium etiam semi-publicum *dedicatione* consecratum est, eius festum tpiotannis celebrari debet sicut de ecclesiis diximus; si solum benedictio constitutiva data est, tituli quidem non vero dedicationis festum est celebrandum. Id a fortiori valet et de. oratoriis publicis.

d) Oratoria etiam semi-publica si benedictione constitutiva consecrentur, fiunt loca sacra a potestate civili prorsus exempta, et immunitatibus, ut ecclesiae, gaudent 8.

e) In oratoriis semi-publicis, legitime erectis, omnia divina of-

1 Cc. 1192, § 2.

2 Augustine, *l. c.,* VI, 73. Cfr. supra n. 765.

3 Cfr. Augustine, 7. c., VI, 74; Matthaeum a Coronata, *l. c.,* 81, 1; cfr. tamen Vermcersch, *I. c.,* H, pag. 272, in nota.

1 C. 1192, § 4.

5 Vermeersch, *Epitome,* II, 501, 5.

6 Cfr. Mothon, *L c.,* II, 2376, nota 13 et 15, ubi tamen minus recte ex decreto S. R. C. 1025 haec oratoria docet habenda esse ut privata.

7 Vermeersch, *l. c.,* II, 501, 3, Augustine, *l. c.,* VI, 77; Eichmann, *l.* c., p. 393; Santamaria, *l.* c., IV, 1G et 36; aliter Prümmer, *l. c.,* 366, 2, c; Mothon, *l. c.,* II, 2388; cfr. etiam Gasparri, *l. c.,* 216, et S. R. C., 5 lunii 1899, *Decret, autk.* 4025.

8 Aliter Eichmann, *l. c.,* 393, ubi generatim negat ea esse iurimn sublecta, titulum possidere et immunitatem asyli.

licia functionesve ecclesiasticae celebrari possunt, nisi obstent rubricae aut Ordinarius aliqua exceperit ».

Eadem fere regula circa functiones sacras statuitur ac pro oratoriis publicis[1]; hoc tamen additur posse Ordinarium, proinde etiam Superiorem maforem religionis clericalis exemptae, exceptiones aliquas statuere, quod intelfigendum ridetur sive de exceptione ante erectionem apposita, sive de exceptione quam postea apponere aestimaverit[2].

Conditiones contra ins commune Ordinarius apponere non posse videtur. Tales essent conditiones quod fideles ibi Missae assistentes praecepto non satisfaciant[3]; quod sacra communio ibi distribui non possit[4].

In oratoriis publicis et semi-publicis generatim, etsi a regularibus officiatis, adhibendum est calendarium dioecesis. Speciali privilegio gaudent adhibendi calendarium Romano-seraphicum oratoria sororum tertii· Ortlinis S. Francisci fratribus Minoribus ct Capuccinis aggregatarum[5].

/) Legitime erectum, cum debita licentia, oratorium semi-publicum ad usus profanos converti nequit sine eiusdem Ordinarii, cuius licentia necessaria fuit ad erectionem, auctoritate

Dictio canonis auctoritatem requirere videretur ad reductionem ad actus profanos etsi sola licentia ad illud erigendum data sit; at evidens est nullam auctoritatem requiri ad hanc reductionem si deputatio ad cultum nondum facta sit; nisi dicere velimus licentiam datam deputationem esse et proinde, etsi nondum exsecutioni mandatam, iuridice tamen locum illa licentia ad cultum fuisse deputatum; qui sensus forte in eodem c. 1192, § 2 continetur, ubi prohibetur dari licentiam ante factum erecti materialiter oratorii.

(j) Oratorium generatim ita construi debet ut formam cubiculi tribus saltem muris clausi habeat. Admitti tamen etiam videtur forma armarii ex ligno confecti, quod claudi possit, et formam altaris habeat[6].

768. — 3° De oratoriis navium. - Oratorium vel etiam oratoria in navi erecta, extra privata cubicula, inter oratoria semi-publica adnumeranda sunt[7].

1 C. 1193.

1 Cfr. c. 1191, § 2.

3 Cfr. Augustine, *l.* c., VI. 77; Santamaria, Z. c.. IV, 39; Mothon, Z. c., 11, 2356, in nola 3; cfr. tamen etiam Gasparrl, Z. c., 126, et D'Annibale, *Summula,* III. 3, n. 10.

* Cfr. c. 1249.

5 Cfr. c. 869; contra Mothon. Z. c., II, 2386, nota 3, ubi has conditiones apponi permittit existimans hic agi de oratoriis privatis, quod verum non putamus.

9 Cfr. Matthaeum a Coronata, *l.* c.. 79. 4; Augustine, Z. c., VI, 77.

7 C. 1192, 4 3.

3 Cfi. *Monitore ecclesiastico,* scr. I, vol XIII, part. 1, pag. 69; severius Augustine, Z. *c.,* 71; itemque Vermcersch. Z. c., 503. Cfr. etiam Torrubiano Ripoll, Z. c., II, n. 893, ubi oratoria urinaria permitti docet ex consuetudine.

® Many, Z. c., n. 70 ex decreto 4 Mart. 1901, ad 5, haec oratoria inter publica collocat, at cum generatim illa adeundi non omnibus fidelibus ius sit, inter semi-publica adnumeranda esse videntur; X'ermecrech, *Summa novi iuris*2.

Haec tamen oratoria erigi nequeunt sine induito Sanctae Sedis, quod ex eo requiritur quod naves extra territorium cuiusvis Ordinarii locorum sint et immediate subsint Romano Pont ifici, et quia nemini in mari celebrare licet'.

Data autem facultate celebrandi in mari, potest sacerdos *uti in oratorio semi-pubblico navis.* In concessione autem indulti celebrandi in mari praecipitur sacerdotibus ‹ ut sedulo et religiose servent praescriptas regulas quae in ipso apostolicae concessionis rescripto apponi solent. Videant nempe utrum mare sit adeo tranquillum ut nullum adsit periculum effusionis Sacrarum Specierum e calice; curent ut alter sacerdos, si adfuerit, rite celebranti assistat·; at, si in navi non habeatur cappella propria vel altare fixum, caveant omnino missionarii, ne locus ad Missae celebrationem delectus, quidquam indecens aut indecorum praeseferat; quod certe eveniret si augustissimum Altaris mysterium in cellulis celebraretur pro privatis viatorum usibus destinatis » 2.

Quo tamen decreto absolute Missae celebratio in privatis cubiculis non prohibetur, sed tantum prohibetur cum privata cubicula aliquid indecens praeseferant; si vere cellulae privatae ita adornentur ut omne periculum irreverentiae removeatur, tunc poterit, supposita licentia celebrandi in mari, etiam ibi Missa celebrari. Atque ita S. Sedes declaravit 3.

Missae in navi, etiam in privato cubiculo celebratae, assistens satisfacere videtur praecepto audiendi Sacrum non obstante c. 1249, quia ibi non agitur de oratorio domestico 4.

769. — IV. De oratoriis privatis. - 1° Variae species. - Oratoriorum stricte privatorum seu ad usum stricte privatum adhibitorum in domibus item privatis, tres species enumerat Codex:

a) Oratoria in commodum personarum privatarum 5.

b) Oratoria privata Cardinalium et Episcoporum 6.

c) Oratoria privata coemeteriorum 7.

Oratorio privato affine est privilegium altaris portatilis quo qui gaudet celebrare potest ubique, honesto tamen et decenti loco, excluso mari8.

770. — 2° Quona iure regantur. - *a)* Oratoria domestica ordinarie erigit una Sancta Sedes °.

Ordinarius loci i0 in oratoriis domesticis permittere nequit nisi

S. C. Prop. Fid., 1 Mart. 1902, in *Collectanea,* II. 2130.

[3] S. C. Prop. Fid., 13 Aug. 1902, in *Collectanea.* II, pag. J2J, in notu. Venneersch, in *Periodica,* XVI, 271-273.

C. 1188, § 2, n. 3.

[G] C. 1189.

C. 1190.

Cfr. c. 822, § 2-1. Missum audiens iu altari portatill celebratam praecepto de auili'iido sacro satisfacere videtur; cfr. Matthaeum u Coronata, *De locis el temporibus sacris,* n. 123; Vermecrach, *Periodica,* XVI, 271-273 paulo aliter Torrubiano llipoll, *l. c., II, n.* 913.

' Cc. 1194-1195.

10 Non comprehenduntur hic Superiores maiores religionis clericalis exemptae, quibus Uiiuen aequivalens fere facultas confertur iu c. 822, j 1.

celebrationem nnins Missae, per modum actus, in casu aliquo extraordinario, insta ei rationabili de causa, postquam per se vel per alium ecclesiasticum virum oratorium visitaverit et decenter instructum re· pererit L

Haec Ordinariorum locorum potestas stricte interpretanda est 1, quo tamen recedere non cogimur ab anterioribus, communiter admissis interpretationibus quae iam strictae, considerabantur. Ilis interpretationibus innixi clausulam unitu? *Jlissae* interpretari posse putamus de unica Missa eodem die. Clausula *per modum actus* opponitur verbo *habitudlitrr* in eodem canone adhibito et proinde concessioni habituali quae S. Sedi reservatur; tandiu autem odw extenditur quandiu causa iusta et rationabilis durat. Codex non requirit, aliter ac ante Codicem, causam *ingentem,* sed causam *iustam* et *rationabilem. Camis extraordinarius* esset morbus epidemicus, quo exsistente sacerdos e domo exire non permittatur aut alicubi, ubi nec oratorium est nec ecclesia, commorari cogatur 3.

Imo S. C. de Discipl. Sacrament, mitius canonern 822, § 4 interpretata est permittens Ordinariis celebrationem unius aut alterius vel etiam trium Missarum, domi, praesente cadavere in loco vulgo *camera ardente* seu ubi cadaver exponitur ante sepulturam, dummodo cadaveris expositio fiat servato debito decore et in eodem loco nihil adsit quod sit alienum a sanctitate divini sacrificii. Id tamen Ordinarius facere potest solum in casu extraordinario, concurrente iusta et rationabili causa, quae verificatur occasione obitus Episcopi residentiahs, seu Ordinarii loci aut perbonae e principe familia, aut aliter insignis ob merita et beneficia in Ecclesiam vel in rempublicam, vel ob munificentissimas elargitiones in pauperes et egenos, itemque personae huiusmodi privilegio apostolico iam ornatae, dummodo semper debitae exsequia expleantur in ecclesia *

ύ) Oratoria domestica nec consecrari nec benedici possunt more ecclesiarum. Possunt, non necessario debent, benedici benedictione invocativa *loci* vel *noçae domus*; at licet nulla benedictione donentur, debent tamen esse divino tantum cultui reservata et ab omnibus domesticis usibus libera; quod a fortiori valet et de oratoriis semi-publicis Β.

'W5

Per se non prohibetur cubicula supi-μ oratorium domesticum

1 C. 1191.

5 C. !.. 16 Oct. 1919, a<l 12, *A. A. S.*. XI, 476.

3 Augustine, *l.* c., VI. 79. Many. *I.* <·., 82 ita cluusulam interpretatur: • Concedere facultatcm per uwdum uctus est illam concedere non per modem habitus, seu in perpetuum aut Indefinite (ut ante Tridentinum faciebant Episcopi), sed vi causae transeuntis ct quandiu durat haec cauta. Undo estante causa urgenti de qua supra, Episcopus concedere poterit facultatem celebrandi, uon tantum una vel altera vice, ut quidam volunt, sed tempore quo durabit causa, quod alioquln tempus erit necessario breve, quia quod est urgens non durat ». Cfr. etiam Ga·-parvi. *I.* c., I, n. ?:·'.. pag. 156. in nota; Blat, *l.* c., 141; Santamaria, *l.* c., IV. u.

5 C. 1196.

exstrui potest vero prohiberi in induito apostolico vel Ordinarii loci J.

Ordinarius certe nequit permittere Missae celebrationem in cubiculo ad dormiendum destinato 3; idem valet et de oratorio a S. Sede concesso.

Permittunt tamen auctores oratorium domesticum exstrui in pariete cubiculi etiam ad dormiendum destinati, si altare ita conficiatur ut, Missa celebrata, claudatur 3.

Oratoriis domesticis non sunt applicanda ea quae de exsecratione, violatione et immunitatibus ecclesiarum diximus, ut per se patet. Reduci ad usum profanum facile possunt auctoritate illius qui licentiam ea erigendi concessit.

c) In oratoriis domesticis ex induito Apostolicae Sedis, nisi aliud in eodem induito expresse caveatur, celebrari potest, postquam Ordinarius oratorium visitaverit et probaverit, unica Missa, eaque lecta, singulis diebus, exceptis festis sollemnioribus; sed aliae functiones ecclesiasticae ibidem ne fiant. Ordinarius vero, dummodo iustae adsint et rationabiles causae, diversae ab eis ob quas indultum concessum fuit, etiam sollemnioribus festis permittere potest per modum actus Missae celebrationem 4.*

A'equit igitur ibi dari benedictio sacramentalis, benedictio post partum, aspersio .fieri aquae benedictae, distributio cinerum aut palmarum, etc.; potest tamen Ordinarius aliquas ex his functionibus in oratoriis privatis permittere 3.

Permittunt tamen auctores ibi fieri brevem de re sacra sermonem6.

In oratoriis privatis adhiberi debet calendarium sacerdotis celebrantis 7.

Plurium eadem die Missarum celebratio ibi permittitur- ex speciali privilegio 8; quo gaudent Passionistae, Redemptoristae et alii ex communicatione 9.

Potest administrari servatis servandis in oratoriis privatis s. communio 10,11 baptisma etiam sollemne u, poenitentia saltem vü'is et, ut videtur, etiam feminis, si sedes apta habeatur 12, item Missa nuptialis celebrari de Ordinarii licentia 13.

1 Vermeersch, *l.* e., II, 502, 2; paulo severius Torrubiuno Ripoll, *t. c.,* II, 893, itemque Muthon, *l. c.*. II, 2389, nota 14, ubi tamen sufficere docet, ubi difficultas habeatur ut super altare baldachinuni ponatur.

C. 822, §4.

3 Cfr. *Monitore ecclesiastico,* vol. 29, pag. 155, n. 23.

1 C. 1195, § 1-2.

Cfr. Many, *l. ct,* 94-95, 1.

Priimmier, *l. c,,* 366, 2, c; Augustine, Z. c., VI, 82.

7 Matthaeus a Coronata, Z. c., 87, Λ; idem statuisse apparet S. R. Cong., 11 Februat. 1910 ad III, *Decret, auth.* 1248, de oratoriis semi-publicis secundariis, attauieu cum de ime Codicis talia oratoria sint certo consideranda ut semi-publica, illud decretum suo vulore destitui videtur; cfr. etiam S. R. C., 10 lunii 1893, *Decret, auth.* 380-1, ad S.

Cfr. c. 239, § 1. n. 14.

9 Cfr. Torrubiuno Ripoll, *l. c.,* II. 89G.

'** C. 809.

11 Ce. 775; 77G; S. C. de Sacram.. 23 Dec. 1912; 8. C. Prop. Fid., 21 liiuuur. 1789, in *Culleclanea,* u. 589.

11 Ce. 908-9111.

C. 1109, §

Festa sollemniora, ex iure communi excepta, sunt illa quae in *Caeremoniali Bpiseoporum*. libro II, cap. 35, § 2 numerantur et nuno etiam de praecepto servantur, e. g.: Nativitas, Epiph., Pasch., Ascens.. Pentecost., 8. Ioseph, Assmnpt., Conceptio B. M. V,. SS. App· Petri et Pauli. Oni. SS. '. Si alicubi aliquod ex his festis in dominicam sequentem transferatur, non videtur amplio» inter sollemniora computandum

771. — 3° **Indulta oratoriorum domesticorum** u ·$'. ò'o/›· concern. - Ad obtinendum indultum oratorii domestici adeunda est S. Congr. de Sacramentis, quae illud, praena informatione Ordinarii loci, concedit in forma *Brevis,* solutis taxis. Datur autem *Breve* in forma gratiosa 1;* nec potest, si clausulas *Brevis* adimpletas invenerit, Ordinarius loci rescripti exsecutionem denegare, et si denegaverit, contra ipsius decretum datur recursus ad S. Congr. de Sacram, *in dévolutiro* *: Ordinarius exigere potest solutionem expensarum necessariarum ad revisionem faciendam.

In *Bred* nominantur generatim *indulfarii principales;* horum, saltem unius, praesentia in oratorio necessaria est ut ibi Missa celebrari possit; habentur praeterea *indultarii secundarii* seu consanguinei et. affines usque ad quartum gradum qui per communicationem et ipsi gaudent privilegio dummodo ' sint commensales. Quandoque in rescripto nominantur etiam hospites nobiles: hospites autem sunt probabiliter etiam commensales unius diei. Famuli, nisi necessarii sint momento quo Missa celebratur, inter indultarios non sunt adnumerandi.

Alii omnes praeter indultarios clare in induito enumeratos aut modo snpra descripto comprehensos, in oratorio .Missam audientes dic festo non satisfaciunt praecepto 5.

Indultarius principalis duplici aut etiam multiplici in loco, nou tamen eodem tempore, induito uti potest. In oratorio autem domestico celebrare potest quilibet sacerdos etiam regularis, de sui Superioris licentia, nec parochi consensus est ullo modo necessarius.

In oratorio domestico poterit Ordinarius loci Missae celebrationem prohibere, sed solum ex causa gravi a iure recognita 0.

1 C£r. *Commentarium pro* 1П, 1022, pag. 04.

3 Cfr. Matthaeum a Coronata, *l. c.,* 87, *a;* Brehm, *Synopsis,* inter festa <iuibiie prohibetur Missa· in oratoriis uou enumerat S. Ioseph festum, *l. c.*. pag. 213: Augustine. *l. c.,* VI. 81 ; Torrublano Ripoll, *l. c.,* II, n. 898.

3 C. 51; cfr. *Ordo screandus in sacris Conareyationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae* de mandato Pii X a. 1908 editus, part. II, *Normor peculiares,* cap. III, art, I, η. 1-5: Chelodi, *Ius de personis,* 80, *a:* Augustine, *l. c.,* VI, 80.

* Torrubiano RipoU, *l.* c., II. n. 893; revera hic auctor affirmat dari recursum *in siispcnsito,* explicat autem de effectu suspendendi Mirae celebrationem donec S. Congr. responsum pervenerit.

s C. 1249.

« C. 1192. § 3 et 1195. « 1: cfr. Many, *l.* c,, (jj. 2. Qui piura de induitis oratorii domestici desiderat adeat Matthaeum u Coronata. *l.* c., 88-92: Gasparri, *l. c.,* 81 sq·; Santamaria, *l.* I» 232-236; Munyr

De oratoriis.

Indultum oratorii tandiu durai quandiu indultarii principales vivnnt <»t eo proinde uti vaient '.

772. — V. De oratoriis Cardinalium et Episcoporum. · 1° Oratoria quae Cardinales et Episcopi residentiales in suis episcopalibus domibus erigunt, suntvoratoria semi-publica et iure semi-publicoruin regi videntur.

2° *Oratoria privata.* - Oratoria vero quae Cardinales ei Episcopi etiam titulares ubique locorum in suis privatis aedibus erigere possunt, licet privata sint, fruuntur tamen omnibus iuribus et privilegiis quibus oratoria semi-publica gaudent 2.

Eodem privilegio gaudere videntur Vicarii et Praefecti Apostolici3. Administratores Apostoliei permanentes ' necnon Abbates et Praelati *nullius* 5.

Possunt igitur in iis oratoriis plures Missae celebrari, et potest praecepto audiendi Sacrum satisfieri etc. Non videntur autem iure oratoriorum semi-publicorum ligari quod ad obligationes attinet.

Insuper Episcopi omnes, Vicarii et Praefecti Apost·., Abbates et Praelati *nullius* vestibus induti pontificalibus cum defuncti fuerint exponi possunt in aula maiori suae residentiae ibique tres ad summum Missae de consensu Ordinarii loci celebrari possunt, abrogato potiore privilegio decreto S. R. C. 29 April. 1894 concesso 6; Praelatos autem omnes supradictos hoc, a. 1926, responso comprehendi patet, quia ibi dicitur celebratio Missarum permitti posse personis huiusmodi privilegio apostolieo iam ornatis, cuiusmodi ex decreto 1894 erant illi omnes.

773. — VI. De oratoriis coemeteriorum. - 1° **Oratoria publica et semi-publica.** - Tn coemeteriis possunt haberi oratoria publica et oratoria semi-publica.

Generatim in nostris regionibus habetur in coemeteriis omnibus oratorium, ubi, cum iure accedendi omnis populi, aliquoties, plus minusve frequenter, ad suffragium fidelium Missae celebrantur. Illud oratorium omnibus commune esse *publicum* ex data supra notione manifestum est.

Habentur item in coemeteriis, aut saltem iure haberi possunt, partes

' Augustine, Z. *c.,* VI. 82.

3 C. 1189; concessio erigendi uLique locorum sibi oratorium privatum, Licet uon clare contineatur In Codice, facile tamen deduci potest ex cc. 239, $ 7 et 11: 349, § 1, u. 1 ; Itemque ex decret. S. R. C., 19 Mort, et 8 Tunii 1896. *Décret. aufli.* 3906.

3 Cfr. c. 294, § 1.

4 C. 315, § 1.

' C. 315, § 2, coli. c. 319, § i. η. I.

4 Cfr. *Decret, auth.-n.* 3822. una cum decret. S. Cong. de discipl. Sacram., 3 Mail 1926, In *A. A. S'.,* XVIII, 388.

territorii alicui religioni exemptae aut etiam alii personae morali l reservatae; si religio aut persona moralis ibi sibi reservatum suis defunctis oratorium eri. gere curet; certe illud oratorium nec publicum, quia non omnibus fidelibus ius est illuc accedendi, nec item privatum erit, quia ad privatam personam aut familiam non pertinet; erit ergo oratorium senù-publieum. Erectio talium oratoriorum, si de religione clericali exempta agitur, a Superiore maiori, sine licentia Ordinarii loci, fieri potest2.

2° **Oratoria privata.** - Aediculae vero in coemeteriis a familiis seu personis privatis ad suam sepulturam erectae, sunt oratoria privata 3, Ordinarius tamen loci in Itis oratoriis privatis permittere potest habitualiter etiam plurium Missarum celebrationem Missae autem ibidem rite assistentes praecepto de audiendo Sacro satisfaciunt s.

Uniusmodi autem oratoria ita construenda sunt, ut cadavera defunctorum subtus altare non condantur et quae in partibus lateralibus humantur vel conduntur distent ab altari saltem unius metri spatio, secus Glissa ibidem celebrari nequit R.

Distantia ista computari debet a mensa altaris consecrata aut, in altari portatili seu petra sacra, a mensa super quam collocata est ipsa petra sacra 7. Metrum distantiae computari potest moraliter et si remotio cadaveris grave incommodum importet, usus epikiae in casibus difficilioribus non praevisis prohiberi non videtur 9.

Si altare sit super cryptam in qua humata sunt cadavera, ita ut altare separatum sit a loculis mortuorum per cameram lapideam ipsius cryptae, quamvis in linea recta perpendiculari sub altari sint cadavera in pavimento cryptae, potest tamen ibidem Glissa celebrari ·.

Cadavera vero quae sunt sub praedella altaris, sub altari esse censentur et ideo nequit ibi Missa celebrari 10.

Iu aediculis seu oratoriis coemeterii dici potest Missa de *requiem,* nisi occurrat festum primae aut secundae classis, Dominica, festum de praecepto, feria, vigilia aut octava privilegiata 11.

1 Cfr. c. 1208. $ 2-3.

2 Cfr. Matthaeum a Coronata, *l.* c., 85. pag. 86-87; cfr. etiam c. 1208, § 2 ct Matthaetmi a Coronata. L c., 139.

3 C. 1190.

1191.

5 1319.

4 C. 124)2, 5 2.

7 Id irespondit dic 25 Octobris 1933. Secretarius S. Rituum Congregationis. Cfr *Perflet munus* 1934, paig. 81 et 1938, pag. 237-288.

8 S. R. C.. April. 1875, *Decret, auth.* 3339; 30 Aug. 1901. *Decret, auth.* 1082 ud II; Vcrmcersch, *Epitome,* II. 505, 2; Gosparri, *L.* c. n. 305.

a S. R. C., 18 Inlii 1902. *Decret, auth.* 4100, nd V.

10 S. R. C.. 16 Imiii 1057. *Decret, auth.* 1030: 7 Itilii 1706, *Decret auth* 2479 etc

19 Mali 1896. *Decret, auth.* 3903.

TITULUS XI.

774. — Post titulum de oratoriis optime agitur de altaribus quae sunt ultima determinatio loci ubi actus supremus cultus publici, seu sacrificium, offertur.

I. **Praenotiones.** - 1° Notio. - Altare definiri potest locus super quem sacrificium Missae Deo offertur L

Altaribus omnes populi usi sunt ad sacrificia Deo facienda.

2° **Divisio.** - Sensu liturgico intellegitur: *a)* Nomine altaris *immobilis* seu *fixi,* mensa superior una cum stipitibus per modum unius cum eadem consecratis 1. Non est igitur altare *immobile* seu *fixum* eo quod de loco ad locum transferri nequeat, nec enim repugnat ullo modo altare fixum alio transferri, dummodo mensa non separetur a basi; sed illud quod sive constructione sive consecratione ita· stipitibus aut basi adhaerere debet ut hac adhaesione etiam momentanee 3 cessante ipsa eius essentia deficiat 4.

Quandoque tamen in iure altare fixum sumitur in oppositionem ad altare portatile seu viaticum et tunc intellegitur altare quidem portatile seu mobile quod tamen modo fixo adhaeret alicui cappellae seu mensae in ecclesia aut oratorio.

Ita quotiens ad lucrandas indulgentias altaris privilégiât! requiritur altare fixum, *fixum* hoc sensu latiori intellegendum est5.

b) Nomine altaris *mobilis* seu *portatilis,* petra, ut plurimum, parva, quae sola consecratur, quaeque dicitur etiam *ara portatilis* seu *petra sacra·,* vel eadem petra ima cum stipite qui tamen non fuit una cum eadem consecratus 6.

Duplex sensus affertur arae portatilis seu altaris mobilis, uterque autem differt a *privilegio altaris portatilis* 7.

Ratio differentiae altaris mobilis ab immobili in hoc solo est quod altare mobile potest separari a basi et alio transferri non amissa consecratione, uon item immobile quod est *quid unum* ima cum basi.

1 Cfr. Wcrnz, *l. c.,* **III,** 461; Gasparri, *Dc SS. Eucharistia,* 281.
1 C. 1197. § 1. n. 1.
3 Cfr. c. 1200, § 1.
1 De Angells, *Praelectiones iuris canonici,* lib. **III.** Üt. 10, u. 5; Gasparri, *l. c.,* 286; Many, ·.. 121, 2; Wemz, *l. c..* **III,** 161, **II.**
5 S. C. Indulg., 15 Dec. 1811, *Decret. auth,* 295, ad **III;** Gasparri, 7. c., 285.
" C. 1197, § **I.** n. 2.
7 Cfr. cc. 822, § 2-3; 239, § 1, n. 7.

3° Notae historicae. - Altare super quod primum Missae sacrificium oh-latum est fuit mensa conununis super quam Dominus N. I. Ch. et Apostoli Agnum paschalem comederant. Iisdem fere mensis usi sunt apostoli; in cata-cumbis tamen non desunt mensae seu altaria lapidea.

Concilium Epaonense (a. 517) praecepit ex lapide facienda altaria; at· tamen adhuc saeculis vni et ix inveniuntur altaria lignea. Consecrationem distinctam altarium a consecratione ecclesiarum saeculo vi invenimus. Usus in altari condendi reliquias ex more antiquissimo celebrandi sacra mysteria super sepulcra martyrum originem ducit; lex tamen reconditionem reliquiarum praecipiens ante saeculum vu desideratur 1.

775. — 11. **Altarium constructio.** - 1° Materia. - Cum mensa altaris immobilis tum petra sacra ex unico constent lapide naturali, integro et non friabili 2.

Requiritur· petra *naturuite,* non artificialiter facta ex cemento aut alia materia; non *friabilis* quae scilicet non facile decomponi possit in partes vel in sua elementa. Debet esse uniens lapis nec sufficit ut duo vel plures con-nectantur cemento vel alia materia ita ut unicus appareat; aliter factum altare invalide consecraretur 3.

Integer lapis excludit fracturas. Si in faciendo sepulcro reliquiarum per-foratio petrae fiat ex utraque parte, facta altera basi lapidea in parte inferiori tale altare poterit consecrari4.

776. — 2° **Structura altaris fixi.** - Iu altari immobili tabula seu mensa lapidea ad integrum altare protendi debet, et apte cum stipite cohaerere; stipes autem sit lapideus vel saltem latera seu co-lumellae quibus mensa sustentatur sint ex lapide 5.

Absolute ut sit apta cohaesio mensae cum stipite non requiritur ut fiat cemento, licet id valde conveniat ne facilis admodum exsecratio evadat 6.

Ut minimum requiritur ut saltem sint lapideae columellae super quas

1 Cfr. Matthaeum a Coronata, *l. r.,* 100; Wernz, *l. c.,* III, 463; Duchesne, *Oripine ducullc chrétien3,* pag. 420 et sqs.; Many, *l. c.,* 108 eq.; Vermeersch, *Theulopiac moralis principia,* III. pag. 761; Torrubiano Ripoll. *I. c.,* II, n. 909.

a C. 1198. § 1.

3 Cfr. S- R. C., 10 Nov. 1906, *Décret, auth.* 1191, ad 1 et II. Interrogata S. Rituum Congregatio: · 1. Utrum valida sit consecratio altaris immobilis, cuius mensa, contra prae-scriptum eau. 1198 C. I. C'.. non constat ex unico lapide naturali, sed c duabus vel tribus la-minis lapidis naturalis super se positis et cemento ita iunctis ut appareat sicuti unicus lapis naturalis. — -· Utrum in tali altaA per nefas consecrato, Sancta Missa celebrari possit · 17 Octobris 1931, respondit: · Ad 1. Consecratio altaris invalida est. — Ad 2. Гто celebra-tione Missae stetur can. 822 ». Clr. M. a Coronata, *Interpretatio,* can. 1198; *Apollinaris, YS..* 186. Missa Igitur super altari taliter consecrato (seu melius non consecrato) celebrari nequit. Cfr. tamen etiam S. R. C.. 6 Sept. 1907. *Decret, auth.* 1204; Matthaeum a Coronatu, *l. c.,* 101, 1·; Gasparri. I. c., 291; Many, *l. c.,* 114; Augustine, *l. c.,* VI, 86-87.

1 S. R· C., 8 Februar. 1896, *Décret, avth.* 3884.

* *C.* 1198, 5 2.

» Gaspuni, f. c., 239; Many, *I.* 6... 11«.

mensa innititur; dummodo tamen columellae lapideae talem soliditaieni exhibeant qua altare nnllimode moveri pOHtdt

Cum Codex ut minimum requirat eolnmella.H lapideae, valde dubia videretur consecratio altaris quod Riietentatur columellis metallicis quarum sola capitella seu pars superior sit lapidea, nisi tamen columellae solum ad ornatum positae sint, et mensa saltem ex medietate super basim lapideam revera innitatur ·.

777. — 3° **Structura altaris mobilis.** - Petra sacra sit tant ampla ut saltem hostiam et maiorem partem calicis capiat λ

Etiam petra sacra altaris mobilis unica esse debet eodem modo ac pro altari fixo. S. C. EE. et RR. censuit eius magnitudinem non posse esse minorem uno palmo; expedit tamen ut aliquantulum maior sit 4.

778. — 1° **Sepulcrum reliquiarum.** - Cum in altari immobili tum in petra sacra sit, ad normam legum liturgicarum, sepulcrum continens reliquias Sanctorum, lapide clausum δ.

Sepulcrum est omnino necessarium ita ut consecratio sine reliquiis in valida sit °.

Requiruntur reliquiae Sanctorum saltem duorum; unius tamen etiam sufficiunt ad valorem; non sufficiunt e contra reliquiae Beatorum 7.

Locus ubi reponendae sunt reliquiae minute describitur in *Pontificali* 8.

Sigillum sepulcri debet esse ex lapide, quod tamen ad valorem consecrationis non requiri videtur; item firmari debet non qualibet materia, sed praecise calce et sabbulo iuxta formulam a *Pontificali* praescriptam praepararis, quod tamen ad valorem requiritur 9. Si operculum integre ex cemento factum sit. altare nequit haberi ut consecratum et nova indiget consecratione 10.

779. — ΠΓ. **Consecratio altarium.** - 1° Necessitas consecrationis. - *a)* Ut Missae sacrificium super illud celebrari possit-, altare

S. R. C.. G Nov. 190S, *Decret. auth.* 1225; decretum hoc de quatuor columellis loquitur; absolute tumen ad valorem etiam tres sufficere videntur dummodo ita disponantur ut altare revera fixum maneat. In casu autem quo altare ita super columellas construatur, unctio chrismatis quam praescribit faciendam *Pontificate* in fronte altaris, fiat in medio spissitudinis anterioris mensae ipsius,

2 Cfr. S. R. C., 24 Maii 1901, *Decret, auth.* 4073. Augustine, *l.* c., VI, 88-S9 validitatem consecrationis huiusmodl altaris admittere videtur; dicit enim: If the bases are of metal., the shaft, and mote especially the capitals, must be of stone: or...

3 C. 1198. s 3.

Cfr. Gasparri, *I. r.* 2!)2.

0. 1198, § 4.

4 Cfr. c. 1200, s 2, ii. 2; cfr. tamen Gasparri, *I. c.,* 321-325.

Many, *l.* r.. 119; panlo severius Gasparri, *I.* e., 325 et 327. Severius Torrublauo Ripoll requirit pro valore reliquiae saltem unius martyris; ipse tamen docet non esse certo modo probatam talem anilitatem; cfr. Torrubiano Ripoll, *l. c.,* II, n. 020.

' Cfr. Matthaeum a Coronata, Z. *c.,* 103, δ et 101, 3.

9 S. R. C., 1 Aug. 1905; *Decret, auth.* 1165 ad I. Cfr. Matthaeum a Coronata, Z. c., 103. e, *l.*

10 S. R. c.. 28 Iulii 1883, *Decret, auth.* 3585; 30 Aug. 1901, *Decret, auth.* 4082 ad 1.

debet esse, secundum liturgicas leges, consecratum; ideal vel lotum, si agatur de immobili, vel ara tantum portatilis, si de mobili [1][2]

Si super altare ab antiquo celebrari consuevit, consecratum praesumi potest, licet nulla memoria aut documentum consecrationis exsistat; non item si nec documentum, nec alia probatio habeatur nee factum celebrationis ab antiquo [3]*

Sine altari consecrato nunquam, ne in casu quidem urgentis necessitatis, fas est celebrare, nec in hoc S. Sedes dispensationes concedere solet [3].

Hac tamen obligatione tenentur solum sacerdotes ritus latini; gracci enim super antimensia celebrare possunt; usus autem antimensium sino speciali privilegio absolute prohibetur latiuis [4]*

b) In ecclesia consecrata saltem, unum altare, praesertim maius, debet esse immobile; in ecclesia autem benedicta omnia altaria possunt esse mobilia [5]*

Si altare maius consecrari nequeat quia legibus litnrgicis non conforme, eius loco alterum altare consecrandum erit [e].

Si omnia ecclesiae altaria consecrata sunt et ecclesia consecranda est, poterit altare aliquod exsecrari [7].

Si altare fixum ecclesiae consecratae exsecretur, iterum quam primum fieri poterit consecrari debet[8].

Valde congruit ut etiam in ecclesiis et oratoriis publicis aut semipublicis nou consecratis unum saltem altare *ad modum fi.vi seu immobilis* statuatur

1 C. 1199, § 1-

2 S. R. C., 31 Aug. 1867, *Decrd. auth.* 3162, ad IV; 23 Iiuiii 1892, *Decret. auth.* 3779, u<l VI ubi ex defectu reliquiarum deficiente consecratione permittitur nova consecratio, formula breviori.

3 Gasparri, *l. c.,* 311; Noldiu, />e *sacramentis*K, n. 211: Cappello, *De sacramentis,* I. 755. S. C. S. Officii, 3 Mail 1912, negavit sacerdotibus militibus gmnanicis carentibus altari portatili facultatem Missam celebrandi in altari ct in supellectili ecclesiarum schismaticarum. Cfr. *11 Monitore ecclesiastico,* vol. 67 (1942) p. 60. « Inter facultates extraordinarias concessas. 23 Decembris 1927, a S. Congregatione Concilii Ordinariis Mexiconis est facultas celebrandi, in casibus extraordinariae necessitatis, ct etiam permittendi ut alii celebrent, ad sacras species parandas infirmis et moribundis administrandas, adhibitis saltem stola et strpcrpelliceo benedictis, si id convenienter fieri possit, et loco altaris utendi panniculis lineis bcmdictis ad alios profanos usus non convertendis, ante Crucem et, si haberi possunt, duas candelas, observatis ritibus saltem in substantialibus › (L. Bouscarcn, *The canon law dhjest, Supplementum,* 1938, ad can. 66); M. a Coronata, *Interpretatio,* can. 818, 7.

4 C. 823, 4 2 et 822, } 1. Cfr. tamen apud Gasparri. *Fontes.* II, n. 410, § 2 facultatem a Benedicto XIV, constit. · *Imposito nobis* \ 29 Mart. 1751, sacerdotibus latInis in Russia alba degentibus celebrandi super antimensia graccorum: cfr. item Gasparri. *De fiS. Eucharistia,* 252.

5 C. 1197, § 2.

e S. R. 0.» 24 Mati 1901; *Decret, auth.* 4073.

7 Ferreros. *Institutiones,* II, 56: aliter Vermeersch, *Epitome,* II, 807, docet in casu aliud addendum esse alture, uut altaris consecrationem p<-r epikiam omitti posse, aut dispensationem petendam.

8 S. R. C., I Februnr. 1898, *Decret, aulh.* 3978, ad VI; interim vero ara portatilis super altare collocari poterit.

0 S. R- C·. 31 Aug. 1867; *Decret, auth.* 3162, ad I.

780. — 2° **Minister consecrationis.** Aras porlatilcs salvis peculiaribus privilegiis, omnes Episcopi consecrare possunt; altaria vero immobilia ii consecrare possunt quibus concessum est loca eonserrare

Etiam Episcopi titulares possunt sine ullius Episcopi aut· Ordinarii licentia seu consensu ants portatiles consecrare. Idem possunt Cardinales, Vicarii et Praefecti Apoetolici eorumque in munere successores, Abbates et Praelati *ttuUius,* qui. si charactere episcopali careant, uti tenentur oleis ab Episcopo benedictis[1].

Casibus a iure determinatis facultas consecrandi altaria exsecrata num· concedi potest ab Ordinariis etiam simplici presbytero [3][4]

781. — 3° **Ritus consecrationis.** - *a)* Ritus consecrationis in *Pontificali romavo* describitur, cui standum est \

Ritus vero breviores de quibus in c. 1200 edidit a. 1920 S. Congr. Rituum [5][7]

Si plura altaria portatilia simul consecranda sint, non necessario omnes preces suut ad singula repetenda [6]; immo Episcopus consecrans potest a presbyteris adiuvari [7].

In consecratione altaris sive mobilis sive fixi, si omnes unctiones chrismatis omittantur, invalida erit consecratio, non item si unica omittatur [8].

Si agatur de consecratione altaris fixi, die praecedenti sunt recitandae vigiliae sicut in ecclesiae consecratione diximus [9]; ieiunium vero non obligat [10].

Si vero agitur de consecratione altaris portatilis, ieiunium servandum est omnino ab Episcopo consecrante ante consecrationem [11] ipsa consecrationis die; idest, consecratio facienda est ab Episcopo ieiuno stomacho.

b) Consecratio altaris immobilis, quae fit sine ecclesiae dedicatione, quamvis omni die fieri possit, magis tamen decet ut fiat die dominico aliove festo de praecepto [12].

1 C. 1199, § 2; cfr. supra ubi de c. 1155 loquuti sumus.

2 Cfr. ce. 239, § 1, n. 2; 294; 310, § 2; 323, § 2; Vermeersch, *l. c.,* II, 506; alii abbates excluduntur; Augustine, *l. c.,* VI, 93, nota 35.

3 Cfr. infra ubi de exsecratione altarium.

4 Cfr. *Pontificale romanum,* part. II, fit. *Consecratio altaris; De altaris consecratione quae fit sine ecclesiae dedicatione; De altaris consecratione, cuius sepulcrum reliquiarum est in medio summitatis stipitis; De altaris portatilis consecratione.*

5 Cfr. *A. A. S.,* XII, 449 sq.; alter ex his ritibus refertur etiam a Mariinucci-Menghini ex exemplari S. R. C., a. 1908; cfr Martinucci-Menghini, *Manuale Sacrarum caeremoniarum*,* part- II, vol. II. pag 312-313, libro VII, tit- II, cap IV, art- IV; *Rituale romanum,* edit- typ. a. 1925, in *appendice.*

6 Cfr. S. R. C., 11 Mart. 1820 in Collectione Gardelliui, n. 4505; vel apud Gasparri, *l. r..* 316-318; Martinucci-Menghiiil, *l. c.,* pag. 321 sq., lib. VII. tit. II, cap. V. art. IΓ.

7 S. R. C., 14 lanuar. 1914, *Decret, auth.* 4214, ad IV; 10 Maii 1890, *Deerit, auth.* 3726.

8 Cfr. S. R. C., 2 Maii 1892. *Decret, auth.* 3771; 11 lanuar. 1910, *Decret, auth. VHP,* Gasparri, *l. c.,* 319.

9 Cfr. supra 737.

10 Many, *l. c.,* 120.

11 S. R. C., 22 Maii 1841, *Decret, auth.* 2826.

12 C. 1199, § 3.

782. IV. Exsecratio altarium. · 1° Specialia de altari immobili Altare immobile amittit consecrationem, si tabula seu mensa a stipite, etiam per temporis momentum, separetur; quo in easu Ordinarius potest permittere ut presbyter altaris consecrationem rursus perficiat ritu formulaque breviore ».

Xihil refert quonam modo aut quam ob causam separatio evenerit; requiri tamen videtur, salvo meliori indicio, plena aut saltem ex maiore parte facta separatio: separatio enim partialis, e. g.. mensa ab una columella, non potest dici simpliciter separatio mensae a basi seu stipite.

Facta autem separatio, totum altare exsecratum est nec potest mensa adhiberi nt ara portatilis sine nova consecratione[2]; ratio est quia consecratio altaris fixi censetur esse in eoniunctione mensae lapideae, nempe tabulae superioris et inferioris structurae; hinc si lapis vel tabula superior removeatur ab inferiori, vel ab ipsa lapides eandem immediate tangentes, censetur exsecrari; non item si alii lapides inferiores lapidem vel tabulam superiorem principaliter consecratam immediate non tangentes amoveantur et aliis substituantur, altari in debita altitudine adhuc remanente, etsi successive omnes lapides taliter inferiores auferantur

Codex permittit Ordinariis, ideoque etiam Superioribus maioribus religionis clericalis exemptae, ut hoc modo exsecratum altare ipsi per se aut etiam per presbyterum a se delegatum ritu formulaque[4] breviore possint rursus consecrare; quae generahs facultas nova est. Reconseeratio a presbytero sine facultate ab Ordinario communicata invalida esse videtur[5].*

Delegationem Ordinarius dare posse videtur etsi separatio non momentanea. sed diuturna fuerit.

783. — 2° De exsecratione altarium utriusque speciei. - «) Cum altare mobile tum fixum amittunt consecrationem:

a) Si frangantur enormiter sive ratione quantitatis fractionis sive ratione loci unctionis

Fractio enormis ratione quantitatis certo certius habetur si nulla pars integra calicem et patenam continere possit, itemque si mensa in duas vel tree partes frangatur [7].

Ratione loci unctionum enormem habent auctores[8] fractionem etiam parvae partis in qua tamen aliqua crux consecrata inveniatur. Contradicunt tamen .ilii[9] docentes fractionem unius tantum crucis nec ratione unctionum enormem reputandam esse, bene vero duarum vel trium crucium, et merito, ut videtur; si enim omnium crucium unctiones non requiruntur ad valorem consecrationis[10], cur unius tantum crucis amissio vel fractio altare exsecrabit? *

(J) Si amoveantur reliquiae, nisi forte amotio momentanea fiat ab Episcopo vel cius delegato ad ipsas visitandas 5; quippe visitatio reliquiarum fieri non posse videtur sine aliquali amotione.

y) Si frangatur aut amoveatur sepulcri operculum, excepto casu quo ipse Episcopus vel eius delegatus operculum amoveat ad illud firmandum vel reparandum vel subrogandum, aut ad visitandas reliquias ·.

Levis fractio operculi non inducit exsecrationem et quilibet sacerdos potest rimulam cemento firmare[7]; requiritur proinde fractio enormis quo ipsum operculum in varias partes dividatur. Levis de iure Codicis videtur fractio qua in operculo variae scissurae apparent ita inter se adhaerentes ut nullo modo dubitari possit de reliquiarum authenticitate[8]; certo autem modo levis habenda est fractio si sepulcri operculum non firmum, sed integrum sit[9].

Clausula *excepto casu* etc. licet forte solum ad hypothesim *amotionis aperculi* referatur, aequivalenter tamen ad casum fractionis optime referri potest. Quando igitur amotio fit ad firmandum, reparandum aut subrogandum, e. g.. quia fractum est operculum, vel etiam quia operculum positum non est ex lapide sed vel ex cemento vel ex metallo[10] aut quando fit ad visitandas reliquias, exsecratio nou habetur nec proinde aliqua unctio repetenda est; bene vero cementum cum sabbulo videtur iterum benedicendum, quia necessarium ad operculum suo loco restituendum. Hanc amotionem, quin altare exsecretur, facere potest Episcopus, igitur etiam Abbas vel Praelatus *nuTlivs*[11] eorumque delegati, non vero alii Ordinarii aut Ordinarii locorum sine speciali facultate. Quae omnia a Codice primum statuta sunt[12].

1 C. 1300, s i.

1 S. R. c., 30 Mart. 1809, *Decrtl. avth.* 3198.

3 Reiffenstucl. /. c.. lib. III. tit. 40. n. 38. Burin, *Catechixmo lUurffico,* Is, 1028, p. 310 alllrmat tunc etiam exsecrari altare ftxiun cum de loco transfertur, licet io translatione mensa non amoveatur et reliquiarum sepulcrum non tangatur, citatque pro sua sententia decr. 3504, 3 Sept. 1879. Id tamen rite intellegendum est: si enim in translatione nullo modo mensa a stipite separata sit. exsecratio non habetur nec aliud affirmatur in citato decreto 3504, nec in alio decreto 2599, 15 Mail 1819 ad quod remittit decretum 3504.

* Formulam breviorem in hoc casu adhibendam a S. R. C.. 9 Sept. 1920 editam invenire poteris apud .4. .I. XII, 119: Vermeer=ch. *Periodica,* X. p. 23 i; .*Yonitnrr rcclrtiiixlico,* vol. 33, pag. 333-331; itemque in novissima editione a 1925 *Hitualis romani*

1 Cfr. c. 1147, j i.

§ C. 1200: § 2, n. 1.

Priorem regulam a Reiffenstuél, Z. c.. III, 40, 37; Ferraris, *l. e.,* v. *Altare,* 20; D'Annibale, /. c.. in. g. nota 7 etc. statutam, Gaspard, 7. /·.. 310 laxam habet; qui tamen casum quo fractio enormis ratione fractionis haboatui·, exclusa ratione loci unctionum non affert

Gaspard, Z. c., 310; Vermeersch, *Epitome,* II, 507; Auctor voti super Decretum S. R. C.. 2818, in vol IV *Dccret. auth.*

2 Ut Many, Z. c., 122, 3; Lcluukulil, *Theologia moralis,* t. 11, n. 225.

3 Ita etiam Gaspard, Z. e., 319.

Cfr. etiam Matthaeum a Coronata, Z. *c.t* 111, et dccret. S. R· C.. 23 luuii 1870. *Decret, nitlh.* 3179, nec non in *Monitore ecclesiastico,* vol. 2, part. 1, pag. S3.

C. 1200, § 2, n. 2.

c 1200, i 2. n. 2.

1 C. 1200, § 3.

Aliter antea decimaverat S. R. C., 23 lunii 1879; *Dccret. uulh.* 3497.

9 Cfr. S. R. C., 18 Mail 1883, *DtcreL auth.* 3575, ad X; 30 Sept. 1875, *Decret, uulh.* 3379.

10 Cfr. S. R. C., 28 Iuli! 1883, *Décret, avth.* n. 3585.

11 Cfr. c. 215, § 2.

12 Pro Vicariis et Praefectis Apoôtolicis, cfr. c. *291, § I.

Requiritur autem ad exsecrationem fractio operculi reliquiarum vel ipsius sepulcri reliquiarum, nec sufficit fractio sigilli episcopalis 1.

Si operculum sepulcri moveatur seu nou sit firmum et positive dubitetur utrum amotum revera sit. tunc altare nt exsecratum haberi debet e! formula breviori rursus consecrari poterit *

Quotiens aliquo ex his modis altaris exsecratio evenerit, ut in eo celebrari possit, iterum consecrandum est. et ex iure Codicis formula ordinaria et quidem ab Episcopo adhibenda esset; Sacra autem Rituum Congreg., 9 Sept. 1920 edidit *ritum et formulam breviorem* pro his casibus exsecrationis ad consecrationem faciendam3.

b) Exsecratio ecclesiae non seeninfert exsecrationem altarium sive immobilium sive mobilium; et viceversa 4. In hoc nihil novi.

Altaria proprie violari nequeunt, indirecte violantur, ecclesia violata, nisi extra eam transferantur.

784. — V. **De titulo altarium.** - 1° **Obligatio constituendi titulum altaribus.** - Sicut ecclesia, ita etiam quodlibet ecclesiae altare, saltem immobile, proprium sibi titulum habeat 5.*

Obligatio gravis, non tamen ad valorem consecrationis, pro altari fixo haberi videtur, non item pro altari mobili. Altare autem mobile hic intellegendum videtur de altari mia cum stipite, qui tamen non fuit cum mensa consecratuse.

Eligi debet titulus in consecratione altaris et pro altari mobili in collocatione petrae sacrae in ecclesia; si tunc electio facta non fuerit, potest etiam postea fieri.

Possunt autem plures tituli eidem altari assignari saltem de licentia S. Sedis, quorum imus sit *primarius* aut qui omnes sint aeque principales ’.

785. — 2° **Quis vel quid titulus altaris esse possit.** - Is potest esse titulus altaris qui potest esse ecclesiae 8.

Titulus tamen *primarius* altaris maioris idem debet esse ac titulus ecclesiae ’; quod valet etiamsi de altari mobili agitur; non videtur tamen prohi-

1 Severius ante Codicem Gasparri, *l. c.,* 345.
2 S. R. C., 18 Mail 1883. *Decret, auth.* 3575, ad XI, indultum tamen apostolicuin post S Sept. 1920 uon videtur amplius necessarium; cfr. **J. J.** *S.,* XI, 419 sq.; vel *Rituale romanum,* ed. typ. 1925. pag. 586 et sqs.
3 Cfr. **J. J.** *S.*. XII, 450. Ex qua editione Pawels in *Periodica,* X, 235, a P. Vermeersch *editis,* haec concludit: « Recitatum decretum sinit ut brevior formula adhibeatur, et res perficienda committatur simplici sacerdoti ». Quae confirmantur ex editione typica *Ritualis romani,* a. 1925, ubi in appendice refertur formula brevior adhibenda ab *Ordinario* vel ab eius delegato.
4 C. 1200, § 4.
C. 1201, J 1.
0 Cfr. c. 1197, § 1, n. 2; sola petra sacra *cadra ecclesiam* titulum non habet
Cfr. S. R. C.. 27 Aug. 1836 j *Archiv. auth.* 2752, ad 7.
$ Cfr. supra n. 739.
C. 12"1, § 2.

beri quo minus Ordinarius alium titulum addat qui secundarius erit, saltem si agatur do altari mobili L

Obligatio collocandi imaginem tituli super altare nulla est; si tamen aliqua imago ibi collocetur, imago tituli et quidem primarii collocanda est2.

Altaria Beatis etiam in ecclesiis et oratoriis quibus eorum officium et Missa concessa sunt, dedicari nequeunt sine Apostolicae Sedis induito 3.

Concessis autem a S. Sede Missa et officio, alicuius Beati, imago eius exponi posse videtur in ecclesia pro qua facta est concessio 4.

Advertendum autem est no expositae super altari imagines conspectum crucis impediant et, si in altari asservetur SS. Sacramentum, imagines procnl distare debent a tabernaculo °.

786. — 3° **Mutatio tituli.** - De Ordinarii, ideo etiam Superioris maioris regularis, licentia, altaris mobilis titulus mutari potest °.

Potest igitur et vetus titulus abrogari, hoc enim significat *mulare:* expedit tamen etiam vetus retineatur, idque de necessitate est, si de altari maiori etiam non fixo sermo sit7.

Potest etiam altari maiori novus titulus ut secundarius addi ··.

787. — VI. **De usu altarium.** - Altare cum immobile tum mobile debet esse divinis tantum officiis et praesertim Missae celebrationi reservatum, quolibet profano usu prorsus excluso 9.

Quaenam requirantur in altari ut ad Missam celebrandam in eo procedi possit, determinant libri liturgici et liturgistae.

Usus profani sunt omnes qui ad cultum divinum non referuntur; ipsi autem usus non profani altaris ordinari debent iuxta leges liturgicas, non singulorum arbitrio.

De vetita humatione cadaverum prope aut subtus altare cfr. supra ubi de oratoriis coemeteriorum, n. 773.

1 Additio novi tituli absolute uon prohibetur nec a decret. 2752 nec a decret. 4191, sed solum mutatio; deinde si decret. 2752 ad 4 additio prohibita est, notandum petitam fuisse additionem ad titulum ecclesiae, et pro altari immobili.
2 S. R. C., 10 Nov. 1906, *Decret, auth.* 4191, ad IV.
3 C. 1201, § 4.
Cfr. c. 1287, § 3; Torrubiano Ripoll, *l. c.,* II, n. 925.
5 Epist. Boned. XIV, 16 Iulii 1746; S. R. *C.,* 31 Mart. 1821; Gasparri, *l. c.,* 307.
6 C. 1201, § 3.
Cfr. c. 1201, § 2 et S. R. C., 27 Aug. 1836 ail 7; cfr. etiam *Munitore ecclesiastico,* vol. 7, part. I. pag. 66 et vol. 11, pag. 421, n. 116; vol. 1, part. 2, pag. 238.
8 Vermeersch, *I. c.*9 IT, 508, 2.
0 C. 1202, § 1.

TITULUS XII.

De sepultura ecclesiastica

PRAEMITTENDA

788. — Inter loca sacral ultimum locum obtinent coemeteria quae fidelium sepulturae destinantur. Romani locum sepulcri inter *res iuris divini,* quae extra commercium erant, collocabant et proprie *res religiosas* appellabant *:

Iure tamen ecclesiastico, aliter ac iure romano, locus non fit sacer illatione cadaveris, sed benedictione constitutiva, qua deficiente sacer non est locus, nec item cessat esse sacer, si inde mortuorum cadavera asportentur 3.

I. Obligatio humandi cadavera. - Fidelium defunctorum corpora sepelienda sunt, reprobata eorundem crematione.

Si quis quovis modo mandaverit ut corpus suum cremetur, illicitum est hanc exsequi 4 voluntatem; quae si adiecta fuerit contractui, testamento aut alii cuilibet actui, tanquam non adiecta habeatur 6.

Firmatur hoc canone gravis obligatio, quae iure apostolico tradito nititur, humandi cadavera defunctorum e.

Sepultura sensu canonis videtur etiam esse collocatio totius corporis, non combusti, in loculis seu columbarii; prohibitio vero antiqua non hnmandi cadavera in locis a terra elevatis, ex contraria consuetudine et quia a Codice non retenta, videtur esse abrogata 7.

Obligatio autem humandi, licet de se gravi, non obligat tamen cum 'travissimo incommodo in casibus extraordinariis epidemiae aut belli8.

Speciali autem iure reprobatur crematio cadaverum, quae est violenta destructio cadaveris ope ignis facta. Vi huius prohibitionis, quae, licet imis positivi, tamen gravis est. fideles nequeunt nomen dare societatibus crema-

4 Cfr. c. 1151.

: Cfr. Bonfante. *Igtituzi-mi di dirilta romano7,* 1 77, pag. 230; Fcrrini, *Manuale tli Pandette3,* 212.

3 Cfr. c. 1151.

' Excusat tamen Vermcéracli. *Epitome,* II. 511. 2. officiales publicos qui ri *muneris* jubent crematione defuncti, qui cara elegerit, exsecutioni mandari; necnon opifice? qui ex quadam necessitate operas suas cremandis corporibus locaut.

0 C. 1203» δ 1-3.

Many. *I.* c.» 211; Cavaguis, Z. c.. vol. III. 3»2.

7 Cfr. Matthaeum a Coronata» *l.* c.. 129, π. γ.

$ Ecrrervri, *hislib'fione**,* II, 121; Primuuer, /.'r.. 372; Vtniieeruch /. r

toriis, mandate ul siiiiin aut aliorum corpus cremetur, cooperari legibus cremationem permittentibus aut statuentibus

Si fidelis crematione m mandaverit sui corporis, nequeunt ei Sacramenta ministrari, nisi mandatum retractaverit2; si tamen moriens in bona fide sit et valde timendum sit ne monitione facta periculo damnationis exponatur, monitio e parte confcssarii omitti poterit 3.

I nibalsantalio cadaverum de iure vigente prohiberi non videtur, saltem si consensus Ordinarii accedat4.

Sectio cadaverum aut etiam eorum exhumatio ab anatomiam docendam addiscendamque de iure vigente prohiberi non videtur, dummodo fiat debitis cautelis adhibitis et de licentia, saltem praesumpta, Ordinarii loci; quae licentia semel data Universitatibus Studiorum perdurare praesumitur 5.

Etiam membra recisa fidelium, nisi gravis obstet difficultas, inhumanda sunt in loco benedicto; si tamen medici combustionem iubeant poterunt fideles dissimulare 6.

789. — II. Notio sepulturae. - Sepultura ecclesiastica consistit in cadaveris translatione ad ecclesiam, exsequiis super illud in eadem celebratis, illius depositione in loco legitime deputato fidelibus defunctis condendis 7.

Tria igitur comprehendit sepultura ecclesiastica: associationem seu coinitatum cadaveris ad ecclesiam, *juneralianent* seu exsequias in ecclesia, *twm.il··lationcm* in loco sacro et hoc triplici sensu generatim in hoc titulo, nisi aliud ex iure constet, vox sepultura eccles. accipitur, ita ut is qui ius habet ad sepulturam ius habeat ad haec tria, pariterque is qui obligationem habet ad sepulturam dandam, haec tria praestare debeat.

Quandoque sepultura ecclesiastica vocatur etiam locus sacer ad humanda cadavera destinatus; itemque ius sepeliendi in loco sacro 8.

790. — **III. Notae historicae.** - Antiqui romani et graeci corpora defunctorum sepeliebant aut urebant seu cremabant, serius tamen usus cremationis praevaluit. Crematione m adhibuerim! etiam Germani, Celtae, Indi et laponenses ex populis antiquis. Carolus M. contra cremantes cadavera poenam capitis statuit. Christiani morem Aegyptiorum et Hebraeorum, sequuti corpora ab initio humare consueverunt, praesertim ob fidem resurrectionis et sanctitatem corporis quod est membrum Christi.

1 S. U. S. Off., 19 Mali 1886 et 15 Dec. 1886; Many, /. c., 211; poenas cfr. in e. 1210. 5 i, n. 5.

! S. C. S. Off., 27 Iui. 1892 ad 1.

3 Ojetti, *Synopsis,* v. *Crematio,* n. 1610; alias poenas contra crematione m cfr. infra in C. 1240, § 1. n. 5; C. 1. 10 Nov. 1925. S. Officium, 19 Iunil 1926 in *A. A. .S'.,* NV11I. 282.

' Cfr. Matthaeum a Coronata, /. c., 133.

.' Cfr. D Angelis, *I. c.,* lib. III, tit. 28, n. 6; Eicinnunn. *Das Stra/rccht,* (1920), pag. III; Cocchl, *Commentarium,* vol. 5, n. 16, c.

e S. Off., 3 Aug. 1897; Augustine, *l. c.,* VI, 101-102; id tumen servandum est solum si de membris fidelium catholicorum agatur; loons autem sacer non necessario erit coemeterium.

7 C. 1204.

" (ïr. Wernz, *I. c.,* ITT, 773,

Post medivtatrm saeculi XIX. pluies increduli in regionibus eluistiurtix crematìonem instaurare voluerunt. quibus fortiter sese opposuit et opponit Ecclesia X

I Aput J.

De Coemeteriis.

791. — I. Notio et divisio coemeteriorum. - 1° Coemeterium *Κοιμητήοιο Γ* = dormitorium) est locus sacer ad cadavera fidelium sepelienda legitime deputatus 2.

2° Ratione auctoritatis a qua constituuntur coemeteria dividuntur in:

a) Civilia, a societate civili erecta, in eiusque proprietate manentia, quae tamen esse possunt bonedicta et qua talia ibi iurisdictionem suam exercere valet auctoritas ecclesiastica 3.

In Italia generarim omnia coemeteria civilia sunt: habentur autem coemeteria civilia *paroecialia* uni paroeciae et religiosis intra paroeciam residentibus inservientia; *municipalia* pro singulis municipiis licet pluribus paroccijœ constantibus ei *consortialia* pluribus inservientia municipiis.

b) Ecclesiastica, quae sunt in proprietate Ecclesiae et exclusive fidelibus reservantur.

Ecclesiastica autem possunt esse *paroecialia* si uni paroeciae; *religiosa* si alicui religioni aut domui religiosae; *specialia* si alii personae morali exclusive inserviant *

792. — II. Ius publicum circa coemeteria. - 1° Ecclesia nativum et legitimum ius habet leges ferendi de sepultura fidelium, independenter a societate civili; ratio est quia in Ecclesia, et etiam apud romanos, sepultura semper considerata est ut actus religionis; qui actus sunt exclusive competentiae Ecclesiae 56

2° Ius proinde est Ecclesiae catholicae possidendi propria coemeteria ·.

Cfr. Many, *l. c.,* 137 eq.; Wernz, *l. c.,* 773 et 408; Cavagnis. */. c.,* vol. III, 288 βφί Cappello, *Institutiones iuris ecclesiastici,* II. pa«. 321 sq.; Primmer, *l.c..* pag. 1 12-443; Santamaria, *l.* c., IV, 51-52: Haring, *Grundzïnjt...,* 569-570; Torrublano Ripoll. *I. c..* II. n. 929.

C. 115 L

3 Ctr. cc. 1206, § 3 et 1160.

* Cfr. c. 1208. 4 1-3.

6 XJUrnz.-l. c.. III, 469; Cavagnis, /. c.. 288 gq.: D». Angelis, /. c.. lib. III tit ·»« 1· Ingusting; l. e., VI. 107: Vermeersch, *l. c.,* II, 515; Many, *I.* r 225

ft C. 1206, 4 i.

Quod ius est corollarium perfectionis juridicae Ecclesiae. Sicubi hoc ius Ecclesiae violetur nec spes sit ut violatio reparetur, curent, locorum Ordinarii ut coemeteria, societatis civilis propria, benedicantur, si, qui in eis condi solent, sint maiori ex parte catholici, aut saltem ut in eis catholici spatium habeant, idque benedictum, sibi reservatum. Si no hoc quidem obtineri possit, toties quot ies benedicantur, secundum ritus in probatis liturgicis libris traditos, singuli tumuli

Concedit, immo hortatur Codex in casu violationis iuris Ecclesiae non facile reparabilis, ut benedicant Ordinarii coemeteria societatis civilis propria, atque ad hanc benedictionem concedendam hanc unam clausulam ponit: «i *qui in cis condi solent, sint maiore ex parte catholici*2.

Etiam in hoc casu curanda jiro viribus erit observatio canonis 1212 de loco speciali reservando iis qui iure sepulturae ecclesiasticae privati sunt 3, attamen quia ille canon habet clausulam, *si haberi queat,* benedictio adhuc dari posse videtur, licet ibidem forte sepeliendi sint aliqui sepultura ecclesiastica privati aut infideles, nec horum sepultura violari videtur coemeterium. In canone proinde 1206, § 2 contineri videtur partialis dispensatio ac. 1172, § 1, n. 4; quod tamen valet solum pro casu quo ius Ecclesiae habendi proprium coemeterium violetur, nec spes affulgeat quod violatio reparetur, et insuper in coemeterio aut extra ipsum, locum pro sepeliendis privatis sepultura obtineri non possit4.

Benedictio singulorum tumulorum time solum facienda est cum coemeterium non est benedictum, aut cum agitur de sepulcro novo ex materia nondum benedicta, e. g., si agatur de aedicula de novo erecta 5. Haec autem benedictio tumulorum non est probabilius constitutiva e.

3° Cadavera fidelium sepelienda sunt in coemeterio quod, secundum ritus catholicos, sit benedictum. In ecclesiis vero cadavera ne sepeliantur 7, nisi agatur de cadaveribus Episcoporum residentialium, Abbatum et Praelatorum *nullius* in propria ecclesia sepeliendis, vel

' C. 1206, § 1-3.

2 Cfr. *Monitore ecclesiastico.* vol. 9, part. 2, pag. 184-185, ubi affertur responsum S. C. S. Offlc., 8 Iui. 1874, ad Episcopos belgicos, Italiae etc...; Many, *l.* c., 142, 2.

3 Vermeersch, *l.* c.. II, 516, 1.

* Aliter Giuseppe Rossi, *La scpoUu.ru ecclesiastica c I'· ius funerum* », Bergamo 1920, n. 13.

5 Vrermccrsch, *L· c.t* II, 516, 3; Augustine, *l. c.,* VI, 105 qui ita interpretatur responsa S. R. C., 27 Maii 1875 ad V, *Decret, auth.* 3400; 4 Sept. 1800 ad 1, *Decret, uuth.* 3524. Santjûnria, *l. c.*9 IV. 54, ex decreto S. R. C., 1 Sept. 1S80 dicit illicitam benedictionem tumuli in coemeterio iaiu benedicto. — In aliquibus autem dioecesibus datur generatim benedictio tumuli ob timorem quod coemeterium violatum sit; cfr. Ilaring, *Grunclzugc...* p. 572, nota 3.

6 Cfr. Many, *L c.,* 143, 2, c.

7 · *I.* Potestne tolerari praxis statuendi per testamentum voluntatem transferendi proprias exuvias e communi coemeterio in aliquam ecclesiam post aliquod temporis, spatium lapsum a morte? — II. Canon 1205, § 2, intelligendusue est etiam de ossibus, ita ut hacc quoque sepeliri interdicantur in ecclesiis? — III. An vero verbum *cadarcra* pressius sit accipiendum! ». —S. Congr. Concilii 10 Dec. 1927 respondit: «Ad I. Negative, et Episcopus prudenter praxiui removere curet. — Ad II. Affirmative- — Ad IIΓ. l^rovlsuni in altero ». J. .4. S., XX. 261.

Roditur ita ad antiquissimam Ecclesiae praxim sepeliendi in coemeterio. quae tamen inde a saeculo iv et v in desuetudinem abierat, primum pro Episcopis et sacerdotibus, deinde saeculis ix-xn pro omnibus fidelibus qui omnes illis temporibus sepeliri poterant in ecclesia. Codex igitur antiquam praxim, quae, inultis in locis vi legum civilium, iam introducta erat, restituit, retento privilegio sepulturae in ecclesia pro aliquibus determinatis personis !.

·3 Eodem modo ac in ecclesia prohibetur sepultura in crypta ecclesiae, quae ad modum verae ecclesiae constructa sit et cultui divino addicta 2; aliter si crypta sen locus subterraneus non sit vera ecclesia nec cultui divino directe inserviat :*

Immo in cryptis, divino cultui destinatis, sicut in ecclesiis, non licet apponere tabidas cum inscriptionibus et nominibus defunctorum, quorum corpora inibi tumulata non sunt, nec tumulari possunt ad normam can. 1205, § 2s.

Sicubi consuetudo immemorabilis sepeliendi in ecclesia adhuc vigeat, ea retineri posse videtur ab Ordinariis e. Hoc eodem canone praecipitur ut sepultura ecclesiastica detur defunctis catholicis, exclusa sepultura, seu funeris ritus et inhumatio cadaveris in ecclesia aut coemeterio acatholico

Strictum praeceptum sepeliendi Episcopos etc. in ecclesia non habetur nec post Codicem; cum autem de facto ibi fit sepultura, non in loco elevato, sed in terra seu humi facienda est8.

Nomine personarum regalium veniunt illi qui in regione supremum tenent principatum eorumque filii et filiae, necnon ii qui ius habent succedendi in principatu 3

793. — III. Constitutio coemeteriorum. · 1° Quibus concedatur proprium coemeterium. - *a)* Paroeciae suum quaeque coemeterium habeant, nisi unum pluribus commune ab Ordinario loci sit legitime constitutum '°.

- Cir. Many, Z. r.. 138; Wernz, *l.* ‹·., III. 168; Priinuner. *l c·.,* imp. 142-JI3.
C. L, 16 Oct. 1919. *A. A. S„* IX, 478.
• Prttmmer, *l. c..* 373, 2, nota 3; *Monitore eccleaiantico,* vol. 36. pag. 275-276.
5 S. R. C., 30 Oct. 1922.
'J C. 5; Prümnvr, *l. r.,* 373, ·›; Matthaeus a Coronata, *l. c.,* 138, *b, B;* Vcrmeersdi, , 11, 514; Santanuu-ia. */.* c„ IV, 59. de Capitulo Toletano.
7 · Utrum liceat sepelire in coemeterio acatholico ritu catholico et per ministrum catholicum personam catholicam, quae ex pietate erga acatholico» parentes, propinquos aut amicos petat, aut ex alio fine honesto. R. Tumulationem catholici In coemeterio acatholico non esse permittendam, multo mlnns cum adslstcntla ministri catholici et ritibus sepulturae ecclesiasticae. — Mens eat autem ut rite fideles doceantur circa doctrinam et disciplinam Ecclesiae hac in re ». S. C. 3. Officii, 13 Februarii 1937. Sartori. *Enchiridion,* can. 1205; M. n Coronata, *Interpretatio,* c. 1205.
Cfr. Many, Z. c., 112. Ferraris, *Bibliotheca,* v. *Sepultura,* u. 128; immo Augustine, */. c.,* VI, 106, subordinat legem ecu permissionem Codicis sepeliendi in ecclesia permissioni legis seu auctoritatis civilis, et legem civilem hanc tumulationem etiam Episcoporum et Cardinalium prohibentem dicit non posse appellari iniquam.
9 Santamaria, *l.* o., IV, 54-55.
C. 1208. 5 1.

Licet autem de iure ordinario unaquaeque paroecia coemeterium proprium habere debeat, «i tamen agatur de erigendo novo coemeterio licentia Ordinarii loci, cui ius benedicendi illud reservatur, requiritur.

›Si Ordinarius pluribus paroeciis idem coemeterium constituerit, illud ut proprium unaquaeque paroecia considerare potest, nisi in ipso unicuique paroeciae pars determinata assignata sit. Idem valet et de coemeteriis municipalibus quae pluribus paroeciis inserviunt; immo haec coemeteria etiam a religiosis exemptis, qui eis uti debent, ut propria considerari possunt.

Nomine autem paroeciae, quibus ius conceditur proprium habendi coemeterium, non solum veniunt paroeciae et quasi-paroeciae proprie dictae, sed etiam quodlibet territorium cui praeest sacerdos cum cura paroeciali et nomine proprio L

b) Religiosi exempti, etiam non clericales, aut votorum simplicium, possunt habere coemeterium proprium, a .communi coemeterio distinctum 2.

Etiam si communi utantur coemeterio, eodem modo ac paroeciae quae eodem utuntur, illud ut proprium considerare possunt: ideoque in eodem permittere possunt erectionem sepulcri maiorum 3. itemque oratorium semi-publicum regulares clerici pro se erigere possunt 4.*

c) Etiam aliis personis moralibus vel familiis privatis permitti potest ab Ordinario loci peculiare sepulcrum, extra commime coemeterium positum, et ad instar coemeterii benedictum A

Habetur in hoc casu non coemeterium proprie dictum, sed sepulcrum maiorum, sive gentilitium. In casu sufficere videtur benedictio tumuli, nec necessaria esse sollemnis constitutiva. Horum autem sepidcrorum exstructio extra coemeteria publica necessario a fidelibus facienda est de licentia *Ordinarii loci,* vel si facienda sit in coemeterio religiosorum exemptorum, de licentia Ordinarii religiosi.

fZ) Tum in coemeteriis paroecialibus ex licentia scripta Ordinarii loci ciusve delegati, tum in coemeterio proprio alius personae moralis, ex licentia scripta Superioris, fideles sibi suisque exstruere possunt sepulcra particularia; quae, de consensu eiusdem Ordinarii aut Superioris, possunt quoque alienare °.

1 Vcrmeerscli, Z. II, 518.
2 C. 1208, § 2.
3 Cfr. Wernz, *l.* III, 777; S. C. Concil., 23 lanuar. 18SG; 16 Sept. 1871.
4 Cfr. snpra ubi de oratoriis semi-pubiicis.
s C. 1208, § 3.
* C. 1209, 5 I.

Etiam haec sepulcra particularia sunt sepulcra maiorum [1], quae si erigantur in coemeterio paroeciali. ius finieris acquirunt ecclesiae item panic. ciali, si in coemeterio religiosorum, ecclesiae item religiosorum. Si agatur de exstructione sepulcri in nostris regionibus ubi coemeteria sunt communia, quia municipalia, paroeciis et religiosis exemptis licentia exstruendi dari poterit aequo iure cum ab Ordinario loci, tum a Superiore, etiam locali domus religiosae; si ab Ordinario detur licentia, ipse determinare debebit in concedenda licentia, praesertim si coemeterium pluribus inserviat paroeciis, cuinam paroeciae ius finieris faciendi pro ibi sepeliendis spectet; si erigatur de licentia Superioris religiosi, ius funeris ad ecclesiam religiosam pertinere praesumitur.

Quodsi agatur de erigendo sepulcro particulari in coemeterio proprio personae moralis quae non sit paroecia aut ordo regularis iure faciendi funera gaudens, tunc persona moralis utique licentiam dare potest exstruendi sepulcrum in proprio coemeterio, attamen, ut iuribus sepulcri maiorum illud sepulcrum gaudeat, interventus Ordinarii loci est omnino necessarius, alioquiu habebitur ibi solum locus tumulationis et non verum sepulcrum maiorum.

Si Ordinarius aut persona quae sibi suisque sepulcrum erigere curat in communi utique coemeterio, nihil circa ecclesiam funerantem deteimina-verint, si persona sepulcrum erigens sit domieiliata in paroecia cuius est coemeterium, illius paroeciae ecclesia erit ecclesia funerans; idemque valere putamus, si paroecia illius qui sepulcrum sibi suisque erexit illo coemeterio legitime utatur ut proprio. Unicam exceptionem faciendam putamus pro casu quo persona illa pro licentia obtinenda ad religiosos recurrerit; tunc enim hoc ipso recursu videtur haberi sepulcrum maiorum veluti in ecclesia religiosorum erectum et ecclesia religiosorum erit in casu ecclesia funerans. Quodsi persona sibi sepulcrum erigens ibi non sit domieiliata nec coemeterium illud haberi possit ut proprium pro paroecia ubi domicilium habet illa persona, tunc recurrendum erit ad c. 1230, § 7.

Sepulcrum alienari potest; requiritur autem ad simoniam, in alienatione hac facienda, evitandam, ne pretium ratione benedictionis augeatur; item requiritur licentia Superioris religiosi, si coemeterium sit religiosum, aut Ordinarii loci. Dummodo haec licentia habeatur, aliae sollemnitates ad bona ecclesiastica alienanda necessariae requiri non videntur.

Item licentiam concedens exstruendi sepulcrum in proprio coemeterio, pretium exigere potest tum pro usu exclusive illius terrae, tum pro loco honorabiliori sepulturae [2].

Attamen doctrina hic exposita de ecclesia funerante sepulcri maiorum, nostris diebus a pluribus auctoribus non admittitur, ut infra videbimus.

794. — 2° Servanda in erectione coemeteriorum. - «) Religiosi exempti, de licentia solummodo Superioris etiam localis, erigere

* Cfr. c. 1329, § 1.

2 Cfr. Vermeersch, *l.* c., II, 519; Many, Z. c., 152-153. Id tamen difficilius admitti potest si agatur de eometeriis municipalibus nostrarum regionum; tunc potius ius pretii recipiendi non ad Ordinarium aut ad Superiorem pertinet, sed ad civitatem culus est proprium c<x-raetcriuin; nisi iam anteccdeutcr Ordinarius aut Superior sibi coemeterii partem a municipio emerint. [1]

sibi possunt coemeterium. Pro erigendo vero coemeterio paroeciali videtur necessaria licentia Ordinarii loci '.

/>) Sepulcra sacerdotum et clericorum, ubi fieri potest, a sepulcris laicorum s.parata sint ac decentiori loco sita; praeterea ubi id commodum fuerit, alia pro sacerdotibus, alia pro inferioris ordinis Ecclesiae ministris parentur 2.

Haec paragraphes, ex *liituali romano* excerpta 3, non strictam obligationem involvit.

c) Etiam infantium corpuscula, quatenus commode fieri potest, speciales et separatos ab aliis loculos et sepulturam habeant '.

(l) Quodlibet coemeterium sit undique apte clausum et caute custoditum 6.

Decet ut muro circumdetur ; non excluditur· tamen senis aut fossae circumseptio.

e) Caveant Ordinarii locorum, parochi ac Superiores, ad quos spectat, ne in coemeteriis epitaphia, laudationes funebres omatusque monumentorum quidquam prae se ferant a catholica religione ac pietate absonum 6.

Laudationes funebres Ordinarius clericis prohibere posse videtur· sine sua licentia; a generali vero prohibitione, praesertim ubi vigent coemeteria societatis civilis propria, prudentius abstinere poterunt Ordinarii7.

Nihil obstat quominus lampades etiam electricae ardeant super sepulcra defunctorum in Christo quiescentium in coemeteriis rite benedictis. Mens autem Ecclesiae est ut haec lux sicut ornatus florum in sepulcris appositus nou sit tantum officium humanitatis et solatium vivorum, sed horum in camis resurrectionem et vitam aeternam fidei catholicae testimonium et professio. Insuper nullum afferri debet detrimentum supplicationibus quae, iuxta dogma catholicum, praecipue prosunt fidelibus defunctis, nempe sive altaris sive orationum sive eleemosynarum sacrificia 8.

/) Praeter coemeterium benedictum alius, si haberi queat, locus sit, clausus item et custoditus, ubi ii humentur quibus sepultura ecclesiastica non conceditur 9.

1 Ctr. *Acta ei Decreta Concilii plenarii. Amcricae lalinae,* a. 1900, n. 916.
2 C. 1209, § 2.
3 Cfr. *Rituale romanum,* tit. VI, cap. 1, n. 10 in cd. a. 1925, n. 21.
4 C. 1209, § 3; cx *Rituali romano, ut supra,* tit. VI, cap. G, ŋ. 1.
5 C. 1210.
6 C. 1211.
7 *Concilium Plenarium siculum,* a. 1920, can. 165-106, haec habet: « Post datain extremam absolutionem clerus recedat, quin remaneat ad audiendas orationes funebres, quae ▮ laicis viris fieri forte contingat. Sacerdotes orationes fuuebres no agant nisi exhiLito prius Ordinario loci exemplari sermonis habendi ·. Cfr. etiam S. C. Consist., 28 Innil 1918, n. 21, J. *A. S.,* IX, 332; Haring, *l.* c., 568, nota 5.
8 S. Ii. C.. .30 Oct. 1922. *A. A. S.,* XIV, 589.
3 C. 1212.

Eliam istos, sepultura ecclcsiastica privatos, non vult pia mater Ecclesia omni officio humanitatis privari; et quia, licet indigni, eius tamen subditi, quia baptizati supponuntur, eis assignat locum non quidem benedictum, sed clausum et custoditum.

Quodsi locus eis specialiter assignatus haberi non possit; videtur posse, dispensatione partiali a lege, vel epikia, in loco sacro sepeliri, nec eorum sepultura in hoc casu videtur violari coemeterium benedictum ’.

795. — 3° Benedictio et violatio coemeteriorum. - α) Coemeteria ecclesiastica antequam in eis fidelium corpora sepeliantur benedicenda sunt

Bitas benedictionis triplex habetur: benedictionis sollenaiioris Episcopis aliisque quibus ius est loca sacra consecrandi reservatae 3. quae essentialiter consistit in benedictione quinque crucium in coemeterio antea ordinate dispositarum ;*

Habetur deinde benedictio constitutiva minus sollemnis quae habetur in *Rituali romano* 3. Hanc dare possimt ii qui loca sacra benedicere possunt °.

Habetur deinde benedictio tumuli quae in *Rituali* pariter 7 continetur et danda est tumulis aut sepideris particularibus, in loco non benedicto, aut etiam benedicto, si agatur de sepulcro exstructo ex materia non benedicta; haec a quolibet sacerdote dari potest; non est probabilius constitutiva 8.

Etiam coemeteria civilia, si, qui in eis sepeliendi sunt, sint ex maiore parte catholici, benedici possunt ’.

b) Quae de interdicto, violatione, reconciliatione ecclesiarum canones praescribunt, etiam coemeteriis applicantur 10.

Exsecratio coemeteriorum proprie non habetur, nec haberi potest cum benedictio adhaereat solo; poterit tamen haberi ex auctoritate Ordinarii loci n.

c) De immunitatibus coemeteriorum Codex nihil habet; quare, salvo meliori indicio, eae non videntur amplius valere nisi quatenus ipso iure naturae statuuntur et eo termino restrictae

1 Cfr. supra n. 790 et c. 1206. $ 2.
2 C. 1205. § 1.
3 Cfr. c. 1155; *Pontificate romauum.* tit. *De coemeterii benedictioni.*
4 Cfr. Many, *I.* c.. 14 4, 1.
Tit. VIII, cap- 29.
C. 1156.
Tit. VI, cap. III. n. 12.
8 Cfr. Many. L c.. I M. 3·
» Cfr. supra n. 790. ubi de c. 1206. 5 2-
1«) C. 1207. De interdicto coemeteriorum cfr..ce. 3271 ; 2272. Do violatione cfr. cc. 1172. 5 1-2 et. 1173; de reconciliatione cc. 1171-1177; exhumatio tamen de qua in c. Ï175 non videtur necessaria a agalur de coemeterio civili pro regionibus ubi Ius Ecclesiae de coemeteriis non agnoscitur, quod tamen vi c. 1206. 4 2 benedictum fuerit. — Poenas in violatores coemeteriorum cfr. in ce. 232S; 2329.
11 Cfr. c. 1187; Many. *L* c.. 1!
12 Matthaeus a Coronata, i. *c.* 119; Haring, *GrundsùQt,..,* pag. 573, nota 4. Cfr. etiam Reiffenstuel. L e., III, tit. 49, n. 11; et cc. 1214; 2335: 2328; 2329.

Attamen coemeteria benedicta sunt, sicut alia loca sacra, exempta a iurisdictione civili et Ecclesia ibi suam iurifldictionem libere exercere potest *.

Iterum hic quaestio incidit· de conflictu societatis ecclesiasticae et civilis; quare hibet hic ad hunc conflictum solvendum iura quae societati civili iu hac materia agnosci possunt definire. Potest igitur Status: lubere ut sepul turao fiant extra loca habitata; determinare profunditatem fossarum earumquc inter se distantiam; prohibere ne cadavera citius aut nimis tarde sepeliantur; exigere ut occisorum et aliorum etiam defunctorum, de quorum mortis causa exquirendum sit, non sepeliantur statin ante investigationem; inhere ut tempore pestis corpora recto tramite sepulturae demandentur1.

796. — IV. De praematura humatione et de exhumatione cadaverum. - 1° Nullum corpus sepeliatur, praesertim si mors repentina fuerit, nisi post congruum temporis intervallum, quod satis sit ad omnem prorsus de vero obitu dubitationem tollendam 3.

Hanc materiam de tempore humandi cadavera etiam Christianorum, competentiae auctoritatis civilis esse affirmant probati catholici auctores4; quant ob rem vim solummodo iuris devolutivi hunc canonem habere dicendum ed, et superfluum prorsus esse pro regionibus ubi lex civilis his necessitatibus providet.

In casu vero legis civilis deficientis, canon servandus omnino est ad periculum, quod non est mere hypotheticum, evitandum sepeliendi viventes.

Quaenam autem sint certa mortis signa, docent medici et etiam canonistae et theologi qui de hac re scripserimt 5.

2° Nullum cadaver perpetuae sepulturae ecclesiasticae ubivis traditum exhumare licet, nisi de licentia Ordinarii. Ordinarius autem licentiam non concedat, nisi cadaver ab aliis corporibus certo discerni possit6.

Etsi agitur de coemeterio societatis civilis proprio, licentia tamen Ordinarii est necessaria, saltem si coemeterium sit benedictum; non requiritur e contra licentia si cadaver non est sepultum sepultura ecclesiastica 7 nec.

1 C. 1160.
Ita Many, *l.* '·., 226; cui asseutitur Augustine, /. c. VI, 113-111-
3 C. 1213.
1 Ita Many, *l. e.,* 226, 2; Vcrineerscb, *l. c.,* II, 523; Augustine, /. ‹'·, VI, 112-113.
J Cfr. Fcrrercs-Geuiesse, *La morte rente c la morte apparente in relasionc ai sacramenti, rlla frcqnenza dette inumazioni premature, ai mezzi per rianimarc i presunti morti e per isfuwirc alpericnlo di esscre eepolti vivi,* Roma, 1907, ed. *2;* cfr. etiam Ferraris, *Bibliotheca,* v. *Sepultura* a. 316 ct additiones ex aliena manu n. 2; iteinque Santamaria, *l. c.,* IV, 61-02; Torrubiano Ripoll, *l. c„* II, n. 846-950.
* C. 1211, s 1-2; cfr. etiam c. 1212.
' *Cfr.* c. 1204.

item si provisorie tantummodo datum sit sepulturae, ut, e. g., tempore belli pro monentibus in locis legi martiali subiectis

Ordinarius, si agatur de exhumando cadavere sepulto in coemeterio religiosorum exemptorum, est Superior maior.

Caput II.

De cadaveris translatione ad ecclesiam, funere ac depositione.

797. — L De obligatione dandi sepulturam ecclesiasticam. - Nisi gravis causa obstet, cadavera fidelium, antequam tumulentur, transferenda sunt e loco in quo reperiuntur 2, in ecclesiam, ubi funus, idest totus ordo exsequiarum quae in probatis liturgicis libris describuntur, persolvatur 3.

De gravi hic agitur obligatione a qua solummodo causa gravis et realis excusare potest4. Totus exsequiarum ordo peragendus est qualis a Codice 5 et a *Tiitudli romano* describitur6.

Potest tamen haberi causa excusans a *tanto* quae tamen non sufficit ad excusandum a toto funere seu a toto ordine exsequiarum 7; ita ob temporis angustiam omitti potest officii defunctorum recitatio; omitti potest delatio cadaveris in ecclesiam ob imminens periculum morbi tempore epidemiae, non vero ob populi derive offensionem 8.

Prohibitio legis civilis ut casus vis maioris considerari potest. Contra hanc prohibitionem ius est fidelibus et clero protestationes faciendi ad eius abrogationem obtinendam ’.

Certe in toto exsequiarum ordine comprehenditur quoque Missae exsequialis celebratio, a qua tamen excusari putamus cappellanos magnorum hospitalium ubi quotidie pluies moriuntur, si pro Missae celebratione specialiter provisum non sit; in casu sufficiet exsequias super singulos defunctos meliori (pio fieri poterit modo peragere 10.

1 Cfr. Augustine. L c., VI. 113: Vermeersch, *L* <., II, 521.
Intellege hic locum ubi defunctus mortuus est: Augustine, L c., VI, 115.
3 C. 1215.
1 Augustine, *L* c., VI.
» C. 1204.
G *Rituale romanum,* tit. VI.
Cir. *Rituale romanum,* tit. VI, cap. Ill, η. 1647.
S C. 1. 1G OcU 1919, **J. J.** >S., X, 478. Admittit tamen Augustine, VI, 115, centra Prilnuncr, *l. c.*. 370, legitimum contrariam consuetudinem, saltem pro ninguis civitatibus, hn quuc de simili prohibitione Lu Hispania catholica vigente scribit Santamaria, Z. c.. IV, hi: * Ésta prohildciôn es contrai ia a la voluntad del pueblo, no tiene verdadero fundamento, eu razones higieulcas, es contraria al derecho ecclesiastico. es causa de gran menna de los derechos parroquiales, priva de sufragios a loe difuntvs y lenitivo a lus familias de loe lUismos. es uu ateutudo al libre ejerelcio del culto y a los derechos d^ ia fclesia v es una ley indigna de pueblos civilizados ›.
10 Cfr. Veruxecrech. L c.,

Noc ipso defunctus, nec multo minus parentes eius sepulturam ecclesiasticam excludere valent, licet utique fas sit omnibus renuntiare *sepulhvrac cum [Wnipa factae* b

Si gravis adsit causa non deferendi cadaver ad ecclesiam, funus tamen in ipsa ecclesia cum Missa exsequiali omitti non debet; qua de re monendi suut fidelesa. Ad faciliorem reddendam praescriptionem faciendi funera, S. R. Congr. concessit ut pro defunctis pauperibus Missa exsequialis sine cantu celebrari possit cum iisdem privilegiis ac si esset sollemnis3.

Non excusatur clerus ab onere associandi cadavera ex eo quod eadem curru equis tracto transferantur4.

798. — II. De ecclesia funerante. - 1° Principia generalia. - «) Ecclesia funerans est ecclesia in quam defunctus, funeris causa, transferendus est 5.

Hic igitur nihil quaerimus de ministro funerum, nec de personis quibus emolumenta occasione funerum proveniunt. Licet enim maximam inter se relationem habeant haec tria: ecclesia funerans, minister funerum et perceptio emolumentorum ita ut is sit minister qui ecclesiae rector, et is percipiat emolumenta qui minister est funerum, id tamen exceptiones admittit, ut melius ex dicendis patebit e.

Dicitur dein *in quam defunctus transferendus est,* licet enim de facto quavis ex causa eo non transferatur, illa tamen semper iuridice ecclesia funerans remanet, in quam de iure esset transferendus.

ŭ) In determinanda autem ecclesia funerante hic ordo servandus est:

a) Ecclesia a defuncto electa semper omnibus praeferenda est 7.

Ante Codicem admittebatur electione coemeterii sepulturae eligi etiam, nisi distincta electio ecclesiae funerantis haberetur, ecclesiam funerantem, nempe eligi implicite pro funere illam ecclesiam cuius erat proprium illud coemeterium ; itemque designatione sepulcri maiorum designari etiam ecclesiam funerantem, illam nempe ecclesiam cui illud sepulcrum maioru pertinebat; unde illud axioma iuridicum: *Ubi tumulus ibi funus,* quod erat principium universaliter admissum. Atque haec plana erant vigente ime antiquo et exsistentibus coemeteriis stricte paroecialibus aut regularibus, cum nempe imaquaeque paroecia et unaquaeque domus religiosa exempta coemeterium haberet sibi reser-

‘ Wernz, *l. c.,* ILI, 780; Antonioli, *De re funeraria,* Bergamo, 1919, pag. II.

- 8. R. C., 28 Fcbruar. 1920. *A. A. S.,* XII, 128 ct 182.

S. R. C., 9 Maii 1899, Brelun, *Synopsis additionum ct variationum in editione typica Mistalis romani,* p. 28 ct 178; adverte tamen hoc privilegium esse pauperum qui Missae sollemnis stipendium solvere non possunt.

S. R. C., 5 Mart. 1870, *Decret, auth.* 3212; quod extenderim ad tractionem *ontowAile* factam.

’ Ce. 1204, 1215.

, Cir. interim ce. 123», § t et 1236.

7 0. 1216, § 1.

vatum. introductis autem, ob leges laicisationem coemeteriorum praecipientes, coemeteriis civilibus, quae pluribus plerumque paroeciis et domibus regularibus communia sunt, difficilius statui potuit quaenam fuisset ecclesia electa, si electum fuisset simpliciter aliquod coemeterium. Ad rem melius definiendam et ad lites vitandas via plana erat, praecipere nempe ut in electione sepulturae expresse declararetur quaenam ecclesia pro funere eligeretur. Codex noster can. 1216, § I, et 1225, loquitur de electione ecclesiae funeris, qua unice elidi potest ius ecclesiae propriae defuncti paroeciae; in can. 1219. § I et 2. 1220, 1221, § I ct 2 semper apponit regulis illis canonibus statutis unicam semper exceptionem de electione ecclesiae, non de electione sepulturae, ut fieri solebat ante Codicem quando electio sepulturae et ecclesiam et coemeterium designabat: Can. 1223, 1224, 1226, 1227, «pii specifice de electione sepulturae loquuntur, semper ut de duobus rebus distinetis de ecclesia funeris et de coemeterio sepulturae sermonem facit. Utrum per has dictiones, et praesertim per hanc distinctionem, Codex praesumptionem iuris antiqui, de qua supra, qua electione sepulturae et designatione sepulcri maiorum etiam ecclesia funeris eligi censebatur, abrogare intenderit, quaestio est inter auctores. Introductio novae terminologiae aliquid novi inducere voluisse in instituto electionis sepulturae legislatorem facile insinuare potest. Commissio Interpres declaravit sepulcrum maiorum in aliqua ecclesia constitutum habendum non essse post Codicem tamquam legitimam electionem ecclesiae funerantis L Quamvis eadem certitudine nondum constet electione determinati coemeterii non designari ecclesiam funerantem, admitti tamen sat facile potest hanc esse mentem Codicis. ut ecclesia funerans sit semper ecclesia propriae defuncti paroeciae, nisi de expressa electione alius ecclesiae constet. Unde dicemus Codicem ius anterius in hoc sensu reformare intendisse quod ecclesia ftmerans sit semper aestimanda ex iure communi et ordinario aut ex iure speciali a Codice admisso, nisi expresse alia ecclesia ad normam eiusdem Codicis electa probari possit, exclusa in posterum qualibet praesumptione sepulturae electae quae ante Codicem vigebat.

β) Si ecclesia electiva a paroeciali distincta non habeatur, tunc ecclesia paroecialis erit ecclesia funerans 1.

Haec valent generatim, nisi exceptio probetur, pro omnibus fidelibus et ius commune ordinarium constituunt; sunt tamen plures exceptiones quae ad ius speciale pertinent, quaeque in Codice afferuntur 3.

799. — 2° De ecclesia funerante ex iure communi et ordinario. - *ft)* Ecclesia funerans ex iure ordinario est ecclesia propriae defuncti paroeciae. Si defunctus plures habuerit paroecias proprias.

1 1 lannurii 191»; .1. J. -S., XXXVIII, 102.
§ c. liio. i r.

3 Dispositionibus iuris ordinarii et communis etiam Ordinalius loci vi «. 161, § -j derogare potest: ct maiori ambitu consuetudo aut ius particulare a S. Sede confirmatum vel statutum; de his autem intibus particularibus hic agere non vacat; cfr. Matthaeum a Coronatu, /. r.. 101436.

ecclesia funeris est ecclesia paroeciae in cuius territorio decessit. In dubio do iure. alius ecclesiae, ius propriae paroeciae semper praevalere debet '.

Propria paroecia ea est in qua quis, dum viveret, domicilium aut quasi-doiuicilium verum aut legale habuit ; pro vagis vero aut pro solo domicilio dioecesano gaudentibus paroecia actualis commorationis seu potius paroecia decessus. Domicilium et quasi-domicilium in hac- re aequiparantnr 2.

Pro domibus in confinio duarum paroeciarum positis, domicilium censetur esse in paroecia ex qua habetur aditus principalis, sivero in utraque paroecia sit aditus aeque principalis, utnusque paroeciae ecclesia aequo iure gaudet 3.

Paroeciae personales aut personales mixtae eodem fere iure reguntur·; ad dignoscendum autem quaenam propria paroecia in his adiunctis consideranda sit ad ius quo huiusmodi paroeciae constitutae sunt recurrendum est4.

Cum quis possit pluribus simul domiciliis aut quasi-domiciliis gaudere, patet facile qua ratione possit habere plures paroecias proprias; regula autem statuta qua in casu decernitur paroecia decessus praevalere, ut patet, valet solum in casu quo ibi defunctus saltem quasi-domicilium habuerit, nec alibi elegerit ecclesiam funeris.

Paroeciae nomen hic late sumitur pro quolibet territorio cui praesit rector nomine proprio seu sine dependentia ab alio parocho.

Dubium de iure *alius ecclesiae* potest esse *iuris* aut *facti;* quodvis sit positivum esse debet.

Si dubium sit inter ecclesias paroeciales proprias, pro solutione adeundi sunt cc. 1216. § 2, et 1218, § 1-3.

b) Licet mors acciderit extra propriam paroeciam, cadaver tamen in ecclesiam paroeciae propriae quae vicinior sit, ob fimus transferendum est, si ad eam commode pedestri itinere asportari possit; secus in ecclesiam paroeciae in qua mors accidit.

Ordinarii est pro suo territorio, inspectis peculiaribus circumstantiis, distantiam aliaque adiuncta designare, quae translationem cadaveris ad ecclesiam funeris aut locum sepulturae incommodam reddant: et si paroeciae ad diversas dioeceses pertineant, designatio attenditur Ordinarii dioecesis in qua defunctus supremum diem obiit.

Licet translatio ad ecclesiam funeris aut ad locum sepulturae in-

1 Cc. 1216-1217.
1 s. C. C., 9 lunii 1923. Cfr. etiam S. C. Concilii 9 lulii 1921, ct Deois. S. R. Rotae. 25 Fcbr. 1919; necnon S. C. Concilii 12 Nov. 1927, *A. A. S.,* XX, 112.
3 Cfr. S. C. EE. et. RR.. G Mart. 1870; S. C. C., 22 lim. 1812; Alberti, *Theologia pastoralis circa sepulturam ecclesiasticam ct ius funerum*2, n. 50, IU; D'Amiibale, *Suinrnula,* 1, 11:; nota 12; cfr. tamen etiam Ferraris, *Bibliotheca,* v. *Sepultura,* n. 84 et 209-211; Vito Russo, C'«ter *canonicus,* I, Aeireale, 1927, pug. 193 in nutu.
4 Cfr. Vermeer.scii, *l. c.,* II, 528; Augustine, *l. c.,* VI, 117.

commoda sit, semper tamen integrum est familiae, heredibus aliisve quorum interest cadaver illuc deferre, susceptis translationis expensis

Statuitur hoc canone norma sd determinandam ecclesiam funeris pro defunctis extra propriam paroeciam et determinatur quousque localiter extendatur ius ecclesiae paroeciae propriae.

Regula autem data a Codice 1 ad hoc reducitur quod ius propriae paroeciae non extenditur ultra locum ab Ordinario loci determinatum ad designandam incommodam translationem. In determinanda vero incommoda translatione Ordinarius attendere debet praecipue ad distantiam, quae pedestri itinere, non via ferrea aut aliis translationis modis etiam iure admissis computanda est. necnon ad alia adiimcta et peculiares locorum circumstantias, quibus fieri potest ut quae incommoda translatio censetur in civitate, ubi populus maioribus commoditatibus gaudet, non censeatur talis montium incolis et ruricolis.

Intra terminum ab Ordinario loci statutum et designatum ius propriae paroeciae absolutum est nec impugnari potest, ne a parentibus quidem defuncti.

Quodsi mors acciderit in loco a quo, iuxta determinationem ab Ordinario factam, incommoda est translatio, ius conceditur parentibus aut aliis quorum interest eligendi inter ecclesiam paroeciae decessus et ecclesiam propriae defuncti paroeciae, dummodo in hoc altero casu, iidem quorum interest eo transferri ement defuncti cadaver suis expensis. Item in hoc casu, si plures fuerint defuncti paroeciae propriae, ius conceditur parentibus et iis quorum interest eligendi inter ipsas ubinam faciendum sit funus, nec necessario, ut ridetur, ecclesia vicinior aut vicinior paroecia propria est eligenda3.

Quae nonna directe quidem pro sepeliendis in propria paroecia iure communi et ordinario statuta est, sed sine dubio etiam casibus sepulturae electae aut sepulcri maiorum applicanda erit.

Codex bis hoc c. 1218 loquitur de translatione non solum ad *ecclesiam fumeris*, sed et de translatione *ad locum sepullurae;* prima dictio videtur intellegenda de translatione ad ecclesiam ex ime communi et ordinario de quo hucusque, necnon de ecclesia propria ex ime speciali, e. g., Cardinalium, regularium etc.; altera vero dictio ridetur intellegenda de loco sepulturae iuridice constituto seu de sepulcro maiorum aut etiam de electo sepulcro in determinato coemeterio alicuius personae moralis.

800. — 3° De ecclesia funerante ex iure ordinario speciali. - *a)* Pro Cardinalibus et Episcopis. - *a)* Si S. R. E. Cardinalis in Urbe decesserit, corpus transferendum est, funeris causa, in ecclesiam (piam Romanus Pontifex designaverit; si extra Urbem, in ecclesiam insigniorem nivitiilis sen htei ubi mors uceidit, nisi Cardinalis elegerit '.

CJiuwuhi *nisi (Jardinalis aliam drgcril* ad totam paragraphum referenda videtur 2.

Si Romanus Pontifex nullam designaverit ecclesiam, Cardinalia in Urbe ώ functus transferendus est in ecclesiam sui tituli, licet ibi non habitaverit \

p') Defuncto Episcopo residentiali, etiam cardinalitia dignitate aucto, aut Abbate vel Praelato *nullius,* corpus, funeris causa, transferri debet in ecclesiam cathedralem, abbatialem vel praelatitiarn. si id commode fieri possit; secus, in ecclesiam insigniorem civitatis seu loci, nisi in utroque casu defunctus aliam ecclesiam elegerit '.

Episcopus titularis iure ordinario, ut simplices fideles, regitur, nisi beneficiarius residentialis sit aut Nuntius vel Legatus Apostolicus5. Praefecti et Vicarii Apostolici eodem iure ac Episcopi residentiales circa sepulturam regi ridentur °; idem affirmandum videtur de Administratoribus Apostohcis pennanenter constitutis7 necnon de Episcopis coadiutoribus, saltem si dati sint Episcopo inhabili s.

Si Episcopus duas aequeprincipaliter unitas rexerit dioeceses, transferendus erit in ecclesiam cathedralis dioecesis ubi decessit; si dioeceses non fuerint aequeprincipaliter unitae, in ecclesiam dioecesis principalioris 9.

l») **Pro beneficiariis** residentialibus. - Beneficiarii residentiales ad ecclesiam sui beneficii transferendi sunt, nisi aliam sibi elegerint ecclesiam funeris 10.

Quod affirmat canon de ecclesia electa, extendunt auctores ad ecclesiam sepulcri maiorum et oriam ad ecclesiam sepulcri proprii beneficiatorum. aut clericorum, si habeatur 11.

1 C. 1218, 5 1-3.

2 Paulo aliter ante Codicem rem definiebat Bonifacius VIII, c. 3, 3, 12 in C, · dummodo absque periculo... valeat deportari» quod periculum explicabant aliqui de itinere *unius* diei; . Many, Z. c., 171; Augustine, Z. c., VI, 119.

3 Russi, Z. c.» pag. 151, NB.; η. 7*

1 C. 1219, 5 1. Ecclesia funerans pro R. Pontifice defuncto est Basilica Vaticana; Matthaeus a Coronata, *l. c.,* n. 172; Vecchiotti, *Instiltitiones canonicael9,* vol. II, § 59, 3, pag. 142-H3.

2 Cfr. c. 1223, § 1; Cocchi, *I. c.,* vol. 5, n. 58, contra Eichmann. Z. c., 401 et Haring, *(Iruntlziijc...,* p. 571, nota 9; cfr. tamen Blat, Z. c., pag. 93, n. 77.

3 Ferraris, Z. c., n. G0 et sq.; Many, Z. c., 176; Cocchi, *l. c.,* n. 58; cfr. tamen Wernz, *l.* c., III, 775 et *Acta S. Sedis,* vol. XV, pag. 553 sq. ubi etiam *rle. statutis* cleri romani circa hanc materiam.

1 C. 1219, § 2.

5 Cfr. c. 122o; Many, Z. c., 175. Cfr. S. C. Concilii, 9 Decembris 1939. *A.* Λ. S., XXXII, 75.

* Cfr. c. 291. 5 1.

7 Cfr, c. 315, § 1.

s Cfr. ce. 351 et 351, § 2.

9 Ferraris, Z. c.. v. *Sepultura,* n. 66.

'n C. 1220.

II Cfr. Reiffenstuel, Z. *c.,* III, 28, n. 11; Ferraris. Z. c., v. *Canonicus.* VIII, n sq.; Vec·cUiulli, Z. c., II, 5 59, 3°, pag. 113; Many, Z. c., 177-179; Vermeersch, Z. <·.. II, 530, 5; Cocchi, Z. c., vol. 5, n. 58, 8; Augustine, Z. *c.,* VI, 121.

Ecclesia beneficii est ecclesia funerans, licet non sit paroeeialia aut licet beneficiarius extra paroeciam beneficii residentialis habitaverit ‘.

Etiam lieneficiariis applicandus est c. 1218 de commoda vel incommodi translatione defuncti.

Canonici honorarii, non considerantur ut beneficiarii residentiales. Si tam ecclesiam Capituli pro funere sibi elegerint, eorum funus facit Capitulum. non parochus. Ad parochum in casu spectat levatio cadaveris 2.

c) Pro religiosis. - Professi religiosi ac novitii defuncti transierendi sunt ad ecclesiam vel oratorium suae domus vel saltem suae religionis, nisi novitii aliam ecclesiam ad suum funus elegerint; iiu autem cadaver levandi et ducendi ad ecclesiam pertinet semper ad Superiorem religiosum.

Si longe moriantur a domo, ita ut in ecclesiam suae domus vel suae religionis commode asportari nequeant, funerandi sunt in ecclesia paroeciae decessus, nisi novitius aliam elegerit, aut ii quorum interest, i. e. Superiores, ad ecclesiam suae religionis asportari curent suis expensis %

Famuli actu servientes et intra domus septa stabiliter commovantes, eodem ac novitii iure reguntur, si intra domum moriantur. si vero extra domum defuncti sint, iure communi fidelium reguntur

Hoc canone reguntur religiones omnes virorum etiam laicales ° et iuris dioecesani e.

Fugitivi, apostatae, quousque· dimissi non sint, itemque exclaustrati cum adhuc sint religiosi, iure religiosorum regi videntur ‘.

Regula hoc canone statuta exelusiva est ita ut religiosis applicari non debeat, regula generalis de ecclesia electiva aut de ecclesia sepulcri maioium' Nostris tamen diebus, ubi religiosi proprium coemeterium a paroeciali distir.· etum non habent, sepeliri posse ridentur in sepulcro maiorum, si quod habeantl.

1 Cfr. Augustine, *l. c.*. VI. 121, ubi tamen in lux: casu lura paroeeialia reservat parochu propriae defuncti paroeciae ex antiqua iurisprudentia; cfr. S. R. C., 18 Dec. 175G ad 11. *Deent* 24 U; S. C. Concilii, 9 Decembria 1939. *A. A. S.*. XXXII, 75-77.

2 S. C. Concilii» 9 Decembris, 1939, *A. A.* -S'., XXXII. 75 sqR.

3 Si alicubi lege civili aut ulla sravi causa cadavera iu ecclesiam asportari non posslut «ed directo ad locum tinnulationis. ius paro* ciae decessus in hoc casu nullum esse videtur, licet corpus Superiores ad coemeterium suae domus vel religionis transferendum non curcn'.

4 C. 1221. i 1-3.

Id plurcs saltem de religionibus etiam laicalibus affirmant, ut Fanfani, *J)c iurertV-Viatorum,* n. 97: Crvuscn. *Religieux et rcHqieueee2,* p. 51. n. 90; Rossi. Z. r., p. 100-101, ŋ. 5. *(r,* PJprre Bastien, *Directoire canonique à Vusage des congregafions à rœitx simples3,* (192M 374, etc., contra alios, ut Leitner. *Handbuch des kaiholischcn Kirchen rechls,* pag. 347; lanx *Dan Ordrnsrechf.* p. 80. ô; Bulmès, />? *religieux.* pag. 207 in nota; in easu tamen religion* lufcalis minister funeris erit cappeliunus religiosorum.

e Leitner contra communiorem doctrinam omnibus religionibus votorum simplicium exemptionem iu hac re denegat; immerito tamen; cfr. Matthaeum a Coronata. *I.* c., n. 176, nota 3; Tondini, *De ecclesia funerante,* 1927, pag. 4L

7 Coechi. *I.* c., n. 58. pag. 105; exclaustratos excludit Blat. Z. c., pag. 94: cfr. etfom Tondini, Z. c.. pug. 11.

s Cfr. Relffenstuel. ?. c.. III. 28. n. 18; Many. *L r.*. 18o.

9 Coechi, Z. c., pag. 105.

Religiosae *moniale»* sive intra sive extra domum monentes, deferendae eunt in ecclesiam seu oratorium suae domus aut religionis eodem modo ac viri religiosae vero congregationum eodem iure reguntur saltem si exemptae sim a parocho a.

Famuli actu servientes sunt omnes qui vel mcrcede ducti aut sine inercedo suam operam intra domum praestant; domus septa considerari etiam posse videtur collegium pro externis convictoribus adhibitum domui tamen adnexum

Exemptione famuli gaudent etiam si religio cui inserviunt non sit exempta aut sit laicalis 4.

Famuli extra domum defuncti deferri debent ad ecclesiam domus religiosae si eani elegerint5.

Mulieres quae de licentia S. Sedis aliquod monasterium ingressae sunt animo ibi manendi perpetuo, itemque viri qui eodem animo aliquam religiosam domum sunt ingressi, iure religiosorum reguntur ®.

Postulantes et alumni scholarum apostolicarum, nisi speciale habeatur privilegium exemptionis quod ad ipsos extendatur, iure communi et ordinario reguntur7.

Tertiarii et tertiariae in religiosa aliqua domo viventes eodem ac religiosi iure reguntur 8.

Tertiarii vero degentes in suis domibus certo iure eligendi sibi sepulturam sicut ceteri fideles gaudent atque eligere possunt ecclesiam sodalitii; si id non fecerint, adhuc Sancta Sedes non semel agnovit ius ut eorum cadavera ad ecclesiam, sodalitii deferrentur, exclusa ecclesia paroeciali °; veruntamen circa hoc multum consuetudini, qua iura et privilegia etiam abrogari possunt, deferendum est 10.

Fratres Minores et Praedicatores privilegio gaudent sepeliendi in suis

1 Crcuscn, *l. c.,* n. 91, 3; Rossi, *sepoUura ecclesiastica,* pag. 100-101, n. 55. 5. n; •Antra alios cfr. Matthaeum a Coronata, *l. c.,* n. 177, pag. 172, nota. 4.

! Cfr. Brandys, *Kirchliches Itecksbuch filr dic rcligiosen Laiengenossenschaft,* n. 141-142, praesertim vero pag. 150; Ton-ubiano Ripoll, Z. c., 11, 965.

3 Cfr. Augustine, *l. c.,* III, 142-143 et VI, 124.

* Id eat clare ex canone deducitur; Bastien, Z. c.. 378; Melo, *De exemptione regularium.* puf. Ot, eandem regulam etiam famulis in monasteriis monialium aut sororum a parocho exemptarum applicant; contra Lyszczarczyk, *Compendium privilegiorum regularium,* (1906), pig.JîS.

' Bastien, Z. *c.,* 376, ubi iu nota concedit parentibus defuncti aut etiam Superiori religioso bis defunctum ad ecclesiam religiosam deferendi, si id faciant suis expensis.

* Cfr. D'Annibale, Z. c., 113; Alberti, *De sepultura ecclesiastica2,* (1905), n. 29, IV.

' Ita interpretatio, ut videtur, extensiva; decisum est a C. I. 20 Tulli 1929, ad IV: ‹ An praescriptum can. 1221 extendatur etiam ad postulantes et ad aliunnos scholarum apostolicarum in religionibus. *11.* Negative »; *A. A. S.,* XXI, 573. Cfr. de hac interpretatione Maroto, in *Commentarium pro religiosis,* X, 334-341.

8 Piat, *Praelectiones iuris regularis2,* pag. 115; Victorius ab Appellera, *Compendium praelectionum iuris regularis,* n. 514, pag. 463; Ferrari, *De statu religioso, u.* 78, p. 201.

* Cfr. causam *Triceriens.,* 18 Mart. 1887, in *A. Sanctae Sedis,* vol. XX, pag. 103 sq.; bcm *Sipontin.,* 10 Mart. 1893, *Acta Sanctae Sedis,* vol. XXVI, p. 238 sq.; *Monitore ecclesiadic»,* vol. 5, part. 1, pag. 119; vol. 8, part. 1, pag. 121; Moccheglanl, *lurisprudentia ccceleriastica,* vol. II, 691 et 1219 sq.

10 Cfr. causam, S. *lacobi in Chile,* 15 Nov. 1916 in Rota romana agitatam, J. *A.* .S'., X p. 256-267, in qua tamen argumenta aliata pro sententia non omnia sunt convincentia; cfr. Vcrmecrscli, *Periodica,* vol. IX, pag. I 17.

ecclesiis, ibique consequenter funera faciendi fidelium qui dum viverent ab ipsis petierunt habitum religiosum ut in ipso sepelirentur; attamen in habitu concedendo id eis declarare tonentur *.

d) Pro defunctis in hospitali, pro convictoribus et hospitibus religiosorum. - Quod attinet ad defunctos (pii in domo etiam regulari vel collegio degebant ratione hospitii, educationis vel infirmitatis, et ad defunctos in hospitali, servandum est ius commune et ordinarium omnium fidelium, nisi ius speciale pro ipsis in aliquo loco constitutum sit aut aliquod privilegium pro omni loco concessum probetur *.

Codex dicit: *nisi constet de* iure *particulari;* licet ius particulare etiam a S. Sede statui possit, id tamen generatini non iit, et Ordinariis locorum eius constitutio committitur; ipsa igitur canonis dictione significatur circa hos omnes exemptionem a parocho concedere posse Episcopum, quod iam ante Codicem communius admittebant auctores 24

Privilegium exemptionis pro alumnis collegiorum concessum pluribus '>rdinibtw religiosis et Congregationibus aliis etiam regularibus vi communicationis privilegiorum extensum fuisse iam ante Codicem docebant plures auctores '.

Codex memorat solum ius particulare et privilegium: evidenter tamen in iure particulari comprehenditur etiam ius consuetudine introductum aut praescriptione firmatum 3.

e) Pro defunctis in seminario. - Defunctorum in seminario ecclesia funerans est ecclesia seminarii ·.

Nomine seminarii intelligitur collegium, non tamen persona moralis *Collegiatis,* principaliter ad clericorum institutionem constitutum, licet alii etiam alumni ibi recipiantur, qui proinde, -i ibi decedant, in ecclesiam seminarii asportandi sunt '.

1 Cfr. Ferraris, *l. c.,* v. Seputtura, u. 51 sq.; Confcttlum, *Privilegiorum sacrorum urdinim frulrum mendicantium cl non mendicantium collectio,* Venetiis. 1610, pag. 59, 67, 381.
2 C. 1332.
3 C. 161. § 3; Bouix, *De iure regularium,* 1857. I, pag. G71-672; IT, pag. 208-209; Wenn. *l. c.,* II, 828; Many, *l. c.,* 173, 5. 5; S. C. EE. et RR., IS Mart. 1898; S. Rota R., 29 Mali 1914; 25 Februar. 1919; 25 Mart. 1915 ilerumque apud Signaturam Apost., 11 Mart. 1916: S. C. ConclL, 32 lunil 1907.
4 Cfr. Victorium ab Appeltern. Ccmpertdfam *Praelectionum iuris regularis,* qu. 544, 2 et 671, 1; Mocchegiani, Z. c., I. 1053 sq.; Lyszczarczyk, *L* c., pag. 180; Vermeersch, *Dc rehoiosis.* u. 518, Z·; Bouix, *l. c.*. vol. II, pag. 206; pag. vero 109 haec habet: « In hypothesi... quod dictum ius (exemptionis)... regularibus coinjK-tat, ...non potest ipsis adimi Episcopi auctoritate. Illuc nihil consultius videtur, quam ut... a lege parochiae eiunnodi luvenee ‹t. puellae decreto episcopali prorsus liberi declarentur. Et dc videmus de facto in prnxi generatini inductum ».
5 Cocchl, *l.* c., 58, pag. 1Ü6-107; V. rimascb, A'piZowir, II. 529. 2.
* C. 1222 ct 1368.
' Cfr. Verineerwrli, *De cscmptioHe seniiwtrlorvm,* in *Ivn poxlificinn›,*]J, 71. nbj tuuieu excludere videtur a lure funerandi rectoris alttnmos externos in seminario casu decedentes,

Codex e. 1222 loquitur *de iis qui in seminario moriioitur;* attamen idem allirmanduin videtur de iis qui habitualiter ibi degunt, ct velut domicilium habent, etsi eos extra seminarium mori contigerit L

Si tamen morientes in seminario sepulcrum maiorum habeant, aut ecclesiam funeris elegerint, in eam transferendi esse videntur2.

Si vero ibi morientes sint bénéficiât! residential^, ius ecclesiae beneficii praevalere videtur hui ecclesiae seminarii, quia hacc ad instar paroeciarum exempta est: at ecclesia beneficii ecclesiae paroeciali certe praeferenda est 3.

801. — 4° De ecclesia funeris in sepultura electiva. - *a)* Praenotiones. - Ius sepulturae electivae est ius seu facultas cuilibet fideli concessa eligendi sibi locum tumnlationis et ecclesiam in qua funus faciendum sit".

Haec duo, locus humiliationis et ecclesia funeris, sunt duo distincta, et ius ea eligendi duplex ius est, inter se tamen sunt valde connexa ita ut ibi praesumatur electum coemeterium ubi ecclesia 5.*

Requiri non videtur, ex hac distinctione ecclesiae et coemeterii, ut si eligatur ecclesia, corpus defuncti afferatur in ecclesiam electam ut in ea fiat funus; licet, enim id ordinarie ex gravi obligatione faciendum sit, Codex tamen nullibi ad validitatem electionis ecclesiae requirit realem translationem defuncti ad ipsam ecclesiam °.

b) Quis sibi sepulturam eligere possit. - ri) Omnibus licet, nisi expresse iure prohibeantur, eligere ecclesiam sui funeris aut coemeterium sepulturae.

Uxor et filii puberes in hac electione prorsus immunes sunt a maritali vel patria potestate 7.

Codex habet *ecclesiam sui funeris* ex quo patet neminem, nisi expresso iure concedatur aut ex mandato agat, posse ecclesiam eligere pro altero defuncto 8.

Nihil tamen obstat quo minus mandatum eligendi ecclesiam sui funeris quis det implicite suis heredibus vel parentibus. Immo si alicubi ex consuetudine immemorial! parentes usi sint iure ecclesiam funeris designandi pro defuncto, hoc ius inniti dici poterit in mandato implicite dato ab ipso defuncto qui sciens volens hoc ius parentum suorum non impedivit, quod tamen impedire potuisset 9.

Mitem si iude ad locum sui domicilii facile seu commode transferri possint. Certo tales ad ecclesiam seminarii non sunt afferendi si extra seminarii septa decesserint.
1 Cfr. Vermeersch, Z. *c.,* in *Itis Pontificium,* II, pag. 70-71.
Ce. 1223, § 1 ct 1229, § 1.
' Cfr. c. 1220.
1 Cfr. Matthaeum a Coronata, Z. c., 186 sq.; Many, Z. *c.,* 163 s‹J·
5 C. 1231, 5 1· Cfr. Many, Z. c., 155 sq. et 190 sq.
4 Cfr. S. C. EE. et RR., 25 Iulii 1902.
7 C. 1223, s 1-2.
* S. C. Concilii. 0 Iui. 1921, J. *A. ,S.,* XIII, 531 sq.
3 Cfr. Vito Russo, in *Monitore ecclesiastico,* vol. 39, 1927, pag. 258-365.

Ius dioecesanuiu nequit impedire ius fidelium eligendi sibi sepulturam, quia nequit ius commune mutare nec eidem, nisi id expresse concedatur, derogare L

β) Ecclesiam funeris aut sepulturae coemeterium eligere prolubentur impuberes: verum pro lilio aut filia 2, impubère, etiam post eorum mortem, hanc electionem facere possunt parentes vel tutor ‡: itemque prohibentur religiosi professi cuiuslibet gradus aut dignitatis, non tamen si sint Episcopi

Episcopi eligere possunt licet sint soluni titillares 5; idem a fortiori affirmaverim de Cardinalibus® atque extenderim ad Abbates et Praelatos *nulliux* necnon ad Vicarios et Praefectos Apostolicos7.

Electio a religioso ante professionem facta professione irritaturs.

Electio pro filiis impuberibus a parentibus vel tutore legitime facta etiam post adeptam pubertatem valere videtur, nisi filii eam cassaverint, revocaverint aut mutaverint.

Ius vetus permittebat religiosis longe a domo suae religionis definietis sepulturam eligere, id generatim non permittunt amplius auctores post Codicem

c) Quaenam ecclesia eligi possit et quodnam coemeterium.

a) Ut electio ecclesiae funeris valeat, cadat necesse est vel in ecclesiam paroecialem, vel in ecclesiam regularium, non tamen

l S. R. Rota, l Decembris 1930, in causa appellata u Superiore Capuccinonun correxit sententiam prunae instantiae in sensu in textu allato. Superior funus fecerat personae quae ecclesiam funerantem elegerat ecclesiam regularem. Parochus, fretus lege dioecesana, quae prohibebat primum funus in qualibet ecclesia praeter paroecianam fieri sine licentia scripta parochi, Superiorem m ius convenit ut transgressorem legis dioecesanae. Tribunal dioeccsanum Superiorem damnavit ad emolumenta omnia ex funere percepta restituenda ct ad causae expensas. Superior appellavit, ad S. R. Rotam, quae proposito dubio: · An et quamnani summam Superior Fratrum Minorum Capuccinorum loci Los *Angeles* solvere debeat Domino Gonzalo Arteche (quondam) parocho eiusdem loci » sententiavit: ▮factam appellationem excipiendam esse » et ad mentem: ‹ Mens est, ad parochum in casu non spectasse nisi portionem canonicam ad normam can. 1236 as. ». In hac causa ponens, relato principio can. 1507, § 1. quod praestationes fidelium cedere debeant parocho etsi alius officium parocciale impleat, nisi certo constet de contraria offerentium voluntate, circa summam quae taxam excedit haec nota digna addit: « quae contraria voluntas semper praesumitur pro mendicantibus ex eorum privilegio: cum nempe de incertis eleemosynis vivant, quidquid vel sine titulo donatur, acquiritur tamen titulo eleemosynae ». S. R. Rota, l Dec. 1930, *S. R. Rotae Decisiones seu sententiae,* XXII, 631 sqs.

2 Intclligunt auctores etiam de tiliis naturalibus, spurüs et adoptivis; cfr. Rossi, /. r. n. 58, pag. 112. NB.

3 Et ita iuris veteris controversiae definiuntur a Codice; cfr. Matthaeum u Coronata. /. c.. 191 : Rossi, 7. c., n. 53. Nomine autem parentum veniunt pater in eiusque defectu mater, nec non avus ct avia; cfr. c. 542. u. *2;* Cappello, *De Visitatione SS. Liminum,* II, 227; Vccehiotti, *l.* c., U, f 59, pag. 111; Fvrrcrcs, *Le confraternité.* η. 263-261; Vermoersch, *I. c„* II, 533. l. cnl aseentiro videntur

4 C. 1324, n. 1-2.

Augustine, *l.* c., VI, 127: Ro?si, 7. r., 58, pag. 113 in nota.

6 C. 1219. J I.

Cfr. co. 215. I 1; 291. § I.

3 Pirhtng. *ħu canonicum,* III, 38, 12; VctuuxtscU, (. *c.,* 11 533, 2.

? Cfr. Rossi, /. c., 58, pag. IU 111; Biuatieu, /. c., 375; Blat, *I.* c., π, 79, i»ag

iiionialimn nisi agatur de mulieribus quae famulatus, educationis, infirmitatis aut hospitii causa intra clausuram eiusdem monasterii non precario commorabantur, vel in ecclesiam iuris patronatus, si agatur de patrono, vel in aliam ecclesiam funerandi iure praeditam L

l't ecclesiae funeris electio valeat, non videtur requiri ut de facto in eam cadaver eligentis transferatur 2.

Educandae, famulae et mulieres infirmitatis aut hospitii causa in monasteriis receptae, per se in ecclesia paroeciali transferendae sunt, nisi ecclesiam monialium eligant3; ecclesiam autem monialium tales mulieres eligere possunt etsi extra monasterium mortuae sunt; Codex enim hoc ius non restringit ad morientes intra monasterium.

Ecclesiae religiosorum votorum simplicium etsi exemptorum hoc iure non gaudent, at speciali privilegio 4 gaudere possunt.

Iuri autem sepulturae regulares ne in limjne quidem fundationis domus renuntiare posse videntur 5.

Aliis ecclesiis, e. g. congregationum religiosarum, confratemitatum, ius funerandi concedere potest Ordinarius absolute aut limitate idemque etiam ex consuetudine aut praescriptione acquiri potest6.

Si ecclesia paroecialis aut regularis legitime supprimatur ita ut speciem omnino mutet, ius funerandi ex titulo priori amittit 7.

β) Si electa fuerit sepultura in coemeterio diverso a coemeterio proprio defuncti paroeciae, cadaver in illo sepeliatur, dummodo nihil obstet ex parte eorum a quibus coemeterium pendet. Electa sepultura in coemeterio religiosorum, ut cadaver inibi sepeliri queat, requiritur et sufficit consensus Superioris religiosi, ad normam constitutionum cuiusque religionis 8.

Ut iam supra diximus, antiquitus si coemet‹rium stricte paroeciale aut regularium simpliciter eligebatur, sine distincta electione ecclesiae, eoipso et ecclesia paroecialis aut regularis, cuius coemeterium electum erat, electa praesumebatur ut ecclesia funeris ex generali principio tunc universaliter· admisso: *Ubi tumulus ibi funus;* nec requirebatur ad hoc ut coemeterium paroeciale aut regularium electum esset prorsus distinctum ac separatum ab alio coemeterio, sed sufficiebat ut in communi coemeterio locum distinctum ac separatum ab aliis sibi reservatum haberet illa paroecia aut illa domus regularis.

l C. 1225.

• S. C. EE. et RR.. 1 Aug. 1902; cfr. Many, 7. *c.,* 206 s(|. praesertim vero 210.

Melo tamen *l, c.,* pag. 64 concedit famulabas, etiam praecisa electione, ias sepulturae io ecclesia; cfr. etiam specialia privilegia circa educandas alicui ordini forte concessa; Bouix. *l·* c, I, 671 sq. et II, 204.

4 Augustine, *L c.,* VI, 128.

5 Aliter ex iure vetere; c. 1, 1, 18 in 6°.

* Cfr. Pirhing, *fus canonicum in quinque, libros (licretulium distributum.* III, 3Ç, 32;Manv, *l. e.,* 159-160.

7 Rossi, /. c., n. 60, pag. 115 in notis.

8 C. 1228. § 1-2. S. C. Concilii 11 Iulii 1931. *A. A.* XXV, 373.

At id iure codicis non amplius valere videtur ul supra dictum est. lïoüub ex iure vigente etectio coemeterii non includit amplius elect innem ‹·‹·«·!« siae luneris, nisi in ipsa electione id expresse declaretur.

,/) De modo electionis sepulturae. - ‹z) Ecclesiam luneris aut coemeterium sepulturae quis eligere potest per se vel per alium cui legitimum mandatum dederit; faetamque electionem aut mandati concessionem quolibet legitimo modo probare licet

Mandatum etiam verbaliter datum sufficit, dummodo probari possitJ; imo etiam implicite dari posse videtur !

Non requiritur ut quis expressis verbis dicat *eligo ecclesiam N.* A'. *pro meo funere;* sufficit ut id verbis aequipollentibus faciat, e. g., si quis ecclesiam, dum viveret, designaverit in qua vult fieri sibi defuncto absolutiones, haec designatio sufficit pro electione ecclesiae funeris 5:*

Nullo modo requiritur scriptura ad validam electionem, licet id valde congruat ad praeveniendas lites.

Inter modos electionem sepulturae probandi hi enumerari possunt; probatio per duos testes fide dignos etiam singulares dummodo concordent circa factum electionis et licet varient circa tempus quo ille voluntatem manifestavit; probatio per testamentum aut codicillum licet forte haec invalida sint pro aliis effectibus; probatio per scripturam privatam dummodo constet esse illius qui sepulturam elegit; probatio per testimonium, parochi aut etiam confessarii in proprium commodum non testificautium; si de muto agatur, probatio per testes qui testificentur defunctum signis voluntatem exprèssisse®. Non requiritur autem probatio mdicialis 7 8

Facta electio vita durante semper revocari potest, et revocata praesumitur altera electione, aliter perseverare praesumitur etiam per longissimum tempuss.

Ad electionem non sufficit desiderium faciendae electionis et etiam eiusdem desiderii manifestatio, sed verus actus voluntatis, quo ecclesia aut coemeterium designatur, requiritur ’.

Ius particulare potest melius determinare 10 modum probandi faciam ele·

1 Cfr. n. 798.

2 C. 1226, 5 1. S. C. C. 11 Ixilii 1931. *A. A. S„* XXV, 373.

3 Cfr. S. C. Concit, 9 Iulii 1921.

1 Cfr. supra n. 799, *b, a.*

5 S. C. EE. et RR.. 29 Iulii 1901; Ferrcres, Zz *confraternité c Conoregacioni ecclesia· elicite,* (1909), n. 268; *Monitore ecclesiastico,* vol. 26, (1914), pag. 387.

° Cfr. Piat. *I. c.,* II. pag. 318-319; Ferraris, *I. c„ v. Sepultura,* n. 110; Wernz, Z. *c.,* III, 785, nota 60; Many, *l. c.,* 165, 2; Ferreres, *Ix confraternité,* 268: Augustine, Z. c., VI, 130-131; Alberti, Z. *c.,* n. 24, I; Rossi, Z. c., n. 57, pag. 109-110.

7 Blat, *l. c.,* pag. 99, n. 81; Cocchi, Z. c., n. 59, pag. 108-109; V. Russo, *Codex canonicus,* p. 197, In nota.

8 Ferraris, *l.* c., v. *Sepultura.* 111-111; si prima electione electum sit *coemeterium,* altera vero *ecclesia;* tumulatio in coemeterio primae electionis ad nonnam tamen c. 1228, funus in ecclesia secundae electionis faciendum erit, nisi constet per secundam electionem priorem totaliter revocatam fuisse.

9 Cfr. auctores supra citatos.

10 Cfr. Decisionem S. R. Rotae, 1 Decembria 1930. *Sacrae Romanae Rotae decisiones seu sententiae,* XXII, 633-639.

ctionein, at eius determinatio aliquam laxative probationem requirens aut aliam a iure communi admissam exludeus, vim iuridicarn non habet 1.

p* Si electio per alium fiat, hic suum mandatum explere potest etiam post mortem mandantis

y) Keligiosi et clerici saeculares districte vetantur ne quos ad vovendum, iurandum vel fide interposita seu aliter promittendum inducant ut apud eorum ecclesias funus aut apud ipsorum coemeterium .sepulturam eligant, vel factam electionem non immutent; quod si contra factum fuerit, electio sit nulla 3.

Probe notandum est hoc canone non prohiberi inductionem ad eligendam quamlibet ecclesiam aut coemeterium, sed inductionem ad vovendum, iurandum, fide interposita vel aliter promittendum ut apud ecclesiam aut coemeterium eorum qui inducunt electio sepulturae fiat 4.

Nec item prohibetur inductio etiam per iuramentum etc. ad eligendam ecclesiam non propriam inducentis5 nec si inducens sit laicus saecularisc; bene vero inductio a parocho facta de propria ecclesia 7.

Nec prohiberi videntur hoc canone religiosi 31inores et Praedicatores quominus inducant volentes sepeliri in ipsorum habitu ut electionem promittant eligere in eorum ecclesiis, iuxta ipsorum privilegia 8.

802. — 5° De ecclesia funerante pro sepeliendis in sept^l-cro maiorum. - «) Notio et divisio sepulcri maiorum. - a) Sepulcrum maiorum sua generali acceptione est locus, intra vel etiam extra coemeterium, auctoritate competentis Superioris legitime deputatus in commodum alicuius determinatae familiae, coetus personarum aut personae moralis.

fi) Quadruplex haberi potest sepulcrum maiorum: *Familiare* seu *gentilitium* si solum familiae ascendentibus et descendentibus, exclusis affinibus, destinatur.

‘ Augustine, *l. c.,* VI, 131.

• U. 1226, § 2, et itu ius vetus definitum est; cfr. Many, *l. c.,* 165. An sustineatur consuetudo quoad adscriptioncm confraternitati sive vivorum per se, sive defunctorum per hcrvdes, cum adnexo iure funerario in casuî S. C. Concilii 15 Nov. 1930 respondit: Ordinarius utatur iure suo ad normam can. 5. yl. *A. S.,* XXV, 155, ubi de casu aliquo speciali electionis Pvr alium factae. Cfr. etiam Dccis. Rotae 25 Februarii 1919, *A. Æ S.,* XII, 129.

3 C. 1227.

Ita in c. 1, 3, 12 in 6°, ex quo canon fere ad litteram desumptus est; ita etiam omnes auctores ante et post Codicem; cfr. Ferraris, *l. c.,* 120; Piat, c., 319-320; Wernz. *I. c..* 111, ISo, nota 60; Rossi, *l. c.,* n. Gl. pag. IIS; Many, *l. c.,* 165, 6, *b;* Antonioli, « *De re funeraria 'ajnilo a Codice.,* 1919, pag. 26, 1; Augustine, *l.* c., VI, 131; Cocchi. 7. c., n. 59,pag. 109; aliter *fonitore ecclesiastico,* vol. 32, pag. 21, ut immerito ut videtur; cfr. Matthaeum a Coronata, c., 192, pag. 187, in nota 6; Tondini, *De ecclesia funerante,* pag. 40. Franc. Blanco Najera, *Drrteho funeral.* Madrid, 1930, η. 239-210.

• Ferraris, *I. c..* v. *K-pulbira,* 118.

. Many, */. c.,* 1G5. 6. *a.*

' Ferraris, *I. c.,* 122.

Cfr. Ferraris, *l.* ‹·., v. *Scpullnra,* n. 56.

Hereditarium quod heredibus quibusvis, exclusis consanguineis non heredibus, inservit.

Hirtum quod destinatur familiae et heredibus.

Personae moralis sepulcrum quod personae morali ecclesiasticae, e. g. Capitulo, domui religiosae votorum simplicium etc. destinatur '.

Ad dignoscendum cuinam speciei adscribendum sit sepulcrum maiorum, recurri potest ad expressam eius qui illud exstruxit voluntatem quae ex testamento vel alio actu publico dignosci poterit. Hoc medio deliciente ad alia recurri potesti, praesertim vero ad documentum licentiae quae, post Codicem, omnino requiritur ad sepulcri maiorum exstructionem 3.

De iure vigente quodlibet sepulcrum maiorum suam specificam naturam facile mutare potest ex facilitate illud alienandi

b) Servanda in exstructione sepulcri maiorum. - a) Quaelibet persona physica aut moralis sui iuris potest sibi suisque sepulcrum maiorum exstruere 4. Excipiuntur religiosi qua personae physicae.

/>) Requiritur licentia scripta Superioris a quo coemeterium, in quo sepulcrum exstruitur, pendet; scriptura tamen non requiritur, ut videtur, ad valorem, saltem pro sepulcris ante Codicem erectis 6.

De Superiore antem cumpetente haec adnotamus. Si agitur de *coemeterio rcc^siastico paroeciali* aut *plurium paroeciarum* licentia Ordinarii loci requiritur T; si agatur de coemeterio religiosorum exemptorum, licentia requiritur et sufficit Superioris localis 8.

Cum coemeteria societatis civilis, prout in nostris regionibus vigent, non sint stricte paroecialia, sed aequo iure regularium sint et paroeciarum, licentiam in illis exstruendi sepulcra maiorum aequo pariter iure concedere potest Superior regularis etiam localis ac Ordinarius loci; nec requiritur ad hoc ut regulares in coemeterio partem sibi reservatam habeant; nec item potest Ordinarius loci coemeteria huiusmodi paroecialia declarare ad excludendos ab eis regulares. Sepulcra maiorum antiquitus in ecclesiis erecta, iussu auctoritatis civilis aut ecclesiasticae in communi coemeterio translata suam naturam non amiserunt et fictione iuris reputantur adhuc in ecclesia exsistere 9.

Ex lus iam patet quid tenendum sit de aediculis familiaribus quae nostris in regionibus eriguntur in coemeteriis. Si de licentia legitimi Superioris ecclesiastici exstructa sunt aut saltem si post exstructionem licentia obtenta est. sunt vera sepulcra maiorum sensu canonico eodem modo ac antiqua sepulcra quae in ecclesiis erigebantur, iinmo ut talia, fictione iuris. in ecclesia erecta censentur. Si vero proprio marte, sine licentia erecta sint, pro illo qui ea exstruxit erunt quasi sepulcrum electionis, pro aliis vero familiaribus vel heredibus, nisi et ipsi electionem renovent aut licentiam omissam obtineant competentis Superioris, sepulcri maiorum naturam non induunt.

Si sepulcrum maiorum extra coemeterium exstruatur in loco non sacro, ad illud exstruendum Ordinarii loci licentia omnino requiri videtur.

γ) Specialis aedicula intra vel extra coemeterium ad hoc ut habeatur sepulcrum maiorum requiri non videtur; videtur autem necessarium ius exdusivum sepulturae seu tumulationis in determinato quodam loco coemeterii, saltem si agatur de novo exstruendo sepulcro maiorum; si enim agitur de sepulcro antiquo in ecclesia exstructo et deinde ad coemeterium translato, tunc nec locus specialis «•quiri videtur.

c) Ecclesia funerans sepulcri maiorum. - Si quis, sepulcrum maiorum in aliquo coemeterio possidens, non electa alibi sepultura, decesserit, in eodem sepeliendus est, si illuc commode asportari possit : aut ii quorum interest eum illuc suis expensis asportandum curent '.

Ante Codicem, etiam sepulcrum maiorum, sicut electio coemeterii determinatae paroeciae aut domus regularium, ex praesumptione iuris tunc vigente secumferebat designationem illius ecclesiae, cui pertinebat sepulcrum maiorum ut ecclesiae funerantis ex axiomate: *ubi tumulus ibi funus.* Id admittebat tunc doctrina communis et iurisprudentia S. Sedis 2. Etiam post Codicem, saltem prioribus post promulgationem annis, eandem opinionem admittebat doctrina longe communior inter auctores 3. Pariter iurisprudentia, etiam post Codicem, admisit praesumptionem contentam in principio, *ubi tumulus ibi junus,* ut constat ex hac resolutione S. Congregationis Concilii: An et quomodo ius funerandi competat Capitulo in casu? R. Negative, nisi agatur de *sepultura* legitime electa vel *gentilitia,* salva tamen in hisce casibus portione canonica respective parocho defuncti « '. Post Codicem paulatim in dubium vocari coeptum est illud principium: *ubi tumulus ibi (unus,* ut dictum est supra ob introductionem coemeteriorum civilium quae causa fuit etiam novae terminologiae a Codice adhibitae de qua supra 5. Iinmo iam ante Codicem aliqui auctores

1 Cfr· c. 138, § 3; Matthaeum u Coronata, *L* c,, 196-197.
2 Cfr. Many, *l.* c., 1G6. 3.
3 (fr. c. 1209, 5 1; Rossi. */. r..* pag. 12".
4 C. 1209, ? 1: Rossi, Z. c., 63, pag. 120-121.
5 Ce. 1208, § 3; 1209, § 1.
θ C. 1209, J 1; cfr. Matthaeum a Coronata, *L c.,* 198.
Cfr. Vccldottl, L c., II, § 58; OJettl, Z. c., v. *Exsequiae,* n. 2119; Pirhing, /. c., III, 2>, n. 24.
s C. 1209, 5 1; Vecchlottl, *l. e..* II. § 5S.
s Cfr. *Jctac Sanctae Sedis,* vol. XV, 553 sq.; S. C. Coneil.. 2 Xυv. 1801; n Aug. 1871; 17 Evbruar. 1900; 17 lunli 1905; Mocchcgiani, *l.* c., II. Jl!>1 sq Many, /. r.. jog

1 C. 1229, § 1. Au et quoniudo recursus parochi A diei 2 Augusti 1930 excipiendus sit in casu? S. C. Concilii respondit: « Recursum esse relcicndum et ad mentem. Mens est ut meter sepulturam gentilitiam ad tramitem can. 1229, salva fiat sepultura legitime electa ad nonnam eau. 122G, colluti cum canone 1228 ·. J. XXV. 373. Cfr. etiam S. (\ (ïm· •ilii 9 Iulii 1921. J. J. 6'.. XIII. 534.
2 Hoc fuisse ius vetus ante Codicem vigens, nemo, quod noverim, unquam negavit.
3 Cfr. Cocchi, in *Palestra del clero,* VI, (1927) p. 119; M. a Coronata, *Dc locis et temporibus Meris,* 202; Venneersch-Creusen, *Epitome iuris canonici,* in prima editione, II, n. 538, aliter ac in 2, ubi II, 485, mutavit opinionem.
1 S. C. Concilii 9 Iulii 1921, *A. A. S., XIII. 531.*
3 Cfr. quae supra n. 798 diximus.

novd mu ₩; iiptuuisso vidtuiui introductioni) «liniinclioms /«•«s· *Ituiiuhdiouh,* <(uo<l et ius sepulturae aut nus funerandi appellabant, a simplici *hire Imituli.* «Simplex ius tumuli erat ius in determinato loro sepeliendi seu inhumandi cadaver alicuius determinatae familiae, postquam exsequiarum ordo in propria ecclesia iuxta ius commune expictus erat. Ius simplex tumuli considerabatur quasi sepulcrum maiorum dimidiatum, quia non comprehendebat ius fimus faciendi in ecclesia sepulcri maiorum 1. Ad simplex ius tumuli, in oppositionem, «ad ius tumulationis, quod ius funerandi seu funus faciendi includebat, novissime declaravit Commissio Interpres restringi ius sepulcri maiorum quatenus in Codice retentum est. Proposito enim dubio: ı An ad normam canonis 1216, § 1. colluti cum canone 1226, § 1. sepulcrum maiorum in aliqua ecclesia constitutum habendum sit post Codicem tamquam legitima electio ecclesiae funerantis , Commissio Interpres respondit: Negative»2. Atque ita longa disputatio finem habet in qua et nos aliam opinionem sequuli fueramus, freti praesertim principio · In dubio num aliquod canonum praescriptum cum retere iure discrepet, a veteri iure non est recedendum Remanet quaestio utrum responsum Commissioms vim habeat etiam pro sepulcris iam erectis ante Codicem, de qua re aliqui dubitant4.

Etiam infantes non obstante e. 1209, § 3 sepeliri possunt in sepulcro maiorum ·.

Confirmatur vetus regul i qua sepultura electiva praevalet sepulcro maiorum. sepulcrum vero maiorum coemeterio paroeciali G.

Nomine sepulcri maiorum in canone intelligitur quaevis sepulcri maiorum species attamen plura si sint personae defunctae sepulcra maiorum, defuncti familia aut heredes locum sepulturae deligant 8 inter varia sepulcra; quo etiam finem habent disputationes antiquorum de praecedentia unius sepulcri prae aliis 9.

Pro uxore attenditur sepulcrum viri, et, si plures habuerit, sepulcrum ultimi10; ut quos eoniunxit unum coniugiiun, coniungat unum sepulcrum, quia una caro sunt, et quos Dens eoniunxit, homo non separet n.

Si uxor longe a sepulcro viri mortua sit. illuc deferenda est, si id suis expensis curent ii quorum interest12.

Cum uxor possit sibi libere eligere sepulturam, si elegerit, in ea sepelienda est n; si tamen non elegerit, sepulcrum viri praevalet si sit sepulcrum maiorum, sed etiam si sit electivum, ita ut si uxor viro praemoriatur et vir velit

1 VccchlotU Sept.. *Instiluttoncs canontear* «L 19, Angusta»· Taurin-. § 58; Many, *Pro,· b/linur.t de* Ζλ/-Γλ fwj'vis. Parisite, n. 1G1 ; M. ‹i Coronata, *De locis cl tcmvorilrus sftcris* 201

2 *A. A.* .S'., XXXVIII. 162.

3 C. C, n. 4.

' Cfr. Schoennwrcr. In *Periodica,* XXXV. (194G) 191 gqg.

‹'.Perraris, I. c., v. *ScpitHuro.* n. 15; Many. */. c.,* 16", 5; An?iwfin<% *I. r..* Vf. 133.

0 Many, *l. c.,* 102.

~ Cfr. c. 1229. 5 ».

3 Ibidem.

.8 Cfr. Many, *I.* ‹·.. 1G7.

10 C. 1229. 5 2.

n C. 2. C. 13, QU. 2

0. 1218, $ 3.

in aliquo cooiiictvii" cam sepelito, id possit dummodo ibi ei iam ipscsiln sepnl-turniii eligatl; immo sunt qui idem alllrmanl de domicilii viri sepulcro2.

Regula igitur a canone statuta valet coi to pro sepulcro maiorum et ele riivo viri in concursu cum sepulcio maiorum uxoris; non vero in concursu se-pulcri electi uxoris cum electo aut maiorum viri; nec item sepulcri maiorum uxoris cum sepulcro non electo nec maiorum viri 3.

luxtu quosdam etiam maritus, si ipso nec elegerit nec sepulcrum habeat, sepeliendus est in sepulcro uxoris seu ab uxore electo aut eins maiorum 4.

Mulier seu uxor legitime a viro separata non sepelitur jn sepulcro viri 5.*

803. — III. De ministro funerum. - 1° Principium generale. - Is generaliin debel esse minister fnnermn eni cura ecclesiae fnne-nnitis 'commissa est.

Huic tamen principio, ut ex sequentibus patebit, non paucae fiunt ex-ceptiones et varii generis. Quandoque enim, et hoc fit generatim, uni personae totum fumis committitur '·; quandoque funus committitur faciendum personae quae non est rector ecclesiae funerantis 7; quandoque ipsum fimus a variis peragitur ministris8. Quotiens tamen aliud non probatur principium valet: unicus est minister principalis funerum isque est rector ecclesiae tumulantis. At ex mox dicendis cum principium, tum exceptiones melius patebunt. Gene-ratiia is qui ius habet faciendi funus habet etiam officium, nisi gravi necessi-tati excusetur 910

804. — 2° **Pro sepeliendis in propria paroecia. -** *a)* Proprius defuncti parochus non solum ius sed etiam officium habet, **excepto** gravi necessitatis casu, levandi per se vel per alium cadaver, illud comitandi ad suam ecclesiam paroecialem ibique exsequias persol-vendi. Is autem hic intellegitur parochus esse proprius qui sit simul parochus ecclesiae funerantis, aliis etiam parochis propriis exclusis, si plores defunctus paroecias proprias habuerit t0.

In hoc igitur casu principium generale supra positum tota sua amplitu-dine verum est et applicatur. Ad hoc autem parochus ex officio, seu ex iustitia tenetur excepto casu gravis necessitatis. Qui vero alicui territorio praeficitur

1 Reiffcnstucl, *l. c.,* III, 28, n. 23; Ferreros, *Le. confraternité,* η. *267; *Monitore er-faiulico,* v. XV, pag. 378.

2 Cfr. Reiffcnstucl, Z. *c.,* III, 28, n. *22;* Matthaeum a Coronata, *l. c.,* 203; Torrubiaim Hipell, *l.* c., II, 962.

3 Circa hoc ultimum cfr. tamen notam praecedentem.

4 Reiffenstuel, *l. c.,* III, 28. n. 21-25; Ferraris. Z. c., v. *Sepultura.* 82: Cocchi, Z. c., n. GO, Pag. 111.

' Rossi, Z. c,, 65, 2. e. pag. Many, /. 16S.· 2.

' Cfr. cc. 1230, § 1 et 2.

' Cfr. c. 1230. § j.

* C. 1230, § 3.

J *C.* 1230, § 3; cfr. Augustino, Z. c., VI. 135, de consuetudine non levandi cadaver ox rumla distantia ab ecclesia.

10 C. 1230. § i.

sine vero benelicio ad id teneri videtur ex obedientia: si nec ollieiuiu stricif dictum habeatur solum ex caritate haec praestare tenetur.

Potest parochus etiam per *alium* suo munere in Ime re fungi: alius autem debet esse nisi forte, presbyteris delicientibus, de Ordinarii liccntfo. quandoque delegari debeat Diaconus

Λ) Si mors accident in loco alienae paroeciae, et cadat er ad ecclesiam propriae paroeciae commode asportari possit, parochi proprii est. praemonito parocho loci, illud levare, comitari ad suam ecclesiam ibique exsequias peragere 2*

Parochus proprius intellegendils est parochus ecclesiae seu paroeciae funerantis 3.

Codex loquitur solum de casu quo defunctus commode ad suam ecclesiam asportari possit ; at idem prorsus valere videtur de defuncto qui nequit quidem asportari commode, de facto tamen asportatur ad suam paroeciam vi

Si non deferatur defunctus in propriam paroeciam ex incommodo itinere ad nonnam iuris. tunc, ut patet, minister funerum erit parochus loci defunctionis.

805. — 3° Pro sepeliendis iis qui iure speciali gaudent. - ‹t) Pro R. Pontifice. - Ministri funerum Romani Pontificis sunt Cardinales sive intra sive extra Urbem eum mori contigerit 5.*

b) Pro Cardinalibus. - Minister funerum Cardinalium in Urbe defunctorum est Decanus Sacri Collegii, nisi alium R. Pontifex designaverit. Corpus tamen levat parochus proprius °.

Pro Cardinalibus, etiam non Episcopis 7. extra Urbem decedentibus, in civitate aliqua episcopali ministri funeris, iuxta ordinem praecedentiae, siuit dignitates et canonici ecclesiae cathedralis 8; quod valere putamus etsi Cardinalis sepulcrum maiorum habet aut aliam funeris ecclesiam elegerit °.

Si extra Urbem moriantur et extra civitatem episcopalem, minister funerum erit rector ecclesiae funerantis, quae est insignior loci 10.

1 Cfr. S. R. C., 14 Aug. 1858; *auth.* 307 L ad IT: Augustine, *l. c.,* IV, 565.
2 C. 1230, 5 2.
* Cfr. cc. 1210, 5 1: 1218.
1 Antnnioli. · *be rc funeraria* I *itecondo il Codice di dirilto canonico,* Bergamo, 1919, p. 32; Russi, *L* c.. n. 78, 3, c. pair. 151; Fcrrercs* *ingiitutiones,* II, 161; re» tamen difficultate non ruret quia Codex loquitur ooluiu de iis qui commode asportari possunt; obstare etiam videtur analogia û. 1232, δ 2. Quaestionem solvant sapientlates; Iu dubio tamen otHciuiu parocho certo modo imponi nequit, licet ei ius forte agnoscatur; cfr. Rossi, 7. r., pag. 151. nota.
G Cfr. Constit. ‹ Fucante *Sede* » n. 20 ad calcula Codicis; *Moiu proprio* Pii XI. I Mari. PJJ2. J. J. s.. Xiv. 115.
0 Cfr. Wernz, 7. ‹*., III. 775; Matthaeum a Coronata. 7. c., 2iJ(L
7 Cfr. Blat, *I.* ‹·.. n. 88, pacr. 1‘›3.
3 C. 1230. δ 6 et 397, n. 3.
9 Cfr. S. 11. C., 20 Nov. 1903, *UrcreL anih.* 1119, ad 1; Ojctti, 7. c., v. *Ersrquiuc.* n. 2155.
10 Cfr. tamen decretum S. R. Cong. in notu antecedenti citatum, quo Episcopo lus ecclesiam designandi concedi videtur et dignitatibus canoniclsvc ius ministro fungendi etiam in hoc casu.

c) Pro Episcopis. - Minister funerum Episcoporum leaidentialiiiui in aliqua civitate episcopali defunctorum sunt dignitates et canonici cathedralis

Pro Episcopis litularibus ius commune fidelium laicorurn valet, nisi sepulturam elegerint, quo tamen casu cadaver levat parochus proprius ad normam iuris communis ordinarii z.

Episcopi etiam residentialeK in Urbe decedentes Episcopis titularibus aequiparantur, nisi forte ii quorum interest ad suam ecclesiam eos deferendo curent.

Si Episcopi residentiales moriantur extra civitatem episcopalem^ ministro funerum fungetur rector ecclesiae dignioris in loco exstantis, nisi forte inde defunctus ad ecclesiam cathedralem deferatur.

Episcopis residentialibus aequiparantur Praelati et Abbates *nullius*[14]

Circa funera Episcoporum et Praelatorum *nullius*. speciales servandae sunt normae expositionem cadaveris respicientes '.

d) Pro beneficiariis residentialibus. - Minister funerum beneficiariorum residentialium est rector ecclesiae beneficii, nisi beneficiarii sepulturam elegerint. Corpus autem levare semper ad parochum proprium beneficiarii defuncti pertinet 5.

Pro canonicis, etiam honorariis et aliis beneficiariis capitularibus, mi' nisin) fungetur Capitulum, nisi aliud ferat indultum apostolicum aut legitima conventio ab Ordinario loci probata6.

Possunt tamen etiam canonici habere sepulturam electam et time coipus levat parochus proprius, funus agit rector ecclesiae funerantis 7.

Parochi funus agit rector paroeciae vacantis, qui de iure communi est priinus Vicarius cooperator; in defectu autem cooperatorum parochus vicinior, nisi aliud ius particulare statuerit 8.

1 C. 1230, § 6; 379, u. 3; quod valere putamus etsi sepulturam electivum habeant aut ipulcruiu maiorum. Do facto tamen funera Episcopi defuncti generatim facit aliquis Epi-■copns vicinior; cfr. Haring, *l. c.,* pag. 577, nota 2.

: Cfr. S. C. Concil., 23 lunii 1832 apud Vccchiotti, *l. c.,* 11, § 59, 3' pag. 143; TMuny. *L* c., 175; Rossi, *l. c.,* 86, pag. 161. *XB. bis,* assignat funera Episcopi titularis in civitate sliqiia episcopali decedentis extra suum domicilium, non parocho loci decessus, sed dignitatibus et canonicis ad normam c. 1230, § 6.

3 C. 215, § 2; Rossi, *l. c.,* 86, pag. 165.

4 Cfr. *Caeremoniale Eyiscoyoruni,* lib. II, cap. 38, u. 11 sq.; S. R. C., 3 April. 1891, *Decret.* 3822; supra n. 772, pag. 71.

ὐ Ad normam cc. 1216 et 1218; 1230, § 1; cfr. Many, *l. c.,* 202, 3.

" C. 415, § 1, n. 3; et ita finem habent quaestiones agitatae ante Codicem; cfr. Many. *l-* c., 177. Quae norma a c. 415, § 1, n. 3 statuta valere videtur pro omnibus Capitulis. De canonicis honorariis cfr. supra n. 800 resolutionem S. C. Concilii, 9 Decembris 1939.

7 C. 1230, § 3; cfr. tamen etiam § *1.

4 Cfr. c. 172, n. 2; Rossi, *l. c.,* 86, pag. 165-167; Cocchi, Z. c., 62, pag. II i; cfr. etiam c. 117 una cum *Monitore ecclesiastico,* vol. 29. pag. 429-130 in nota; Schrattcnbolzer, in *Theo· lisck-praktischc Qunrtalschrifl,* vol. 77. 1924. pag. 125-428; Cocchi. in *Palestra del clero,* VII. 1938, pag. 116-117.

Pro religiosis. - Generale principium quo ecclesiae funerantis rector ministro funerum fungitur totam suam vim obtinet pro rrligiosis. Proinde si agitur de religiosis, uovitiis, postulantibus et famulis in ecclesia religiosorum sepeliendis, minister funerum exclusive erit rector ecclesiae seu Superior religiosus : pro religionibus tamen laicalibus cappellanus domus *.

Etsi novitii aliam elegerint sepulturam, cadaver tamen levat .Superior; idem dicito do famulis si intra domum moriantur s.

lîeligiosas et novitias, iu religiosa domo defunctas, ad clausurae limen deferant aliae religiosae; indeque, si de religiosis agatur jurisdictioni parochi non obnoxiis, ad propriam religiosae domus ecclesiam vel oratorium deducit et exsequias peragit cappellanus; si de aliis religiosis a parocho non exemptis, parochus paroeciae in qua est domus religiosa; quod vero ad religiosas attinet extra domum defunctas, serventur generalia canonum praescripta 3. Moniales suut exemptae a parochi iurisdictioue ideo eas funerare ad cappellanum, non ad parochum spectat i Quod valere censemus etiam, de illis monialibus quae vota non emittunt sollemnia et quae plene Ordinario loci sunt subiectae5.

Ultima clausula huius paragraph! non videtur referri ad religiosas exemptas, quae proinde, etiam si extra domum defunctae sint, ad suam ecclesiam sunt deferendae et proinde etiam funera fient ab canini cappellano °.

Nota autem ministrum funerum esse cappellanum, non confessarium

l Ita Fuufani, *l. c.,* u. 97; Ureusen, *l. c.,* 91, pug. 59; Rossi, *l. c.,* n. 87, pag. 167; Bastien, *Directoire canonique3,* ŋ. 371-376; contra Leitner, *llandbuch,* pag. 317, V; Jansen, *l. c.,* pag. 80; Balines, pag. 207, nota 3; Clælodi, *ius de personis,* 259, nota 2, pag. 301.

Cfr. dv hac quaestione etiam P. Clemente Carmignani, in *Palestra del clero,* VI, 1927, pag. 130-131. Quodsl ibidem Mancini, in *Palestra del rlero,* VI, 1927, pag. 187. dicit *(diquos canvnistn»* ob nimium zelum ad privikgia tuenda religiosorum verba canonis 1221, *professi religiosi* ac *nociti!* referre ad omnes religiones virorum, non exclusis laicalibus, addens *illos canonistas couomin.* non considerare in suo complexu, possent iidein canonistae contra cundciu Mancini retorquere argumentum dicendo nempe Mancini ob nimium zelum tuendi ima parochorum ad c. 1221 referre c. 1217. *Dubium* qùipi>e, de quo in c. 1217, certe exsistere nequit circa voces *professi religiosi ac noritii,* praesertim si canon 1221, 5 1, comparetur cum c. 1230, i 5. Quando Codex comprehendere intendit solos viros religionis clericalis, id clare exprimit ut videri potest ex c. 51 i, § 1, ct si religiones virorum laicalcs iure religiosarum regerentur facile erat id declarare in c. 1230, 5 5. Codex igitur loquens de religiosis professis sine distinctione intellegendus est de omnibus religiosis viris et nonnisi restringendo legis verba, quod officium est legislatoris, excludi possunt religiones laicalcs virorum. Nec ulla habetur absurdities si vox *Superior religiosus* pro religionibus virorum laicalibus referatur ad cappellanum legitime constitutum; etenim etiam in iis quae ad sacerdotale ministerium pertinent, pro huiusrnodi religionibus aliquo saltem sensu vocari potest Superior religiosus; aut si aliqua extensio vocis in hoc casu habeatur, ea est necessaria ad canonein 1221 in suo complexu rite intellegendum. — Fanfani, *De iure parochorum,* n. 333, denegat Superiori religioso ius levandi cadaver religiosi extra domum defuncti; contra c. 1221, 5 l *semper perlinet ad Superiorem.*

' C. 1221, *i* 1 et 3; cfr. Matthaeum a Coronata, *l. c.*. 212, 5-6.

C. 1230, J 5.

C. I. 31 lanuarii 1942, J. J. -S., XXXIV, p. 50.

Cfr. *Periodica,* XXXI, (1942) p. 196 sq.

Rossi, *l. c.,* 55, 5, *u,* pag. 100-101; Creusen, *l. c.,* 91, 3; concordat ius vetus; cfr. Many, !▮ e., 136; contra plures; cfr. Augustine, VI, 137-138; ubi tamen reservat domui religiosae ius transferendi cadaver ad domum et religiosae extra dumum decedenti ius st pulcri maiorum, dum ei c contra negat ius eligendi eccl< -lum.

III, 778; paulo aliter Augustine, *l. c.,* VI. 137, Tlic chaplain or confessor ·.

Ile cadaveris translatione ad ecclesiam, funere ac depositione.

Si agatur do religione clausurae episcopalis tanta severitas, nisi id praecipiatur ab Ordinario loci, qua ingressus sacerdotis ad levationem cadaveris prohibetur, non videtur do necessitate Servanda, immo si alicubi consuetudo vigeat permittendi ingressum etiam in domum clausurae papulis, id tolerari poterit ab Ordinario *.

/) Pro mortuis in hospitali et seminario. - Generale principium pro his omnimodam applicationem habet; erit proinde rector ecclesiae funerantis.

806. — 1° Pro sepeliendis in sepultura electa. - Principium generale de ministro funerum in his generatim non verificatur, et exceptiones non paucas patitur, ut ex mox dicendis apparebit.

Si ecclesia electa sit regularis aliave exempta a iurisdictioue parochi, parochus, sub cruce ecclesiae tumulantis, cadaver levat ac deducit ad ecclesiam; sed exsequias rector ecclesiae celebrat 2.

Id generatim servandum est quotiens agitur de ecclesia electa quae non sit propriae defuncti paroeciae ecclesia, uti supra explicavimus ubi de ecclesia funerante sepulturae electivae.

Inanio id servandum est etiam in casu quo defunctus ad ecclesiam electam ex gravi obstante causa 3 asportari nequeat, sed directe ad coemeterium asportetur; time enim cadaver eodem modo parochus proprius levabit sub cruce electae ecclesiae 4; illud ducet usque ad ianuam coemeterii; ibi directionem associationis sumet rector ecclesiae funerantis et cetera peraget5.

Horam praefinire levandi cadaver salvo meliori indicio, ad parochum pertinere videtur, qui tamen non proprio arbitrio in hoc procedere debet, sed de consensu familiae aut heredum defuncti, necnon ecclesiae funerantis.

Si parochus hora a se praefinita aut acceptata ad levandum cadaver non venerit, tunc rector ecclesiae funerantis, postquam per tempus discretum, quod non protrahitur certe ultra unam horam, cadaver ipse per sc levare potest et ad ecclesiam ducere °.

Si vero ecclesia funeris non sit exempta a iurisdictioue parochi, celebratio exsequiarum, salvo peculiari privilegio, pertinet non ad rectorem ecclesiae funerantis, sed ad parochum in cuius territorio ecclesia sita est, dummodo defunctus parocho subiectus fuerit 7.

1 Cfr. S. C. EE. et RK , 21 April 1903; Bustieu, *I. c.,* n. 378. pag. 210, nota 2.

2 C. 1230, § 3.

3 Cfr. c. 1215.

4 Nisi interveniat Capitulum, quia in casu crux Capituli cuilibet alii praecedit; S S3 Dee. 1606, *Decret, auth.* 1917.

5 S. C. EE. et RR., 25 lui. 1902; cfr. Many, *l. c.t* 210; Ojotti, Z. *c., v. Exsequiae,* 2153; Mrittliaeiun a Coronata, Z. c., 237; Dc Amicis, *II ccrcmanidlc wmplclo,* tom. II, 82, 1; *Actaei Dctrrla Concilii Autericac,* n. 467.

ù Cïr. S. C. EE. et RR., 9 Aug. 1748, Bizzani, pag. 370; ex qua cauta ius alsuluttin paroçhi horam detiuiendi non vitietur agnosci, eique solum horae quadrantis ixî-p.ictr.tio c< n·ceditur, Cfr. etiam Many, Z. r., 193; Ferraris, Z. *c.,* v. *Cadavrrc,* n. 10; Matthaeum a Coronata, *l.* c. 225: Augustine, Z. c., VI, 135-136.

7 E. 1230, 5 1.

Si defunctus parocho non fuerit subiectus ratione domicilii aut quasi-domicilii, minister funerum erit rector ecclesiae funerantis.

At. quod probe hic notandum est, etiam in casu quo minister funerum sit parochus proprius in ecclesia non paroeciali sibi subdita, emolumenta tamen, excepta portione paroeciali quae parocho provenit, rectori ecclesiae funerantis cedunt *

Si cadaver mittatur ad locum ubi nec defunctus propriam paroeciam habebat, nec ecclesia funeris legitime fuerat electa, ius levandi cadaver, peragendi exsequias, si peragendae sint, et cadaver ad sepulturam ducendi, pertinet ad ecclesiam cathedralem eiusdem lori, quae si desit, ad ecclesiam paroeciae in qua coemeterium situm est. nisi aliud ferant loci consuetudo aut dioecesana statuta 1.

Disputant auctores de vi iuridica huius paragraph! 7 c. 1230, quia Codex designationem ecclesiae funerantis et ministri funerum in praecedentibus canonibus et paragraphes ita definivit ut vix casus inveniri possit pro quo nonna bene definita non habeatur. Et re quidem vera pro casibus ordinariis rem definiunt cc. 12'6-1218 et 1230, § 1. 2; pro casibus iure speciali rectis ce. 1219-1222 et 1230, § 5 et 6; pro casibus sepulturae electae cc. 1223-1228 et 1230, § 3 et 4, et quidem bene designando er ecclesiam funeris et funeris ministrum, inde difficile est casum conficere qui allatis seu indicatis canonibus comprehensus non sit.

Aliqui hanc paragraphum referunt ad casum defuncti extra propriam paroeciam in longiquis unde non possit ad suam transferri paroeciam sine gravi incommodo 3. Verum Codex aliter resolvendum hunc casum statuit c. 1218, § 1. ecclesiae locus decessus reservans ius funerandi in casu. Alii paragraphum hanc referunt ad casum quo alicuius cadaver de facto mittatur ad locum ubi defunctus nec domicilium nec qiiasi-domicilimn habebat, nec sibi ecclesiam funeris elegerat, sed vel elegerat simpliciter sepulturam vel nec locum sepulturae sed dlue sepeliendi causa deferre eum curent ii quorum interest 4. At etiam ista interpretatio in sua generalitate qua eam enuntiavimus non videtur admittenda. Codex enim determinat quando cadaver defuncti transferri possit a loco decessus in alium locum 5, nempe casum defuncti extra propriam paroeciam can. 1218; casum electae sepulturae in c. 1228; et casum sepulcri maiorum in c. 122'». et in omnibus his casibus ad normam cc. 1216. 1218 et 1230, § 1, 2 ius faciendi funus proprio parocho spectare statuit: et si defunctus ad propriam paroeciam asportari nequeat et non deferatur ius funerandi agnoscit parocho loci decessus.

Dicemus proinde paragraphum hanc 7 c. 1230 vim habere solum mod·» suppletivam. ut insinuare videtur ipsa eius redactio. qua declaratur per ipsam

1 Cfr. Many. *f.* c., 20·). 4; Vecchiotti. i. c., II, $ 60.
' C. 1230, § 7.
4 Ita Rossi, *l. c.*. 55. S. p. 101-105 ex n-solutioue data 25 lunii 1805 a s. C. Concilii.
1 Ita Daruianiu Λ. M. in *II Monitore ccclcsi'Uiico,* vol. 10 (1937) p. 215.
Cc. 121R. 1228. 1220.

I ><· cih Iîivit îh 11im-dal imir ad erelc-siam, funeri ne depositione.

tlitri horinuii) solummodo pio casibus quibit translatio cadaveris liat in aliquem locum non propriae paroeciae et quibus nulla ex datis a Codice regula applicability sil, itemque nullum ius particulare vigeat.

Casus igitur cui refertur illa paragraphus hic efcsp videtur: si qtris moriatur extra territorium cuiusvis paroeciae et eius cadaver mittatur in locum ubi sunt pliires paroeciae quae eodem coemeterio legitimo utuntur, ut accidere facile solet in modernis civitatibus. Casus autem quo quia moriatur extra locum cuiusvis paroeciae verilicari potest: si quis moriatur in mari, durante aliquo itinere; si quis moriatur in aëroplano pariter in itinere longe a domicilio et a quasi-domicilio nec ad propriam paroeciam cius cadaver mittatur; si quis moriatur in curribus viae ferreae '; si quis moriatur in loco ubi paroeciae aut quasi-paroeciae nondum erectae sunt. In his casibus ius funus faciendi, in loco quo cadaver pro sepultura delatum est, primo ad ecclesiam et parochum quem forte definierit consuetudo in loco vigens, spectat. Potest autem consuetudo rem ita definire ut parentibus aut iis quorum interest ius agnoscatur eligendi in casu ecclesiam funerantem 1. Consuetudini particulari aequiperatur statutum particulare in loco vigens, quod statutum potest etiam consuetudinem interpretari aut eam abrogare 3. Si nec consuetudo nec statuta in loco vigentia quid statuant tunc ius funeris, in recensitis aut similibus casibus, pertinet ad ecclesiam cathedraleni et, si desit ecclesia cathedralis, ad ecclesiam paroeciae in qua coemeterium situm est. Ex quibus patet limites paragraph! 7 de qua agimus arctissimos esse, utpote qui contineant normam omnino suppletivam, tunc solum adhibendam, cum nulla ex praecedentibus iuris sanctionibus in casu applieabilis est. potissimum cum parochus defuncti proprius nec adest, nec potest iiis suum exercere4.

807. — 5° **De tumulatione eiusque ministro.** - α) Expletis in ecclesia exsequiis, cadaver tumulandum est ad normam librorum liturgicomm in coemeterio ecclesiae, nisi defunctus alium sepulturae locum legitime elegerit aut sepulcrum maiorum habeat in loco extra coemeterium. aut in coemeterio distincto a coemeterio ecclesiae funerantis 5.

Haec paragraphus quae a quibusdam modernioribus canonistis affertur ut eversiva iuris veteris et principii *ubi tumulus ibi fumis,* confirmare potius ridetur ius vetus quo. nisi contrarium probetur, ius tumulationis et ius funeris

1 De hoc casu habetur resolutio S. Congregationis Concilii. 4 Iulii 1936. Proposito enim dubio: » An recursus parochi S. C... contra decretum Curiae V... diei 8 Novembris 1935 admittendus eit in casu ». S. Congregatio respondit: « Negative seu recursum esse reiiciendum . A.'ebatur autem do recursu facto a parocho contra decretum Curiae quo ius funerandi defunctos in via ferrea ad civitatem, in qua duae erant paroeciae, deductos, aequo iure ambobus uarochis agnoscebatur, non estante ulla consuetudine de qua in can. 1230, § 7. *A.* **J.** 6'.. XXIX. 474; cfr. *Nouvelle /'erue thfoUwique,* vol. 65, (1938) 34 4. Eundem casum aliter resolverat Darmanin, in *II JIouitore ecclesiastico,* vol. 19, (1937). 244 sqs.

2 Cfr. supra in nota, resolutionem in hoc sensu S. C. Concilii I Iulii 1936. contra veto Hannanin in *l. c.*

3 Ita Darmanin. /. c.. p. 249.

4 Cfr. S. C. Concilii 12-20 Novembris 1927.

5 Ce. 1231. (I et 1228, 1229.

eoiiinncia Osse debent praesumptione imis. Qu,:e taincn prac.-umpi iu, ni uiijjj iam diximus. elidi potest expressa voluntate definiet i nui «ti.im lego vel cousin·-tudiiie particula»i contraria.

b) Qui exsequias in ecclesia peregit, non solum ius, sed eiiam otlicium habet, excepto gravi necessitatis casu, comitandi per se vel l»er alium sacerdotem cadaver ad locum sepulturae

Nequit igitur id prohila-rc Ordinarius ius tumulandi oxclmive commit j tens coemeterii cappellano

Sacerdos qui cadaver comitatur ad ecclesiam funeris aut ad locum sepulturae, libere transire poterit, cum stola quoque et cruce elevata, per territorium alius paroeciae vel dioecesis, etiam sine parochi vel Ordinarii licentia.

Si tamen cadaver tumulandum sit in coemeterio ad quod commode asportari nequeat, parochus vel rector ecclesiae funeris nequit sibi vindicare ius illud comitandi extra tines civitatis vel loci 1*

Otlicium de quo in c. 1231, § 2, licet de se grave, certe non extenditur ultro terminos c. 1232, § 2. nec etiam intra locum aut civitatem ultra terminos ;d» Ordinario statutos ad normam c. 1218, § 2; ius vero comitandi cum stola er cruce elevata extendi videtur semper ad locum proprii coemeterii intra fines loci ct civitatis, licet per accidens quandoque iste terminus sit ultra termi-num itineris commodi ad normam c. 1218, § 2 ‘.

Nec etiam ultra locum aut civitatem prohibetur minister fimus associare sine cruce aut stola.

Hunc transitum cum cruce et stola per territorium alienae paroeciae iam auctores et jurisprudentia permittebant ante Codicem5; verum geucratim, praesertim si ageretur de regularibus sodalibus deducendis, requirebant ut id *sine pompa* fieret. Codex de hac odiosa restrictione nullibi amplius loquitur, quam oh rem eam abrogatam de iure vigente putamus; quod eeteroquin praxi moderniori conformius erat67

Crux in funeribus unica deferenda est ct quidem ecclesiae funerantis nisi Capitulum interveniat; admittitur tamen ex consuetudine contraria plurium crucium delatio

Sacerdos funus comitans stolam et superpelliceum induere debet; admitti tamen potest consuetudo induendi solam stolam *

1 α 1231, J 2.
NM* Augustine. *L c.*· V, lio.
3 C. 1832. § 1-2.
1 Augustine, Z. ft. VI. 1 IO.
3 Cfr. Many. L c.. 188, 8.
” Cfr. Matthaeum a Coronata. *I.* ft. 239: itemque Haring, O/izndcfff/ft.. pa#. 575, notu 1.
7 Cfr. Many, Z. ft. 188. ô; S. C. Concilii. 29 Febr. 1896; Benedictus XIV. *hiulihiliime**. 51. iu 27. Plura apud Matthaeum a Coronata, Z. r., 227.
s (*fr. Augustino. Z. ft. Vf, pag. lio, ia nota C2.

Minister funeris Htolam dolet re debid clsi iimeii Capitulum interveniat·, ubi minister funeris sit vicarius Capituli el inter eanonicoK incedat. Dignior autem do Capitulo et ipse stolam una cum pluviali defert et Capitulum eatbedrale super parochum praecedentiam habet ’.

Etiam cappollanis conlfatciuitatum funeri inten enient ibu> ius <>i ii cedendi cum stola, saltem ubi ea viget consuetudo[12]

808, - 0° De ipsa funebri associatione. - </) Quis quos invitare possit. - Neqnit parochus, sine insta et gravi causa ah Ordinario probata, excludere clericos saeculares, religiosos ac pia sodalitia quae familia vel heredes advocare velint ad deducendum cadaver ad ecclesiam funeris et ad sepulturam et assistendum funeri: clerici tamen ipsi ecclesiae addieti a familia vel heredibus prae aliis omnibus invitari debent ’.

Hic canon ius vetus refert multis decisionibus iam ante Codicem definitum ‘.

Ad aliquem de utroque dero excludendum parochus tenetur prius adire Ordinarium et ab eo probatam iustam et gravem causam habere.

Nec ius est Ordinario decreta synodalia promulgare, quibus sodalitiis seu associationibus fidelium in personam moralem erectis[5]* et regularibus a familia vel heredibus saltem implicite invitatis prohibeatur funera associare ®.

Membra sodalitatum possunt vocari ad funus, etsi non est invitatum Capitillum [7]8

Nec invitatio facienda est a familia per parochum aut saltem de eius consilio aut eo praemonito, sed directe a familia aut heredibus [s].

Possunt invitari regulares numero maiore quam sacerdotes sacculares ‹

Itemque possunt regulares ante saeculares sacerdotes invitari[10].

Ultima clausula canonis de invitatione cleri ecclesiae addicti prae *amnibus aliis,* non est strictum praeceptum, sed opportuna monitio data heredibus aut familiae defunctill.

Nota etiam Codicem non dicere *clerici omnes ecclesiae* addicti invitari

I Cfr. S. R. C’., 23 April. 1895, *Decret, auth.* 3851; S. C. C., 30 luiûl 191G; contra FeihK^ *Institutiones,* II, 158, δ; itemque Antonioli, Z. *c.,* pag. 39, in nota.

▮ Cfr. Matthaeum a Coronata, Z. *c.,* 226, 5.

3 C. 1233, § 1.

4 Ita Augustine, Z. c., VI, 112.

3 Cfr. ce. 702, § 2, 706, 707.

' S. C. EE. et Hit, Nov. 1713, Bizzarri, Z. c., 301: 13 Mart. 17-11, Bizzarri, Z. c.. 363; S. R. C., 18 Aug. 1629, *Decret, auth.* 516; 22 April. 1G33, *Decret, auth.* G0-1; 14 lanuar. 16-19, *iJecrtl. auth.* 696; 7 Dec. 1611, *Decret, auth.* 781.

’ S. R. C., 8 lunii 1630, *Decret, auth.* 533.

§ S. C. EE. et RR., 16 Dec. 1729, Bizzarri, Z. c., 310.

' s, C. EE. et RR., 13 Mart. 1714, Bizzarri, Z. c., 363; Nov. 1713, Bizzarri, Z. *c.,* 301.

'° 3. R. C., 22 Nov. 1613, *Decret, auth.* 852.

II Itu Augustine, *l. c.,* 143; quae interpretatio recta videtur et unica vera nisi affinuan* velimus Codicem in hac re totam mutare voluisse antiquam legislationem, quod non est prohabite, etna clausulas derogatorias, quae poni solent quaiitfo ius novum introduci vult a vetere discrepans, Codex hic non habeat. Ita etiam Blat, Z. c., 91, pag. 106.

debent, sed solum *clerici* invitari dehent. quod verilieatur Hiam de partiali invitatione clericorum ecclesiae funeranti addictorum ›.

Clausula qua heredes monentur ut prae aliis clericos ecclesiae ăddicit ad funus invitent, ad omnes ĕcclesia funerantes refertur; quam ob reni ŭ ecclesia religiosorum funerans fuerit, clerici religiosi prae clericis saeeiilaril.il› vi illius monitionis invitandi sunt.

Attamen sive de ecclesia regulari, sive de sacculari et paroeciali agitur, si heredes aut parentes monito Codicis non adhaeserint, et clericos ecclesiae non addictos prae addictis invitaverint, non ideo ex hae solum causa, ius w parocho vel Superiori regulari ius ceteros ab associatione excludendi.

Quinam dicendi sint *clerici ecclesiae addicti,* non est boue iure definitum. Iam certum est ecclesiae cathedralis aut collegialis canonicos, qua tales, quamrâ ecclesia cathedralis aut collegialis sit paroecialis, non esse considerandos ui ecclesiae addictos2. Si tamen canonici ecclesiae capitularis paroecialis offici» vicarii cooperantis fungantur, tum- utique ut ecclesiae paroeciali funeranti addicti et ipsi considerandi erunt ’.

Sodalitates mulierum associationi funebri sicut nec processionibus active participare *de iure* non debent; sed si intéressé desiderent aut invitentur feretrum sequi debent.

Dico *de iure,* quia *de facto,* fere universali consuetudine, saltem in nostris regionibus, participare consueverunt et feretrum praecedere.

Si participem, earum praecedentia analogice ad praecedentiam vironiDi mensuratur; attamen semper viris praecedentiam cedere debent ⁑

b) De admittendis societatibus catholicis aut acatholicis. ·

Nunquam admittantur societates vel insignia religioni catholicae manifeste hostilia 5.

Insignia aut vexilla societatum catholicarum admitti possunt etiam intra ecclesiam; itcmque alia quae benedicta sint vel benedici possint. Benedici autem possunt insignia et vexilla quae non pertineant ad societates religioni catholicae manifeste contrarias, nec reprobata sint harum statuta, neque ipsa insignia seu vexilla aliquod emblema de se vetitum ac reprobatum prae se ferant et dummodo horum benedictio postuletur *pacifice et in favorem* seu *obsequium* religionis catholicae fi.

Attamen societates etiam catholicorum cum vexillis benedictis in habitu laicali feretrum seqni, non praecedere debent 7.

⁑ Cfr. llariiig, *(fruiulsügr...* p. 57S, nota 3.
Ita definitum est a C. I., S Aprilis 1941: · An sub verbis can. 1233. $ 1 : *clerici: insi t· filesiae addicti,* veniant etiam ecclesiae cathedralis vel coheglalls capitulare* q«in tales, *ft.* X‹ gative ·. **J.** *A. fi..* **XXXIII,** (1911) 173.

3 S. C. Concilii, 13 Iulii 1911. .1. ***J.*** *S..* XXXIV. (1912). 101-103.
Cfr. *Monitore ecclesiastico,* vol. 30, (1924), 145-14G

5 C. 1233. $ 2.

a S- R- C.. 14 Dec. 1922 et 36 Mart. 1924. Haec norma edita est prius a *Palestra del clero,* **II.** 1923, pag. 286; deinde in .4. , XVI, 171; atque ⁑ r ipsam his vetus emollitum est; cfr. Matthaeum a Coronata. I. *c.*, _ _123..et ..11. pai;. 221 in nota.
S. R. C.. **II** Mart. 1903. *Jarret, uuth.* 4109

In aliis vero processionibus vexilla societatum laicalmm sequuntur crucem proccssionalem ante clerum [7].

Quae vero sunt manifeste impia et religioni catholicae hostilia admitti proieus nequeunt et si per vim extollantur clerus recedere debet, nisi inchoata iam sit Missa, et tunc, Missa absoluta, auctoritas ecclesiastica sollemnem protestationem emittat de violata templi et sacrarum functionum sanctitate

Insignia manifeste hostilia aut impia nec super defuncti feretrum poni possunt; immo si id ipse defunctus mandaverit, nec mandatum, saltem implicite, revocaverit, funus in ecclesia peragi nequit [1].

Non prohibetur vero appositio super tumulum insignium honorificorum ct stemmatum gentilitiorum [4].

Super tumidum seu feretrum R. Pontificis triregnum; Episcopi mitra, sacerdotis biretum nigrum aut stola nigra vel violacea apponatur[5].

Appositio super feretrum imaginis defuncti ut abusus evitari debet [6].

Vexilla socialistarum, quia opinione communi religioni catholicae manifeste hostdia considerantur, in associatione funebri admitti nequeunt[7].

c) De praeside associationis. - Associantes cadaver tenentur morem gerere parocho circa ductum funeris, salvis uniuscuiusque praecedentiae iuribus [8][9]

Quod dicitur de parocho valet etiam de quolibet alio sacerdote, qui munere parochi fungitur; ut, e. g., de Superiore religioso.

Quivis autem sit praeses, ius non habet iura praecedentiae definiendi, sed solum definita servandi. Solum in casu dubii ad populi admirationem vitandam poterit hic et nunc provisorie providere, quaestione deinde remissa ad Ordinarium loci.

Hic autem est ordo praecedentiae, per summa capita, servandus: praecedunt seu potius incedunt ante omnes associationes muliebres et virorum in habitu laicali, feminae a viris separatae [11]. Sequuntur associationes fidelium in sodalitia erecta cum suis insignibus [10]; dein religiosae congregationes et ordines [11] ac demum clerus saecularis. Si interveniat Capitulum quod facere potest etiam non invitatum, citra tamen praeiudicio heredum, cum propria cruce

1 Barin, *Cutcchismo liturgico,* 1·. pag. 311.

! Cfr. S. C. S. Oilic., 23 Oct. 1887: Nov. 1899; S. R. C., 14 lulii 1887; S. Poenit I April. 1887; Bargilliat, *Praelectiones iuris canonici*31. II. n. 1420, δ; Cucclii, Z. c·.. GG Wg. 120.

3 S. C. S. Off., 2 Dee. 1810.

I Cfr. Alberti. *I. c.,* G6, IV.

° Victorius ab Appeltcrn, *Promptuarium,* I, 237.

8 3. R. C., 30 April. 1896; *Decret, auth.* 3898.

7 Vermeersch, *ï. c.,* II. 539: qui tamen suam opinionem itu icfcrt ut si alicubi ista opinio non amplius habeatur forte ct ipsa admitti possint.

8 C. 1233, § 3.

9 Ut supra dictum est, hae Societates solum de facto nou de iure admittuntur; de iure feretrum sequi deberent.

10 C. 701: adverte tamen ex iure Codicis non necessario sodales induere debere habitum ad Luendum ius praecedentiae, sed insignia sufficere, quod valet praesertim de tertiis ordinibus. Hoc valet, quoadusque aliter a Sancta Sede decidatur, attenta littera Codicis; cfr. ce. 701. 1 3 et 706. *Monitore, ecclesiastico,* vol. 3G, pag. 115-146.

II Cfr. c. 191.

intervenire debet et praecedentium habet prae parocho cui tamen his cbt cadaver aspergendi et Antiphonam *Exsultabunt* intonandi. Dignior de Capitulo in cara stolam et pluviale defert, parochus solam stolam :*

Regulares ad funus accedentes convenire prius debent in ecclesiam parceeialeiu - vel in aliam viciniorem 3; si tamen Capitulum interveniat, omnes ia ecclesiam cathedralem convenire debent !

(I) De cadaverum vectoribus. - Laici cadaver, generis aut dignitatis cuiusvis, clerici ne deferant5:*

Clericorum vero cadavera clerici laudabiliter deferunt: inline bénéficiât] cogi possunt ad defimcti Episcopi cadaver deferendum fi.

Laicorum vero corpora laici deferre debent: admittitur tamen consuetudo ea curru asportandiT.

Prohibentur viri ecclesiastici deferre fimbrias feretri in delatione cadaverina '.

809. — IV. De taxis funerum. - 1° De ipsis taxis. - a) Taxae funerales sunt fidelium contributiones sacris ministris factae occusione funerum ad necessarias expensas compensandas et ad honestam eorum sustentationem.

Auctores distinguunt inter taxas et tributa; tributa appellant praestationes quae ratione superioritatis et inferioritatis certis et determinatis tcinpÿi , ribus rabuntur; taxas vero praestationes quae pro aliquo servitio et sine ulla temporis determinatione solvuntur. Codex tamen non semper hac utitur terminologia :*

b) Taxarum exactionem severe prohibuit S. Gregorius Magnus " a. 598; liberales vero fidelium oblationes et· ipse eadem epistola permisit. Immo *Statuta ecclesiae antiqua* 1112decernunt puniendos qui oblatione funerum aut negant ecclesiae aut difficulter solvunt.

Ius decretalium exactionem admittit, abusus autem reprobat 1:.

3 Cfr. Matthaeum a Coronata, *l.* c,, 229, et 222-231.
• S. K. C., 19 Dee. 1671, *J^rrcl. auth.* 1410, ad 3; cir. Many, Z. c., 188, 3-4.
3 S. R. EE. et RR., Mart. 1711, Blzzarrl, pag· 297-298.
I S. R. C., 28 April. 1703, *DtcrcL auth.* 2112, ad 1 ct 2; 17 April. 1822, *JSecret, truth.* 2623. ad 4; cfr. etiam Piat, *L* c., IГ, pa<. 32u.
5 C. 1233, § 4.
c S. R. C., 10 Mart, 1657, *Derr. auth.* 1021; cfr. De Amicis, *l. c.,* III, 33, 3; Rossi, Z.g, pag» 71 in nota·
7 S. R. C., 5 Mart. 1870; *Deerd. auth.* 3212.
b. R. („ 22 Mart. 1862· *Decrd. auUt.* 3110, ad 15; responsum tamen videtur applicandum solum ecdeslaeticis paratis vestibus sacria; cir. cti-un De Amicis, *l. c..* II n 80.
" Cfr. D'Angelo, /z *lasse. c Ic peusioni eedrsineliche,* 1919, pag. 9; Goycncche, in *Cmnnn' larium...* VILI, 452 Jn nota.
10 C. 12, C. 13, qu. 2.
II C. 'J. C. 13. qu. 2. qni canon inscribitur concilio Carthaginiensi IV; cfr. *Cornus iuris cunnnfci".* Frlcdlicte.
12 WrriiZj /. c. III, 786.

lie ofldavorix h-imdationo nd icclcninrn, funere ;π· depositione.

810. De indice taxarum. - »t) Confectio indicis. eorum Ordinarii indicem funeralium taxarum seu olcemosynanim, si non exsistat, pro suo territorio, de consilio (’apituli cathedralis, ac, si opportunum duxerint, vicariorum foraneorum dioecesis et parochorum civitatis episcopalis, conficiant attentis legitimis consuetudinibus particularibus et omnibus personarum et locorum circumstantiis; in eoque pro diversis casibus iura singulorum moderate determinent ita ut quaelibet contentionum et scandali removeatur occasio

Obligatio Ordinarii loci gravis videtur pro locis ubi nullus hucusque viguit index taxarum.

Obligatio in indice conficiendo audiendi parochos et vicarios foraneos nulla est; maxima tamen congruentia; cum enim in indice conficiendo Ordinarius attendere debeat legitimis, etiam non immemorialibus, consuetudinibus locorumque et personarum adiunctis et iura singulorum determinare moderate pro diversis casibus, iam per se patet in re tam lubrica et tam complexa facile errari posse, si quis proprio unice fretus iudicio procedere voluerit; uuaro optime ageret Ordinarius in hac re si non solum parochorum civitatis et vicariorum foraneorum, sed etiam aliorum ecclesiarum rectcium ccnsilium petierit antequam ad definitivam iurium determinationem deveniat. Auditio Capituli cathedralis ad valerem ipsius indicis requiri videtur2.

In indice variae funerum classes determinari consueverunt inter quas possint fideles licite eligere3.

Aliter ac in c. 1507, § 1, hic nulla S. Sedis approbatio necessaria est.

Etiam religiosi exempti subsunt indici taxaram funeralium ab Ordinario loci statuto 4. Quod tamen intellegas restrictive ad funera personarum non exemptarum seu laicorum5.

b) Indicis obligatio. - a) Si in indice pluies classes enumerentur funerum, liberum est iis quorum interest classem eligere e.

/l) Districte prohibetur ne quis, sepulturae vel exsequiarum seu anniversarii mortuorum causa, quidquam exigat ultra id quod in dioecesano taxarum indice statuitur 7‡0

A Codice non vetatur quis fimus facere infra taxam; id tamen ah Or (Linario prohiberi posse videtur s.

‘ C. 1234, § i.
- Santamaria, *l. c.,* IV, 81.
3 Ferreree, *Institutiones,* II. 161.
* C. I., G Mart. 1927, *A. A. S.,* XIX. 161.
5 Rota 15 Nov. 1916; S. *Il<,manae Holae decisiones ct sententiae* a Card. Lega ed. vol. VIII. 330-341; Melo, *De exemptione regularium,* p. 73-74; Blat, *l. c.,* 92, pag. 168.
0 C. 1231, § 2. Haec libertas fidelium iure concordatario hispanico restricta est; cfr. Santamaria, L *c.,* IV, 81.
7 C. 1235, § 1.
s Cfr. Vermeersch, in *Periodica,* XVI, p. 60.

;>) Pauperes gratis omnino ac decenter funerentur et sepeliantur, cum exsequiis, secundum litnrgicas leges et dioecesana statuti, praescriptis '.

Si aliter provideri nequeat ad hoc tenentur suis impensis sacerdotes quihm in singulis casibus ius simul et ofliciuin incumbit funera faciendia.

Exsequiarum ordo completus etiam Missae celebrationem comprehendit

Poterunt tamen parochi tuto sese conformare statutis dioecesnnis circa pauperum funera X

d) Emolumenta autem funerum occasione taxata, quotiens non agatur de paupere gratis humando, cedere debent sacerdoti qui ministro fungitur funeris in ecclesia funerante. Et quidem omnia emolumenta, de iure communi illi cedunt, qui tamen ex iure item communi, non semper omnia retinere potest et sua facere ut ex mox de portione paroeciali dicendis apparebit.

Si tamen ministro funerum fungatur parochus in ecclesia non exempta sui territorii5, funeralia emolumenta non ipsi parocho, sed ecclesiae funeranti obveniant; parocho vero sola portio paroeeialis e.

811. — 3° De portione paroeciali. - «) Quid sit. - Portio paroecialis est determinata pars ex bonis ecclesiae funeranti obvenientibus occasione funerum subtracta, proprio defuncti parocho solvenda ab eadem ecclesia funerante

Vocatur etiam *quarta funerum, quarta portio. portio canonica;* distinguenda autem est a portione seu a quarta funerum episcopali quae antiquitus vigebat et erat quarta pars portionis paroeeialis Episcopo solvenda; quae iamdia abolita est ·. ·

b) Quibus et a quibus solvenda. - Salvo iure particulari, quoties fidelis non funeratur in ecclesia paroeciali propria, proprio defuncti parocho debetur portio paroecialie, excepto casu quo cadaver in ecclesiam propriae paroeciae commode asportari neqtleat

Xomine *iuris particularis* hic intellegi videntur non solum ius particulare seu locale stricto dictum, sed et et ius speciale aut singulare necnon privilegia alicui hac de re concessa. Privilegio exemptionis a quarta funerum seu a portione paroeciali solvenda gaudent complures religiosi ordines et praesertim Fratres Minores2. Usum tamen talium privilegiorum restrinxit Concilium Tridentinuni3 et pro Italia insulisque adiacentihus fere penitus abrogavit Benedictus XIII

Evidenter clausula *quoties fidelis non funeratur in ecclesia paroeciali propria* intellegenda est de funeratione legitima ad normam iuris vigentia sive ex electa sepultura sive ex sepultura in sepulcro maiorum; si enim de sepultura illegitima agatur, ecclesia funerans omnia emolumenta, exceptis expensis, restituere debet5.

Solvenda autem est portio paroeeialis *proprio dejuncti parocho,* idest parocho proprio ratione domicilii aut quasi-domicilii °. Nomine autem parochi hic venire videntur etiam Superior religiosus relate ad novitios et famidos intra domum morientes, rector Seminarii pro omnibus qui in Seminario moriuntur si alibi elegerint sepulturam.

Xon veniunt e contra nomine parochi proprii, parochi vel rectores ecclesiae electivae et sepulcri maiorum.

Si quis tamen sepulcrum maiorum habens aliam ecclesiam funerantem diversam a sepulcro maiorum elegerit, quod de iure facere potest, time, licet non stricto iure, rectori ecclesiae sepulcri maiorum aliqua pars emolumentorum solvenda ex aequitate esset

Ultima clausula *excepto casu* iuris veteris correptiva est 8.

Si quis moriens iu loco dissito ad propriam paroeciam funeris causa expensis heredum asportetur, parochus proprius legitime funera facit ° nec ulli tenetur portionem paroecialem solvere10.

Si defunctus mortuus sit in loco longinquo a sua paroecia ad quam ad normam Codicis11 commode asportari nequit, et forte illuc asportetur expensis heredum, quia ibi in alia ecclesia exempta elegit sepulturam, portio paroeeialis

1.

* C. 1235, § 2.

2 Cfr. *Rituale romanum.* tit. VI. c. L n. 1Î.

3 Rituale, ibidem, n. 7.

4 Optimus modus subvenirndi his necessitatibus videtur contineri in huc pracscriptiono quam ad exemplum afferimus: Pauperum cadavera gratis omnino sepeliantur. duabus saltem adhibitis candelis ecclesiae sumptibus, si nihil ii reliquerint, aut ita parum ut suis impensis humari non possint: applicetur Missa, et eleemosyna ^ynndalis, si celebranti libuerit, *a capsa animarum sumatur*. Synodus diocctsana lanueiuris* a. 1910, n. 611.

5 Cfr. e. Γ23Π, i I.

6 S. C. C. In *Asculana,* 29 Aug. 1733: Cfr. *Thesaurus resolutionum,* Λ>. C. C., vol. VI. pag. 163; s. C. EE. et RR.. 28 Aug. 1601, in *Landcn.* <1 contrat! debbono chiamare il parroco a cantaro le messe solenni e portare il SS. Sacramento, il quale volendo andare vada c faccia Pofllcio gratis, e non andando lo facciano fare a' loro cappellani ». Rizzarri. 7. r., 235-236

7 Cfr. CC. 1236, 1237.

8 Rciffenstuel, *l.* c., III, 28. 59 sq·; Wernz, *L c.,* III. 787.

105 et 9 luDii, 1923» ***J.*** **J-**

8., XVH, 508.

: Cfr. Rciffenstuel, 7. c., **III.** 28, 55-56.

3 C. 13 sess. 25, *De reformat.*

1 Constit. ‹ *Romanus Pontifex* 28 April. 1725; GaspaiTi, *Poules,* I. n. 284. pag. 609 sq.; tfr. Many, *l. c.,* 203. Hoc privilegium etiam praescriptione acquki potest. Cfr. *Monitore er·cluhüiiiûi* 1922. in *causa Dionen.* 9 Iulii 1921.

' Cfr. Matthaeum a Coronata. 7. *r.* 248.

4 Cfr. c. 1216.

7 Cfr. Many, /. c. 202, 6°; S. 11. C., 7 Dec. 1811, *Decret, auth.* 2881; 11 huiii 1845, *Décret. •njilt.* 2889; Piat, /. *'c.f* II. pag. 32«. 1°.

s Cfr. Many, 7. c.. 202, 4; Vermeersch, *Epitome,* II, .542, 3.

* C. 1218, § 3.

10 Ita etiam Torrubiano Hipoll, 7. c., II, 975; cfr. etiam iSantainuriu, 7. c., IV, 83-81.

non est solvenda nec parocho loci decessus nec parocho proprio quia iu c.iir. vérifientur clausula quod asportari nequeat.

Si quis habeat plures paroecias proprias ad quas cadaver eoininode deferri queat, et alibi funeretur, portio paroecialis dividenda est inter ômne parochos proprios 1.

Haec paragraphic3 difficultate non caret, quia videtur supponere aliquem fidelem habere posse duos parochos proprios qui circa ipsum eodem iun funerandi gaudere possint, quod de iun· vigente excluditur a ce. 1216, § 2 et 1218. Verum cum clara sit legis dispositio ex iure vetero in Codicem translata, ipsa ex iure vetere interpretanda est. licet per ipsam cc. 1216, § 2 ei 1218 partialiter derogetur. En igitur textus *decretalis* Bonifacii λ'III quae ad rem nostram facit quaeque proinde servanda et nunc est: c Cum ab co qui duo habet domicilia, se collocans aequaliter in utroque, in loco tertio eligitur sepultura, domiciliorum ecclesiae habebunt inter se dividere canonicam portionem»

Non videtur tamen extendenda haec dispositio ad casum fidelis defuncti extra duas paroecias proprias, qui ad alterutram tantummodo commode asportari potest, nec item ad casum fidelis defuncti, qui in altera ex duabus paroeciis propriis transferatur, iu qua sepulcrum maiorum aut sepulturam electam habeat.

Ex dictis portionem paroecialem solvere debent ecclesia funerans electiva, aut sepulcri maiorum, nec non ecclesia funerans personae moralis, ex. g. sepulcri beneficiatorum residentialium, quia haec aequiparatur ecclesiae sepulcri maiorum

Parocho domicilii Episcopi residentialis nulla portio paroecialis debetur, quia Episcopus non erat eius subditus

Solvenda o contra est portio paroecialis parocho domicilii Cardinalis defuncti in Urbe, ex *statutis cleri romani*7.

solvenda est portio paroecialis ilii cui competit ab ecclesia fiuierank, non a parentibus vel heredibus defuncti8‡1

c) Ex quibus detrahenda. - ‹*i)* Detrahi debet jjortio paroecialis ex omnibus et solis émolumentis, quae statuta sunt pro funere et tu· nudatione in taxa dioecesana °.

Non est detrahenda ex candelis quas manu deferunt associantes funus1'; nec item ex funero forte facto die septima aut trigesima aut anniversaria

1 Ita iaru iure vetere hnuc casura solvebat *Monitore ecclesiastico,* vol. J3, pag. 376, n. «G; innuo in casu idem periodicus solutionem portionis denegabat etiam parocho loci ibm-ns etsi ibi defunctus qwisl-doinicilium habuisset; paulo aliter casum solvit Feneres, *Inslitulima,* II, 161; cfr. Matthaeum u Coronata, *l. c.,* 218, prac«*rtim in nr»ti«

2 C. 1236, « 2.

3 Ex c. 3, HI. 12, in 6 excerpta.

‘ C. 3, HI, 12. hi 6 ; cfr. Rciifenstuel. i. c., 111, 28, n. 45; .Many, *l. c.,* 202, 5; IJIat, (. <·.. 96, pag. 112.

5 Cfr. Many, /. 202, 3; Vermeeiscli, *Epitome,* 542.

H Cfr. Many. ‹. r.: 171, pag. 283, in nota 2.

7 Cfr. *A. S.* Sviis, vol. 15, pag. 553

8 Ferraris, *l Quarta,* n. 35.

C. 1237, i 1.

1<d) Benedicius XIII, Const. « *Romanus E'mlifcx* ·, 28 April. 1,2.5; Uasptirri, *Eunice,* I, II. 284. § 4; Many, /. *c.,* 204, 1.

11 S. R. C., 21 Iui. 1888, *Décret. auth.* 649; Rosei, *l. c.,* u. yj.

β) Si quacunque de causa primum sollemne officium funebre non statim, sed intra mensem completum a die turn illationis fiat, licet hoc die non defuerint minora, publica, officia, portio tamen paroecialis ex huius etiam funeris emolumentis debetur b

Ad *sollemne officium* funebre videtur requiri Missae sollemnis celebratio et ad fumulum absolutio; *officia* vero *minora* essent officii defunctorum recitatio, exsequiae seu ad tumulum absolutio, exclusa Missae celebratione

Codex directo determinat tempus quousque extendatur ius proprii parochi ad portionem paroecialem et declarat hoc ius non extendi nisi ad primum ofliciiun sollemne funebre quod fiat intra mensem. Officia minora intra idem tempus celebrata non considerantur ad hos effectus3.

Et hoc quidem ius parochi ad portionem paroecialem a Codice *directe* hic determinatur; *indirecte* vero determinatur etiam ius parochi ad ipsum funus faciendum exclusis aliis ecclesiis; portio enim paroecialis solvenda est parocho, quousque eius ius ad funera facienda extenditur et perseverat, nec ultra.

Evidenter autem in Codice supponitur officium funebre sollemne infra mensem fieri in alia ecclesia intra mensem legitime seu quia ibi defunctus sepulturam elegerat vel sepulcrum maiorum habeat, vel quia ibi sit sepulcrum ex ime speciali, e. g., bénéficiât! residentialis 4; secus si *iUegitime* factum sit illud *primum soTlemne officium funebre* intra mensem, tunc non sola portio paroecialis, sed omnia emolumenta parocho restituenda erunt, expensis retentis.

Elapso vero mense, ius parochi ad funus et consequenter ad portionem paroecialem ultra non extenditur et proinde quaelibet ecclesia libere quodvis sollemne officium celebrare potest, quin ad aliquid erga proprium defuncti parochum teneatur 5*

3 Do necessitate Missae cxseqiualis ad iunus sollcume cfr. S. R. C.. 13 Mail 1S79, *Decrd, ßiivïi.* 3434; S. C. Concilii iu *Barcinon.,* 27 Aug. 1901 et 29 Iui. 1905 quo secundo responsum primum modificatum est ‹ *iuxla modum;* modus est ut in postei-um prima funebris Missa post obitum fiat aut in propria defuncti paroecia aut in cuthcdrali (ita ferebat consuetudo), et qimtemie in alia ecclesia *legitime* celebretur parocho proprio solvatur quarta funerum ›: ad ‹iuam solutionem remisit eadem S. C. Concilii 27 Fcbruar. 1907; eademque doctrina iu Codicem est introducta et melius limitata et determinata; cfr. Matthaeum a Coronata, Z. c., 250, c.

3 Possunt igitur Missae non sollemnes celebrari in alia ecclesia etiam non paroeciali etiam c:uii invitatione parentum; tales enim certo non sunt sollemne ofliciiun fimebre; cfr. Augu- •in'. *l. c.,* VI, 1-49.

4 Id sat clare cducitm· ex responso S. C. Concilii in *Barcinonensi* supra relato.

5 Ita etiam ^*ioniiore ecclesiastico,* vol. 29, (1927), pag. 258-259 et 427-428. *Commissio ialerpres* circa hunc canoneni interrogata ad S. C. Concilii interrogantes remisit: iuvat autem hic referre dubia proposita et responsa: * Utrum ofilcium funebre quod non intra mensem a dic tumulationis celebratur, sed intra mensem a dic notitiae obitus alicuius qui in regione lunge dissita decessit, v. g., in America, haberi debeat ofilcium sollemne de quo in can. 1237 quoad effectus paragraph! secundae illius canonis. — An Ordinarius, ad vitandos abusus »ûriim qui ultra mensem protrahunt ofilcium fimebre eo animo ut parochus emolumenta m»u percipiut, possit statuere quod oflleium a parentibus celebratum pro defuncto publice et eum cantu habeatur uti officium sollemne funebre, quoad omnes suos eflectus. Respondit ad |·ππ 2 mi; Recurrendum esso ad S. C. Concilii *C.* I. 21 Nov. 1920, *A. A. S.,* XII, 570; »fn etiam Constlt. Benedicti XIII « *Bomanus Pontifex* ›» 28 Apr. 1725. Temporis Computatio facienda est ad normam c. 31, § 3, n. 3. Blat, 7. c., 97, pag. 113, contra Rossi. z. c., p. 190 iû nuta; cfr. Matthaeum a Coronata, 25‘›, c. pag. 260.

Utrum Missui de requie. quae celebratur in translatione cadaveris iam humati in definitivam sepulturam, gaudeat privilegiis Missae exsequi; lis ut in die obitus seu depositionis, quamvis exsequiale funus peractum fuerit occa, sione praecedentis sepulturae S. B. C. die 16 lunii 1922 respondit: Negative, sed ad casum propositum eadem S. Congregatio extendit privilegia contentu in novis rubricis Missalis. tit. III. *dc* ⁂Vûwi *defunctorum*. n. 6 idest privilegia diei septimae, trigesimae vel anniversarii L

(Z)xQuantitas portionis paroecialis. - Quantitas portionis paroecialis determinetur in taxa dioecesana: et si ecclesia paroecialis et ecclesia funerans ad diversas dioeceses pertineant, quantitas portionis paroecialis attenditur secundum taxant ecclesiae funerantis

Nequit maior portio paroecialis statui pro ecclesiis regularium quant pro ecclesiis saecularibus 2[5]

812. — V. De libro mortuorum. - Expleta tumulatione, minister in libro defunctorum describat nomen et aetatem defuncti, nomen parentum vel eoniugis, tempus mortis, quis et quae Sacramenta ministraverit, locum et tempus tumulationis L

Formula adhibenda in inscriptione facienda habetur in *Jfituali *omano*
Si error in inscriptione irrepserit et ad unicum verbum restringatur, verbum erratum lineis includatur nec totaliter abradatur et in margine correptio fiat; si vero error in pluribus verbis occurrerit, actus abradatur et novus fiat ·.

Ca pit III.

De iis quibus sepultura ecclesiastica concedenda aut neganda est.

813. — I. Quid hic nomine sepulturae ecclesiasticae. - 1° Nomine sepulturae ecclesiasticae hic veniunt omnes ritus sacri publice peragendi in sepultura fidelium, necnon ipsius defuncti in loco sacro depositio 7.

2° Insiqier excluso ab ecclesiastica sepultura deneganda quoque

l *A*. .4. XIV. 393.
2 C. 1237, $ 3.
3 S. C. Concilii, 3 April. 1715.
‘ C. 1238.
5 Tit. 12. cap. 5.
• De Amicis *flcemwniitic complelo,* I, IV; Cappello. *Lh: VUilationc* S.S'. *Linmtuni,* II.

requirit.
cfr. etiam liaring»

sunt tum quaelibet Missa exsequialis, etiam anniversaria aha publica officia funebria '.

Officia publica funebria ea omnia sunt quae a ministris sacris nomine Ecclesiae fiunt, etiam non praesente cadavere, cum aliqua tamen, ut videtur, publicitate coram populo 2.

Missam vero celebrare privatim, idest, sine publicitate in populo, praesertim si dubium habeatur de bona fide defuncti, prohibitum non est3.*

814. — II. Quibus concedenda sepultura ecclesiastica. - Omnes baptizati sepultura ecclesiastica donandi sunt, nisi eadem expresse a iure priventur Catechumeni qui nulla sua culpa sine baptismo moriantur, baptizatis accensendi sunt 5;* pro istis enim baptismus flaminis baptismum aquae supplere censetur.

815. — III. Quibus deneganda sepultura ecclesiastica. - 1° Infideles. - Ad sepulturam ecclesiasticam non sunt admittendi qui sine baptismo, exceptis catechumenis, decesserint ·.

Concedunt tamen auctores etiam istis in purgatorio forte detentis Missae privatam applicationem '.

Inter non baptizatos comprehendi etiam debent pueri catholicorum sine baptismo defuncti, exceptis puerulis in sinu matris una eum ipsa matre defnnetis8.

816. — 2° Ex poena privati. - Praeterea sepultura ecclesiastica privantur, nisi ante mortem aliqua dederint poenitentiae signa 9:

3 « Adversatur sensui catholici sacerdotis orthodoxum fratrem in Christo sine ullo ecclcsiàâtico funero relinquere. Sed committere defunctum orthodoxum ministro protestantico ut funus ecclesiasticum perficiat catholico sensui adversatur. Quomodo tunc procedendum ? *ll.* quod ad sepulturam standum est Rituali Romano Tit. IV, c. 2, de iis quibus neganda· est apultura (Cod. iuris can. can. 1210). Sacerdos tamen sine veste sacra ullone ritu sacro, coram radavere domui exposito preces privatim fundere, officii civilis funus sequi et in coemeterio item privatim preces apud tumulum fundere poterit; remoto, si periculum adsit, scandalo . " C. S. Officii, 15 Nov. 1941. Apud Sartori, *Enchiridion,* can. 1210. 2.

3 Cfr. S. C. S. Offic., 27 Iulii 1892 in *Collectanea S. C. Prop. Fide,* 1808, ad 2: 14 Febr. 1827, ibidem n. 793, ad 1; cfr. etiam cc. 809 et 2262, § 2, n. 2: Noldin, *De Sacramentis*™. 176» 3; Cappello, *De Sacramentis,* I, 620-621 ; P. Victorium ab Appeltern, *Manuale missionariorum.* 1909, Mangalore, pag. 13. nota 2. Severius Haring, *Grundzüae...* p. 571. nota 1, ex decret. S. C. S. Off., 4 April. 1875, in *Acta S. Sedis,* XXV, 145, non permittit applicationem Missa< pro illis qui in manifesta haeresi moriuntur, si applicatio huiusmodi nota sit et nota censenda erit» sl sacerdoti applicanti et ei qui dat stipendium innotescat.

C. 1239, § 3.

5 C. 1239, ? 2.

C. 1239, 5 1.

Cfr. Vermeersch, *Theologiae moralis principia,* etc. Ill, 307-308, et in nota.

Cfr. Reiffenstuel. *I.* r.. HI. 28, η. 77; Wernz. /. r., TH. 781, nota 47; Many, 7. c.. 217,3.

C. 1240, $ I.

Ex diclione Codicis videtur hic agi de privatione ex poena; quae prein stricte interpretanda esi, nce ad ius vetus pro eius interpret.i(tone recurri jxi. lost: vir. e. 6. n. 5; immo ius vetus evidenter circa quosdam, e. g. circa duci· lantcs, emollitum est. *Signum* sufficiens essel si defunctus in extremis eundi, tutus sacerdotem vocaverit, licet is advenire non poterit: si Crucifixum oscu-latus sit. si actum contritionis recitaverit *

Cum has poenas ius commune statuat, easdem nequit ius particulare ampliare aut restringere 3.

α) Notorii apostatae a Christiana fide, aut sectae haereticae vel schismatieae. aut sectae massonicae aliisve eiusdem generis societa-tibus notorie addicti3.

Requiritur notorietas sive iuris sive facti sufficit autem ut factum adseriptionis sectae notorium fiat post eorum mortem 5.

Requiritur apostasia *a /ide Christiana,* nec sufficit a sola fido catholica, nisi adseriptio ad sectam habeature.

Ius vetus circa hos emollitum est.

Aliae sectae eiusdem generis sunt societates crematoriae ' itemque cmia-s sectae quae contra Ecclesiam et legitimas civiles potestates machinantur3.

Non sufficit ad poenanr professio haeresis aut schismatis etiam publica, sed requiritur *adseriptio* sectae haereticae vel schismaticae

b) Exeommunicati vel interdicti post sententiam condemnatoriam vel dedaratoriam ïβ.

Exeommunicati sine sententia 11 aut .solum vi sententiae a lego datae, licet notorie exeommunicati sint, privari non videntur de iure vigente, et proinde eis sepultura ecclesiastica denegari nequit12.

Exeommunicati vitandi, licet expresse hic non comprehendautur, sunt tamen ut privati considerandi13.

Excommunicatis sepultura privatis qui ante mortem aliqua poenitentiae signa dederint, sepultura concedi potest et debet, at antea ab excommunicatione absolvendi sxtxrt11.

* Cfr. Many, /. *e.,* 218, 1, c; Augustine, /. «·.. VI, 157.
3 Santamaria, /. c., IV, 87.
3 C. 1240, J 1. η. 1.
4 0. 2197. n. 2-3.
& Ctr. Monitore *zcclcularliro.* vol. 32. pag. 25-26.
Cfr. c. 1335, *i* 2.
' S. C. S. Officii. 15 Dee. 1886. in *Colltrlnnea S. C. Prop. p.,* n. 1665; 2 Dee. 1840, ibidem n. 915; 5 Tulli 1878, ibidem u. 1195; cfr. etiam P. Victorium ab Appellera, .Vonwofe mfefffo-*iui riorum.* pag. 55 et 195.
s Cfr. c. 2335.
9 Santamaria. *I.* c., IV, 88.
w C. 1240, i 1, n. 2.
11 Requiritur sententia iudicialD proprie ilicta de qua in c. 1868, s 1 ; cfr. Hint. /. c.. 101. pug. 118.
11 Ctr. etiam c. 2260. 5 2; possunt tomen privari vi c. 12(0. § i. n. G; cfr. Eiclnnann, /. r,, pag. 105. nota 2.
13 Ctr. cc. 2313, 5 1, η. 1; 1212; 1172.
11 Cfr. *Rituale rammim,* tit. III, cap.

Solummodo interdicti personaliter, supposita sententia, privantur ’.

Si flori sino gravi incommodo queat, cadaver exeommunicati vitandi qui, contra canonum statuta, sepultura in loco sacro obtinuit, exhumandum est, praevia Ordinarii licentia, et in loco profano reponendum*.

r) Qui se ipsi occiderint deliberato consilio

Non sufficit mutilatio quamvis gravis, nec etiam attentatio suicidii

Cum Codex loquatur de *deliberato consilio,* responsabilitatie quaelibet iliininutio quae variis in morbis mentalibus verificatur, ab hac severissima poena excusare videtur 5.

(l) Mortui in duello aut ex vulnere inde relato °.

Rigor iuris veteris quo tales arcebantur, etsi ante mortem signa poenitentiae dedissent, emollitus est7.

Ad poenam incurrendam requiritur duellum privatum ex condicto, licet sine sollemnitatibus et sine patriius 8.

Non sunt duellum pugilationes factae armis non micidialibus; e contra sont ut vera duella considerandae luctae factae armis licet non periculosis 3 inter studentes universitatum 10.

e) Qui mandaverint suum'corpus crematioui tradi 11.

Poena non incurritur si mandatum implicite saltem, aliquo poenitentiae signo revocatum sit; licet de facto postea mandatum vi forte legis civilis aut alicuius ex heredibus exsecutionis mandetur. Attamen in casu scandalum removendum est, nec funebris ecclesiastica associatio usque ad locum cremationis fieri potest12.

Ad scandalum removendum certe non sufficit simplex coniectura qua praesumitur defunctus suam ante mortem voluntatem retractasse, nec factum quod dum viveret aliquem religionis actum peragere consuevisset 13; facta tamen confessio ante mortem sufficiens esse retractatio videtur·.

Si mandatum crematiouis non fuerit ante mortem retractatum, poena incurritur etsi de facto crematio locum non habeat ri.

I Augustine, *l. c.,* VI, 155; cfr. c. 2275, n. 4; Blat, *l. c.,* 101, pag. 118.
: Cc. 1242; 1314. § 1; 1212; sepultura hic restrictive intelligitur pro sola humatione wo famulatione.
3 C. 1240, § 1, n. 3.
4 Cfr. cc. 985, § 5; 2350, § 2.
J Cfr. Blat, *l. c.,* 101, pag. 119; Vermeersch, *l. c.,* II, 549, 3.
* C. 1240, § 1, n. 4.
7 Cfr. Constit. Benedicti XIV ‘ *Detestabilem* », 10 Nov. 1752; Gasparrl, *Fontes,* II, n. 122. Pag. 378; Eichmann, *l. c.,* pag. 406, nota 2.
4 De notione delicti duelli, cfr. Chelodi, *Ius -poenale,* 80, pag. 92-93.
* S. C. Concll., 9 Aug. 1890, in *Collectanea S. C. Prop. F.,* η. 1739.
Cfr. S. C. Concilii, 10 Februar. 1923, *.1. A. S,,* XV. 154, seq.; Augustino, /. <·., VI, 155; Haring, *Grundzüge...,* p. 988.
II C. 1240, § 1, n. 5.
u 3. C. S. Off., 15 Dec. 1886, in *Collectanea S. C. Prop. Fid.,* 1665.
u S. C. S. Officii, 19 lunii 1926, *A. A. S.,* XVTIT. 282.
14 C. I. 10 Nov. 1925, *A. A. S.,* XVII, 583.

/) Alii peccatores pnbliei et manifesti

Quinam nomine publicorum peccatorum veniant Codex non detcimiiuH. Ad *pMicum precatorem* constituendum non sufficit quodlibet peccatum, ssed publicum requiritur *delicium i-*

Possunt autem enumerari inter publicos peccatores: Apostatae a fide *caiMica* itemque haeretici notorii, licet nulli sectae adhaeserint itemque excoinmanicati etiam sine sententia, si notoria sit eorum poena et delictum 3, publici usurarii4, raptores et ecclesiarum violatores5, publice blasphemantes e, per piares annos paschalem communionem et annualem confessionem notorie omittentes7, qui in actu peccati moriuntur sine ullo poenitentiae signo', qui aperte et coram pluribus, ita ut res nullo modo celari possit, Sacramenta recipere recusant ', qui habitualiter in statu peccati vivunt et sine poenitentia moriuntur, si notorius sit status peccati ,0; tales sunt qui in publico concubinatu aut meretricio vivunt n; item qui in secta damnata aut in officio quod sine peccato exerceri nequeat; itemque qui iu matrimonio tantum civili vivuntu.

817. — 3° Casus dubiae privationis. - Occurrente praedictis in casibus aliquo dubio, consulatur, si tempus sinat, Ordinarius; permanente dubio, cadaver sepulturae ecclesiasticae tradatur, ita tameu ut removeatur scandalum

Solummodo in casu dubii ad Ordinarium recurrendum est et tunc utique ex praecepto M.

Datur iu altera parte huius paragraph! norma qua tum Ordinarius, tum quilibet alius minister in casu dubii, si recursus fieri nequeat, dirigi tuto possunt; norma autem mitiorem nostrorum temporum disciplinam hac de re insinuat u.

^1?«

C. 1210. § I. *u.* 6.
Augustine. /. c., VI, 156.
4 Tales non comprehenduntur amplius in c. 1210. i 1» n. 1-2; at utique comprehendi possunt n. 6 eiusdem canonis.

5
β c. 2. x. 5, 2«.
12, X, 5, 38; cfr. Timotheum Schftfer, *Pfarrrr und Pfarrcrvikare.* pag. 66-86.
· C. 2, X. 5, 18; cfr. Many. *l. c.,* 22ô. 5, r.
9S&py, Z. S 229. 5. c.
1,1 Many, *L c* 220. 5. c.
u Bassaeus. *Flort totius theologiae yructicuc,* v. Sepultura, n. 5 haec do meretricibus habet: • istis communiter asinina datur sepultura
12 Wernz, *L* c., III. 781, notu 45: cfr. etiam Ro.M. Z. e.. 72: Augustine. Z. r.. VI. 156-157; Ferraris, *L ?..* v. *Sepultura.* u. 172 sq.; Reiffenstuel, Z. c., 111, n. 77 sq.; Many. Z. 220-221; Perathoner. *Sachriirecht.* pl 113. nota 3; Santamaria. Z. c., IV, 88.
w C. 1210, § 2.
14 Piat, Z. c., 101, pag. 121.
u S. C. S. Off.. U Febr. 1927 ad P in *Collectanea S. C. IP* Prop. *Fid.* iam have dectaraverat: «Sancte mater Ecclesia benigna et misericors erga filios 8UOH, eos salvos fieri vehemanter cupit. SS. Dominus N. hoc spiritu imbutus recte novit, quod impietas impii non nocebit ei in quacumque die conversu* fuerit ab impietate sua. Hinc perspectis omnibus expositis peculiaribus circumstantiis et rite perpensis decrevit in iisdem tolerari posse, quod sepultura ecclesiastica Ull gaudeant et publicae preces seu suffragia pro iis defunctis fundantur, qui. adhuc viventes catholicae Ecclesiae erant numbni. quamvis in articulo mortis sacramentis reflet recusaverint, dununodu vel minima spes interluceat, ipsos potuisse pro peccatis commissis contritionem concipere et ad Deum ante obitum ex corde converti *.

TleiiioMuduin tamen .semper crif *ncwidaliiHi.* quod fieri potest evulgando signa poenitentiae, si habeantur, aut etiam misericordiam divinam in casibus ditBcilioribus commendando

Quandoque tamen ad scandalum vitandum necesse erit pompas et sollemnitates exsequiarum omittere, simpliciore modo funus faciendo, sine magno cleri concursu, sine sollemniore in ecclesia tumulo, aut luxu candelarum

Xitiorem praxim m concedenda sepultura ecclesiastica minus dignis aut dubie indignis suadet etiam ratio vitandi scandalum quod pleriqne ex frequentatione funeralium mere civilium percipiunt, quod cultui publico et legi ecclesiasticae valde noxium est 3.

' Cfr. Responsum S. Officii in nota praecedenti relatum.

• Augustine, ab exsequiis sine, sollemnitate et pornpa excludit etiam Missam *dt Itojpiiim;* Augustino, *I. c.t* VI, 155; contra Rossi, Z. c., 73, pag. 1 10, in nota, et recte, ut videtur. Vermceisch, *l.*

de temporibus sacris

De temporibus sacris in genere.

818. Notio, divisio et historia. - 1° **Notio.** - Tempora sacra sunt determinati dies ad Dei cultum operibus expiatoriis, latreuticis aut eucharisticis auctoritate publica ecclesiastica deputati.

Deputari de iure vigente solent non horae aut hebdomadae, sed dies a media nocte ad inediam noctem. Nulla ad banc deputationem consecratio necessaria est, sed solum deputatio auctoritatis quae vel lege vel praecepto fieri potest.

Dies operibus expiatoriis dicati *dies abstinentiae et ieiunii;* cultui Dei specialius dicati *dies festi* vocantur.

2° Divisio. - λ) Tempora sacra sunt dies festi; iisque accenseutur dies abstinentiae et ieiunii \ *illi* directe cultui divino dicantur abstinentia ab operibus servilibus et adsistentia officiis divinis; hi operibus poenitentiae, iéiunio scilicet vel abstinentia a certis cibis Deo dicantur.

b) Habentur dies festi et generatim tempora sacra iuris universalis et iuris particularis 2.

3° Notae historicae. - *a) De diebus festis.* - Omnes populi Deo non solum loca sed et determinata anni tempora dicarunt. Ecclesia legem de sabbato sanctificando a Deo bebraeis datam servasse videtur; statim autem in honorem habere coepit diem dominicam ob memoriam Dominicae resurrectionis, quae paulatim in locum sabbati substituta est.

Antiquissimum festum est Pascha; at iam primis saeculis et alia inveniuntur, scilicet: Circumcisio, Nativitas D. N. I. Ch., Epiphania (apud Orientales primis saeculis una cum Nativitate celebrata) et principaliora B. M. V. festa. Decursu temporum numerus festorum valde auctus est, unde querelae, non sine fundamento.

In *corpore iuris* duo catalogi festorum habentur, *idler* saeculi xn, *alter* saeculi xni'. Urbanus VIII, a. 1642, catalogum novum fecit et admonit Episcopos ut abstinerent ab indicendis perpetuo novis festis diebus.

Lex Ecclesiae de abstinentia ab operibus servilibus saeculo iv primo introducta est et mitiorem quam apud hebraeos nacta est interpretationem.

1 1213.
121 U § 2.
u C l» L>. 3, *Dc cmwcr·:* c

Lex praecipiens Missae auditionem diebus festis saeculo vr primum scripto consignata fuisse videtur :*

ᗤ) *De diebus ieiunii et abstinentiae.* - Ieiunium antepaechale ăntiquissimum ieiunium est et ab Apostolis traditum fuisse videtur; non eiusdem tamen durationis fuit. Alicubi unius diei, alibi duorum, aut aliquorum dierum; ieiunium vero stricte quadragesimale primum Romae invaluit et inde a saeculo vn in tota occidentali Ecclesia, excepta mediolanensi, receptum est.

Saeculis vni et ix alia ieiunia introducta sunt in vigiliis, in feriis IV et VI, item aliud ieiunium quadragesimale ante Nativitatem Domini.

Ieiunia *quatuor temporum* antiquissima sunt et ab Apostolis originem duxissu videntur, licet antiquius scriptum documentum quod de illis habeatur sit *Liber pontificalis* 2.

819. — II. Ius vigens. - 1° De iure Ecclesiae generatim. - Ecclesia nativum et exchisivum ius habet tempora sacra deputandi.

Est corollarium perfectionis iuridicae Ecclesiae; ipsius enim exclusive est ea omnia ordinare quae sive directe sive indirecte ad Dei cultum ordinantur 3.

820. — 2° Quis in Ecclesia possit tempora sacra deputare. - ή Dies festos itemque dies abstinentiae et ieiunii, universae Ecclesiae communes, constituere, transferre, abolere, unius est supremae ecclesiasticae auctoritatis 4.

Suprema auctoritas est R. Pontifex sive solus sive in Concilio oecumenico.

Nihil in hoc novi statutum est a Codice, etenim nemo unquam praeter Romanum Pontificem in Ecclesia universa auctoritatem habuit.

R. Pontifex potestate absoluta posset omnes dies festos et. poenitentiae mutare; id autem nunquam in praxi faciet quia causa rationalis ad totalem mutationem, praesertim diei dominicae, numquam occurret 5.

b) Ordinarii locorum peculiares suis dioecesibus seu locis dies festos aut dies abstinentiae et ieiunii possunt, per modum tantum actus, indicere °.

Indicere per *modum actus* opponitur indictioni per *modum habitus* et significat festa et ieiunia indicere perpetuo et ex causis non transeuntibus 7.

1 Cfr. Wernz, *l.* c., III, 398, 100 sq.; Augustine, *l. c.,* VI, 160-161; Vermeersch, L r., II, 558; Duchesne, *Origines du cuttc chrétien3,* 1925, pag. 211 et sqs.
3 Cfr. Wernz, *l. c.,* III, 412, sq.; Augustine, Z. c., 160-161; DuchcKUü, *Origines du culte chrétien3,* cap. 8 passim.
9 Cavagnis, Z. c., III, 201; Wernz, Z. *c.,* III, 397; 110.
4 C. 1214, § 1.
s Cfr. Wernz, Z. c., III, 396, 413; Noldin, *De praeceptis16,* 256; Matthaeum a Coronatu, *l. r.,* 375-276.
* C. 1241, 5 2.
' Augustine, Z. c., VI, 162; Vemieerscli, Z. c.. II, 552, permittit indictionem ad dnos aut tres annos.

Cum Ordinariis locorum sola potestas ad modum actus concedatur, sequitur supremae solius esse auctoritatis translatio, abolitio aut constitutio dierum sacrorum ad modum habitus; nec eadem potestas Conciliis particularibus agnosci potest *

Nomine Ordinarii non veniunt Superiores regulares maiores 2.

Religiosi etiam exempti videntur obligari ad tempora sacra ab Ordinari locorum indicta, nisi agatur de domo a dioecesi prorsus separata 3, ct salvo iure Superiorum subditos suos dispensandi.

Si quod festum ex voto servetur ab aliqua communitate, eius obligati) non extenditur ultra cos qui votum emiserunt, neo potest Ordinarius etiam pro aliis sua lege aut statuto votum obligatorium hae in re facere 4.

821. — 3° **Dispensatio a temporibus sacris.** - a) **In quibus possint dispensare parochi.** - Non solum Ordinarii lucorum, sed etiam parochi, in casibus singularibus iustaque de causa, possunt subiectos sibi singulos fideles singulasve familias, etiam extra territorium, atque in suo territorio etiam peregrinos, a lege communi de observantia festorum itemque de observantia abstinentiae et ieiunii vel etiam utriusque dispensare 5.

Quod parochus, a fortiori possunt Ordinarii locorum relate ad suos subdites, et Romanus Pontifex in universa Ecclesia, qui insuper potest dispensare ab omni die festo et a quolibet ieiunio et abstinentia.

Potestas parochorum est ordinaria, atque etiam praesente Episcopo exerceri potest, et insuper aliis potest delegari.

Potestas Ordinariorum locorum, dispensandi a diebus testis non extenditur ad universam simul dioecesim. vi huius canonis; possunt autem, ut videtur, singulas paroecias dispensare.

Dispensatione concessa peregrini uti posse videntur etiam in territorio diverso a territorio concedentis; id multo magis valet de dispensatis a proprio parocho6.

Praeter familias nequeunt alii nisi singulariter dispensari; at si causa certo sit determinato coetui communis, poterunt omnes simul, quasi singulariter dispensari7.

Iusta causa ad valorem dispensationis requiritur, nisi de Romano Pontifice agatur. Nunc eadem causa quae pro Ordinario, sufficit et pro parocho8.

Dispensatio a die festo potest dari tantum relate ad abstinentiam ab

' Cfr. Denzingcr-Bannwart, *Enchiridion*13, 1574.

- Augustine, *l.* c.. VI, 163-163; at Vcrmcen-ch, *l.* c.. II, 552, illis concedit indictiouom diei ieiunii ex c. 1253; eis tamen absolute negat Indictionem diei festi.

3 Matthaeus a Coronata, *l. c.,* 275, 2, *b.*

4 S. R. C. 23 Ionii 1703. *Dccret. auth.* 2113.

' C. 1245,

e Cfr. Vermeersch. *Suntma novi furie,* u. 486: *Epitome, I. c.,* II, 554; «liter J uat iue. *I.* c., VI. 104.

7 Vcrmeetsch. L c.. II, 551.

s Cfr. Matthaeum a ‹ uronata. *I.* c

oporlhtw servilibus, aut etiam relaie ml obligationem audiendi Missam, am ab utraque simul obligatione: Codex enim «impliciter de die festo qui haec duo comprehendit loquitur.

Quod possunt parochi, etiam viceparochi seu vicarii cooperatores possunt, nisi parochi expresse «ibi hoc ius reservaverint ', aut ius particulare eorum restrinxerit potestatem.

b) **De speciali facultate dispensandi a ieiunio et abstinentia Ordinariis locorum concessa.** - Ordinarii, ex causa peculiari magni populi concursus, aut publicae valetudinis, possunt totam quoque dioecesim seu locum a ieiunio et abstinentia vel etiam ab ntraque simul lege, dispensare 2.

Causae a Codice taxative determinantur; tales sunt: magnus populi concursas ob aliquam sollemniorem festivitatem ecclesiasticam aut etiam civilem 3, nundinae quae bis aut ter in anno frequentiores fiunt; aliquis congressas catholicus, peregrinatio, centenarium etc.

Ante Codicem generarim requirebatur ad dispensationem ut ieiunium et abstinentia in diem antecedentem anticiparetur et solum exceptionaliter dari poterat dispensatio sine anticipatione; nunc id non amplius requiritur 4.

Non requiritur ut concursus sit extraneorum, sufficit ut sit magnus ex causa peculiari quae etiam singulis annis repeti potest. Immo sufficit magnus concimus populi imius tantum paroeciae ad festum in ecclesia celebrandum 5.

Alia causa *publicae valetudinis,* certe habetur in morbo epidemico quem uilgo *influenza* appellant °.

In dispensatione concedenda Ordinarius potest utique, at non tenetur, de iure vigente, restrictiones, e. g. ut caro in unica comestione edatur etc., apponere7.

Vi hirius canonis dispensari possunt quaelibet ieiruria et abstinentiaee.

Licet Codex adhibeat simpliciter verbum *Ordinarii,* ex contextu tamen illa vox hic referri videtur exclusive ad Ordinarios locorum °.

c) **De dispensatione pro religiosis.** - **In religione clericali exempta eandem dispensandi potestatem quam parochi habent Superiores,**

1 C. 476, § 6; *Monitore ecclesiastico,* vol. IX, part. I, pag. 276.

2 C. 1245, § 2.

3 Augustine, *L c.*ﬦ VI, 165, requirit occasionem religiosam aut catholicum; quod tamen Codex non requirit; concedit tamen ipse Augustine sufficere occasiommi nundinarum extraordinariarum; Vermeersch, *l.* c., II, 554, *b.*

* S, C. S. 01T. 5 Dee. 1894; 18 Mart. 1S9G; 7 Sept. 1907; S. C. Concilii 3 Maii 1912. '

5 C. I. 12 Mart. 1929, *A. A. S.,* XXI, 17»L

ﬦ Id clare admittitur α Benedicto XIV, eucycl. *Libcntissimr* » 10 Innii 1745; Gasparri Wta/X η. 3ﬦ^. -2 l.

' Severius ius ante Codicem; cfr. Benedicti XIV eucycl. *Xou ambivimus* ›, 30 Mali 1711: Gasparri, *Fontes,* I. 308: encycl. · *In suprema* », 22 Aug. 1711; Gasparri, *Fontes,* I, n. 314 Auputine. 7. c.. VI, 166-107. |

s Ante Codicem excipiebantur icinnia Quadragesimae et Adventus; S. C. S. OiT. 15 Dee. 1M7: 5 Sept. 1906. 5°; cfr. Puglialunga, *il nuovo Codice ecclesiastico,* pag. 142 In nota.

3 Santamaria, *l.* r.. IV, 92-93.

quod attinet ad personas religiosas, novitios aliosque diu nociiiqiii* iutra domum degentes 12

Id possunt etiam Superiores locales minores, eorumque vicarii, in Superioris absentia s.

Possunt Superiores dispensare non solum singulos religiosos, sed etiam minores suae communitatis partes, e. g., iuvenes scholasticos etc. itemque religiosos peregrinos sibi non subditos in domo casu degentes 3.

< <r. Videntur autem Superiores dispensare posse non solum a ieiuniis Ecclesiae universalis, sed et a ieiuniis regulae et constitutionum, nisi haec iure «pedali dispensatio prohibeatur 4.

Circa ieiunia Ecclesiae universalis religiosi etiam exempti frui possunt dispensatione ab Ordinariis concessa ratione publicae valetudinis, nisi expresse in dispensatione excipiantur. Immo eodem iure gaudent etsi agitur de ieiuniis ad quae religiosi tenentur cura vi regulae, tum vi legis ecclesiasticae5.

Cum privilegium exemptionis non sit retorquendum in damnum et dispendium ipsorum privilegiatorum, si religiosus exemptus extra religionis domum versetur in loco unde facile nequeat Superiorem adire ad dispensationem obtinendam, eam petere poterit ab Ordinario loci aut etiam a parocho, sive circa ieiunia ecclesiastica rive circa ieiunia regularia 6.

822. — 4° **Temporum sacrorum supputatio.** - Supputatio diei festi itemque diei abstinentiae et ieinnii, facienda est a media nocte usque ad mediam noctem L

Potest autem unusquisque sequi aut tempus medium aut verum etc. in supputanda media nocte8.

* *a* 1255, i 3; SU, j 1.

- S. Alphonsus, *ThtoloQia moralis,* III, 1038·.

3 Vermecrsch, *l. c.,* II, 55G.

4 Immo Augustine, *l. c.,* VI, 167-168 et 111, 300 permittit generarim Superioribus dispensaro circa iciunia regulae totam communitatem; idemque vi c. 1215, § 2 permittit circa ieiunia universalis Ecclesiae ex causa publicae valetudinis; cui doctrinae nou contradicimus cum communitas religiosa considerari possit ut familia.

J S. C. S. Off. 20 lanuar. 1892; cfr. Mocchegiani, *Jurisprudentia ecclesiastica,* 11, n. 75 sq.; P. Victorius ab Appellera, apud *Ephemerides liturgicae,* (1917), pag. 61 sq. et 399; cfr. etiam c. 620 et quae circa ipsum diximus vol. I. n. 627.

6 Cfr. c. 68; Vermecrsch, *Periodica,* XI. pag. 150-152; severius Augustine, 7. c., 168; Blat, 7. *c.,* 106, pag. 124-125.

C. 1246; aliter pro acquisitione indulgentiarum alicui diei affixarum; c. 923.

C. 33, § 1; cfr. vol. I. n. 51.

TITULUS XIII.

De diebus festis

823. — De hoc et sequenti titulo brevius, quia de his rebus agere fusius consueverunt theologi moralistae.

I. **Catalogus dierum festorum.** - Dies festi sub praecepto in universa Ecclesia sunt tantum: omnes et singuli dies dominici, festa Nativitatis, Circumcisionis, Epiphaniae, Ascensionis et Sanctissimi Corporis Christi, Immaculatae Conceptionis et Assumptionis Genitricis Dei Mariae, sancti loseph eius Sponsi, Beatorum Petri et Pauli Apostolorum, Omnium denique Sanctorum L

Sicubi aliquod festum, praeter euumerata, hucusque, vi specialis S. Sedis concessionis, aut iuris particularis, vel consuetudinis etiam immemorialie, servatum fuerit, vi huius canonis abrogatum est et sine novo S. Sedis induito obligatorio modo nequit amplius imponi a.

Nihil tamen obstat quo minus a S. Sede aliquod novum festum de praecepto servandum concedatur 3.

Ecclesiastico praecepto dies festi patronorum non subi cent; Jocorum autem Ordinarii possunt sollemnitatem exteriorem transferre ad dominicam proxime sequentem4; qua paragraph© melius et ad abundantiam declaratur quod iam paragraph© prima continebatur.

Sollemnitas externa non comprehendit officium divinum, sed utique Missae sollemnis celebrationem, oirca quam lubet hic novam Missalis rubricam referre; « In dominicis minoribus per annum, in ecclesiis et oratoriis publicis aut semi-publicis, ubi reponatur sollemnitas externa Festi Patroni principalis, aut tituli vel Dedicationis propriae ecclesiae, aut etiam tituli aut Sancti Fundatoris Ordinis seu Congregationis, quod infra praecedentem hebdomadam occurrerit, cani potest Missa de sollemnitate translata, et de ea pariter legi potest unica Missa, nisi occurrat duplex primae classis. Quodsi sollemnitas externa transferenda sit in dominicam maiorem, aut in dominicam, uti supra impeditam, Missae de sollemnitate externa prohibentur; sed in Missa cantata diei currentis etsi conventuali, et in altera lecta, fit commemoratio de sollemnitate externa iuxta normas pro Afissis votivis sollemnibus traditas »5.

1 C. 1217, § i.

2 C. I. 17 Febr. 1918, Λ. J. .S., X, 170.

3 Ita Hispaniae a. 1918, concessum est festum S. Iacobi; dioecesi Toletanae festum S. Ihk-phonsi; dioecesi Matritensi festum S. Isidori. Cfr. Santamaria, Z. c., IV, 91.

4 C. 1217, § 2.

J *Additiones et varialioncs in rubricis ueneralibus Missalis Romani,* a. 1923, tit. IV. n. 3: tin etiam Brehm, *Synopsis additionum cl variationum,* pag. 37-38; Bariu, *Il Mcssalc Romano riformato da Pio X,* 1920, pag. 200 sq.

Una eum sollemnitate externa transferuntur etiam indulgentiae .sollemnitati adnexae ·.

Sicubi aliquod festum ex enumeratis legitime sit abolitum vel translatum, nihil inconsulte Sede Apostolica innovetur 3.

Quae tamen festa aboleverat Pius X3 et. Codex iterum introduxit, ea servanda sunt ubique, nisi, iam alio documento, antea abolita fuissent

Minori numero festorum, specialibus induitis, plures regiones extra Italiam gaudent ut Gallia. Belgium, plures status Amerieae s: bae regiones suo iure reguntur *

824. — II. Quid implicat observantia dierum festorum. Festis de praecepto diebus Missa audienda est: et abstinendum ab operibus servilibus, actibus forensibus, itemque, nisi aliud ferant legitimae consuetudines aut peculiaria induite, publico mercatu, nundinis, aliisque publicis emptionibus et venditionibus·7.

Duplex igitur obligatio quolibet die festo viget: audiendi Sacrum et abstinendi ab operibus servilibus; utraque gravis 8.

Praecepto de audienda Missa non satisfacit qui duas eius partes simul a diversis sacerdotibus celebratas audit 9.

Ab auditione Missae excusat grave seu notabile incommodum seu damnum in bonis animae vel corporis proprii vel proximi 10.

Iu incommodo autem metiendo attendendum est aetati, sexui et physicae singularum personarum constitutioni, locorum distantiae, asperitati viarum et tempestatum n.

Legi de audiendo Sacro satisfacit qui Missae adest quocumque catholico ritu celebretur sub dio aut in quacunque ecclesia vel oratorio publico aut semi-publico et in privatis coemeteriorum aediculis; non vero in aliis oratoriis privatis; nisi hoc privilegium a Sede Apostolica concessum fuerit ,2.

Nequit igitur Ordinarius loci, multoque minus parochus, cogere lidclcs

VemecTSCli» *Epitome,* II, η. 559, 3.
C. 1247, § 3.
Motu proprio · Supremi disciplinae ; 2 Ittlii 1911.
Cfr. Perathoner, *Das Sachcnrecht,* peg. 115, nota 1.
Cfr. Augusthic. *I.* r.. VI. 171-172.
Antiquo Regno Sabando *Brevi* Pii IX ad V. Enunanuelcm II, G Sept. 1853, dato festum Circumcisionis nou est de praecepto servandum; quod tamen pro dioecesi Gcnucnsf non amplius valet.
C. 1218.
Cfr. Denzingcr-Bannwart» *f. c* n. 1202.
Dcn/ing·.T-Bannwart, Z. c.. 1203.
Cfr. Noldin, *De praterplis* 263. Génicot-Salsmans, *Theologiae moratis institutiones,* u. 313: S. Alphonsum. *Theolyia muralis,* HT. 321; Vermeersch, *Throlrsjiue moralis principia. responsa, consilia.* III, u. 861-862.
S. C. Prop. Fid. 26 Sept. 1st» iη *CMeclanta,* η. 9U.
Ce. 1210 et 1100.

;nl Missam audiendum in proprio rifn aut in propria pareeeiali ecclesia, licet ad id eos exhortari possit

Missae in altari portat ili celebrata»· assistens, praecepto satisfacere videtur: itemque asawtens Missae celebratae in navi, in loco patenti, licet ibidem stabile oratorium non habeatura.

Missam sacerdotis haeretici aut schismatici audiens satisfacere pariter videtur, licet peccet ob communicationem in sacris 3.

Opera servilia, a quibus abstinendum est diebus fcatia, sunt quae corporis viribus exercentur et ad corporis praesertim utilitatem referuntur L

Actus forenses sunt omnes actus ad indicium stricte pertinentes sive in causa civili sive in criminali 5; tales sunt citationes audientiae, testium excussio et examinatio, prolatio sententiae etc. °, quae tamen si dies festo fiant, valida, licet illicita, esse videntur 7, idque valet tam pro foro ecclesiastico quam pro civili. Actus administrationis, praesertim si sint extraordinarii et urgentes, non veniunt nomine actuum forensium

Ludi gymnastici aut athletici sicut aliae, ludorum species diebus festis per se non prohibentur °.

Causas excusantes, quae sunt consuetudo, pietas in Deum, caritas erga proximum et necessitas, exponunt fusius moralistae 10.

TITULUS XIV.

De abstinentia et ieiunio

825. — I. Lex abstinentiae. · Abstinentiae lex vetat carne iureque ex carne vesci, non autem ovis, lacticiniis et quibuslibet condimentis etiam ex adipe animalium 11.

I Cfr. Augustine, Z. c., VI, 175.
: Vermeersch, *Theoloyiae moralis* etc., 111, 862; paulo aliter Augustine. *K c.,* VI, 176; Unique Santamaria, Z. c., IV. 97.
4 Vermeersch, *Epitome,* II, 563 dummodo celebretur ritu catholico.
4 Augustino, Z. c., VI, 173. Nomen a servitute antiquoriun desumptum est, et sunt qui elementum servitutis ud notionem operum servilium requirant, ut nostri» diebus id amplius nequit sustineri cum servitus non amplius exsistat, nec enim nostris diebus magis servi sunt operarii qui operibus manualibus et agricolis dediti Sunt quam homines operibus professionallbns dediti; Augustine, *ibidem,* 173-171: cir. etiam Vermeersch. *Th(^loffiac moralis* etc., HI, k«5.
5 Salmanticenses, *I. c..* tract. XXIII, n. 287.
• G. 1639.
' Aliter Fcrreres, *Institutiones,* II, 659.
8 Augustine. Z. c., VI, 17 1; Vermeersch.
9 Augustine. Z. r., VI, 171.
10 (ïr. Noldin, *De praeceptis* IG, 269-275; Vcrmecrsch, Z. c.. III, 869; Berardi, *Thrologia oralis thcorieo-practira,* II. n. 569 et sqs.; Ballerini-Palmieri, *Opus thcolmjieum morok* 2 II. p. 532 et sqs.
II C. 1250.

Hoc novi hic canon introduxit, quod lege abstinentiae iam amplius nuilibi prohibetur usus condimentorum ex adipe cuiusvis animalis.

Antiquitas lege abstinentiae, praesertim quando coniungebatur cum lego ieiunii. prohibebatur non solum usus condimentorum ex adipe, sed etiam usiw lactieinioriuu ; de quo adhuc vestigium habetur in nostris pluribus Italiae regionibus ubi in collatione serotina dierum ieiunii usus laoticiuiorum ex consuetudine prohibetur1.

Nomine *čarni* certo non veniunt pisces et alia animalia sanguinis frigidi, ut dici solet, quae in aquis vivere consueverunt. De. natura cornis avium aquaticarum disputant auctores i; unusquisque suae regionis usui sese conformare potest3.

Ius quod artificialiter iit ex extractione carnis (Liebig), prohiberi videtur si agatur de vera ex carae extractione, secus non excluditur. Condimentum est quidquid sive liquidum sive solidum adhibetur ad cibum sapidiorem reddendum unde etiam caseum ad condimentum semper adhiberi potest, ut videtur, etiam in coenula vespertina dierum ieiunii, saltem si adhibeatur ad pulmentum condiendum.

826. — II? **Lex ieiunii.** - Lex ieiunii praescribit ut nonnisi unica per diem comestio fiat; sed non vetat aliquid cibi mane et vespere sumere, servata tamen circa ciborum quantitatem et qualitatem probata locorum consuetudine. Nec vetitum est carnes ac pisces in eadeni refectione permiscere; nec serotinam refectionem cum prandio permutare 5.

Nova est notio ieiunii a Codice data; antea enim ex iure coininuni lex ieiunii duplex elementum continebat, nempe unicam, ut nunc, comestionem et usina ciborum determinatorum seu abstinentiam, et solum ex dispensatione, quae tamen iamdiu facile concedebatur, ab alterutro elemento, praesertim vero ab abstinentia dispensabatur: nunc autem, omissa abstinentia, sola unica comestio ieiunium constituit.

De hora prandii nihil in Codice, quod proinde ante meridiem fieri posse videtur. Iam nulla causa requiritur ad permutationem prandii eum coena vespertina, bene vero iusta causa requiritur ad permutationem coenulae aut prandii cum collatiuncula matutina 8.

Unica comestio non est. protrahenda ultra duas horas, nec interrumpi sine necessitate potest ultra mediam horam 7.

* Cfr. c. 1251, § 1; Augustine, *l. c.,* VI, 177.
2 Cfr. Matthaeum a Coronata, L c., 297.
3 Cfr. Antonelli, *Metlicina -pastoralis,* ed. post. Cod., HI, 860 sq.; Noldin, *JJe. praereptis* 675: Vermeersch. *Theologiae moruli* etc.,* 873, 2, ubi permittit usum *« pe-plonc ».*
‘ Vermeersch, *Epitome,* II, 565.
5 C. 1251, § 1-2.
8 Vermeersch, *Epitome.* II, 566, 2.
7 Vermeersch, *Theologiae morali** etc., Ill, 873, 3; Bullerlni-Palmleri, *Opvs theologicum morale-,* IT. p. $01 et sqs.

Da ahHtincntia At ieinnin.

ColLitluncubi Reti frustulum matnfinum munibus permittitur; ℚuanti tatciu cibi ad 0‹› grammata extendunt qualitas metitur consuetudine; universali autem consuetudine permittunt bonae notae auctores cafaeum, then, ohocholatuiu cum modico lacte et panis frustulo3:*

Etiam in collatione vespertina consuetudini attendendum est turn circa qualitatem, quae multum variat pro variis regionibus, tum circa quantitatem. Çoiisnetudo universalis omnibus octo uncias seu 250 grammata permittit; in regionibus frigidioribus extendunt ad decem uncias seu 310 grammata3.

Regiones quibus in collatione vespertina non permittitur usus lacticinioruin, ut sunt piares regiones Italiae, iure particulari nunc regi dici possunt.

Qui lege ieiunii non tenentur, diebus quibus solum ieiunium viget etiam mane et vespere carnibus vesci possunt.

Ex dictis iam patet non tutam esse doctrinam auctorum docentium, diebus quibus solum ieiunium praecipitur fas esse pluries in die carnibus vesci Codex enim praecipit circa qualitatem ciborum in collât iuncula standum esse consuetudini locali.

Consuetudo de qua Codex hoc canone intellegunt aliqui non de consuetudine formali quae ius constituit et legitime praescripta est, sed de usu recepto apud populum, occasione forte indulti antea concedi soliti 5.

827. — III. Catalogi dierum ieiunii et abstinentiae. - 1° Dies solius **abstinentiae.** - Lex solius abstinentiae servanda est singulis feriis sextis °.

2° **Dies solius ieiunii.** - Lex solius ieiunii servanda est omnibus Quadragesimae diebus, exceptis dominicis et diebus quibus praeterea, viget lex abstinentiae 7.

3° **Dies ieiunii simul et abstinentiae. - Lex** abstinentiae, simul et ieiunii servanda est feria quarta Cinerum, feriis sextis et sabbatis Quadragesimae et feriis Quatuor Temporum, pervigiliis Pentecostes, Deiparae in coelum assumptae, Omnium Sanctorum et Nativitatis

Diebus dominicis vel festis de praecepto lex abstinentiae, vel abstinentiae simul et ieiunii, vel ieiunii tantum cessat, excepto festo tem-

Vermeersch, *Theologiae moralis* etc., III. 873, 3.

' Noldin, *De praeceptis*l6, 683.

3 Vermeersch, *l. c.,* III, 873, 3.

1 C. I. 29 Oct. 1919, Λ. H. *S.,* XI, 180. Haec quidem de iure. Pius autem XI, 11 Feb. 1922, permisit dioecesibus geriiiaulcis ut certis diebus ieiunii liceret carnibus vesci non solum in ptandio, sed etiam in collâtiuncula vespertina; cfr. P. Zeno von Ufering, *Erkliinnuj dtr Ilojd des heiligen seraphischcn Voters Franiiskus,* 1929, Altotting· pag. 161.

Pariter carnibus pluries in die vesci licet diebus solius ieiunii iis qui ratione aetatis, ullh-il nut valetudinis lege Ieiunii non ligantur. S. C. Concilii, 17 Oct. 1923. 31. a Coronata, *htterprr-lolio,* can. 1251.

5 Ita Vermeersch, *Eyilcnnc,* IL 5G6.

C. 1252,

s C. 1252.

pore Quadragesimae \ nec pervigilia anticipantur: item cessat Sabbato Sancto post meridiem

Si alicubi aliquod ex festis de praecepto ex induito non servetur aut in dominicain sequentem transferatur, cum de laeto illud festum ibi non sit ane piius de praecepto, nulla lex ieiunii aut abstinentiae cessat [1].*

lieges particulares de ieinnio et abstinentia forte severiores iam cessarunt et abrogatae censendae sunt ad nonnam huius canonis 1252 [2].

Si festum quod ieiunium habet in pervigilio incidat feria **Ii.** ieiuniiuu non habet illo anno; in Quadragesima praeter dies dominicos alia festa etiam de praecepto nullo gaudent privilegio circa ieiunia et abstinentiam [5].

Comnussio Interpres[6]* edixit non anticipanda pervigilia quod ad ieiunium et abstinentiam spectat, salvo praescripto canonis 1253 in quo sermo est de ieiuniis ex voto aut ex regulis etc.; attamen etiam ieiunia ex voto aut reguli' et constitutionibus, nisi expresse aliud in ipsis statuatur, ad ius commune per se aptata censentur. Quare in Urbe iam non anticipatur ieiunium pervigilii Purificationis B. M. V. quod ex voto servatur; idem servari potest et alibi in iisdem circumstantiis [7].

Ex hoc canone notabiles mitigationes obtinuerunt leges de diebus ieiunii et abstinentiae: abrogata est abstinentia diebus dominicis Quadragesimae et sabbatis totius anui; abrogatum est ieiunium et abstinentia simul in vigiliis SS. Apost. Petri et Pauli, et ubi vigebat in feriis sextis et sabbatis Adventus, in vigiliis S. loannis B. et Patroni; abrogata est abstinentia diebus Quadragesimae quibus nunc solum viget ieiunium.

Vigent etiam post Codicem ieiunia speciali ex causa praecepta, ex. g„ in vigilia consecrationis ecclesiae[8]* ad lucrandum iubilaeum [9].

Verba ncc *pervigilia anticipantur* respiciunt totum annum, non tantummodo exceptum quadragesimae tempus [10].

828. — IV. De ieiunïis ex iure speciali. - A Codice nihil immutatum est de induitis particularibus, de votis cuiuslibet personae physicae aut moralis, de constitutionibus ac regulis cuiusvis religionis

1 'An et (tu.» diti, tcrnporc Quadragesimae, peregrini teneantur servare abstinentiam sabbati in locis ubi. ex speciali dispositione Sanctae Sedis, eadem abstinentia debet servari ferla IV' . y. c. Concilii respondit ! Teucri alterntra die a<l libitum, remoto tamen scandalo., 9 Februarii 1924, *A. A. S.*. XVI, 94.

C. 1202. * 4. Exceptl" hic statuta pro sabbato Sancto non est extendenda ad pervigilium Nativitatis Domini. Ordinarii locorum inducere curent fldch s nd ius commune servandum. S. C. Concilii 13 Nov. 1937. *A. A. S.*. XXX. 160-161.

ii C. I. 17 Febr. 1918. ad I, J. *A. .S'*.. X, 170.

Cfr. C. I. 3 lun. 1918, iu /tu *pontificium,* a. I. pair. 6.

S Cfr. C. I. 24 Nov. 1920. *A. A. S.*. XII, 576.

Λ 24 Nov. 1920, cfr. not- praecedentem.

Cfr. \criucer-«-li. *I' ri»Aie«i,* X. 256, VITI; Cosiuas Sartori. *EnchiritUon cononinnn,* Hankow, 1820, pas. 109.

3 C. 1166, j 2.

9 Cfr. Fanfani, *De iiuhtlyenKût,* 1919, pag·. 62.

10 C. I. 21 Nov. 1921.

vel instituti approbati sive virorum sive mulierum in communi viventium etiam sine votis \

Indulta sunt exemptiones ab aliqua peculiari obligatione ad tempus concessae; indulta interpretanda sunt stricte ad normam privilegiorum2.

Exempla indultorum plurima afferri possunt circa legem ieiunii et abstinentiae3, eaque certo non censentur revocata decreto S. C. Consist. 25 April. 1918. (pio revocatae sunt facultates temporaneae ante Codicem concessae *

Indulta specialia sunt etiam ea quae continentur in *B-ùUa Cruciator* cuius usus etiam nostris diebus quibusdam regionibus concessus est 5.

Indulta ante Codicem concessa pro parte, quae severiorem quam nunc viget disciplinam supponunt, abrogata sunt, et solum eis uti quis potest parte mitiori.

Ieiunia ex voto servanda, nisi expresse aliud declaraverit vel intenderit vovens, eodem modo interpretari possunt ac ieiunia ex lege ecclesiastica obligantia; proinde ea non obligant diebus festis quibus non ieiunat Ecclesia; et eorum obligatio cessat aetate qua cessat obligatio ieiuniorum Ecclesiae e.

Idem fere valet de ieiuniis ex regulis et constitutionibus religiosorum aut institutorum. Si in iis nihil statuatur de modo ieiunandi et ieiunium simpliciter praecipiatur; iam non censentur obligare ad abstinentiam, quia censendum est, nisi aliud expresse ibi dicatur, ieiunium ecclesiasticum, quod nunc non amplius abstinentiam continet, regulas et constitutiones praecipere

829. — V. De iis qui lege ieiunii et abstinentiae tenentur. · 1° Abstinentiae lege tenentur omnes qui septimum aetatis annum expleverint 8.

Attamen etiam septennio maiores si usu rationis caveant excusantur °.

‘ C. 1253.

' *C. 85;* cfr. Worn/., *l.* e., I. 163; Toso. *Commentaria minora,* 1, pag. 8: cfr. tamen etiam val. I, n. 8S ct. 87.

3 Videri possunt: rescriptum S. C. Concilii 19 Februar. 1851 ct responsum eiusdem Congr. ad Episcopum Arniensem 29 April. 1911; litterao past. Leonis XIII *Trans Oceanum »* 18 April. 1897, n. 12 et indultum 1 lanuarii 1910; pro America latina; indultum, Pii X ad Episcopos Dalmatiae 10 Ionii 1910; pro induitis Americae Septentrionalis cfr. Augustine. 7. c., VI, 181-183.

3 Augustine, 7. c., VI, 180-181.

5 Cfr. Litteras Benedicti XV « *Ut praesens periculum* 12 Aug. 1915: *Monitore ‹tcU-siaslico,* vol. 18, 351 et 118; vol. 31, 171-181; Arregui, *Summarium Theologiae moralis,* n. 95i) SQ.; Litt. Ap. ' *Providentia opportuna* · 15 Aug. 1928.

9 Cfr. Matthaeum a Coronata, *l. c.*. 318-319; Vermeersch, *Epitome,* II, 569; Idem, *Thia-l'ifjiae moralis principia,* etc., IIT, 877.

' Cfr. *Acta Ordinis Minorum,* a. 1892, mense Febr.: *Analecta Ord. Minor. Cap,l,* vul. 8. pag. 125: P. Victorium ab Appcltcrn. iu *Ephemerides liturgicae,* a. 1917. pag. 59 sq.; Cosmus •Sartori. *Enchiridion. Canonicum.* 1926, p. 109. Verum dc ieiuniis Regulae Fratrum Minorum declaratum est ea non cessare diebus festis de praecepto extra quadragesimam occurrentibus. ▮§. C. De Religiosis, 22 Martii 1921. Apud Sartori, *Enchiridion,* can. 1253. Verum certum est etiam ieiunia miuoritlca diebus dominicis non obligare.

1251, § 1.

12; Vermeersch. *Epitome,* II, 570; Arregui, /. r., 115; Noldin, *De praeceptislr'.* GUI. I.

2° Lege ieiunii adstringuntur omnes ab expleto vicesimo primo aetatis anno ad inceptum sexagesimum x.

Computatio annorum facienda est ad normam e. 34, § 3, n. 3.

Ante annum vicesimum primum et post sexagesimum ieiunium non obligat aksolute; proinde nec robustiores tenentur qui facile ieiuuarc possent. Mulieres aequiparantur viris 2.

Causas a ieiunio aut abstinentia excusantes enumerant moralistac siurtque egestas, infirmitas, labor cum ieiunio non conciliabilis, moralis impotentia etc. ’.

Attendi autem debent hae tres propositiones condemnatae ab Alexandro VII: · In die ieiunii qui saepius modicum quid comedit, etiamsi notabilem quantitatem in fine comederit, non frangit ieiunium. Omnes officiales qui in repnblica corporaliter laborant, sunt excusati ab obligatione ieiunii, nec debent se certificare, an labor sit compatibles cum ieiunio. Excusantur absolute a ieiunio omnes illi, qui iter agunt equitando, utcumque iter agunt, etiamsi iter necessarium non sit, et etiamsi iter unius diei conficiant »4.

luxta responsum Praesidis Commissionis Interpretis, norma data in hoc ăn. 1254, 32 valet tam pro viris quam pro mulieribus 5.

1. Vermeersch, *Epitomt.* II, 570.

' Cfr. Vennivrsch, *Theologiae moralis* etc. III, SS2-S84; N'oldin, *De praeceptisl,** 676, et ‹;S6; Matthaeum a Coronata, *I. c.*. 310-312.

* IS Mart. 1666; Denzinger-Bunnwart, *Enchiridionl:!.* 1129-1131. Cfr. C. I., 13 Januarii 191?, apnd Sartori, *Enchiridion,* can. 1251.

830. — Postquam parte secunda libri tertii de locis et temporibus sacris quibus determinantur loci et tempora quibus cultus debitus Deo tribuendus est egimus, iam hac tertia parte de ipso cultu divino agendum est, de eius obiecto, manifestatione et modis.

NOTIONES PRAEVIAE

I. Quid liturgia et cultus divinus. - 1° *Liturgia (λεῖτον ἐογοτ* - munus seu ministerium publicum seu pro populo susceptum) est complexus rituum ad Deum honorandum et ad homines sanctificandos institutorum L

Ex hac notione patet referri ad liturgiam non solum cultum divinum stricte dictum, sed etiam eos ritus qui de se ordinantur directe ad hominum sanctificationem, quaeque Sacramenta et Sacramentalia vocantur.

2° *Cultus divinus* est ea pars liturgiae quae directe et principaliter ad Dei et Sanctorum venerationem refertur 2.

Etiam cultus Sanctorum recte refertur ad cultum divinum et de eo agitur hac parte quae a cultu divino appellatur; Sancti enim gloria et honore digni sunt quia Deo cari et inseparabiliter uniti eius iam gloriae et praeeminentiae participant.

De liturgia sacramentali agitur libro III, parte I; hac parte non exponitur tota liturgia cultus divini stricte dicti, sed eius praecipua capita et generaliora principia. Alia exponuntur in schola speciali liturgiae et in schola liturgiae praeficae.

831. — II. Variae species cultus divini. - 1υ *Cultus latriae* quo Deus proprie adoratur seu omnium rerum dominus et Ens a se agno-

‘ Wemz, Zue *decretalium,* III2, u. 311-315: Barin, *Uatcchismo lilurgico,* I1, n. 4 sqs.

2 Wernz, */. C.,* III, 314-315.

scitur sacrificiis, votis, iuramentis et festorum sanctificatione. ', debe· tm· Sanctissimae Trinitati singulis eiusdem Personis. Christo Domino. etiam sub speciebus sacramentalibus ·.

Cultus duliae, quo Deus mediate agnoscitur et adoratur, debetur Angelis et Sanctis cum Christo in caelo regnantibus: dulia nutem qua B. Virginem Mariam ob eius super Sanctos omnes et Angelos praeminentium veneramur *hyperduliani* appellamus 3.

2° Cultu relativo, qui nempe refertur ad prototypa, veneramur etiam sacras reliquias et imagines :*

Cultus relativus erit latriae vel dtiliae prout ad Deum aut ad creaturas refertur

3° Cultus, si deferatur nomine Ecclesiae a personis legitimo ad hoc deputatis et per actus ex Ecclesiae institutione Deo, Sanctis, ac Beatis tantum exhibendos, dicitur *publicus;* sin minus, *privatus* 6.

Ex hoc canone ad cultum publicum tres videntur requiri conditiones, nempe: ut *nomine Ecclesiae* deferatur; ut deferatur *a personis ad id deputatis legitime;* et ut deferatur per *actus* determinatos. Si una ex his tribus conditionibus desit, cultus publicus halteri nequit

Nomine Ecclesiae dicitur fieri quod fit prae·, ipiente aut saltem assentiente et non contradicente publica Ecclesiae auctoritate; e. g. si sacerdos aut communitas religiosa contra legitimi Superioris voluntatem et legem Ecclesiae Missam celebret et horas canonicas recitet in honorem alicuius Servi Dei nondum inter Beatos enumerati, non ideo dici potest cultum publicani exercuisse quia id non fecit nomine Ecclesiae, sed potius Ecclesia obsistente.

Persona legitime deputata non necessario debet esse sacerdos aut clericus, sed et persona moralis et laicalis 8; unde esset cultus publicus recitatio horarum canonicarum facta in choro a communitate monialium; e contra non esset cultus publicus depictio imaginum Servi Dei cum radiis aut aureola facta a persona laica privata, non consentiente auctoritate ecclesiastica.

Pariter requiritur ut *actus sint ex Ecclesiae institutione* reservati Deo, Sanctis et Beatis; unde esset cultus publicus depictio imaginum Servi Dei in parietibus ecclesiae ’.

1 Eichmann, *l. c.,* 111.
2 C. 1255. 1 1: Wernz. *I. r..* 111. 354-3i>7.
0 Ferniris, *BibUothcw.* v. n. 26 sq.
6 C. 1256.
7 Moersdorf, Pie *tedilMprachc Codex iurte Canonici,* p. 243, distinguit cultum pu· bllcnm ,'crwu proprio et nensu improprio. Cultum publicum tseiisu improprio appellat ciiltuiii qui defertur n persuuls ud id non deputatis,
8 Blnt, L c., n. 122, p. 113.
8 Cfr. Blut. *I. c.,* 122, p. 113.

Aliter hunc c. 1256 interpretator Vcmrereeb. *epitome,* II, 571. et p<M ipsnm (1a<y< Bouiinert-biiucuon, *M<n>u;ïe ,uru cnmm·.* n. S2l>, p. m, Itemque De ,M< (i /t«ri« 0>- *Honici ct iuris amonicvcttilis Cvinpciaiiwn,* III, 1921, n. 1218> png.]17 { j d

•or*.

Benedictus XIV, Coum. *Jitamni iitulo,* 30 April. 1719, «locet dubitari non posse quin publici cultus rationem habeant illi quoque actus qui piivatim exercentur , at statim addit: ‹ ubi sint ex eorum genere qui ab Ecclesia instituti sunt ad sollemnem Beatis aut Sanctis venerationem adhibendam ·. 1'nde dicemus vel notionem cultus publici datam a Benedicto XIV modificatam fuisse a ('«ulice, vel Benedictum XIV intellegendum esse ad normam cun. 1256. ita ut dicatur *nomine Ecclesiae a perwnin deputatis legitime* deferri cultas cum fideles, etiam privatim, sciente tamen et assentiente Ecclesia. per (ictus *reservatos* Dcuni et Sanctos colunt.

Cultu privato coli possunt omnes (pii cum fama sanctitatis aul martyrii mortui sunt *.

832. — **III. Ordinatio cultus divini et liturgiae.** - Unius Apostolicac Sedis est tum sacram ordinare liturgiam, tum liturgicos approbare libros 2.

Hoc canone determinantur tum *fontes essendi* et *exsistendi* universi iuris liturgici tum *fontes cognitionis* 3.

1° *Fontes essendi et exsistendi* iuris liturgici, praeter ius naturale ct positivum divinum, est una S. Sedes seu Romanus Pontifex, qui generatim suo iure utitur per S. C. Rituum 4, cuius responsiones si *firmiter* scripto edantur propositis dubiis, eandem auctoritatem habent, ac si immediate ab ipso Summo Pontifice promanarent 5.

Pro Ecclesia orientali leges etiam liturgicas fert· R. Pontifex per S. C. pro Ecclesia orientali6.

Alius fons iuris liturgici etiam nostris diebus vigens est praeterea consnetudo debitis ornata conditionibus7.

Hoc ius Romani Pontificis nativum est ad exclusionem praecipue aneto-

---

cultum publicum haberi sive defertur nomine Ecclesiae a personis ad id deputatis; sive defertur a personis non deputatis sed per actus Deu. Sanetis et Beatis reservatos. Litterae Co(licis videtur magis convenire nostra interpretatio, quae ceteroquin in praxi vix differt ab interpretatione a Vermeersch admissa. Alii auctores litterae Codicis adhaerentes videntur admittere nostram opinionem; Eichmann, Z. c., 411 ; Augustine» Z. c., VI, 189-190; Perathoncr. l. e., 117; Santamaria, Z. c., IV, 108; Mothon, *Institutions canoniques,* II. η. 2479; Tôrrnbiano Ripoll, *Noctsimas Institucinnes fle drrcchn candnicn^* II. n. 1019,

1 Wernz, Z. c., ILI, 361.

2 °- 1257·

3 Fontes *constitutivi* imis sunt vel fontes *essendi* quo nomine appellantur auctores iuris vel iuntes exsistentiae ct sunt varia genera legum seu iurium. Fontes *cognitionis* sunt fontes *indicativi* et constituuntur a libris aut documentis in quibus leges continentur (Cicoenani, *bn canonicum,* I, n. 33).

4 C. 253, § 1.

5 Cfr. c. 2; S. R. C. 23 Maii 1816, *Decr. auth.* 2916; 11 Sept. 1847 ad 13. *Decret, auth·* 2951; Wernz, Z. c., III, 328; Victorium ab Appeltern. *Sacrae lituryiac promptuariwiti* I,n. 17: barin, *CateChismo liturgico,* 1\ pag. 16-17, 28-30 et 53-55; Piacenza. *Praelectiones de S. J.i· Pedicino oplcio.* n. 17 m‹i.; Callcwaort, *Institutiones litvrvicae,* n. 120 sq.

« C. 257.

7 Wernz, Z. c., III. 330; Barin, Z. e.. I5, pag. 19-53; Callewaert, Z. r.. 136 sq.; Santamaria. L r, IV, 109; contra Eichmann, Z. c., 110.

litatis cuiuslibet civilis 1 et etiam Episcoporum, quibus tamen Apostolicis ad Romanum Pontificem et leges universales aliqualis potestas in Ecclesia Romana, et maior etiam in aliis liturgiis agnoscenda est 2.

2° *Fontes cognitionis* iuris liturgici sunt praecipue libri liturgici proprie dicti qui quandoque *typice* edi[3]untur a typographia Vaticana aut ab alia quae hoc privilegium a S. R. O. obtinuerit post singulorum foliorum revisionem ab ipsa S. Congregatione factam; aliae vero editiones vocantur *iuxta typicas* de quarum conformatione cum typica testari debet Ordinarius loci 4. Praecipui libri liturgici mine adhibendi sunt:

a) Pro divino officio: *Breviarium romanum*, ultima vice typice editum a. 1914; *Martyrologium romanum* cuius ultima editio typica est anni 1913; *Octavarium romanum* quod tamen non est obligatorium; *Lectionarium* quo nomine appellamus lectiones pro festis universalis Ecclesiae commemoratis ad matutinum legendas editas a. 1915 a S. R. Congregatione 5.

b) Pro Missae celebratione: *Missale romanum*. typice editum a. 1920; *Memoriale rituum*, typice editum a. 1920.

c) Pro Sacramentorum et Sacramentaliuni adu inistratioiie: *Pontificale romanum*. typice editum ultima vice 1888; *Rituale romanum* a. 1925, ultima vice typice editum.

d) Pro cantu liturgica: *Kyriale* a. 1905; *Graduais* a. 1907; *Officium pro defunctis* aa. 1909 et 1913; *Cuntorinus* seu Toni communes a. 1911; *Aniiphonale* aa. 1912 et 1919 editum.

Habentur praeterea *Caeremoniale Episcoporum* ultima vice typice editum a. 1886 et *Instructio Clementina* pro Oratione quadraginta horarum a Clemente XI a. 1705 et a Clemente XII a. 1736 edita pro Urbe Roma, cuius tamen observantia omnibus commendatur 6.

832 bis. — 3° **Facultas edendi libros liturgicos Typographiae Vaticanae reservatur.** - Ad consulendum decori quo res ad divinum cultum pertinentes nitere debent et ad obtinendam librorum liturgicorum lectionem emendatissimam Pius XII Decreto S. R. Congregationis. 10 Augusti 1946. haec quae sequuntur statuenda decrevit, sublata quavis concessione atque abusu in contrarium exsistente:

1 (Caragnis, *Institutiones iuris publici ecclesiastici*, III, n. 117 sq.
2 Gdlewaert, *Z. c.*, 120; Wernz, *Z. c.*, III, 320; Barin, *Z. c.*. P. p. 16-17.
3 Omittimus hic enumerationcui librorum liturgicorum et aliorum fontium antiquorum quae videri potest apud auctores qui de re liturgica ex professo agunt; cfr. Barin, *Praelectiones liturgici*, I3. pag. 17 sq.; CaUewuert, *LUurrjicae instituitona*, (1019) n. 53 et sq.; Schuster, *JÂbeT Sacraiiienfonini*, a. 1919 sq. v. I, pag. 1 sq. et passim in aliis voluminibus: itomque non animus de *Authentica collecliane* S. C. Rituum de qua in fontibus egimus.
4 Cfr. Augiustine. *I. c.*, VI, 191.
5 Barin, *Z. c.*. I5. p. 21-35.
6 Cfr. Barin. *I.* 1-. I5, pair. 25 sq.: (ullewarrt, *I. c.*, 121.
Circa editiones vero horum librorum cfr. infra ubi de *Praeriu librarum cennuru*, tit. XXIII, cap. I. IV

1) «Uni dumtaxat- Typographic» Vaticanae., ceteris exclusis. Ii-1)108 liturgicos typis excudendi ius esto.

2) Quilibet typographic, sive pontificio diplomate gaudet, sive non, toties a S. Rituum Congregatione licentiam obtinere debebit, quoties hos libros edere velit.

3) Administrationis Bonorum S. Sedis est pro publica horum librorum divulgatione singulis vicibus conditiones ferre.

4) Concordantia cum editione Vaticana ab Ordinario iuxta c. 1390 Cod. Iuris Canonici, concedenda, ne subscribatur ab ipsis nisi post diligentem atque accuratam viri in re liturgica periti revisionem.

5) Ad huius decreti effectum, hi qui sequuntur liturgici accensentur libri: Breviarium Romanum, Rituale Romanum, Missale Romanum. Pontificale Romanum, Martyrologium Romanum, Caeremoniale Episcoporum, Memoriale Rituum, Octavarium Romanum, Collectio decretorum S. Rituum Congregationis » 1.

833. — **IV. De Ordinariorum potestate in cultu divino dirigendo.** - 1° **De exclusione auctoritatis civilis.** - Quod superius de iure Romani Pontificis excludente cuiuslibet auctoritatis civilis ingerentiam in cultu divino dirigendo diximus, idem valet, salvo iure Romani Pontificis, proportione servata et de aliis Superioribus ecclesiasticis. Ideo Codex generale hac de re statuit principium: Ecclesiae ministri in cultu exercendo unice a Superioribus ecclesiasticis dependere debent 2.

Quod verbum *unice* ponitur ad excludendam quamlibet auctoritatem civilem, sive supremam, sive mediam sive etiam municipalem. Explosa proinde manent placita antiquorum regalistarum et plurium etiam nostrorum temporum liberalistarum.

Possunt quidem civiles auctoritates de precibus fundendis et de externis religiosis manifestationibus ordinandis et promovendis ecclesiasticis Superioribus sua desideria aperire, minimo vero haec omnia ipsae per se praecipere et ordinare 3. Quos, si aliquid huiusmodi attentare praesumpserint, ecclesiastici Superiores, sancta libertate, qua usus est Osius adversus Constantinum M. redarguant: « *Ne te misceas ecclesiasticis rebus nec nobis in hoc genere praecipe; sed potius ea a nobis disce. Tibi Deus imperium commisit: nobis, quae sunt Ecclesiae, concredidit... Cave ne quae sunt Ecclesiae ad te trahens, magno crimini obnoxius fias. Scriptum est: Quae sunt Caesaris. Caesari; quae sunt Dei,*

1 J. *A. S.*, XXXVIII, 371 sqs.
2 C. 1260.
3 Benedictus XIV Const. » *Quemadmodum*, § i, 23 Mint. 1743; («aspan-i. *l-'onte.*-. 1, u. 336, refert S. Con.<r. Concilii abrogasse Edictum auctoritatis civilis de *Te Inum* cam-ndo ob partam victoriam in bello.

lira ’. Quodsi nostris diebus Pius XT - n'ipnhli<\ iv g.iJIir.ie *conwialionet dioett.* λοιλχ ad experiment inn permisit, .mtc omnia tamen reqnisivit ut earnin statuta sie emendata essent, ut sua vi ac natura eum Ecclesiae divina instilutiono ciib· que legibus saltem substantialiter, ut aiunt, congruerent . Et art. IV horum statutorum districto vetatur consociationi so immiscere divinis ofHeiis ordinandis · ’.

834. — 2° Ad quae se extendat Ordinariorum potestas,- T Locorum Ordinariis officium iniungitnr advigilandi nt sacrorum canonum praescripta de divino cultu sedulo observentur, et praesertim ne in cultum divinum sive publicum sive privatum, aut in quotidianam fidelium vitam superstitiosa ulla praxis inducatur, aut quidquam admittatur a fide alienum vel ab ecclesiastica traditione 4 absonum vel turpis quaestus speciem 5 praeseferens. Quod.si loci Ordinarius hac in re pro suo territorio leges tulerit, etiam religiosi omnes, exempti quoque, obligatione tenentur easdem servandi; et Ordinarius potest eorundem ecclesias vel publica oratoria in hunc finem visitare °.

Possunt locorum Ordinarii vi huius canonis ordinationes seu leges ferre ad praxim deducendas leges liturgicas universales et S. R. C. decreta, itemque ritus ordinare in illis materiis quae iure communi universali sive scripto sive non scripto nondum definita sunt 7.

Vigilantia extenditur ad cultum etiam privatum, ad excludendam cuiusvis speciei superstitionem qua in cultu Dei per excessum peccatur Deum colendo cultu falso aut cultu superfluo seu modo indebito 8. Superstitiones occurrere facile possunt in locis missionum infidelium °, at etiam inter tideles et iu ipsis ecclesiis eas introduci contingere potest 10.

Ab ecclesiastica traditione alieni sunt novi tituli Sanctis applicati qui ali-

1 Cfr. Const. ‹ *Quemadmodum* ›, *L c.*\ itemque litteras Pii X *lanidtuliim in Lusilaniu·.* I Mali 1911, ubi damnantur corpora civilia lalcorum divino cultui exercendo praesidenti» ib auctoritate civili constituta.

2 Epiât. Enoycl. · *Maximam grucissimamquc* 18 lan. 1924. «4. >S., XVI,

3 Cfr.. si lubet, hac de re lansaens in *Periodica,* XIII. pag. 30-42. Cfr. etiam c. 1181.

1 Cfr. Decretum 26 Maii 1937 · *Ium olim* * de novis cultus formis non inducendis. S. C. Ollie. 1. -1. S., XXIX. 304; et decretum de non introducenda devotione erga Caput I). N. L ‹ h. S. Otilc. IS iunii j . .1. *s*.. XXX. 226-227.

5 Cfr. Decretum S. C. Concilii dici 7 Ionii 1932, dc gratiarum et oblationum in piis ephemeridibus cvulgatione. XXIV. 210.

‘ Ctr. Wernz, *I. c.*. Ill, 329.

8 ("fr. Xoldin. *De praecepit l,** 148 sq.

• Cft. Cunstit. Benedicti XIV * *Omnium solKcitiaiinurn* -, 12 Sept. 1714, ubi de prasi superstitiosa festum agendi in domibus privatis prima vice <pia puella aliqua fluxu menstruo sanguinis laborat: itemque de praxi adhibendi circulos super capita sponsorum ad auferenda malcflvia; item de fractione fructus Cocco ad auspicandam prosperitatem aut infortunium, cfr. apud Gasparri. Fonto, I, n. 348.

10 Cfr. e. g.. S. R. C.. 19 bm. 1619, *Dtcreih. auth.* 369, de superstitione immergendi in aquam lignum Crucis ad impetrandam pluvium; S. II. C. 12 Sept. 1769, *Decrcth. uulh.* 2180, de immersione imaginis sacrae in flumine; S. C. S. Off. 3 Aug. 1903 in *Collectanea* S. C. IV F. u. 2173 de superstitione vitanda iu usu chartularum imaginum B. 31. Virginis; S. C. S. Off. 21 April. 1917. .·!. .1. .S.. IX, 268 de prohibito interventu experimentis spiriticis.

quam insanam novitatem pnieeefarunt \ quae tamen novitas non necessario errorem implicat dogmaticum aut moralem 1.

Ordinarii locorum vi huius canonis possunt visitare etiam regulares3;* at probe notandum est ius visitationis valde limitari, scilicet ad ecclesias et publica, non semi-publica saltem interna, oratoria et unice ad finem curandi observantiam legum seu statutorum dioeccsanorum de cultu divino de quibus praecise hoc canone agitur \

Huc spectat decretum S. Congregationis Concilii, 11 Februarii 1936, *De piis fidelium peregrinationibus ad celebriora sanctuaria moderandis.* In ipso liare praescribuntur: Peregrinationes characterem religiosum, non mere proianuin. habere debent; auctoritate ecclesiastica approbante promoveantur; in ipsis moderator spiritualis habeatur; quaelibet turpis lucri species ab iisdem arceatur et pars oeconomica viris laicis honestis committatur 5.

b) Loci Ordinarius nequit novas litanias approbare publice recitandas 6.

Novae litaniae sunt quae nondum approbatae sunt a S. Sede, e. g.. litaniae S. Antonii, litaniae S. Familiae. Litaniae' vero approbatae sunt: Li-

1 Cfr. e. g. S. R. C. 11 Iunii 1873, *Dccret. uulh.* 3301, de cultu *Cordis* S. Toscph; S. R. C. n Februor. 1891, *Dccret. auth.* 3818, de titulo B. M. Virgini *Dc Cruce.*

2 Cfr. S. R. C. 9 Nov. 1921 quo decreto definitive approbatur novus titulus *Sacratis-.«imi Cordis Icsu Eucharistici,* **J.** *A.* ›$*„ **XIII**, 545, una cum decr. 28 Mart. 1914, *A. A. S.,* VI, IB: npnd Vermeersch, *Periodica.* VTTT. pag. U sq.; *Monitore ecclesiastico,* v. 2G. pag. 119.

3 Blat. *I.* c., 128, pag. 154; Melo, *De exemptione regularium,* pag. 135: Bondini, *De firirikgio exemptionis,* n. 29.

1 Cfr. o. 311. § 2; Blat. /. c., 128, n. 151. Vide vol. I, nola 6, pag. 1G6; Goyenechc. in *Commentarium pro religiosis,* VI, 357-360; itemque P. Marcel1. a P. lesu in *Commentarium prv religiosis,* vol. IN, pag. 235-214 et Petr. Kraemer ibidem in *Commentarium...* IX. 215-218. Lnbct autem hic referre hac de re responsum a Card. Gasparri dation et in *Commentarium pro religiosis* relatum, quod licet nondum promulgatum sit in *A. A. S.,* mentem tamen et stylum refert- Curiae Romanae: « Dubium de visitandis a loci Ordinario templis icligiosorum exemptorum. — In Urbe N. tempore quo ecclesiae urbis quimpiennali Visitatione Subdebantur, misit Ordinarius loci suum delegatum ad visitandum templum Ordinis N. in illa urbe exsistens. Superiora praedicti Ordinis non reluctante, delegatus Ordinarii visitavit ttinphun et sacrarium eodem modo quo ecclesiae non exemptae visitari solent. Re audita, Provincialis praedicti Ordinis protestationem Ordinario porrexit, in qua cum 'debita reverentia, ei inculcare conabatur, templum Ordinis vi exemptionis visitationi loci Ordinarii subiectum non esse. Quodfii vero do visitatione iuxta c. 1261, § 2 agatm·, illam supponere leges partiemares in materia in praedicto canone expresse latas, haneque visitationem totam quantam differre ab illa qninqiieniuili. Ordinarius affirmat, se allatas rationes non agnoscere seque ius habere etiam exemptorum regularium templa visitandi. Ad rem dirimendam quaeritiu·: 1. 1'truni Ordinarius loci templa Ordinis N. in sua dioecesi exsistentia modo praedicto quinto quoque unuo visitare possit. Et quatenus negative: II. Utrum in casu, quo leges dioeccsanae (e. g. synodales) non quidem novam materium iuxta can. 1261 afferunt, sed solum leges ecclesiasticas urgent, Ordinarius ad visitationem manum apponere possit. Et quatenus negative: Il1. Utrum visitatio, de qua in can. 1261. $ 2 eodem modo in&tituenda sit ac solita quinquennale visitatio ecclesiarum non exemptarum. Et quatenus negative: IV. Utrum ad visitationeui iuxta can. 1261, § 2, extendi possint responsu S. C. Ep. et Reg. ante novmn Codicem datu, nt nempe. Ordinarius visitationis iure in tantum solum generatini utatur, in quantum positivam habeat notitiam, leges particulares a se lutas in ("celesiis regulariiun exemptorum nou observari. — Ad 1. **II. III**, negative; ad IV, positive '.

P. Card. Gasparri. Praeses Commissionis pro interpretatione Codicis. Romae, 8 April. i9îi;

5 Cfr. **J.** *A.* N.. XXVTÎT. 1G7.

c C. 1259, 52.

taniae omnium Sanctorum, prout sunt in Breviario, in Instruetiono dwuentina aut in Missali etc., litaniae SS. Cordis lesu, SS. Nominis lesn, S. losepli, B. M. V. seu lauretanae. Omnium SS. pro agonizantibus prout sunt in Kituali. Quibus ex propria devotione nulla alia invocatio addenda est; permittitur tamen additio nominis fundatoris illis Ordinibus qui privilegio gaudent fundi torem nominandi in *Confiteor* L

Publica litaniarum recitatio habetur quotiens fideles aliqui in ecclesiam aut publicum oratorium 3 conveniunt, ad litanias recitandas in communi, etsi minister sacer non assistit qua talis '.

Fratribus minoribus necnon tertiariis sive saecularibus sive religio.'i, concessum est in fine *litaniarum* B. M. V. invocationem addere: *Regina Ordini Minorum. ora pro nobis,* non solum in recitatione privata, sed etiam in publica 4.

Litanias privatim recitandas approbare potest Ordinarius loci5.

c) Alias vero orationes ac pietatis exercitia permittere potest Ordinarius loci, qui tamen in casibus difficilioribus rem totam ad Sedem Apostolicam subiicere debet. Eius autem revisio et expressa licentia requiritur ad orationes recitandas et exercitia pietatis peragenda in ecclesiis aut oratoriis e.

Quae revisio et expressa licentia necessaria videtur solummodo si agatur de orationibus ant exercitiis nondum usu comprobatis. Videtur item requiri licentia etiam pro ecclesiis et oratoriis regularium, exceptis oratoriis seniipublicis internis

835. — A'. **Vetitum communicationis in sacris cum acatholicis. - 1° Quae absolute velentur.** - Haud licitum est fidelibus quovis modo active assistere seu partem habere in sacris acatholicorum \

Ilationea huius prohibitionis absolutae ex iure naturali l et divino originem habent ct his comprehendi possunt; quia Ecclesia est vera, et unica societas religiosa de iure exsitens in qua fas sit Deo debitam praestare cultum; evitatur hoc modo scandalum, itemque quasi approbatio sectae non verae et periculum perversionis quae rationes non solum participationem veram quae ex animo flat prohibent, sed etiam quae simulate fit ad damnum aliquod vitandum 3.

Speciatim vero nunquam licet officio patrini fungi in baptismate ab acatholicis administrato; *regulariter* autem prohibetur etiam catholicis assistere baptismis, matrimoniis et concionibus acatholicorum *

Numquam licet filios catholicorum baptizandos offerre acatholicis ministris s.

Nullo in casu, excepto mortis periculo, licet confiteri peccata sua haeretico et schismatico; in casu autem mortis id licet, dummodo alius catholicus sacerdos non adsit, scandalum vitetur, et periculum perversionis non habeatur et probabile sit haereticum ministrum sacramentum administraturum esse ritu Ecclesiae 6.

Sacros ordines ab haeretico nunquam recipere licet 7.

Nec licet catholicis haereticum ministrum advocare pro haeretico in periculo mortis constituto; possunt autem catholici in hoc casu *passive se habere;* passive se habere significat non esse licitum directe advocare ministrum acatliolicum, idque declarare in casu est consultum: advocato autem serviri potest cuin aliquo obiecto, pertinente ad eius respectivam sectam 8.

Illicitum est organaedo catholico organa pulsare in templo acatholico tempore sacrarum functionum J.

Permitti seu tolerari potest accessus acatholicorum ad ecclesias catholicas, dummodo eis non administrentur· sacramenta, nec communicent in divinis cum catholicis, nec illuc invitentur 10.

1 Cfr. Augustine. *I. c.,* Vf, 15J8-19U; Vermetrsch, */.* c., II, 580.

2 Recitatio litaniarum in semi-pnblico oratorio non venit nomine publicae recitationis; ita *Monitore ecclesiastico,* vol. 38. 1926. pag. 218, n. 24; severius Santamaria, *l.* c., IV 11M12, habet publicam recitationem in oratorio s»?mi-publico etsi unica persona recitet aliis respondentibus et tenuis clausis: citatque decretum S. R. C. 20 lunii 1896; illa autem die et anno duo de eadem materia prodierunt decreta nempe 3916 et 3917, quorum tamen neutrum in sensum severiorem rem evincit.

3 S. R. C. 6 Mart. 189 i et 20 lunU 1890. *Décret, auth.* 3820, 3916; De Mcestcr, *L* C..III, n. 1250, p. 152, in nota 4.

* *Motu proprio* Pii X, 7 Sept. 1910, **J. J.** *S.,* II, 718.

5 Torrubiano Ripoll. /. c., II, n. 1041; De Meester, *l. c.*. III, n. 1250, pag. 152. notu 5.

s C. 1259, ? 1. Cfr. Decretum S. Officii, 17 Aprilis 1942, ubi ad mentem decreti 26 Martii 1937, commendatur Ordinariis ut cauti sint in approbandis libcrculis et fuliia pietatis ct precum exercitia continentibus, praesertim si novitatem sapiant ct parum congruentia genuinae pietati contineant. .1. *.I. S.,* XXXIV, 149; *Periodica,* XXXI, 291 sqs.

7 Ita Vermeersch. *Epitome,* II. 579. Cfr. etiam Claeys Bounaert-Simenon, *l. c.,* n. S34. Torrubiano Ripoll, *l. c.*. II. n. 1010. docet sufficere quod preces sint approbatae a qualibet legitima auctoritate ecclesiastica, salvo semper iure Ordinarii loci in sua dioecesi determinata preces prohibendi. Quae opinio probabilis videtur, licet in canone sermo sit de *Ordinario loci* non simpliciter de *Ordinario.*

3 C. 1258. i 1.

1 Sunt tamen theologi qui illiccitatem communicationis activae, si adsit gravissima causa, ritus adhibeatur catholicus, absit scandalum ct professio falsi dogmatis, ex iure naturali negant. Quidquid autem est de iure naturali certe illiceitas ex iure positivo admittenda cH. Cfr. Vermeersch, *Theologiae moralis principia, responsa, consilia,* Π, n. 50, pag. 34; be Meester, *L* c., HI, p. 1253.

2 Cfr. Augustine, Z. c., VI, 193; Blat, *l. c.,* 124, pag. 144.

3 S. C. Prop. F. 1729 in *Collectanea,* η. 311; S. Officium, 28 Aug. 1780 in *Collectanea,* η. 546 declaravit non posse licite puerum catholicum sacris lutheranorum materialiter et ficte intéressé ad odium fratris evitandum et exheredationem.

4 S. C. S. Off. 10 Mali 1770 in *Collectanea,* 478; 3 lanuarii 1871 in *Collectanea,* 1362; 11 Oct. 1676 in *Collectanea,* 211 ad 1.

5 S. C. S. Off. 26 Sept. 1668 in *Collectanea,* η. 169; 29 Nov. 1672 in *Collectanea,* n. 205 ad 2; S. C. Prop. F. 6 Aug. 1764 in *Collectanea,* 455.

G S. C. Prop. Fid. 17 Februar. 1761; S. C. S. Off. 30 lunii ct 7 Iiilii 1864 ad 6 in *Colkctanca,* n. 1257.

7 S. C. S. Off. 21 Nov. 1709 in *Collectanea,* n. 278.

8 3. C. S. Off. 3 lunii et 7 lulii 1864 ad 7 in *Collectanea,* 1257; 14 Dee. 1898 in *CollecUn\ea,* 2030; 15 Mart. 1848 in *Collectanea,* n. 2030 in notis.

9 S. C. Prop. Fid. 8 lulii 1889 in *Collectanea,* 1713.

10 S. C. S. Off. 22 Sept. 1763 in *Collectanea,* 150; 26 Nov. 1665 in *Collectanea,* 164; 8. C. Prop. Fid. 20 Aug. 1826 in *Collectanea,* 787; 3 April. 1753 in *Collectanea,* 388; S. C. S. Off. 10 Mali 1753 in *Collectanea,* n. 389; 1 Mail 1887 in *Collectanea,* 1703; 20 Nov. 1850 ad 2 in *Collectanea,* n. 1053; quibus omnibus decretis communicatio in sacris melius determinatur pro praxi ct semper excluditur.

Nequeunt catholici Missam audire in templo schisma tieornm «MJlchraith ministro schismatico :*

Potest emitti iuramentum coram ministro acatholieo. si non agat qn, minister acathdlicus est. sed qua minister reipublicao 3; nec prohibitum oq absolute iusiurandum emittere super *Biblia* acatholicornm J.

Xumpiam licet parti catholicae benedictionem accipere nuptialem a ministro acatholieo, licet id pars altera acatholiea exigat

836. — 2° **Quae tolerari possunt.** - Tolerari potest praesentia passiva seu mere materialis, civilis officii vel honoris causa, oh gravem rationem ab Episcopo in casu dubii probandam, in acatholicorum fnneribn nuptiis similibusque solleinniis, dummodo perversionis et scandali periculum absit 5.

.Materialis praesentia opponitur praesentiae formali seu activae, et tunc habetur cum quis alicui caeremoniae interest, animo non approbans immo reprobans multa quae in caeremonia fiunt et tantum animo approbans civilem et externam caeremoniam qua alicui externus honor praestatur. Materialis praesentia repugnat in illis caeremoniis quae necessario implicant participationem in sacris cum acatholicis, quod verificatur praesertim in casibus supra enumeratis.

At etiam ubi agitur de praesentia mere passiva seu materiali aut politica non statim affirmanda est eius liceitas,- etenim saepe saepius etiam in ea occurrit periculum perversionis, scandali, aut indifferentismi religiosi ad quae nemo sine insta et gravi propertionata causa sese exponere potest. Requiritur proinde gravis causa quam si non certo adesse constiterit, ad Episcopum pro eius probatione recurrendum erit.

Unam ex his causis agnoscit explicite codex, nempe *causam civilis officii ctl honoris* quae tunc haberi censetur cum aliquis fidelis, ob sublectionem et reverentiam, qua christiani suos superiores etiam discolos prosequi debent, rationabiliter a festo principis civilis aut alius superioris sese subtrahere sine gravi incommodo non posset ·.

Circa quam tolerantiam, praeter iam supra allatas, lubet hic alias aliquas resolutiones ex multis quae hac de re prodierunt afferre, quae frequentioris sunt usus.

Licet catholicis intéressé acatholicornm funeribus, exclusa prorsus communicatione in sacris et dummodo non agatur de exsequiis mere civilibus, a quibus ad incredulitatis ostentationem, et in religionis contemptum, quilibet sacer ritus et minister consulto excludatur. Requiritur insuper etiam in hoc casu gravis causa. Vonununicationis in sacris prohibitio importat ut

S. C. 8. Off. 5 Dec. in *Collectanea,* n. 171.
S. C. S. Off. 1 April. 1857 in 1133.
3 S. C. S. on. 23 Februnr. 182« nd 2; S. C. I'ron Fla a *cliuiea,* un. 739 et 13m. 1SG9, ad 13; in *Colit-*
1 S. C. S. Ott. 29 Innuar. 1817 in Collerfnnrii. n.
3 C. 1258, 5 2.
e Augustine, l. c., VI, 19«.

catholici mterewjentos non deferant intorticia, nec pro defuncto suffragia faciant; pro doro autem omnino excluditur participatio ‹nm vestibus sacris et causa requiritur gravior; do bis autem circumstantiis, attentis locis, temporibus et personis, Ordinarii locorum possunt magis practices communicare instructiones *.

Si moriatur princeps acatbolicus, clerus etiam ℭollégialité! funeri assistere passive potest sine vestibus sacris, itemque si vigeat usus tolerari potest sonitus campanarum 2.

Possunt catholici remoto scandalo visitare ecclesias schisiuaticorum extra tempus eorum officiorum, item easdem ecclesias adire ad SS. Eucharistiam aut sacras imagines ibi detentas venerandas, dummodo non coniungantur in precibus cum schismaticis, itemque possunt iinmo debent adorare SS. Eucharistiam in via dum defertur a ministro schismatico ad infirmos, quo tamen casu ab associanda processione abstinere debent 3.*

Possunt catholicorum matrimoniis acatholici testes adhiberi, cum in hoc non habeatur probabiliter communicatio in sacris *.

Non licet catholico sacerdoti eleemosynam accipere ab haeretico ad Missam pro eo celebrandam nisi constet expresse eleemosynam praeberi ad conversionem obtinendam 5.

Tolerari potest ut puellae schismaticae in collegium catholicum admittantur et etiam in collegii oratorium servatis servandis 6.

Tolerari potest, remoto scandalo, ut candelae non benedictae die benedictionis earum praebeantur acatholici» titulo urbanitatis7.

Permitti nequit ut acatholici inserviant Missae a presbytero catholico celebratae, nec item ut pueri acatholici cantoribus fungantur in Missa sollemni catholicorum 8.*

Non licet catholicis pecuniam ullo modo conferre ad synagogas aut templa haereticorum construenda, nec possunt operarii catholici operam suam gratis ad hoc praestare, bene vero tolerari potest ut merccde conducti hoc agant operarii, nisi aedificatio habeatur ut signum protestationis pro falsa religione.

1 S. C.S.Off. 13 Ianuar. 1818 ad 1; 3 Junii et 7 Iulii 1864 ad 1; 3 lunuar. 1871: 11 Innuar. 1871 ad 3; 8 Maii 1889, in *Collectanea,* nn. 727, 1257; 1362; 1110; 1705.

▮ S. C. S. Off. 1 Aug. 1900 bi *Collectanea,* η. 2089.

3 S. C. S. Off. 15 Dec. 1761 ad 1 et 4; 30 lunii et 7 Iulii 1864 ad 5; in *Collectanea,* un. 4.58 et 1257.

* S. C. S. Off. 22 lui. 1859, 19 Aug. 1891 in *Collectanea,* 1176, 1765; contra Noldin, *D· praeceptis16,* n. 34, 4; P. Victorius ab Appeltern, *Manuale inissionarioruni,* Mangalore, 1999. pag. 39.

5 S. C. Off. 19 April. 1837 in *Collectanea,* u. 858; cfr. tamen etiam S. C. S. Off. 12 Iulii 1565, et S. U. Prop. Fid. 11 Mart. 1848 in *Collectanea,* 1274 et 1028, ubi permittitur applicatio Missae iuxta Intentionem infidelium dummodo constet nihil mali aut erroris aut superstitionis in infidelibus eleemosyna offerentibus subesse. Attamen eleemosynas praebere schismaticis pro missis ab iis celebratis aut celebrandis semper nefas est; S. C. Prop. Fid. 12 Mart. 1781 ad 2 in *Collectanea,* η. 600.

4 S. C. S. Off. 11 lunii I860 in *Collectanea,* 1292.

7 S. C. Prop. Fid. 1761 in *Collectanea,* η. 438; cfr. tamen etiam S. C. S. Off. 20 Nov. 1850 ad 1 in *Collectanea,* 1053.

8 S. C. 8. Off. 1 Maii 1889, 20 Nov. 1850 ad 2, 30 lunii ct 7 lulil 1864 in *Collectanea.* nn. 1703. 1053, 1257; cfr. tamen S. C. S. Off. 24 lanuur. 1906 in *Collectanea,* 2227 ubi tolerari posse edicitur ut puellae schismaticae una cum catholicis in ecclesia cantent; clr. etiam t. lacys Bouuatrt-Shnenon, *l. c.,* n. 823.

aut contra religionem catholicam et catholici ad hoc adigantur quasi fidem negantes '.

Fas est catholicis in propriis ecclesiis *Te Deum* canere, exclusa Missa sollemni, occasione principis civilis incoronationis, vetito ingressu in ecclesiis acatholiconun; si tamen princeps coronandus sit realiter praesens, etiam ingressum in templum acatholieum hac occasione permitti potest honoris causa

Tolerari potest ut officiales societatis civilis ecclesias acatholieas adeant occasione precum pro principe ibi recitandarum: id autem numquam licet Episcopis vel presbyteris 1.*

Nefas est puerulis catholicis ecclesias acatholieas adire, crucem a ministro acatholico porrectam osculari, panes benedictos accipere etc. quae omnia communicationem in sacris continent, idque non licet, etsi a potestate civili ad id adiguntur; si tamen discipuli in bona fide sint haec facientes, remoto scandalo, attentis gravissimis circumstantiis, magistri religionis catholicae dissimulare poterunt *

837. — VI. De quibusdam servandis in cultus externa ordinatione. - 1° De separatione virorum a mulieribus in cultus manifestatione. - Optandum ut, congruenter antiquae disciplinae, mulieres in ecclesia separatae sint a viris s.

Non habetur ut patet praeceptum, sed tantum desiderium Ecclesiae expressum; ratio autem separationis est ne studium pietatis fiat perditionis occasio 6.

Antiquissima est consuetudo separandi in ecclesia viros a mulieribus: primis saeculis mulieres e cornu evangeli, viri e cornu epistolae collocabantur7.*

838. — 2° De nudatione et cooperitione capitis. - Viri iu ecclesia vel extra ecclesiam, dum sacris ritibus assistunt, nudo capite sint, nisi aliud ferant probati populorum mores aut peculiaria rerum adiuncta; mulieres autem, capite cooperto et modeste vestitae s, maxime quum ad mensam Dominicam accedunt 9.

Probati populorum mores permittunt cooperitionem capitis etiam viris in China ubi capitis cooperitio signum est honoris et reverentiae 10.

1 8. C. S. Off. 30 lunii et 7 Iui. 1861 in *Collectanea,* n. 1257-8-10. Si tamen pecunia ad coi»lruendum templum petatur ad liberationem obtinendam simulta Deitatis cultus tui» utique dicet: Santamaria, L c., IV, no. I

* S. C. Prop. Fid. 25 April. 1909 in *Collectanea,* 2136. I

3 S C· /. Off. 12 Mail 1841 in *Collectanea,* 921. I

1 Ci'r. S. C. S. Off. 26 April. 1891 in *Collectanea,* 1868. Cfr. etiain de communication', iu saeris, Noldin, *De praeceptisl*,* 39-40; Aiclmer-Fricdle, *Compendium ivrfe eccleeiaetici^,* 51. pag. 151 sq.; Victorium ab Appeltern, *Manuale -mission"riorum,* I960, pag. 3G sq.; Blat, *I.* c.. u. 125; Augustine, *l,* c., VI, 192 eq.

5 C. 1262, § 1.

\ Cfr. Ferraris, *Prompta Bibliotheca,* v. *Ecdesia,* art. III, 94.

' Santamaria, *l.* c., IV, H3; Torrubiano Ripoil, *l. c.,* II, n. 1044.

Concilii de inhonesto feminarum vestiendi more. 12 hmuaril

h xl. *A.* o., ANTI. 26.

' C. 1262, t 2.

Iv fe. C. Prop. hid. IS Oct. 1883 in *CullccUmta,* n. 1600, in.

Peculiaria rerum adiuncta et gravia incommoda comprehendunt, ut frigus pro sene decalvato, aestuans hoI pro functionibus sub dio habitis, sive etiam usus ut apud nos milites vel alii militibus aequiperati quotiens honoris causa sacris functionibus assistunt *.

Hi praesertim qui in processione baldachinum deferunt incedere debent capite nudo a.

Regula pro viris statuta non respicit presbyteros vestibus sacris indutos.

839. — 3° De locis aliquibus personis reservatis in ecclesia. - «) Potest magistratibus, pro eorum dignitate et gradu, locus in ecclesia esse distinctus, ad normam legum liturgicaruin 2.

Conceditur hic distinctus locus personis determinatis ob auctoritatem quam personae repraesentant ad honorem eis conciliandum et respectum populorum, quia omnis potestas a Deo 4.

Liiurgicae leges hac de re latae sunt praecipue sequentes: absolute prohibetur sedis collocatio in presbyterio aut in choro 5, nec valet transactio hac iure6, nec item concessio Ordinarii loci7; immo laicis non licet ad chorum aut ad presbyterium accedere ad Missam aut alia officia audienda 89 idque valet etiam de congregatis laicis °.

Item absolute excluditur pro laicis usus baldachiui etiam extra presbyterium 10.

Permitti autem potest pro magistratu sedes specialis cum genuflexorio et tapete, non tamen fixa sed mobilis et extra presbyterimn ; itemque permittitur *osculum pacis* cum instrumento, itemque thurificatio duplici ictu, post rectorem ecclesiae, per cappellanum facta cotta indutum, non per ministros sacros inservientes 11; excluditur autem incensatio triplici ictu 12; itemque osculum evangelii 13.

1 Cfr. Ojetti, *l. c.,* v. *Ex-scquiac,* n. 2152, ubi refertur decretum S. 11. C. huc spectans. Cfr. etiam De Mcester, *l. c.,* III, u. 1251.

2 S. R. C. 25 Sept. 1G88; 18 lunii 1689; 2 Sept. 1690. *Decret, auth.* 1800, 1810, 1811.

3 C. 1263, § 1.

4 Prümmcr, *l. c.,* 386, 5 innixus verbis *Cacremcmialis Eyisc&porum,* lib. I, cap. 13, u. 13, concedere videtur ex iure communi locum specialem non solum magistratibus, sed et aliis personis nobilibus, ct nihil cogit nos hanc acceptare interpretationem cum Codex tantum loquatur de *magistratibus; nobiles* utique frui poterunt sicut alii fideles beneficio paragraph! 2 eiusdem c. 12G3. Interpretatio R-iimmer minus congruere videtur principiis democraticis nostrorum temporum et etiam spiritui vere Christiano; cfr. Const. Benedicti XIV « *Omnium nGiciluUinum* ·, 14 Sept. 1744, apud Gasparri, *Fontes,* I, 348, § 26 et 33; S. C. Prop. Fid. 7 Iαuuarii 1778; 9 April. 1783, in *Collectanea,* un. 525 et 563.

5 S. R. C. 8 Iulii 1654, 21 Februat. 1604; 8 Innuar. 1605, *Decret, auth.* 959 ad 2,157, 175.

4 S. R.C. 2 Mart. 1689, *Decret, auth.* 1S08 ad 2.

' S. R.C. 28 Iulii 1642. *Decret, auth.* 820. bone vero indultum pontificium.

s S. R.C. 28 April. 1663 et 5 Mart. 1664, *Decret, auth.* 1258 ad 2 et 1288.

9 S. R.C. 22 lanuarli 1872, *Decret, auth.* 3387 ad III.

10 S. R. C. 23 Mail 1663 et 15 Dec. 1610, *Decret, auth.* 680, 726; 22 April. 1690, *Decret. a»lh.* 1831.

11 S. R. C. 16 lanuarli 1661, *Decret, auth.* 1187.

12 S. R. C. 11 Dec. 1604, *Decret, auth.* 174 ad 2.

13 S. R. C. 13 Mart. 1688, *Decret, auth.* 1792; S. R. C. 12 Mari. 1869. *Decret, auth.* 1908 ni 3 videtur etiam excludere usum tapetis ct pulvinaris. Cfr. eliam Clacys Buuuucrt-Simenon, *l.* c., n. 828.

b) Sine expresso Ordinarii loci consensu nemo fidelis locum habc.it in ecclesia sibi suisque reservatum: Ordinarius autem consensum in· praebeat, nisi ceterorum fidelium commoditati sit sufficienter consultum. Ea autem semper factis in concessionibus inest tacita conditio, ut Ordinarius possit, ex insta causa, concessionem revocare, non obstante quolibet temporis decursu L

Dum magistratibus, ratione potestatis seu auctoritatis quam reprae- sentant, locus specialis assignari potest ex iure communi etiam a parocho ve! ab alio rectore ecclesiarum; bic e contra dispensative solum et precario aliis personis ius acquiri statuitur. *Dispensative* quidem quia omnes homines qiu tales coram Deo aequales sunt et non est respectus personarum apud Deum. *precario* quia quaelibet concessio semper revocabilis est non solum a S. Sede sed et ab Ordinariis 2: attamen si in locatione sedium intervenerit contractu- bilateralis, revocato iure etiam alia pars non amplius ad solutionem aequi- valentem tenebitur, ut patet.

Ante Codicem etiam regulares exempti circa leges de sedibus specialibu.- in ecclesia subjiciebantur Ordinariis locorum qua delegatis Sedis Apostolicae. De iure vigente eorundem Ordinariorum iurisdictioni ordinariae hac in re subiici videntur.

Quae hoc canone statuuntur a Codice non sunt applicanda sedibus par- ticularibus mobilibus in ecclesia, sed solum sedibus et locis distinctis et fixis'.

840. — VII. De cantu et musica in cultu divino. - 1° Quae- nam musica admittatur. - Musicae in quibus sive organo aliisve in- strumentis sive cantu lascivum aliquid aut impurum misceatur, ab ecclesiis omnino arceantur: et leges liturgicae circa musicam sacram serventur 4.

Finis cantus et musicae in cultu divino est gloria Dei, maior sollemnitas et augmentum cultus divini, necnon excitatio devotionis erga Deum in populo christiann; Line patet quam recte Codex quidquid imparitatem aut luxuriam sapit ab ecclesia arcere satagat 5.

Musica lasciva ea dicitur quae choreas et ideas profanas et theatrales de se apta est suggerere potius quam devotionem erga Deum c.

Leges liturgicas circa musicam sacram exponere ad scientiam liturgicain remittimus; huiusmodi leges in pluribus documentis ecclesiasticis reperiuntur velut cndificatae

' C. 1263, $ 2-3. Cfr. S. C. ConciHÎ 11 Ove. 1020, de hire sconiuoruiii in ecclesiis, **J. J.** *S„* XIII. ..

2 S. R. C. 11 Uvv. 1601 et 22 Nov. 1012, *JJtcrtf. aulh.* 17 l et 816, ex quibus patet hh vetus nullam circa hoc pa&suin fecisse mutationem.

2 Claeys Bonne ert -Simenon, L r., n. 828; De Meeater, L r.. **III,** η. r»c»5

< C. 1264. $ 1.

* Wcruz, *I.* e.> ILI· 481.

e Augustine, L VI, 200; mitius Vermeersch, /. c., **II,** 586.

7 Vldcrl possunt: Encyellca Benedicti XIV «jnnus.Qoi. 19 Febr. 1749, Gasparri *Foula* 11. 395, ubi generali modo recta principia de hac rc inculcantur; decret. S. R C 7 lulii 1891

Instrumenta quae in canin ‹l mimic» liturgie» admittuntur eunt: organum musivum, barbiton, telrarhordon maitia et ininns, monaulon pneurtia tii'iun. fidiculae, lyrae tetrachordae; vetantur cum vero tympana, cornua venatoria, tubae, tibiae decumanae, fistulae, fistulae parvae, psalteria symphonie;!. elicies uliaqne id genus quae musicam theatralem efficiunt *; et insuper generatim omnia instrumenta magnum strepitum edentia 1.

Privilegia forte alicui peisonae physicae aut morali antea concessa adhibendi in sacra liturgi» alias cantus liturgici formas praeter *greqmianurn* iuxta restitutionem promulgatam decreto generali de mandati» Pii X abrogavit 8. Rituum Congregatio, concessa solummodo temporanea retentione cantus alius formae, donec quamprimum fieri poterit venerabilis cantus gregorianus iuxta Codicum fidem in eius locum sufficiatur 3.

Quibus tamen minime excluditur ab usu lituigico musica figurata seu cantus polyphonicus 6; hoc tamen semper curandum est ut cantus gregorianus praecipue doceatur in collegiis ubi clerus educatur et in publicis privatisque functionibus generatim musicae praeferatur c. At non solum in collegiis ecclesiasticis sed etiam apud alias ecclesias constitui debent, si possibile est, *scholae tantorum* ad cantum liturgicum addiscendum

De editione librorum cantus adhibendorum supra, ubi de libris litnrgicis, locuti sumus 8.

841. — 2° **De cantoribus.** - «) Cum cantores in ecclesia vero officio liturgico fungantur et mulieres talis officii incapaces sint·, iain patet ipsas ad chori partem agendam generaliter admitti non posse. Immo ipsi viri et pueri in schola cantorum non nisi cum selectione admitti queunt, idest non nisi de eorum vitae integritate, modestia et religione constiterit. Decet insuper cantores, dum suo officio in ecclesia funguntur, vestibus ecclesiasticis et superpelliceo indui °.

Ihcrd. auth. 3830; *Motu proprio* Pii X « *Era Ic solleeitudini* › 22 Nov. 1903, *Decret. auth.* 4121 ubi etiam latine refertur quod *motu proprio* est omnino legendum. S. C. de Religiosis, liti. de promovendo cantu gregoriano in institutis religiosis, 18 Februarii 1927 in *BolMtino ceci-Ifano,* 1927, pag. 10; Motu proprio Pio NI, Jd *musicae sacrae.* 22 Nov. 1922, .4. N.. XIV. 623, de altiori schola musicae sacrae stabilienda; Constit. Pii XI *Divini cultus,* 20 D<c. 1928, de cantu gregoriano et liturgia promovendis. *A. A.* N., XXI, 33: Instruet. S. C. Concilii 25 F< - bruaril 1932 de exsecutione musicae sacrae in ecclesiis. *A. A. S.,* XXIV. 72. Cfr. etiam De Meester, /. c., III, u. 1256 ubi alia etiam documenta citantur et utilis bibliographia indicatur.

1 Benedictus XIV Encycl. ‹ *Annus, qui* » 19 Febr. 1719, Gasparri,*Fontes,* II, u. 395, § L

2 *Motu proprio* Pii X cit. n. 19; permittitur vero moderatus ususinstrumenti oboes et clarinettes; S. R. C. 13 Nov. 1908, *Decret, auth.* 1226, ad 1; cfr. etiam Wernz,*I.* c., HI. 19:;-491; De Mcestcr, 7. c., III, 1256 una cum decreto S. R. C. IS Maii 1917.

3 S. R. C. 8 lanuar. 1904, *Decret, auth.* 4131.

1 Immo nec recentissimum musicae genus reprobatur et a liturgia modoabsoluto exeluditur: *Motu proprio* 22 Νυν. 1903; De Meestcr, Z. *c.,* n. 1256.

5 Vermeersch, *Epitome,* II, 566; Wernz, 7. c., III, 492.

• Epistola Pii X, 8 Dec. 1903, *Decret, auth.* n. 4125.

7 *Motu proprio* Pii X, 22 Nov. 1903, n. 24 sq.

â Cfr. etiam S. R. C. 14 Febr. 1906, *Dccrei. auth.* 4178; 6Maii 1906,litteras de forma notularnm in cantu gregoriano apud Vermeersch, *Periodica,*II-1II, n. 163, pag. 197.

5 *Motu proprio* Pii X, 22 Nov. 1903, *Decret, auth.* 4121.

Attamen permittitur ut mulieres et puellae, in scamnis sedontea ipefs in ecclesia assignatis, separatim a viris partes Missae cantent ; at ubi praesertim officiatura choralis habetur, cantus exclusivus mulierum non admittatur, nisi ex gravi causa ab Ordinario agnoscenda, et cauto semper ut quaeris inordinatio vitetur x.

Quodsi etiam mulieres et puellae admittantur alicubi ex consuetudine in schola cantorum et iu ipso chori suggestu una cum viris item cantoribus, hoc tamen semper curandum est et omnino servandum ◊ ut viri a mulieribus et puellis omnino sint separati, vetito quolibet inconveniente, et onerata super his Ordinariorum conscientia

b) Religiosae mulieres, si eisdem liceat, ad normam suarum constitutionum vel legum liturgicarum ac de venia Ordinarii loci, in propria ecclesia vel oratorio publico canere, tali e loco canant, ubi a populo conspici nequeant 24

Eadem prorsus norma servanda erit, si aliis mulieribus officium canendi iu ecclesia committatur iuxta ea (piae supra dicta sunt.

TITULUS XV.

De custodia et cultu Sanctissimae Eucharistiae

842. — I. Ubinam custodiri debeat aut possit SS. Eucharistia. - 1° Conditiones praeviae. - Ut in aliquo loco custodiri possit aut debeat Sanctissima Eucharistia ad modum conditionis requiritur:

u) Ut habeatur qui eius curam habeat3.

Xon requiritur clericus custos; satius erit si custodia committatur communitati religiosorum etiam domus non formatae, at etiam custos laicus non excluditur ·. Sufficit ut custos prope ecclesiam commoretur 7.

Circa hoc ius vetus emollittun est; quo requirebatur regulariter sacerdos custos 8.

1 S. R. C. 17 Sept, 1897 una cum 17 lanuar. 1908, *Décret. auth.* 3961 et 42107 ad -· Cfr. etiam Claeys Bouuacrt-Simenon, *L c., n.* 830; De Meeetcr, *l. c.,* III, n. 1256, pag. 150.

2 S. R- C. 18 Dec. 1908. *Decret. auth.* 4231; cfr. etiam Augustine, Z. c., VI. pag. 211-212; Vcrmecracb, *l.* c., Epifome, II. 587. et in *Perfodito,* IV. n. 307, pag, 315.

3 C. 12G4, § 2.

4 Cfr. Litteras Apost. Pii XI. 7 Mart. 1921 de Congressibus eucbarieticis. -I. XVI. 154.

5 C. 1265, § 1.

* Ita Vermeersch, *Epitome,* II, 588' cui aesentluntur Claeye Bouuacrt-Simenon, Z. r., n. 831, pag. 50.

7 S. H. C. 17 Febr. 1881, *Decret, auth.* 3527; cfr. tamen otium c. 1269. § i.

b Ctr. Gosparri, *De SS. Eucharistia,* II, 99<*.

I)‹· custodiit ci cultu sanet issi rnac Eucharistiae.

/›) Requiritur ut *reijulariter* 1 sacerdos semel saltem iri hebdomada Missam in loco sacro celebret. z.

lure ante Codicem requirebatur quotidiana celebratio, item iure antiquo requirebatur ut sacerdos habitualem residentiarn haberet prope ecclesiam, quam residentiarn Codex non requirit stricto iure 3.

843. — 2° **Ubi custodiri debeat.** - Positis supradictis condi-tionibus, SS. Eucharistia custodiri debet in ecclesia cathedrali, in ecclesia principe Abbatiae seu Praelaturae *nullius,* Vicariatus et Praefecturae Apostolicae, in qualibet ecclesia paroeciali vel quasi-paroeciali et in ecclesia adnexa domui religiosorum exemptorum sive virorum, sive mulierum 4.

Usus custodiendi SS. Eucharistiam ad usum praesertim infirmorum antiquissimus est. Primis saeculis, tempore persecutionum, eam custodiebant in propria domo ipsi fideles, qui tamen usus post persecutiones prohibitus est, licet· non statim cessaverit 56

Si hostiis consecratis admisceatur hostia non consecrata, certo ista hostia nequit esse obiectum cultus latriae et qua talis venerationi exponi fidelium; quodsi ab aliis discerni nequeat, poterit interim cura aliis asservari quae certo consecratae sunt, at donec et ipsa consecretur, quod quantocius fieri potest, laciendum estG.

Hostiae vero consecratae cum quibus non consecrata admixta est, offerri nequeunt fidelibus pro communione donec et ipsa consecretur; quodsi necessitas urgeat eas adhibendi ad viaticum administrandum, tunc duae hostiae, quarum saltem altera consecrata est offerendae erunt; si vero plures non consecratae particulae cum pluribus consecratis admixtae sint, a communione omnino abstinendum est ante novam consecrationem78

Ecclesiae, paroeciales aut quasi-paroeciales hic sensu lato intelligendae sunt omnes ecclesiae curam animarum actualem habentes s.

Si ecclesia paroeeialis sit communis catholicis et acatholicis, SS. Euchari-

1 Regularitati celebrationis non obstat una altcruvc ex insta causa omissio; Blat, /. c., I·›, pag. 160; Vermecrsch, *Epitome,* II, 588.

l C. 1265, § 1.

3 Severius Cappello, *De Sacramentis,* I2, n. 357.

I C. 1265, § 1, η. 1

4 Gasparri, *I. c.t* II, 971; Augustine, Z. *c.,* VI, 214; Barin, *Calechismo lilargico,* I4. pag.212--13; Cappello, De Sacramentis, I2, n. 343 et sqs.

6 De modo autem faciendi in hoc casu consecratione, cfr. Theologos moralistes.

Iam tamen ut certum admittendum est opinionem Noldiu, qua dicitur consecrationem hostiarum parvarum ad populum communicandum posse iterari in eodem Missae sacrificio ia quo iam certe valide consecrata est utraque species, ad praxim deduci non posse; cfr. hac & quaestione, Vermeersch, *Periodica,* XIII, (p. 61 et sqs.); XIV, (71 sqs.); XV, (13 sqs.) ct (71 et sqs.).

Consecrationem autem facere potest sacerdos intendens consecrare hostium non consecratam, quae consecratis admixta est.

7 Cfr. Gasparri, *l. c.,* IΓ. 970.

8 Cfr. S. C. Consistor. 1 Aug. 1919, J. i. .S., XI, 340; S. c. Prop. Fid. 25 Iui. 1920, 3. S,, XII, 331; Gasparri, *l. c.,* 11, 973; Cappello, Z. *c.,* 1", n. 35S, pag. 255; C. 1. 20 Mall 1Ô23, J. *A. S.,* XVI, 115.

st ia potius quam in ecotesni aut sacrario communi cum aeatholiew, conservari poterit maiore qna fieri poterit decentia in ipsa parochi catholici domo [*].

Ut ecclesiae et oratoria publica quae ecclesiis aeqniparant ur. iure gatj· deant et obligatione custodiendi SS. Eucharistiam, non requiritur ut doinri» cui adnectuntur formata sit, nec, ut videtur, requiritur ut domus exempta sit, sed sufficit ut usui religiosis exemptis destinetur [2].

Ecclesia princeps Praelaturae aut Abbatiae *nullius* est illa in qua Praelatus vel Abbas thronum et baldachinum habet [3].

844. — 3° Ubi custodiri possit. - Positis supradictis conditionibus. SS. Eucharistia custodiri potest, de licentia Ordinarii loci, in ecclesia collegiata et in oratorio principali .sive publico sive seniipublico tum domus piae aut religiosae, tum collegii ecclesiastici qnod a clericis saecularibus vel a religiosis regatur [4].

Ante Codicern requirebatur regulariter licentia seu indultum S. Sedis', nunc vero sufficit licentia Ordinarii etiam tacita immo et praesumpta, praesertim pro locis ubi iam ante Codicem custodiri SS. Eucharistia consueverat[4].

Domus pia est domus ubi speciali quadam ratione virtus pietatis exercetur, cuiusmudi sunt nosocomia, brephotrophia. gerontocomia etc. licet non ab Ecclesia erecta [5].

Immo videntur comprehendendae inter domos pias etiam domus privatae in quibus habitua liter homines degunt ad sanitatem *recuperandam

Domus religiosae sunt domus quae alicui operi religionis destinantur, cuiusmodi sunt domus omnes religiosorum et personarum ad modurn religiosorum sine votis tamen in communi viventium itemque domus exercitiis faciendis destinatae etc. [6].

Collegia *eccllttiastica* sunt domus educationis ad clerum et religionem praesertim destinatae aut quae a clero vel religiosis reguntur et ita aliquo saltem modo ab Ecclesia pendent. Aliis etiam collegiis non ecclesiasticis concedi poterit custodia SS. Eucharistiae quatenus et ipsa sunt domus piae [10].

Regulares et piae et religiosae domus necnon collegia, illi ex iure coin·

*. C. Prop. Fi· i. 3 Anu 1803 et 23 Aug. 1852. in *Collectanea,* n. 1079 ad 2; cfr. Gasparrl, *l.* c, 975; Augustine, *l.* c., VI, 216; Cappello, L· c., 1~, n. 355.

- Aule Codicem indultum apoetolicuui requirebant auctores, ut Gasparri, Z. r., 978, ut S3- Eucharl-tia powct custodiri Lu granglis; post Codicem id non videtur amplius neci ssariran; Cnppcllo. Z. c., 1\' n. 358, pag. 255, contru Augustine, Z. c., VI, 215.

J Cuppcllo. *l.* r., I2, n. 352, pag- 251.

C. 1365, i 1, n. 2.

Cfr. Gasparri, Z. c. II. 979 sq.

ʊ I i.tr. /. r.. 133. 3. pag. 1G1.

Augustine, Z. r.. VI, p. 215, videtur requirere pro domibus piis erectionem coele siustiraju. ex c. 1189; id tamcu Codex d o ii requirit; cfr. etiam Vermeersch. *Epitenne,* II, 317 Ctaeya Bonuacrt-Simenon, Z. c , n. 833; De Meester, Z. c., III, n. 1259.

* Blat has domus excludere videtur dum affirmat requiri ut saltem. *partialiter ffratuih* recipiantur infirmi, at Id non videtur ad essentiam domus piae necessarium, alioquln etiam nu.socoinia publicq excludenda essent; cfr. Blat. Z. c., 133, 2, pag. 161.

• Blat, Z. c., 133, 2, pag. 161. Cfr. ctinni De Meester» *l. r.,* II[, n, 1259.

10 Ita Vermeersch. *L c.,* II. 589. Cfr. etiam De Mecster, Z. r., Ili, fl. 1259 ' 1G1 notaie

iiuini, ista ex licentia Ordinarii loci SS. Eucharistiam custodire possunt, rc-vucato quolibet contrario privilegio, solummodo in ecclesia aut principali oratorio sive publico sive semi-publico; moniales autem omnino prohibentur illnd custodire in choro aut intra septa monasterii

Sensus autem huius canonis hic est: si religiosa vel pia domus adnexam habeat publicam ecclesiam eaque utatur ad ordinaria et quotidiana pietatis exercitia explenda, SS. Sacramentum in ea tantum asservari potest; secus, scilicet, si ecclesiam adnexam non habeat, aut ea, quam forte habet, non ntatur ad quotidiana pia exercitia facienda, asservari seu custodiri poterit in solo oratorio principali domus; hoc tamen casu si ecclesia iure gaudeat aut obligatione retinendi ex alio capite, e. g.. quia est domus regularium aut pa-roecialis suo iure et ipsa non privatur. Quod si in eodem materiali aedilicio sint distinctae ac separatae familiae, e. g., in hospitali magno familia religio-sorum et familia religiosarum, ita ut formaliter sint religiosae et piae domus distinctae, utraque iure gaudet, de licentia Ordinarii, retinendi SS. Euchari-stiam in principali oratorio quo utitur ad quotidiana pia exercitia peragenda -.

Oratoriis Cardinalimn etiam privatis auctores ius agnoscunt con-servandi SS. Eucharistiam 2.

Pro custodia in piis et religiosis domibus et in collegiis requiritur et sufficit licentia *Ordinarii loci,* etsi agitur- de domibus a regularibus dependentibus 4.

845. — 1° **Ubi custodiri nequeat.** - Ut in aliis ecclesiis seu oratoriis, praeter supra enumerata, SS. Eucharistia custodiri possit, necessarium est indultum apostolicum; loci Ordinarius hanc licentiam concedere potest tantummodo ecclesiae aut oratorio publico ex iusta causa et per modum actus. Nemini unquam beet SS. Eucharistiam apud se retinere aut secum in itinere deferre 5.

Concedere *per modum artus* est concedere non perpetuo, sed ad tempus, ob causam accidentalem eaque perdurante, e. g., dum reparatur ecclesia paroe-cialis, dum sacra sollemnia in oratorio fiunt etc. 6.

Si agatur de oratorio semi-publico, semper necessarium est indultum apostoliciun 7.

1 C. 1367.

2 Cfr. C. I. 2-3 Iunii 1918 ad V. Λ. J. .S., N, 346; Venuccrbch, *Periodica,* XI, 104-155: ^-*ir.wenfnrium pro religiosis,* vol. I. (1920), pag. 103-105; *Monitore ecclesiastico,* vol. 36, p. 234-ilO. Si collegium alumnorum sit separatum a coiiuuuiiitate religiosorum, licet eadem sit domus, etiam in collegii oratorio asservari poteritSS. Eucharistia; de novltiatu res difficilior ridetur; cfr. Vermeersch, *l. c.;* Cappello, *Dc Sacramentis,* I2, n. 359, pag. 257; De Meester. I. c.. 1П, n. 1260.

3 Ita Augustine, *l. c.,* VI, 217; Vermeersch, *Epitome,* II, 589.

1 Vermeersch. *I. c.,* II. 589.

5 C. 1265, § 3-1.

' Cfr. Cappello, *l. c.,* I2, n. 363; Claeys Uouuacrt-Simeuon, ?. *c.,* n. 833; De Jlvvslvr. I. e.. III. n. 1259.

' Cfr. tamca Do .Mcester, *l.* c., III, n. 1259.

Uni Romano Pontifici ius est secum in itinere deferendi SS. Eucliari- etiam '.

Si tamen iusta causa adsit et tempus ad S. Sedem recurrendi neu βιψ. petat, poterit loci Ordinarius vi e. 81 asservationero per modum aotua permittere etiam extra ecclesias et oratoria supra enumerata a.

Admittitur item consuetudo centenaria contraria concedens asservatinem etiam aliis ecclesiis aut oratoriis itemque praescriptio quatenus praescriptio praesumptionem dat concessi privilegii apostolici3.

846. — II. Obligationes rectoris ecclesiae ubi asservanda est SS. Eucharistia. - 1° Ecclesiae in quibus SS. Eucharistia asservatur, praesertim paroeciales, quotidie per aliquot saltem horas fidelibus pateant ♦.

Valde commendatur visitatio SS. Sacramenti in altari asservato et ctiat indulgentiis ditatur 5; itemque visitatio SS. Sacramenti in Sepulcro reconditi'.

2° Curent ecclesiarum rectores ut altare in quo SS. Sacramentum asservatur sit prae omnibus aliis ornatum, ita ut suo ipso apparatu magis moveat fidelium pietatem ac devotionem 7. Etiam ista valde opportuna monitio est: etenim valde dedecet fideles difficultatem experiri ad inveniendum in ecclesia altare ubi SS. Eucharistia asservatur ·.

Essentialia ornamenta sunt lampas et conopaeum 9 itemque baldacbinum super altare I0. Conopaeum necessarium est etsi agitur de tabernaculo aureo aut argenteo n.

847. — III. De altari in quo custodienda est SS. Eucharistia. - 1° De ipso altari. · «) SS. Eucharistia custodiatur in praecellentissimo ac nobilissimo ecclesiae loco ac proinde regulariter in altari maiore, nisi aliud venerationi et cultui tanti Sacramenti commodius et decentius videatur, servato praescripto legum liturgicanuu quod ad ultimos dies hebdomadae maioris attinet. Sed in ecclesiis ea-

1 Gasparri, *l. c.,* 971; Blat, *l. c.,* 133, pag. 162.
2 Cfr. Cappello. I. c., I2, n. 365.
3 Cfr. C. L 20 Mali 1023, J. *A. S.,* XVI, 115; Cappello, *l.* I2, u. 366 et eqs.
4 C. 1260; hoc canone non strictum praeceptum, sed valde opportuna commendati·' continetur: Vermeersch. I. *c.,* II, 591; severius Cappello, *l. c.,* I2, 360 ex decret. S. R. C. 15 Nov. 1890, *Decret. auth.* 3739. grave habet hoc praeceptum et illud requiri docet ut conditionem sine qua non pro asservatione S3. Eucharistiae. Torrubiuno Ripoll, *l. c.,* II n. 1078, notat recte sufficere ut. aditus pateat communitati si agatur de oratorio sexui-publico.
4 S. Puenit. 12 April. 1935, *A. A. S.,* XXVII, 1G9.
e S. Poenlt. 20 Mali 1935. .1. *A. S.,* XXVII, 277.
7 C. 1268, $ 4.
* '-ctmeersch, i. c., II, 593; Claeye Bouuaert-simenon, /. r., n. 835.
9 C. 1271; *Rituale, romanum,* tit. IV, cap. 1. n. 6.
'· *Caeremoniale* Epiecoporuin, lib. 1, cap. 12. n. 13.
11 Qui plura desiderat, adeat Barin. CatecALmo *liturffico,* 1', (1928), pug. 330 t<i; cfr. tames etiam Augustine, *l.* c., VI, 221, in notu 22.

thcdi-alibua, collegiatis et convent ualibus in quibus ad altare mains chorales functiones persolvendae sunt, ne ecclesiasticis officiis impedimentuni afferatur, opportunum est ut Sanctissima Eucharistia regulariter non custodiatur in altari maiore, sed in alio sacello seu altari ›.

Ultimo triduo maioris hebdomadae SS. Eucharistia post asservationem in altari sepulcri, custodienda est si fieri potest in tabernaculo in sacristia vel alio decenti loco custodito alioqum in altari secundario ecclesiae 1.

Licet Codex praescribens ut in cathedralibus ecclesiis SS. Eucharistia asservetur in alio altari, quod non sit maius, de *opportunitate* solummodo loquatur, tamen eadem opportunitas ita in his ecclesiis est intelligenda ut nonnisi ex gravissima ratione in altari maiore possit conservari 3; ratio autem tab's dispositionis est ne ministri altaris cogantur- terga vertere saepe sine debita reverentia erga SS. Sacramentum, quod in sollemnibus functionibus non raro accideret. Quae ratio cum non habeatur in pluribus ecclesiis conventualibus, ubi sollemniores functiones liturgicae aut raro aut numquam fiunt, ibi facilius permitti regulariter poterit asservatio SS. Sacramenti in altari maiore4.

Si in aliqua ecclesia habeatur- novendiale aut triduum cum expositione SS. Sacramenti et benedictione atque illuc ex devotione accedant fideles communicandi, ratio sufficiens habetur ex hoc, ut ibi seu in illo secundario altari custodiatur temporanee, durante mense, novendiali aut triduo, SS. Eucharistia 5.

6) Sanctissima Eucharistia continuo seu habitualiter custodiri n«piit, nisi in uno tantum eiusdem ecclesiae altari 6.

Admittitur asservatio in duplici altari tempore expositionis Quadraginta Horarum, et ubi est talis expositio perpetua, perpetua etiam admittitur in duobus altaribus asservatio 7.

848. — 2° De tabernaculo SS. Eucharistiae. - «) De necessitate tabernaculi. - SS. Eucharistia servari debet in tabernaculo inamovibili in media parte altaris posito 8.

Gravi autem suadente causa ab Ordinario loci probata, non est vetitum SS, Eucharistiam nocturno tempore extra altare, super corporali tamen, in

1 C. 1-268, § 2-3.

2 Cir. *Instruet.* S. C. de disciplina Sacram. 25 Mart. 1929, *A. A. S.,* XXI, 631 ct sqs.; Gwparri, l. *c.,* 986; cfr. etiam Barin, *t.* c.. III5, p. 496 ct sqs.

* S. R. C. G Februax. 1875, *Dccret. auth.* 3335.

HVil o id de iure vetero communiter faciendum erat. S. C. EE. et RR. 28 Nov. 159G; cfr. apud Gasparri, *l. c.,* II, 987-988. Cfr. etiam Claeys Bouuaert-Simenon. /. r., n. 835.

5 S. R. C. 2 Iui. 1883 ad G, *Dccret. auth.* 357G.

5 G 1268, § 1.

7 S. R. C. 18 Mail 1878 ad 3; *Décret, auth.* 3149; cfr. Gasparri, *l. c ,* II, 985, Cappello, *l. c.,* I, n. 371, nec contra hoc praescriptum consuetudo admittitur rationalis; S. R. C. 11-Mart. 1861, *Dccret. auth.* 3104; Cappello, *l. c.,* n. 371.

8 C. 1269, § 1. Cfr. Instructionem S. Congregationis de Disciplina Sacramentorum •*Nullo unvjuam* ›, 2G Mail 1938, *A. A. S.,* XXX, 198-207: itemque *Hortationem* eiusdem S. Congregatiouis, 10 Februarii 1911, *De Instructione, dic* 26 *mensis Maii* 1938 *data studiosius urcanda. A. A. S.,* XXX11I, 57.

loco tutiore et decenti', asservari, adhibita etiam in hoc casu lampade ante ipsum ;*

Permittitur detentio seu asservatio SS. Eucharistiae extra tabernaculum in regionibus ubi catholici eadem ecclesia uti debent eum haereticis 2. item, que quandoque ex speciali privilegio missionariis commorantibus in locis ah ecclesiis et oratoriis longe distantibus ad infirmos viatico reficiendos. etsi actu nulli infirmi ibi reperiuntur 3.

Videtur Ordinarius loci, si gravis adsit causa, asservationem seu custodiam SS, Eucharistiae ad normam c. 120, § 3. praecipere posse, saltem in casibus urgentioribus et singularibus 4. - ;

Extra hos casus non admittitur consuetudo permittens asservationein SS. Eucharistiae extra altare5.

b) De exstructione et ornatu eius. - Tabernaculum sit affabre exstructum, undequaque solide clausum, decenter ornatum ad normam legum liturgicarum, ab omni alia re vacuum, ac tam sedulo custodiatur ut periculum cuiusvis sacrilegae profanationis arceatur.

Clans tabernaculi in quo SS. Sacramentum asservatur diligentissime custodiri debet, onerata graviter conscientia sacerdotis qui ecclesiae vel oratorii curam habet ®.

Materia ex qua exstruendum est tabernaculum non est iure communi definita; adhiberi potest lignum, petra marmorea aut metallum 7.

Si fiat ex ligno, lignum debet deaurari aut artistice depingi8.

Ornatus tabernaculi est externus et consistit praecipue in conopaeo quo semper cooperiri debet etsi agitur de tabernaculo aureo aut argenteo °. Quid autem si tabernaculum artisticum sit ? Videtur in casu suppleri posse alio modo per baldachinum 10.

Ornatus \ero internus requirit ut totum tabernaculum velis sericis aut aureis interne tegatur, nisi agatur de tabernaculo interne deaurato n.

In parte interna inferiore ponendum est corporale 12.

Nequit ita construi tabernaculum ut per parvas fenestras possint fideles

C. 1269, 3 3.

S. C. Prop. Fid. 7 Mart. 1895 lu *Collectanea,* 681.

3 S. IL C. 10 Februarii 1871, *Decret, auth.* 3234 ad 1

Aliter Cappello, *l, c.* Γ, n. 387, pag. *274.*

⁄ Cappello, *l.* r., u. 370.

6 C. 1209, $ 2. 4

Barin. *I.* c., I. 332 et sqs.; Gaspard. Z. *c.*. II, 991. Commendantur, at non stricte praecipiuntur tabernacula ex metallo ad modum arcae ferreae. S. Congr. e disciplina Sacramentorum *Instructto* · Nullo ttnquam » n. 5, *A. A. S.,* XXX, 198-207.

8 Cfr. Cappello. *I. c.,* I2, 379. ubi etiam de concessione facta Capuccinis habendi tabemaculum ligneum rudiori colore depictum; S. C. EE. et RK. 13 lui. 1859; S. IL C. 7 Pce. 1888 ad 13, *Decret, auth.* 3697.

9 S. R. C. 7 Aug. 1889; 1 lulii 1904, *Decret, auth.* 3529 et 4137.

10 Cfr. etiam Ganparri, Z. *c.,* II, 995; Venuecrsch, *Epitome.* II. 591, 2. Severius Cappello, Z. r.. I2, 381.

11 S. R. C. 7 Aug. 1871; 5 lunli 1889; 20 loidi 1899, *Decret, auth.* 3251. 3709, 1035 ad 4

12 Barin, Z. *c.,* 1', 21L

vas SS. Sacramenti initie reconditum uMpieere quin tabernaculum aperiatur

Tabernaculum debet esse omni alia re praeter vasa SS. Sacramenti *va·(num;* specialini vero nequeunt ibi recondi vasa oleorum sacrorum, Sanctorum reliquiae etc. *

Debet tabernaculum osse *undequaque clausum;* non requiruntur tamen ex iure communi duae portae 3. Ordinarius loci hac in re potest quaedam melius determinare· ad profanationes vitandas

Tabernaculum benedici debet benedictione *vasculi* quae habetur in *Rituali Romano* tit. VIII, cap. 23 δ.

Tabernaculum debet collocari in *medio altaris;* reprobatur consuetudo illud asservandi in turricula ad latus altaris e.

Tolerari potest, at non praecipitur appositio veli serici ante ostiolum tabernaculi interne 7.

Super tabernaculum SS. .Sacramenti collocari nequeunt flores, imagines, aut statuae Sanctorum et contraria consuetudo ut abusus est eliminanda 8; idciuque valet de reliquiis Passionis D. N. I. Ch. °; toleratur tamen, si aliter provideri nequeat, positio crucis pro Missa 10.

.Vou prohibetur tamen collocatio statuae repraesentantis D. X. I. Christum detecto corde in altari ubi asservatur SS. Eucharistia dummodo ipsa non collocetur supra tabernaculum, sed retro apud parietem et hoc fieri potest tnammodo stabili et perpetuo u. Custodia tabernaculi et Eucharistiae committieda est sacerdoti seu clerico, permittitur autem ut etiam laico committatur·; dammodo clavis tabernaculi cura sacerdoti reservetur. Is autem cui custodia wmmittitur numquam ecclesiam deserat tempore quo haec fidelibus patet, praesertim in urbibus ut furta sacrilega evitentur 12.

Clavem tabernaculi custodire debet generatim sacerdos rector ecclesiae oratorii ubi SS. Sacramentum asservatur, nec permittitur ut ipsa a laicis vustodiatur, nisi fbrte immemorialis adsit consuetudo id concedens 13.

De iure tamen vigente non requiritur- ut clavis tabernaculi apud ipsum Mterdotem retineatur, licet custos eius responsabilis coram l)eo et coram Ecclesia sit sacerdos cui ecclesia aut oratorium commissum est 14.

S. R. C. 20 Sept. 1806 ad 2, *Decret. until.* 2564·

! S. C. EE. et RR. 3 Maii 1693 apud Gasparri, Z. c., II, 996.

' S. R. C. 18 Mart. 1898, *Decret, auth.* 3987; S. C. De diseipl. Sacram. 25 Mail 1938, 1 I.

' 8. R. C. 11 Mail 1898. *Decret, auth.* 3987.

1 Cappello, Z c ; I2, 386.

• S. R. C. 21 Aug. 1863; apud Gasparri, Z. r., II, 993; cfr. etiam Cappello, Z. *c.,* I-, k îî8· Permittit tamen daeys Bouuaert-Simenon, Z. *c.,* n. 836. acervationem in taherna- latus altaris ubi haec vigeat immemorialis consuetudo.

' S· K, C. 28 April. 1866. *Decret, auth.* 3150.

' S. R. C. 3 April. 1821 ad 6, *Decret, auth.* 2613.

' 8. R. C. 12 Mart. 1836 ad 1. *Decret, auth.* 27-19.

'' 8. R. C. 11 lunii 1901. *Decret, auth.* 4136, excluso tamen throno ubi exponitur Sacra- ^utwu. Cfr. etiarn Cappello, Z. c., I2, n. 385.

S. R. C. 13 April. 1926, J. *A. S.,* XVIII, 291.

"· Instructio S. C. De dLscipl. Sacrament. n. 5, 25 Muli 1938, *A. A. .S..* XXX. 200-201.

! Hanc consuetudinem admittit Sehmalzgrueber, reicit Cappello, Z. c., Iz, n. 393.

" C. 1269, 5 1; cfr. Vermeersch, *Epitome,* II, 594, 4; Gasparri, Z. *c.,* II, 997-1000. *De* ▮"'•*Aii SS. Eucharistiae in cathcdralibus,* cfr. 415. § 3, n. 1.

In oratoriis etiam religiosarum aut piarum dumorum clavis cura c.^ debet penes sacerdotem seu cappellanum cui cura est oratorii; cappellauus si desit, clavis custodiri solet ex consuetudine a sorore cui cura est sacristine domus religiosae aut loci pii; soror autem elavem asservat in sacristi.i *

Instructio S. C. de discipl. Sacramentorum pro ecclesiis monialium vel religiosarum et in piis seu religiosis domibus mulierum statuit elavem asservandam esse in sacrario in loco tuto, solido et secreto duabus obserato clavibus, quarum altera communitatis antistitae est custodienda, quae id facere poter, per se ipsa aut per vicariam, et altera moniali cuidam, puta sacrario addictae, adeo ut utriusque concursus ad reserandum locum de quo supra requiratur. In privatis oratoriis quibus indidtum conceditur asservandi SS. Eucharistiam clavis asservetur in sacrario vel, si id praecipiat Episcopus, tradatur custodienda sacerdoti celebraturo s.

e Quod attinet ad oratoria seminarii vel collegii ecclesiastici, ephebei pro iuvenum utriusque sexus religiosa eruditione atque institutione, nosocomii aliusque id genus hospitii, quae potestate Sanctissimae Eucharistiae asservandae fruantur, tabernaculi clavis custodienda erit rectori seu moderatori eorundem, si sacerdos sit, secus spiritus directori aut cappellano de more Missae celebrationi sacrisque functionibus peragendis addicto, ipsique studiose est curandum ne eadem ad aliorum manus perveniat » 3.

c Quotiens furta sacrilega, quibus SS. Eucharistia violatur in sua dioecesi (quod Deus prorsus avertat), quacumque de causa acciderint, loci Episcopus vel per se, quod est optandum, vel per suae Curae Officialem, ad id specialiter delegandum, oeconomicum semper conficiat processum adversus parochum aliumve sacerdotem tam saecularem quam religiosum etiam exemptum Sanctissimae Eucharistiae custodiae praepositum, atque processus idem Episcopus ad hanc Sacram Congregationem transmittat cum suo voto quo praeprimis accurate describat eiusdem furti temporis et loci adiuncta, et dein, actis processus eiusdem prae oculis praesertim habitis, renuntiet cuius culpae aut negligentiae culpabili admissum facinus sit tribuendum atque poenas canonicas contra sontes infligendas proponat et huius Sacri Dicasterii mandata praestoletur ·

Iure particulari praecipi potest ut duplex habeatur clavis eaque aurea vel argentea vel deaurata vel deargentata 5.

848*'— De custodia Eucharistiae occasione bellorum. - Ad pericula vitanda quibus, occasione bellorum modernorum, praesertim ob incursiones aereas, subiici potest SS. Eucharistia, Sacra Congregatio De Sacramentis, 15 Septembris 1943, in Epistola ad Ordinarios directa, dedit quasdam normas ab ^Ordinariis locorum et ab aliis servandas, in quibus quae sequuntur continentur:

Cfr. Cappello, *l. c.,* I2, u. 38S et eqs.; Gasparrl, *l. c.,* n. 999.
Instructio *Nullum umquarn* 25 Mali 1938, nn. 7 et 9.
Instructio cit., n. S.
Instructio S. C. De discipl. Sacrament. 25 Mali 1938, n. 10, 6., *.i. .1. s.,* XXX, 305
Gusparri, *l. c.,* II, 997; Barin, *l. c.,* 1«, pag. 333 de iure communi requirit elavem ur
gvnteaiu aun-uinvo vel saltem deargentatam aut deauratam; cfr. etiam Cappello, *l.* r., 1*
u. 390.

I. Apprime sacerdotes missalis rubricam | prae oculis habeant, si incursionis nuncio percelluntur dum sacra peragunt mysteria, quae inter alia praescribit: ‘‘Si sacerdote celebrante... timeatur incursus hostium vel allu. vionis vel ruima loci ubi celebratur, ante consecrationem dimittatur Missa, post consecrationem vero sacerdos accelerare poterit sumptionem Sacramenti, omissis omnibus aliis ”.

2. Prudenti Ordinarii indicio, spectato hostilium offensionum incumbente periculo, potestas committitur suspendendi ad tempus, donec scilicet periculum ipsmn perseveret, facultates asservandi Sanctissimam Eucharistiam iu ecclesiis, quae tamen paroeciales aut praecellentes in loco non sint; et in oratoriis semipublicis, idest «appellis communitatum, seminariorum, nosocomiorum etc., ubi sacerdos aut diaconus praesto non sint tempore incursionum; necnon praesertim in oratoriis domesticis.

3. In communitatibus tamen per sacerdotes aut moniales moderatis, quae de more semipublicum habent oratorium, si contingat quod specialis locus sit deputatus ut *refugium,* quod vocant, contra bellicas insidias communitati exclusive reservatus, qui locus sit aptus et decens, ibi pro oratorio asservari poterit etiam habitualiter Sanctissima Eucharistia, aptato altari convenienter ornato cum ciborio conopaeo contecto, cum lampade electrica diu uoctuque collucescente, ibique communitatis membris licebit sueta pietatis exercitia explere. Quoties autem Alissa in oratoriis litetur ad commodum praebendum sacrae Communionis suscipiendae, consecrentur dumtaxat particulae necessariae.

4. Ita pariter, in urbibus praefatis incursionibus magis expositis, si ecclesia crypta aut sacellum subterraneum habeat, aut facile ibi aptari possit, quod contra hostiles iniurias securitatem praescierat, ibi Sanctissima Eucharistia potest continenter asservari in altari cum tabernaculo recondito in loco tutiore, servatis quae u. 3 diximus; et si ibi facilis pateat accessus ac suppetat loci capacitas, integrum sit fidelibus sacris functionibus interesse.

5. Canone 1269, § 3 casui prospicitur in quo ‘‘gravi aliqua suadente causa ab Ordinario loci probata, non est vetitum Sanctissimam Eucharistiam nocturno tempore extra altare... in loco tutiore et decenti... asservari... Hoc iuris praescriptum iam expendimus in Instructione *De Sanctissima Eucliariilia sedulo custodienda,* diei 26 Alaii 1938 ad 5, ubi tali asservationis modo magis consuli dicebatur securitati Sanctissimae Eucharistiae praesertim adversus fures: at hoc valere etiam iu bellicis offensionibus evidens est, et quidem etiam diurno tempore, si necesse sit.

Hic locus tutior potest esse etiam specialis aliquis recessus, subter ecclesiam aut sacrarium vel iu paroeciali domo, potissimum si sacrae Species includantur in quadam arca ferrea, artificum indicio construenda aut ab igne, humore •iliaque offensione protegantur, imis ecclesiae muris aut intimo marmoreo columnae stylobati inserenda, servatis quantum fieri poterit, legibus liturgicis atque citata Instructione.

| De det. ia cel. Miss. occ. X, n. 3.

ti. Aliquando praestabit, uti iam innuimus n. 3 toi dumtaxat singuli diebus consecrari hostias quot sufficiant fidelibus sacra Dape sese refecturi#, consumptis iis quae forte inde superfuerint, praeter ea quae viatico aut com. munioni infirmis ministrandis reserventur, et hae suadetur ut collocentur non in ordinaria pyxide, sed in theca quadam ex solido metallo confecta, omnino obstructa, decenti insta morem, facilius recondenda et transferenda.

Sacerdos vero qui prope ecclesiam incolit, incursionis tempore praefatam thecam eum sacris Particulis ita reservatis arripiat et in locum tutum deferat.

7. Valde autem expediet ut parochus edoceat aliquos fideles, prudents ac pietate praestantes — in primis sodales confraternitatis Sanctissimi Sacramenti cuius praecipue est curam Sanctissimae Eucharistiae exhibere et cultum promovere — in extrema necessitate, nempe si parochus aut sacerdos in loco desit et periculum profanationis Sanctissimae Eucharistiae immineat, sacra› Species in loco tuto ponere aut forte disperditas quam diligentissime requirere et colligere.

S. Hae, quas recensuimus, quaedam dumtaxat sunt normae ad enunciating finem attingendum; his vero quominus aliae addantur, quae inspectis locorum peculiaribus adiunctis magis idoneae reperiantur, nihil vetat; immo enixe Ordinarios adhortamur ut. si efficaciora comperiant media, iisdem utantur

849. — IV. De pyxide. - Particulae consecratae, eo numero qui infirmorum et aliorum fidelium communioni satis esse possit, perpetuo conserventur in pyxide ex solida deeentique materia, eaqtie munda et suo operculo bene clausa, cooperta albo velo serico, et, quantum res feret, ornato 8.

Cum vitrum et crystallus non sint materia solida, ex ipsis fieri nequit pyxis, ne ad periculum quidem furti evitandum aut profanationis 3; admitti vero potest ex cupro deaurato Immo non constat de vero praecepto inaurandi pyxidem etiam interne 5.

Perpetuo conservanda est SS. Eucharistia in pyxide in tabernaculo, etiam durante tempore processionis aut orationis Quadraginta Horarum e.

850. — V. De lampade SS. Sacramenti. - Corani tabernaculo, in quo sanctissimum Sacramentum asservatur, una saltem lampas diu noctuque continenter luceat, nutrienda oleo olivarum vel cera apum; ubi vero oleum olivarum haberi nequeat, Ordinarii loci prudenliae permit l il nr ul aliis oleis commutatur, quant um fieri potest, venotalibiis

Habetur hic praeceptum grave ut communiter interpretantur auctores2.

Lampas coram tabernaculo collucere debet et sustentari potest ope chordiilariun in medio altari vel brachio metallico in cornu epistolae vel evangelii ad similitudinem cornucopiae a; nec licet noctu lampadem in choro retro altare retinere ut simul sua luce illuminet chorum aut alia loca '.

Tolerari potest ut lampas sit ex vitro rubro vel viridi 5.

Ad praecavendam humiditatem potest lampas velo cooperiri ▷.

Festis sollemnioribus decet pluies lampades coram SS. Sacramento accendere 7.

Oleum olivarum et cera apum omnibus aliis praeferenda sunt ob mysticas significationes8; possunt autem adhiberi etiam simul commixta 9.

Alia olea tunc solum permittuntur cum supradicta haberi nequeunt; haberi autem nequeunt non solum cum absolute non reperiuntur in loeo, sed etiam quando non reperiuntur nisi cum gravi incommodo expensarum 10. si tamen haberi possit oleum aut cera cui oleum olivarum et cera apum com mixta sunt, haec aliis oleis praeferenda sunt n.

Olea vegetalia mineralibus sunt praeferenda, at nec ista absolute excluduntur si vegetalia haberi nequeant 12.

Lampas electrica generarim ad cultum non est admittenda 13; instantibus tamen pluribus Ordinarii locorum, in quibus ad nutriendam lampadem coram SS. Sacramento ardentem ob peculiares circumstantias sive ordinarias sive extraordinarias, oleum olivarum non habetur vel ob gravem penuriam aut summum pretium, non absque magna difficultate comparari potest, S. R. Congregatio responso a R. Pontifice adprobato, censuit: Inspectis peculiaribus circumstantiis iisque perdurantibus, remittendum prudentiae Ordinariorum, ut lampas nutriatur, in defectu olei olivarum, aliis oleis, quantum fieri potest vegetalibus, aut cera apum pura vel mixta, et ultimo loco etiam luce electrica adbibita u.

XXXV, 282-285.

O. 1270.

J S. R. C. 3 Iauuar. 188», *Decret. auth.* 3511.

9. R. C. 31 Aug. 1807 ad 6, *Décret, auth.* 3102; cfr. plura apud Baric. *I. c.*. I, p. 269-270: Gasparri, *l. c.*. II. 1004-1000; Cappello. *I. c.,* Iz, n. 390.

5 Gasparri, *l.* c.. 1005; Cappello, *l. c.,* 39B; Claeye Bouuaert-Simenon, /. ‹-.. n. 837.

J S. R. C. Aug. 1007 ud 2. *Décret, auth.* 1357.

I C. 1271.

s S. Alphonsus, *Theologia moralis,* VI. 218; Gasparri, *l. c.,* II, 1010: Blat, /. c., 139. 107; Augustine, *l. c.,* VI, 225; Cappello, /. ‹-., i2, n. 401 et sqs. Grave est iuxta aliquos per r.nnm diein sine ullo lumine conservare SS. Sacramentum; Santamaria. /. c., IV, 120.

' S. R. C 2 Iulii 1883, *Decret, auth.* 3576 ad l.

4 S. R. C 22 Aug. 1699, *Decret, auth.* 2033.

5 S. 2 Iunii 1883, *Decret, auth* 3576 ad 5.
16 Sept. 1865, *Decret, auth.* 3137 ad 2.

' *Coercmnniatr Episcoiwrum,* lib. 1. cap. 12. η. 17: cfr. Gasparri. *t. c..* 1010: Cappello, /. r.. I' n. IU2.

•s. K. C. 14 Ini. 1864, *Decret, auth.* 3121.

9 S. R. C. 8 Nuv. 1907, *Decret, auth.* 1205.

10 Cfr. S. R. C. 14 Iulii 1861, *Décret, auth.* 3121.

II S. R. c. 11 Dee. 1904 ct 27 Nov. 1908, *Decret, auth.* 4117 et 4230.

12 Barin, *l. c..* I4, pag. 209.

13 S. R. C. 16 Maii 1902, 22 Nov. 1907. *Decret, auth.* 4097, 1206: itemque 21 Iunii 1911. ▮l. .1. *S..* VI. 352.

11 S. R. C. 22 Februarii 1916, *.1. J. S.,* VIII, 72. Idem indultum limante altero bello inuudlali renovavit· eadem S. Rituum Congregatio, 13 Martlf 1942, J. -I. *S.,* NNXIV. 112. Qua occasione eadem Sacra Congregatio insuper Ordinariorum prudentiae remisit «ut, prae-

Cum in aliquo loco eaedem speciales circumstantiae ac supra, ordinariae sini et etiam nunc perseverare possim, idem rescriptum ibi adhuc adhiberi poterit; post bellum tamen cum saltem alia olea vegetalia aut minutalia haberi possint, lucis electricae usus pro lampade coram SS. Sacramento «liffl. cilius admitti poterit 1.

Lampas exstingui potest «piando religiosi in choro disciplina se flagellant, eam tamen supplendo per lumen intra armarium accensum -.

851. — VI. De renovatione Hostiarum. - Hostiae consecralao. sive propter fidelium communionem, sive propter expositionem sanctissimi Sacramenti, et recentes sint et frequenter renoventur, veteribus rire consumptis, ita ut nullum sit periculum corruptionis, sedulo sonatis instructionibus quas Ordinarius loci hae de re dederit3.

Hostiae consecrandae debent esse recentes antequam consecrentur et consecratae frequenter renovandae sunt4.

Generatim statui potest illicitam esse consecrationem hostiarum ante duos menses aut sex hebdomadas confectarum, at etiam ante illud tempus grave esset materia uti dubie corrupta 5. S. R. C. 6 reprobavit expresse consuetudinem adhibendi hostias ante tres aut sex menses confectas; item eadem S. R. C. 7 noluit adprobare consuetudinem renovandi SS. Eucharistiam solum semel vel bis in mense, sed remisit ad *Caeremoniale Episcoporum*. Iil·». I, cap. 6. n. 2 ubi renovatio saltem sernel in hebdomada iubetur 8.

Ordinarius loci hanc materiam potest melius ordinare et eius instructionibus etiam religiosi exempti stare tenentur 9.

852. — VII. De visitatione SS. Sacramenti. - Qui in religiosam fidelium institutionem incumbunt, nihil omittant ut pietatem erga SS. Eucharistiam in eorum animis excitent, eosque praesertim liortentur ut, non modo diebus dominicis et festis do praecepto, sed etiam diebus fetialibus intra hebdomadam, frequenter, quantum fieri potest. Missae sacrificio assistant, et. SS. Sacramentum visitent 1.

Valde opportuna et saluberrima adhortatio ad multo- bonos fructus in salute animarum nata gignendos.

853. — VIII. De expositione publica aut privata SS. Eucharistiae. - 1° Quando liceat utraque expositio. - In ecclesiis aut oratoriis quibus datum est asservare SS. Eucharistiaip, fieri potest expositio privata seu cum pyxide ex qualibet iusta causa sine Ordinarii licentia; expositio vero publica seu cum ostensorio die festo Corporis Christi et infra Octavam fieri potest in omnibus ecclesiis inter Missarum sollemnia et ad Vesperas; aliis vero temporibus non nisi ex iusta et gravi causa, praesertim publica et de Ordinarii loci licentia, licet ecclesia ad religionem exemptam pertineat 2.

Nomine expositionis publicae venit expositio quae fit ostensorio, SS. Eucharistiam e tabernaculo extrahendo et in *lunula* collocatum populi oculis exponendo, adhibita thurificatione 3, cum duodecim saltem candelis accensis nec requiritur ad hoc, ut publica dici possit, ut ad longius tempus, e. g., ad pliures horas protrahatur s.

Iure expositionis publicae in festo Corporis Christi et infra eius octavam gaudent tantummodo ecclesiae et oratoria in quibus habitualiter asservatur SS, Sacramentum, licet ex canonis dictione facile deduci posset eodem iure gaudere omnes ecclesias; Ordinario autem loci semper ius est horas expositionis determinandis.

Verbis Codicis per se non comprehenduntur inter ecclesias hoc iure gaudentes oratoria semi-publica; at privilegium saltem de consensu Ordinarii loci et ad ipsam extendi potest ’.

Privata expositio est quae lit pyxide; et tunc habetur cum SS. Sacramentum e tabernaculo non extrahitur et velatum manet ita ut a populo videri non possit ipsa Hostia 8.

scutis belli supradictls adiunctis perdurantibus. in defectu cerae apum, reducatur numerus candelarum pro singulis sacris functionibus rite praescriptus, et huic deficientiae cereorum sufiiciantur usque ad numerum requisitum candelarum alia lumina, etiam electrica».

1 Cfr. Venücersch, *Epitome,* II, 596; Augustine, *l. c.,* Vi, 226; rescripto 22 Februarii 1916 apertus est aditus ad mitiorem disciplinam in usu lucis electricae etiam in cultu divino; cfr. etiam Cappello, *l.* e., I2, n. 403; Clacys Bouuacrt-Simenon, Z. c., n. 838.

2 S. R. C. 21 Mart. 1860 ad 2. *Decret, auth.* 3099.

3 C. 1272.

4 Cfr. e. S15, § 1. Certe recentes diei nequeunt hostiae plus a quam viginti diebus confectae. Cfr. Cappello, *De Sacramentis,* I2, n. 411 sqs.

3 Cfr. Vermeersch, *Periodica,* vol. X, pag. 59-60.

r, 16 Dec. 1826 ad primam facti speciem. *Decret, auth.* 2650.

7 12 Sept. 1881 ad 2, *Décret, auth.* 3621.

§ Mitiorem praxim admisit S. C. De Sacramentis, 7 Dec. 1918, *A. A. S.*. vol. XI, pag. 8, ubi reprobatur quidem praxis consecrandi hostias a duobus vel tribus mensibus confectus, at non iniungitur strictior obligatio *Caercm&nialis Episcoporum,* sed remittuntur «ini quaesitum. proposuerant ad Codicem hoc loco et ad *Rituale romanum,* tit. IV, cap. 1, ubi prnecipitur simpliciter ut hostiae consecrandae sint recentes. Etiam in *Instruet.* S. C. de disoipl. Sacram. 26 Mart. 1929, *A. A. S.,* XXI. 631 sqs. tempus non determinatur, sed dicitur simpliciter: *hostiae* nonnisi *recenter confectae* consecrentur. Cfr. etiam Cappello. *De Sacramenti·,* Is, n. 406 et sqs.; Claeys Bouuacrt-Simenon, *l. c.,* n. 839.

9 Ita Blat, *l. c.,* 148.]>ag. 169; Vermeersch, *Epitome,* II, 597.

1 C. 1273. — Cfr. supra n. 846, ubi citantur decreta B. Poeuitentiariae indulgentias visitantibus SS. Sacramentum concedentis.

2 *a* 1274, § 1.

3 S. C. R. 11 Sept. 1847, *Decret, aulh.* 2957.

4 S. R. C. 1 Februar. 1879, *Decret, auth.* 3480.

* (. I. 6 Mart. 1927, *A. A. S.,* XIX, 161; cfr. Vermeersch, *Periodica,* XVI, p. 60.

« C. I. 11 lulii 1922 ad X, *A. A. S.,* vol. 14, p. 528.

7 Augustine, *l. c.,* VI, 231; Cappello, *De Sacramentis,* I2, 1928, n. 417, excludit non solum oratoria semi-publica, sed et publica a iure faciendi publicam expositionem in die festo Corporis Christi; pro iure tamen oratoriorum publicorum atYerri posset c. 1191, § 1.

8 S. R. C. 31 Mali 1612, *Décret, auth.* n. 800; slcubi igitur in facienda expositione cum pyxide ipsa pyxis o tabernaculo extrahatur, ista expositio privata simulet irregularis erit. ik c toleranda, 8. R. C. 16 Mart. 1876. *Decret, auth.* 3394 ad 1; cfr. etiam Vermeersch. *I. c.*. Ii. 599.

Permittit tamcu expositionem cum pyxide eum extrahendo e tabernaculo et collocando super tabernaculum non velatam Clacys Bouuaert-Simenon, Z. *c.,* n. 481, pro dioecesibus I.codk-nsi ct Tornacensi ubi id servatur ex immemorabili consuetudine.

Pro privata benedictione >«;i<erdos induit wtolam ‹d .MψοιροΠινωιιυ, c si hibei, etiam pluviale, in altari >ex candelae saltem accendendae aunt; *Tentui, rrfftt* cani aut recitari potest; omissio ineensationis conformior est Eccleeiit praxi *.

Tam in publica quam in privata expositione SS. Sacramenti unus vel jdures clerici aut in eorum defectu etiam luici in devola adoratione penna· neant, illi intra presbyterium In extra illud 2*; eo tempore nequeunt flori j); ecclesia eleemosynarum collectae, bene vero ad ianuani sino rumore 3 nec ikm possunt simul exponi in eodem altari reliquia aut imago alienius Sancti et simul SS. Eucharistia 4.

Expositio privata tieri potest etiam sine Ordinarii loci licentia, at tantummodo in oratoriis et ecclesiis ubi asservari potest SS. Eucharistia3.

Causa quaelibet etiam privata, e. g., pium desiderium devotionis exercendae personarum privatarum, oratio fundenda pro sanitate recuperanda alicuius personae privatae etc. *

Ut privata, quousque alitor deciderit S. Sedes, considerari potest benedictio quae a regularibus in suis ecclesiis seu oratoriis fiat cum ostensorio, at ianuis clausis

Color paramentorum in benedictione et expositione est albus; si tamen minister non recedat ab altari post Missam aut Vesperas, uti potest colore officii seu Missae excepto colore nigro; velum humerale semper album esse debet *

Immo si ministri non recedant ab altari post Vesperas, possunt retinere pluvialia loco Tuuicellae et Dalmaticae, et Celebrans etiam ad Vesperas in hoc casu induere debebit stolam, minime vero camicem; attamen in casu assistere debet alius diaconus aut sacerdos qui Celebranti ostensorium porrigat'.

In benedictione et expositione privata sacerdos assistitur ab aliquo clerico simplici, at nihil vetat quo minus eidem assistant etiam ministri parati,0.

Ante Codicem pro expositione puLIi<a sollemni requirebant causam publicam “. Codex remittit prudentiae Ordinarii loci eandem permittere etiam ex causa privata is.

Causa publica haberi videtur in fovenda devotione populi singulis diebus festis, nt fert consuetudo, et etiam in novendialibus praeparat oriis ad festa sollemniora.

S. R. C. 11 Sept. 1* 17, n. 2957; cfr. Gasparri. 7. c., 1027; Augustine, 7. r·,. VI. 228-229.
2 *Instructio Clementina,* § 9.
' S. R. C. 31 Ailü. 1SG7. *D'crrt. auth.* 3157 ‹1 10; Gasparri. 7. ‹·.. 1023.
S. R. C. 19 Maii 183», *Decret, auth.* 2779; 2 Sept. 1711, ad 1, *Dtcrel. uulh.* 2365; consuetudines tanu-n contrariae pro expositione publica minus sollemni tolerantur; cfr. Gasparri, Z. Λ, 1039.
5 Augustine. 7. c., VI. 229.
15 Augustine. Z. c., VI, 22».
' Ita Wernz. /»›· *decretalium,* IU, 553, nota 235; Vermeersch. *I. c..* n 599; Cappella· l' Γ - 1'.·. 2Jl' rt 295: c"ntra Gaeparri, 7. c.. 1022, in nota et n. 1023.
Cfr. Gasparri, *I.* c.. 1010; *CamnumiaU Eplscupi/rum,* lib. 1I. cap. 33 n 74 ».
–M - 1,79 — * 97 ■·■›- — ▮..'·» ¡™'. ■»".
10 Burin, L c., LIP, (1921), pair. 12G.
11 Cfr. GaeparrU L c., 1U34.
« Vermeersch, Z. c., II, 599; Burin, 7. *c„* m, 125; Cappello, *l. c., F, n. 417* pflg. 291.

Causa publica ad expositionem sollemnem esset etiam suffragatio .animae alicuius principis aut personae publicae v‹-l fratrum alicuius congregationis, necnoii Omnium fidelium defunctorum; quo caeu ecclesia potest parari nigris paranientis. dummodo tamen altare expositionis sit velis festivis ornatum. Non esset e contra causa publica .sufficiens suffragatio exsequialis alicuius personae privatae '.

Licentia pro facienda publica expositione gem-ratim *exprt sua* esse debet; non excluditur tamen absolute licentia *tacita* aut etiam *praesumpta* 2.

Inuno si vigeat immemorial! consuetudo faciendi publicam expositionem, ipsa supplere videtur licentiam Ordinarii loci. Nulla licentia requiritur pro expositione publica facienda ex iussione Leonis XIII 3 in omnibus ecclesiis paroeoialibus mense Octobri *

Licentia asservandi SS. Sacramentum non sufficit ad SS. Sacramentum exponendum 5.

Minus conformis menti Ecclesiae est expositio sollemnis seu publica infra Missam si forte excipias Missas infra octavam Corporis Christi 6. Esus autem faciendi expositionem SS.mi Sacramenti infra Missam permitti non potest 7.

Ultima clausula regulares respiciens refertur solum ad necessitatem licentiae pro publica expositione 8.

Benedictio sive publica sive privata eum SS. Sacramento permitti potest in eadem ecclesia etiam pluries in die 9.

Ubi viget retineri potest consuetudo SS. Sacramentum exponendi diebus festis Sanctorum aut B. M. Virginis 10.11

854. — 2° De ministro expositionis. - Minister expositionis et repositionis SS. Sacramenti est sacerdos vel diaconus: minister vero benedictionis Eucharisticae est solus sacerdos, nec eam impertire diaconus potest, nisi in casu quo extraordinarie de licentia Ordinarii loci vel parochi viaticum ad infirmum detulerit IX.

Ad expositionem aut repositionem faciendam adhiberi nequit machina affabre elaborata 12.

J S. R. c. 13 Mart. 1801, *Decret, auth.* 255S.
2 *Cfr.* Vormecrsch, Z. *c.,* II. 599; Cappello. Z. c., I2, n. 117-
3 S. R. C. 29 Aug. 1885. Usus Missam celebrandi et intra ipsam commuuionem mini strand! durante expositione SS. Sacramenti tolerari nequit S. R. *C.* 2 Tunii 1919. ^*f* XI, 316 et 27 Iuli! 1927. *.i. .I. ,S.,* XIX. 289.
* Cfr. Cappello, Z. ‹·.. I3, n. 117; cfr. tamen etiam Gasparri. 7. e., 1033.
S. R. C. 12 lanuar. 1701 ad 27, *Decret, auth.* 2123.
8 Cfr. S. R. C. 11 Muil 1878 ad 1. *Dccret. auth.* 3448; Claeye Bouuacrt-Simcnou u. 811.
7 S. R. C. 17 April. 1919, *A. A. S.,* XI, 216.
* Blat. *l. c.,* 112. pag. 171.
9 S. R. C. 12 lanuar. 1878. *Décret, auth.* 3438 ad 5.
0 S. R. C. 1 Get. 1861 ad 5. *Décret, uulh.* 3121: aliter antiquiores; cfr. Gasparri 1035.
11 Cc. 1274. i 2: 815. § 2.
12 S. R. C. April. 1875 ut 2 Aug. 1881; 7 Jidii 1877, *Décret, auth.* 3319, 361.-, 3125.

Diaconus quando viaticum administrat potest dicere *Mitrtreulur* et *In. diligentiam*. signare infirmum et seipsum ispersionem aquae benedictae (a-cero, dicere Donn/mx *robiscum* cum oratione, benedicere eum SS. Sacramento infirmum et assistentes ’.

855. — IX. De Supplicatione Quadraginta Horarum. - Supplicatio Quadraginta Horarum in omnibus ecclesiis paroecialibus aliisque, in quibus SS. Sacramentum habitualiter asservatur, statutis de consensu Ordinarii loci diebus, maiore qua fieri potest sollemnitate quotannis habeatur; et sicubi ob peculiaria rerum adiuncta nequeat sine gravi incommodo et eum reverentia tanto Sacramento debita fieri, curet loci Ordinarius ut saltem per aliquot continuas horas, statis diebus. SS. Sacramentum sollemniori ritu exponatur

•Supplicationis istius auctor fuit P. losephus Plantauida a Fauo 0. Capuc. aa. 1536-1537 ad memoriam dierum seu horarum quibus D. N. I. Ch. mansit in sepulcro Clemens λ'III perpetuam instituit 4 Romae, Clemens XI *Instructionem* quam *Ctemcntinam* appellant edidit 5 quae obligatoria est pro Urbe Roma, et cuius observatio aliis etiam ecclesiis commendatur °.

In forma Clementina supplicatio etiam horis nocturnis facienda est,’ quod si non fiat ad effectum indulgentiarum et privilegii altarium necessarium est indultum. Episcopus tamen uti potest iure suo, sed circa Missas votivas seruentur decreta et rubricae nisi habeatur indultum Indulgentia plenaria concessa a Benedicto XIV et a Clemente XIII8 extensa est pro expositione SS. Sacramenti in hebdomadis sive Septuagesima, sive Sexagesima, sive Quinquagesima aut etiam solum in feria quinta post Dominicam Sexagesimae’.

Supplicatio Quadr. Hor. cessare debet omnino a mane feriae V in Coena Domini usque ad Sabbatum Sanctum mane 10.

Si proprie dicta fiat supplicatio Quadr. Hor. quae time habetur cum expositio SS. Sacramenti protrahitur revera ad quadraginta horas successivas et sine interruptione, in die expositionis et repositionis Missa sollemnis votiva de SS. Sacramento cantanda est, die vero intermedia Missa votiva sollemnis per? vel alia ab Ordinario loci praescripta n. Missae istae iisdem diebus permittuntur quibus Missa votiva sollemnis pro re gravi *et* publica causa

1 S. K, C. 11 Aug. 1858 ad L *Dtcrd. ildlh.* 3071.
2 C. 1275.
3 Cfr. Victorium ab Appellera. *S. Liturgiat Promptuarium, I,* 193; Wernz, /. r., III, p. .».» ›
I Constit. «Gratxe* 25 Nov. 1592.
fi 21 lanuarii 1705.
e S. R. C, 13 Iulii 1749, *Décret. aulli.* 2103.
S. R. C. 27 Mail 1911 ad 1-3, *Dccrd. auth.* 1268.
Cfr. Constit. · *inter cetera »* 1 launarfi 1718; Gasparri, Z'o/dex, 1Γ, n.383; S. C. Jndiilg. 23 Julii 1765 apud Schneider. *Rescripta authentica,* n. 229.
9 Schneider, Z. c., pag. 185-186.
1,1 S. R. C. 12 Muli 1661, *Décret. outh.* 1190.
11 Cfr. Fr. Brchm, *Synopsis additionum et variationum in editione typica Missuris ronrnni,* (1920), pap. 143-119; Martinucci-McDghfai, *Manuale, sacrarum caeremoniarum 3* part. *I.* vol. 2, pag. 125 sq.; P. Victorium ab Appellera, Z. c., I, 195.

celebrari potest. Diebus voro quibus haec missa impeditur in Missa sollemni dici currentis addenda est commemoratio sub unica conclusione de missa votiva impedita. In Missa sollemni pro pace et in Missis privatis addenda semper est eo tempore commemoratio SS. Sacramenti, non sub unica, sed sub propria conclusione, excepto casu quo Missa sollemnis sit de identico mysterio. Idem servandum erit ctiarn in missis privatis quae celebrentur tempore expositionis SS. Sacramenti extra tempus (Quadraginta Horarum In Missa votiva sollemni pro pace semper dicendum est symbolum 2.

Tolerari tamen potest praxis expositionem incipiendi celebrando Missam sine cantu 3.

Missa de SS. Sacramento et *de pace* nequeunt celebrari si supplicatio Quadr. Horarum incidat in Commemoratione Omnium Fidel. Defunct, et tunc si agatur de expositione, celebretur Missa De commemor. Omnium Fid. Det. et post fiat expositio, si agatur de repositione praemittatur processio ct repositio et postea pariter celebretur Missa Defunctorum 4.

Codex obligationem imponit 6 faciendi supplicationem Quadraginta Hor. et quidem proprie dictam °; non posset igitur Ordinarius loci arbitrario modo eam prohibere; Ordinarii tamen consensus requiritur pro definitione dierum quibus in singulis ecclesiis facienda est, quae licentia requiritur pro omnibus ecclesiis, non exclusis ecclesiis confraternitatum 7, cathedralibus 8 aut regularibus. Sufficit autem consensus semel pro semper datus °.

Si supplicatio fiat solummodo *ad formam* Quadraginta Horarum, Missae di SS. *Sacramento* et *de pace* celebrari poterunt ut votivae sollemnes, si causa gravis ad normam iuris communis ab Ordinario loci agnoscatur 10. Causam autem gravem praesumitur, ut videtur, recognoscere Ordinarius loci eo ipso quod determinatis diebus ad supplicationem talis formae faciendam consensum praebuit.

Licet expositio SS. Sacramenti etiam publica et sollemnis fieri possit ad quodlibet altare, supplicatio tamen Quadr. Horarum facienda est ad altare maius 11.

n lanuarii 1928, *A. J. S.*. XX, 90.
2 S. r . c April. 1927. *Instructio, A. A. S.*, XI2
3 S. R. C. 28 Sept. 1882 ad 1. *Décret, auth.* 3558.
1 § R. C. 26 Februar. 1919, *A. J. «S.,* 112.
Hllt, *l. C.,* 143, pag. 173; Vermeersch, *Epitome,* II, 600.
" Supplicatio quae omittitur seu interrumpitur horis nocturnis vocatur supplicatio *ad formant* Quadraginta, Horarum; cfr. Brchm, *l. c.,* 148.
7 S. R. C. 13 Sept. 1612, *Decret, auth.* 814.
g S. R. C. 4 lunii 1644, *Décret, auth.* 869.
9 Augustine, Z. *c.,* VI, 233.
10 Cfr. Γ. Victorium ab Appcltcrn. *I. c.,* 1. 195; *Ephemerides liiurpicae,* vol. 21. pag. 665.
II S. R. C. 21 April. 1873, *Decret, auth.* 3293; *Instructio Clementina, §* TU.

De cultu Sanctorum, sacrarum imaginum et reliquiarum

856. – *Connexio materiae.* - Expleta tractatione do primario ohiecb» cultus divini quod ipse Deus est. iam ad alia obiecta transeundum quae cum Deo specialem relationem habent; inter quae primo loco est B. V. Maria, qu» mater Dei est. deinde Sancti et servi Dei qui cum Christo regnant.

I. De honestate cultus Sanctorum. - Bonum atque utile est Dei servos una cum Christo regnantes, suppliciter invocare eorunque reliquias atque imagines venerari: sed prae ceteris filiali devotione Beatissimam Virginem Alariam fideles universi prosequantur '.

Hic canon a Tridentino desumptus est - ad .sensum; monet autem Concilium cultum, quo Sanctos veneramur, non ad imagines aut reliquias quatenus haec res materiales sunt, sed ad eorum prototypa referri in quibus prototypis veneramur Dei Servos, ut honor redundet in Dominum qui dixit: Qui vos recipit, me recipit 3.

Superstitio tamen, si quae inde oriri possit, statim tollatur, itemque omnis turpis quaestus eliminandus est omnisque lascivia in picturis vitanda 4.

Superstitiosus non est cultus a fidelibus populis quibusdam specialibus imaginibus exhibit il s ».

Dum Codex ceteris .Servis Dei cultum praestitum honestum et utilem simpliciter affirmat; cultum B. Mariae \'irgini vehementius fidelibus commendat; et iure quidem, quippe quae mater nostra nostrae semper studet saluti.

Dei Servi, ut videtur, hic appellantur omnes cum Christo regnantes in coelis, non exclusis infantibus cum baptismate defunctis; canon loquitur de cultu tam publico quam privato.

De fide catholica tenendum est, licite imagines Christi, B. AI. Virginii, aliorumque Sanctorum depingi posse; non item de fide catholica est assertio affirmans liceitatem imaginum Dei et SS. Trinitatis °.

857. — II. Quinam publice coli possint. - Cultu publico eos tantum Dei Servos venerari licet, qui auctoritate Ecclesiae inter Sanctos et Beatos relati sunt.

1 C. 127«.
' Sess. XXV. Décret. *D< inwcai. centrât.* etc.
3 loanucH XV in Concilio rumauo n 993; apud I)vnziux«.*r-Bunnwari, n Concilium Trident.· sess. 25, *De* mwe.
Deittiwœr-ltannwart. u. 1570.
Cir· Ferraris *RiblMteev,* v. *Inutriiics.*

In album Sanctorum canonice relatis cultus duliae debetur; Sancti coli possunt ubique et quovis actu eius generis cultus; Beati vero non possunt, nisi in loco et nimio quo lioinanus Pontifex concessent

Differunt in hoc praecisi? *Saudi* a *Bealis*. quod horum cultus permittitur nut etiam praecipitur, at cum reatr ictione in loco et in modo -, illi vero id»ique sine ulla restrictione coli possunt 3 et debent 4; iilrorumque tamen cultus est cultus duliae 5 immo eodem specifice cultu duliae, at privato tantummodo, coli possunt etiam, alii fideles cum Christo regnantes.

Actus praecipui cultus publici sunt Missa et Officium in honorem Sanctorum et Beatorum, quae generatim non conceduntur nisi pro Sanetis et Beatis quorum memoria in *Marlgrologio* occurrit; si quandoque in Kalendariis particularium dioecesium Sancti memorantur quorum mentio non fit in *Martyrologio* universalis Ecclesiae, illi Sancti non ideo censendi sunt canonizari aequipollcnter 7.

Distinctio *Beatos* inter et *Sanctos* antiquissima est in se, non autem in tenninologia. Primis Ecclesiae saeculis cultus duliae solum Martyribus, post persecutiones etiam Confessoribus tribui coeptus est *Venerabilis* de iure vigente 8 vocatur *Servus Dei* pro quo processus beatilicalionis ad stadium pervenit quo de virtutibus heroicis decretum approbationis latum est. Hic autem titulus nidlam cultus publici permissionem importat 9.

Usque ad saeculum xm Episcopi poterant *beatos* declarare: Alexander autem III 10 etiam simplicem beatificationem S. Sedi reservavit; quae tamen les non adamussim ubique terrarum servata est. Quapropter Urbanus VIII 11 cultum publicum omne genus etiam per conniventiam Servi Dei exhiberi prohibuit ante S. Sedis indicium; permisit tamen continuationem cultus illorum Servorum Dei qui tempore suae Constitutionis, idest a. 1634, iam ab immemorabili praestari consueverat. Immo tales Servi Dei usque ad a. 1912 12 poterant faciliter *beati* declarari quin necesse fuisset eorum virtutes heroicas demonstrare, procedendo *per viam cultus* seu *casus excepti.*

Si concedatur indultum celebrandi festum *Beati* cum Otlicio et Missa, in ecclesia ubi valet indultum etiam Beati imago aut statua exponi et quidem

1 C. 1377. $ 1-2.
1 Cfr. CC. 1168. § 3; 1204. $ 4; 1287, § 3.
:I Ex hoc autem qnod Sancti coli debeant· ubique falso deduxeris ubique. ab omnibus coram officium, et Missum celebrari debere, ad hoc enim speciale S. Sedis decretum requirii'ir: cir. I>* Meestcr, *l.* c., III, n. 1266.
I Wcrnz, *Ius decretalium,* III. 362.
* Eichmann, *Ishrbnch des kalholischen Kirchcnrcchls.* pag. 115.
6 S. R. C. 13 Ini. 1896, *Decret, auth.* 3926: 38 April. 1911, .1. J. *S.*. 235; Augustine, *L* r., VI, 237. Cfr. etiam De Meester *I.* c., III, n. 1248, et n. 1266
7 Wemiz, */.* c.*f* III, 369 sq.
8 Inde ab anno 1913; S. IL C. 2G Aug. 1913, *A.* J. 136.
9 Ce. 2115, § 2 et 2084. § 2.
10 C. 1. X. 3. 15. a. 1159-1181.
II O>nst. * *Coelestis Hierusalem* ; 5 Iulii 1634; Gaspurri, 1. n. 213.
12 S. R. C. 11 Nov. 1912. J. *A. S.,* IV. 705.

super altari potest; non item si concessa sir. solummodo »>\ positio pennini potest Missa et Officium 1.

Quae statuit canon valent solum de cultu publico 2 non de privato; pri. vatiis mitcm cultus non necessario secretus est 3.

858. — HI. De cultu Patronorum. - Laudabiliter, servatis servandis, Sancti nationum, dioecesium, provinciarum, confraterni-tatuin, familiarum religiosarum aliorumque locorum et moralium per-sonarum eliguntur et. accedente confirmatione Sedis Apostolicae, constituuntur Patroni: Beati non item, sine peculiari eiusdem Sedis Apostolicae induito 4.

Agitur hic de festis Patronorum ritu liturgico, praesertim Missa et Of-ficio, celebrandis; qui Patroni sunt distinguendi a titulis ecclesiarum 5 qui singulis ecclesiis assignandi sunt.

Obligationem eligendi Patronos Codex nullam statuit, solummodo ad eam hortatur e.

Xatio hic accipi videtur pro regno seu pro Statu civili. Quid autem si Status dissolvatur aut eius pars ab eo abscindatur et alteri Statui accedat? Cum de Patrono Status seu reipublicae qua tab's agatur etiam eius festum, obiecto adhaesionis seu utilitatis cessante, cessare, ut videtur, deberet; praxis tamen contraria alicubi viget, de cuius legitimitate indicium ad sapientiores remittimus.

Etiam provinciae monasticae seu regulares Missam et Officium sui Patroni quem rite elegerint celebrare tenentur ritu duplici primae classis, sed sine octava 7.

Loca de quibus in canone plus minusve extensa esse possunt; quandoque locus paroeciam, quandoque vero civitatem seu oppidum, municipium aut municipii partem designat.

A Patronis de quibus in canone, qui iuribus liturgicis gaudent, distin-guendi sunt Patroni a R. Pontifice alicui operi adsignati sine ullo iure liturgico; ut, e. g., S. Thomas scholis christiania, S. Camillus hospitalibus et infirmis etc. ·.

Clausula *servatis mandi* importat, ut videtur, observantiam decretorum S. Rituum Congregationis, praesertim vero decreti 23 Mart. I(»30, ° quo normae

S. R. C. 21 lui. 1915, .i. j. .9., VII, 389; cfr. Pauwels in *Periodico,* n P. Vermeersch ediU vol VIII. pug. 252.

2 C. 1256.

5 Wernz. L c.. III. 361.

; c. nos.

* Cfr. Bernard, C'oura de *Utunfit romaine, Le Bréviaire.* I. pag. 256.

7 Cfr. Ferraris, *Bibliotheca,* v. *Patroni Sancti,* n. 12.

s Vermeersch, *Epitome,* II. 601; De Mecster, *l. c.*. III. n. 1266, pag. 169, nota 8. S. Fran-ciseus Xaverius et S. Teresia ab Iniante lésa annt patroni aeque principales ML^ionurioruni ct Missionum ct eorum festum celebrandum est in cunctis missionibus ritu duplici primae classis cum octava communi a clero saeculari, sine octava a eloro regulari. S. 11. C. 13 Mart -4. «zl. «S., ^XXl, 195.

3 *Ureret. auth.* n. 520.

alutumitur in elections 1'aiKHioriiin Kcrvandiic *ad valorem*. UiiiuRmodi antein norinao praeter requisitam confirmationem apostolieam et quod de «Sancto non do Boato agatur, requirunt ut, ai de patrono civitatis agatur, electio fiat per secreta suffragia l a populo, mediante consilio generali illius civitatis vel loci, non autem ab officialibus solum et quod accedere debeat consensus Episcopi et cleri illius loci. Idem servari debet Ri de eligendo patrono regni et tunc ad electionem concurrere debet populus singularum civitatum, nisi repraesentantes civitates aut provincias ad hanc electionem speciale mandatum obtinuerint ct etiam tunc consensus cleri et Episcopi accedere debet

Hae tamen formalitates non erant necessariae ante a. 1630, quare electio Patronorum ante illum annum facta a repraesentantibus populi aut alio modo, etiam sine S. Sedis approbatione est iure valida etiam post iHum annum [illegible].

Nostris diebus patroni generatim constituuntur directe a S. Sede annuente supplicationibus Episcoporum et votis fidelium qui aliquem Sanctum Patronum postulant4.

In dubio utrum quis sit vere patronus, ad S. Sedem recurrendum est 5; praesumitur autem approbatio apostolica ex centenaria observantia festic.

Patronum eligere possunt non solum personae morales ecclesiasticae, sed et civiles.

Formalitates quae requiruntur in constitutione Patronorum requirantur etiam in eorum mutatione

Cum in notione Patroni aliquid intellegatur medium Deum inter et hoiinfs, patet Patronum eligi non posse nisi personam creatam, exclusis mysteriis et personis divinis, quae tamen tituli esse possunt 8.

.Nullae formalitates praeter eas quas habet Codex hoc canone requiruntur indigendis Patronis familiarum religiosarum, et aliarum personarum moralium aut locorum in citato decreto a. 1630 non nominatorum.

859. — IV. De cultu sacrarum imaginum in specie. - 1° De approbatione imaginum sacrarum. - Nemini liceat in ecclesiis, etiam exemptis, aliisve locis sacris ullam insolitam ponere vel ponendam curare imaginem, nisi ab Ordinario loci sit approbata.

Ordinarius autem sacras imagines publice ad fidelium venerationem exponendas ne approbet, quae cura probato Ecclesiae usu non congruant.

Nunquam sinat Ordinarius in ecclesiis aliisve locis sacris exhiberi

---

l Ita quidem in citato decreto; Vermeersch, tamen, *l. c.,* II, GDI, formalis comitia imu requirit

: Santamaria, *l. c.,* IV, 126-127. Cfr. etiam De Mecster, *l. c.,* ITT. n. 1266.

3 Ferraris, *l. c.,* n. 7 et 20.

' Cfr. 29 const Putronum, pro Italia, 8. FruueLsci et S. Catliarinae Senensis in *Brcri* I'd XII, IS lunii 1939, *A. A. S.,* XXXI. 256 s<is. ubi festa eorum celebrari praecipiuntur ritu dnpifci primae classis, at sine octava.

' Bernard, *l. c., Bréviaire,* I, 257.

Ferraris, Z. r.. n. 20.

7 Cfr. S. R. C. 1 lunii 1876, *Décret, auth.* .3100 ad VI.

* Cfr. Piacenza. *Praelectiones de S. Liturffia. De officio divino,* <1909). pag, 219, n. 165.

falsi dogmatis imagines vel qmw debitam decentiam ſ honestatem non praescierant, aut rudibus periculosi erroris occasionem praebeant ›.

In paragraphe prima agitur de imaginibus quibusvis etiam profana, e. g. imago symboliea patriae, quarum proinde apponit io si *titttolila* sit polw(ab Ordinario loci prohiberi s.

Imago *itwlita* ea dicitur quae eventus et personas repraesentat modo a S. Scriptura aut traditione alieno; imago insolita potest esse imago oxliihen. falsum dogma, ut. e. g., si Spiritus Sanctus in forma viri invenis fiat '. aut etiam dogmaticum errorem continens 4; quandoque vero erit insolita quia aliquid indecens repraesentat sive in se sive motio, ut. e. g.. si pingatur SS. Trinitatis imago in uno homine cum tribus faciebas aut in uno Immine cum duobus capi· tihus in nu\üo autein columba 5.

Variis vestibus pro temporum diversitate imagines B. M. λ irginis induere S. R. Cong. Ordinariorum prudenti arbitrio tolerari permisit, dummodo tanien vestes nihil indecens aut profanum praeseferant e.

Si imago insolita non est. nulla licentia ad eam exponendam requiritur.

Imagines sensu Codicis sunt etiam staruae et sculpturae sive ligneae, sive metallicae (medaglie) sive ex qualibet alia materia d.

Ordinarium de quo in can. 1729. § 1-3. est Ordinarius loci ut ex contextu apparet *

Possunt imagines pingi in parietibus aut fenestris non vero in pavimento; cultus imaginum admittit rhuriticarionern. luminum appositionem, in proces- sionibus delationem Io. Xec prohibita est appositio lampadarum electricarum ante imagines n.

2 Venneersch. Z. II. 605.

3 Benedictu.^ Xi V, Const. *SollicihuKni* ;* 1 Oct. 1715. j 22-23; Gasparri, *Fonlts,* 1. n. 362; S. C. S. Officii 16 Mart. 1928, reprobavit quamlibet S. Spiritus imaginem sub fonua humana. Cfr. **J. J.** .s\. XX, 103.

l Ita iurigo -*S.S. Cordis Eacharisiiri* quae antea insolita erat iam non est amplius insolita; cfr. S. R. C. 9 Nov. 1921, *A. A.* S'., XIII, 515; Puuwcls in *Periodica* a P. Veiinecrsch, edit, vol. X, pag. 375. An statua, repraesentans Dominum nostrum lusum (liristuin detecto corde, collocari poesdt in altari ubi permanentur custoditur Sanctissima Eucharistia, non tamen supra uilx.-rnucnliim, ſ retro apud parietem; — et quatenus negative ad primnm: — **il.** An su· pradiem statua, repraesentans Dominum nostrum lesum Christum detecto corde, perpetuo exponi valeat lu aedicula facta In pariete apud quem exstat altare, in quo permanentor custo- ditur Sanctissima Eucharistia/ » S. R. Congregatio respondit' «Affirmative ad ntrunique, iuxta prudens Ordinarii fudicium » ⁝ i April. 192··. **J. J.** S.. **Will.** 291.

* Benedictus XIV, *Const. cit.,* i 26; S. C. S. Officii 30 Mart. 1921 imagines sacras cuiusdam scholae bclgicac damnavit ct c-arum usnrn publirnin in ecclesiis prohibuit; cfr. Vermeersch. *Periodica,* X. 287-288.

b S. R. C. 15 Mart. 1S88. *DtcrH. auth.* 3G9o; I rbanas VIII. Constit. - *Xarrowjicta* ». 15 Mar:, I61S; Gasparri, *Ponies,* i. 22.:,

7 Vermeersch. Z. c.. IT. 605» 2.

s Augustine. *I, c.,* VI. 212.

9 Vermeersch, Z. r.. II, 605, 3.

Si tamen agatur de coUocanda imagine non in ecclesia aut oratorio publico sed in oratorio sciui-publico exempto. sufficere videtur licentia Ordinarii proprii; Codex enim requirit appro· Imtioncm Ordinarii loci solum pro ecclesiis exemptis ct consequenter etiam pro oratoriis qui hire ecclesiae reguntur, non pro olito; ita etiam Santamaria, *l.* c.. V, 128.

Wernz, */.* e., IIГ. 391; in processionibus theophorich deferri do se n« queunt imagiius Snnctunuu.

11 Barin, *l. e..* I5, piu

Specialis cultus exhibetur imagini Crucifixi 1.

Imagines Beatorum pingi possunt cum radiis, Sanctorum autem cum radiis et diademate 2.

Etiam imagines Beatorum exponi possunt in locis ubi concessum est eorum Officium et Missa, nec eas amovere potest Ordinarius loci 3.

2° **Imaginum benedictio.** - Si imagines, publicae venerationi expositae, sollemniter benedicantur, haec benedictio Ordinario reservatur, qui tamen potest eam cuilibet sacerdoti committere

Non praecipitur benedictio. Nomine Ordinarii, ut videtur, hic venit etiam Superior maior religionis clericalis exemptae5.*

3° **De restauratione et alienatione imaginum pretiosarum.** - «) Imagines pretiosae, idest vetustate, arte aut cultu praestantes, in ecclesiis vel oratoriis publicis fidelium venerationi expositae, si quando reparatione indigeant, nunquam restaurentur sine dato scriptis consensu ab Ordinario; qui, antequam licentiam concedat, prudentes ac peritos viros consulate.

Canon respicit solummodo imagines in ecclesiis aut oratoriis publicis asservatas; easque respicit, licet oratorium aut ecclesia in dominio privatorum sint7 8

b) Imagines pretiosae aut quae in aliqua ecclesia magna populi veneratione honorentur, nequeunt valide alienari neque in aliam ecclesiam perpetuo transferri sine Apostolicae Sedis permissu 3.*

Prohibetur perpetua translatio, non temporanea ex necessitate, ut si ecclesia restauratione indigeat, aut ex devotione, si in processione deferatur etc. °.

Si translatio perpetua facienda sit, adeunda erit S. Congregatio Concilii

Prohibetur autem utrumque, translatio et alienatio; unde etsi idem sit subtectum domicilii ecclesiae a qua et ecclesiae ad quam, tamen translatio fieri nequit11.

Translatio de altari ad aliud altare eiusdem ecclesiae etiam de solo consensu Ordinarii loci fieri potest12.

I Wcrnz, *l. c.,* III. 392.
• Cfr. Ferraris. *Bibliotheca,* v. *Imagines,* u. 16.
·' S. II. C. 21 Iui. 1915; cfr. etiam De Mecstcr, Z. r., u. 1266, pag. 168, uuta 4.
7 C. 1279. J I.
' Cfr. Vermeersch, Z. *c.,* II, 606; Prflnuuer, *l. c.,* n. 391, 2; Bint, *l. c.,* n. 118, pag. 181.
♦C. 1280.
' Cfr. Blat, n. 149; Ordinarius est etiam Superior maior religionis cleric, exemptae; Santamaria, Z. *c.,* IV, 129.
8 C. 1281, § 1.
' Augustine, Z. c., VI. 254.
'° Blat, Z. *c.,* 150, pag. 181.
II Blat, Z. c., 150. pag. 183.
12 Cfr. fl. C. Indulg. 17 Nov. 1676, *Décret, auth.* n. U, quod decretum respicit directe reliquias at etiam imaginibus applicari posse videtur.

Imagines pretiosae extra ecclesias aut etiam intra ecclesiam positae non ad cultum sed solum ad ornatum, non videntur comprehendi prohibitione huius c. 1281. § 1. Earum proinde translatio ot alienatio regitur iisdem nonnis ac alienatio aliorum bonorum ecclesiasticorum 1.

860. — V. De sacris reliquiis. - 1° Quid sint et earum cultus honestas. - u) Sacrae reliquiae sensu stricto sunt corpora aut para corporum Sanctorum vel Beatorum. Sensu lato reliquiae vocantur res quae cum Christo aut Sanctis immediatam vel remotam connexionem habuerunts.

Reliquiae stricte dictae sunt aut simplices aut insignes. Insignes reliquiae Sanctorum aut Beatorum sunt corpus, caput3, brachium, antibrachium, cor, lingua, manus, erus aut illa pars corporis, in qua passus est martyr, dummodo sit integra et non parva *.

Insignes reliquiae considerantur praeterea particulae Crucis dominicae5 quas speciali cultu veneratur Ecclesia 6.

Aliae reliquiae sunt simplices seu non insignes, attamen particulae reliquiarum non insignium artificio unitarum reliquiae insignes considerantur7. itemque reliquiae, quae de se essent non insignes, si miraculose sint integrae conservatae \ insignes habentur sieut et notabilis cinerum quantitas 9.

Nequeunt et contra considerari reliquiae insignes os aliquod capitis10, nec tibia u. nec aliae parvi ponderis18.

b) Liceitatem, honestatem et utilitatem cultus sacrarum reliquiarum praeter documenta antiquiora 13 confirmavit Concilium Tridentinum *.

Eadem probantur ex antiquissima Ecclesiae praxi u.

Cultus sacrarum reliquiarum praeter earum expositionem admittit etiam

1 Aliter Santamaria» *l.* c., IV. 130, prohiberi docet etiam imagines extra ecclesias» dummodo pertineant ad personam ecclesiasticam et enitui sint destinatae.
2 Wcrnz, Jus *decretalium,* III, 383; Bernard, *Cours de liturgie romaine, Cérémonial,* II. 117 s<|.; De Mccslit. *I. c.,* 111. n. 1268.
3 Non est introducenda specialis devotio erga sacrum Caput I>. N. I. Ch. (S. C. S. Ollfcii

c. 1281, 5 2.
Kichmanu, */.* c., pag. 416, 4.
Wcrnz, *I. c.,* III. 387.
Bernard. L c., *Cérémonial,* II. pag. 118.
8 S. R. C. 27 lunii 1899, *Decret. auth.* 4041.
9 S. It- C. 16 Oct. 1623', *Decret, auth.* 472 ad 1» accedente tamen S. Congr. consensu. Ctr. etiam Obeys **Bowiaert-Simcnon,** *I.* c.. n. 851.
10 S. IL C. 20 Dec. 1628, *Décret. auth.* 490.
11 S- R- C. 3 lunii 1562, *Decret, auth.* 1234 ad 2.
1- ctr. S. R. C. 7 Dec.lSit ad 1. *Decret. auth.* 2883; S. C. Indulff. 12 lunii 1822, *Dterei. auth.* 251.
'3 Concil. Nicaenum II, a 787; Denzhigcr-Bannwart, *l. c.,* u. 301.
11 Sessione 21. Decret. J9r *inrocatione,* etc.
15 Cfr. Wernz, *l. c.,* III, 381.

earum porrectionem osculis plebis, delationem in processionibus ct benedictimicm populi ipsis adhibitis '.

861. — 2° Ubinam retineri aut coli possunt. - Insignes Sanctorum vel Beatorum reliquiae nequeunt in aedibus vel oratoriis privatis asservari, sine expressa Ordinarii loei licentia; reliquiae autem non insignes debito cum honore etiam in domibus privatis servari piequo a fidelibus gestari possunt 2.

In ecclesiis autem aut oratoriis publicis et semi-publicis possunt sacrae reliquiae coli et asservari 3.

Reliquiae cum exponuntur, in thecis seu capsis clausae et obsignatae sint oportet4; collocari autem debeut non super altare, sed sub terra aut mensa altaris, nec possunt novis vestibus indui sine S. R. Congregationis Iicentia5. Possunt vero collocari capsae seu thecae reliquiarum, quasi ornamenta, inter altaris candelabra, non tamen super aut ante SS. Eucharistiae tabernaculum aut in loco ubi crux collocanda est 6.

Omnino autem requiritur ut super altare ubi reliquiae exponuntur duo saltem lumina ardeant; alias reliquiae non sunt exponendae 7.

fectores ecclesiarum, «ceterique ad quos spectat, sedulo iuvigilent ne sacrae reliquiae ullo modo profanentur, neve hominum incoria pereant, vel minus decenter custodiantur s.

862. — 3° De authenticatione reliquiarum. - «) Publico cultu eae solum reliquiae in ecclesiis, etiam exemptis, honorari possunt, quas genuinas esse constet authentico documento alicuius S. R. E. Cardinalis, vel Ordinarii loci, vel alius viri ecclesiastici cui facultas *authenticandi* induito apostolico sit concessa. Vicarius Generalis nequit, sine mandato speciali, reliquias authenticas edicere 9.

Non denegatur potestas authenticandi Vicario Capitulari aut· aliis Ordinariis locorum 10.

1 Wcmz, *l.* c., III, 386; Bernard, *l. c.,* II, 120 sq.
! C. 1282, § 1-2.
3 S. R. C. 2 Sept. 1G90, *Dtcrct. auth.* 1812; Bernard, *l. c., Ceremonial,* II, 119. Oratoria etiam privata Episcoporum, ct Cardinalium oratoriis scini-publicis etiam circa hoc punctmn aeqniparantur.
4 C. 1287, § 1.
' Wcrnz, *l. c.,* III, 386.
* Bernard, Z. c., II, 119.
7 S. R. C. 22 lanuarii 1701 ud 9; *Décret, auth.* 2067.
8 C. 1289, § 2.
9 C. 1283, § 1-2. Mandatum speciale est necessarium Vicario goucrali etiam ad authenlicandaia partem, sacrae reliquiae ex authentica extractam. C. I. 17 Iulii 1933, .1. *A. S.,* XXΛ, M5.
10 Cfr. Augustine, *I*

Agitur hio solummodo de cultu publico; cultus enim privatus his restrictionibus non subiaeet '·

Actus autem cultus publici sunt quos supra retulimus, nempe, reliquia.» in ecclesiis exponere, eas populo osculandas porrigere, eas thurilieari in ecclesia, in processione deferre et cum eis populo benedicere 1.

b) Beatorum tamen reliquiae sine peculiari induito, in processionibus nequeunt circumferri, nec in ecclesiis exponi, nisi ubi eorum Officium et Missa celebrari potest ex Sedis Apostolieae concessione3.

Reliquiarum <*tulhtnlieatio* est opus delicatum er difficile multas cognitiones archaeological et palaeographieas requirens, ad quod rite, explendum in l'rbe a Card. Vicario otfieium speciale, cui nomen *Lipxanotheea,* constitutum est ·.

Auctoritas ecclesiastica quae reliquias *autheelicere* debet, si possibile est. tenetur ante authenticationem reliquiarum originem investigare et circa hoc documenta requirere. Documenta continere debent subsignationem et sigillum illius personae, quae reliquias antecedenter authenticavit. Capsula reliquiarum eodem sigillo firmata esse debet quod in documento apponitur. Si haec omnia habeantur, reliquiae in capsa contentae genuinae haberi possunt5.*

Fraude aliquando reliquias *e* catacumbis eductas quidam impii homines ad lucrum turpe divulgare conati sunt admixtas aliis reliquiis non genuinis; ad quam fraudem avertendam Leo XIII Cardinali 1'rbis Vicario mandatum dedit monendi Episcopos ut martyrum corpora quae e romanis Christianorum coemeteriis prodiisse dicebantur, quaeque utcumque recognita, ecclesiarum praesulibus exhibebantur, suspecta haberent, nec fidelium cultui exponi permitterent, donec novis litteris monerentur, qua ratione, circa eas se gerere deberent4.

Cum tempore perturbationis gallicae multae reliquiae Sanctorum e suis thecis avulsae postea in imum colligerentur, sine documentis authenticitatis, •S. C. Indulg. prohibuit huiusmodi reliquiis cultum publicum tribui 7.

Permisit e contra eadem S. Congregatio exponi cultui publico cum solo titulo: *Reliquiae Sanctorum* - reliquias quae inventae sunt ex thecis suis avulsae et chartulis inclusae sigillo munitae, licet nullo documento roboratae cum de earum authentieitate constaret :*

Episcopi seu Ordinarii locorum ius habent respuendi reliquias quas non genuinas esse noverint, licet iam ab alio Ordinario sint probatae °.

1 ('ullus reliquiarum non *authenticalaruni* non prbhibetui in Oratoriis semi-publicis aot privatis sed solum Iu ecclesiis et oratoriis publici*; Santamaria, /. c.. IV, 132.
2 Wernz, L III. 386; Bernard. *I. c.,* 120 «q.
3 C. 1287, § 3.
1 Augustiue, L c., VI, 248.
* Augustini·, *l. r..* VI. 219.
* Enoycl. Vicuriatus Urbis ad Episcop, 17 Innuar. 1881; *Collectanea Prop. Fi,i.* n. 1516.
7 S. C. Indulg. 22 Februar. 1847, Decret· *auth.* 335.
d Cfr. S. C. Indulg. 22 Februar. 1847, *Décret, auth.* 335.
J S. C. Indulg. 16 Dee. 1749, ad 2, *Decret. auth.* 183.

803, __ p De reliquiis spuriis aut dubiis. - a) Locorum Ordinarii reliquiam, quam certo non esse authenticam norint, a fidelium cultu prudenter amoveant

Agitur hic de reliquiis certo spuriis; certitudo autem haberi potest etiam ex variis praesumptionibus, ut si, e. g., reliquiae valde extraordinariae sine ulla approbatione alicubi roperiantur 2.

S. Sedes declaravit exponi non posse cultui publico thecas vetustas cum reliquiis, quae authentico documento carent, olim ad suppressa monasteria spectantes 3.

b) Sacrae reliquiae, quarum authenticitatis documenta ob civiles perturbationes vel ob alium quemlibet casum interierint, publicae venerationi ne exponantur, nisi praecedat indicium Ordinarii loci, non autem Vicarii Generalis sine mandato speciali 4.

Ordinarius autem loci in hoc iudicio sibi efformando ne nimis festinus sit ob periculum exponendi ut sacras reliquias quae tales non sint. Generarim praesumptio in talibus casibus est contra authenticitatem reliquiarums.

c) Reliquiae tamen antiquae in ea veneratione qua hactenus fuerunt, sunt retinendae, nisi in aliquo peculiari casu certis argumentis *constet eas* falsas vel suppositicias esse R.

Diversa igitur norma statuitur ad efformandum indicium de authenticitate reliquiarum antiquarum ac recentiorum, atque ratio differentiae invenitur in impossibilitate comprobandi per documenta facta antiquiora. Decernitur itaque antiquas reliquias, dummodo hactenus in veneratione fuerint, etiam si documenta authenticitatis non habeantur, authenticas esse *praewnendas;* rccentiores e contra reliquias iisdem fere in adiunctis non esse admittendas, nisi aliqualiter authenticitas probari possit; atque ita ius vetus ante Codicem iam vigens firmatum est '.

Requiritur autem ut hoc privilegio gaudeant reliquiae antiquae, quod hactenus in veneratione fuerint 8.

J 0.1284.'

: Cfr. S. R. C. 3 Aug. 1697, *Decret, auth.* 1977 quo exponi prohibentur reliquiae Summi Sacerdotis Melchisedech.

' S. R. C. 23 lunii 1892 ad 5, *Dccret. auth. WiO.*

1 C. 1285, § 1· 'An Vicarius generalis, vi canonis 1285, § 1. sive speciali mandato Epl•copi novum authenticitatis documentum tradere vel sacrae reliquiae novum sigillum apponere poesiti R. Negative». C. I. 17 Iulii 1933, *A. A. S., XXV,* 345.

5 Cfr. S. R. C. 23 lunii 1892. ad 5, *Decret, auth.* 3779; litteras encycl. Vicariutus Urbis 15 lannarii 1881 in *Collectanea,* S. C. Prop. Fid. η. 1516; S. C. Indulgent. 22 Februar. 1817, Owf. *auth.* n. 335; Encvel. · *Pascendi* », 8 Sept. 1907, sub fine η. VII.

' C. 1285, § 2.

7 Cfr. Encycl. *Pascendi* Pii X. 8 Sept. 1907 sub fine η. VI; Decret. S. C. Indulg. 20 luM r. 189G in *Collectanea* S. Congr. Prop. Fid. n. 1911; *Motu proprio Pii* X *Sacrorum Antiitibnn-* 1 Sept. 1910, VI.

s Blat, *l. c.,* 154, pag. 187.

(juacnam autem dici debent reliquiae *antiquae in rentrâttone?* Videtur tales haberi non posse quae in modernioribus perturbationibus civilibus inde a revolutione gallica aliquo modo profanatae sunt bene vero *antiquae* haberi poterunt quae a pluribus saeculis in veneratione sunt J.

Praesumptioni autem etiam circa reliquias antiquas cedere debet veritasl.

(l) Lm-orum Ordinarii ne sinant, maxime in sacris concionibus libris, ephemeridibus vel commentariis fovendae pietati destinatis,ci ineris coniecturis, ex solis probabilibus argumentis vel praeiudicath opinionibus, praesertim verbis ludibrium aut despectum sapientibus, quaestiones agitari de sacrarum reliquiarum aut lient icitate 4.

Non omnis quaestio hac de re prohibetur, sed solum temeraria disputât» quae fiat in libris ad pietatem fovendam destinatis; immo etiam in istis libris non videtur prohiberi quaelibet disputatio, sed quae solis coniecturis aut modo temerario aut a pietate alieno fiat s.

864. — 5° De reliquiis SS. Crucis. - Reliquiae sanctissimae Crucis nunquam in eadem theca cum reliquiis Sanctorum publicae venerationi exhibeantur, sed propriam thecam separatam habeant i

His enim reliquiis praestantior cultus praestatur ei fere similis qui praebetur SS. Eucharistiae in tabernaculo clausae 7.

Reliquiae SS. Crucis in processione deferri possunt sub baldachino, non item reliquiae Sanctorum 8.

Sanctissimae Crucis reliquiae, quas in cruce pectorali Episcopus forte defert, ecclesiae cathedrali, ipso defuncto, cedunt, Episcopo successori transmittendae; et si defunctus pluribus praefuerit dioecesibus, ecclesiae cathedrali dioecesis, in cuius territorio supremum diem obiit aut, si extra dioecesim mortuus est, ex qua ultimo discessit '.

Valde opportuna dispositio ad dispersionem reliquiarum SS. Crucis impediendam; et ad hoc tendens ut pius usus recondendi particulam Crucis dominicae in cruce pectorali Episcoporum etiam in posterum servari possitl·.

1 Id deduci posse videtur ex boo c. 1285, 5 3, et ex documentis supra ad eius interpret*· tionem allatis.

S. C. Indulg. in eit. decret. 30 lannar. 1896, rem dirimit pro reliquiis iam a temporibu: invasionum mahometicarum in veneratione exsistentibus, at tanta antiquitas necessaria nos videtur.

3 C. 1286; Blat, *l. c.,* 151, pag. 188.

1 C. 1386; cir. etiam EncycL «Poscendi» 8 Sept. 1907. VI.

' Cfr. Augustine, *l.* c,, Vi, 251; Vermeersch, *l. c.,* II, pag. 330 in nota.

c C. 1387, § 2.

7 Wernz, *l. c.,* III, 387.

s S.' a' 37 1826, *Decret, aulh.* 2617; 22 Sept. 1827, *Decret, truth.* 266'·.

10 Cfr. Utter, encyol. « *Vicariatus Urbis* » 25 Mart. 1889, ia *Collect.* S. C. Prop. F. n. 169V·

Dispositio tamen ex contextu solis Episcopis residentialibns, non litularibus applicabilis esse videtur, nec respicit thecas in quibus reliquiae continentur, sed solas qua tales reliquias *.

865. — 6° De venditione, alienatione aut translatione reliquiarum. - *a)* Sacras reliquias vendere nefas est; adeoque Ordinarii locorum, vicarii foranei, parochi aliique curam animarum habentes. sedulo caveant ne sacrae reliquiae, praesertim sanctissimae Crucis, occasione maxime hereditatum et alienationis acervi bonorum, veneant, neve in acatholicorum manus transeant 2.

Agitur in canone de quibuslibet reliquiis etiam non insignibus; atque nomine venditionis quilibet circa eas contractus bilateralis, quo reliquiae pro re materiali commutentur prohibetur, quia simoniam continet 3.

Iniungitur specialis obligatio omnibus curam animarum habentibus, quo nomine omnes qui aliquod proprie dictum officium possident comprehendi videntur, quod curam animarum habeat.

Commendatur etiam diligentia relate ad lignum sanctissimae Crucis, quod ad alias personas forte pervenerit, ac illas quae in c. 1288 memoratae sunt.

Simplex alienatio reliquiarum hoc canone non prohibetur 4.

b) Reliquiae insignes vel quas populi magna veneratione colunt in aliqua ecclesia, nequeunt valide alienari nec inde in aliam ecclesiam perpetuo transferri sine Apostolicae Sedis licentia 5.*

1 Blat, *l. c.,* 157, pag. 190; Santamaria, *l. c.,* IV, 137.

- C. 1-289, § 1.

Ce. 727-728.

* S. C. Indulg. 11 Dec. 1S78, *Collectanea* S. U. Prop. Eid. u. 1506, de mundato Leonis XIII prohibuit reliquias sacras emero etiam praetextu eas redimendi. Pius IX excommunicationem S. Sedi simpliciter reservatam tulit in extrahentes absque legitima licentia relifl'iias ex sacris Urbis catacumbis; cfr. Consi. ‹ *ApOstolicae Sedis r,* item nunc c. 2336.

5 C. 1281, § 1.

De sacris processionibus

866. — Postquam titulis praecedentibus de obiecto cultus divini actum est. hoc titulo de modo aliquo speciali cultum publicum Deo exhibendi agiinus.

Γ. **Praenotiones.** - 1° **Notio.** - Nomine sacrarum processionum significantur sollemnes supplicationes quae a populo lideli, duce clero, fiunt eundo ordinatam de loco sacro ad locum sacrum, ad excitandam fidelium pietatem, ad commemoranda Dei beneficia, eique gratias agendas, ad divinum auxilium implorandum 2.

Habemus hic authenticam processionum descriptionem ex qua dediicimus ad processionem sacram requiri:

a Supplicationem sollemnem a *populo* factam;

b .Supplicationem factam *duce clero:* si fideles imaginem sacram deferant de domo ad domum et clerus populo non praesit, non habetur processio; nec sufficit ut clerus quoquo modo adsit, sed requiritur ut adsit qua clerus et quidem vestibus sacris paratus 3;

c, Iter de loco ad locum eundem vel diversum, licet intra ipsam ecclesiam;

d) Finem aliquem ex memoratis in canone. Possunt autem duo simul fines intendi. Non admittitur autem ex c. 1280, § 2 processio ad finem aliquem privatum, nisi bonum privatae personae in bonum publicum redundet *. Affines processionibus sunt peregrinationes ad loca dissita pietatis causa; quae si forma publica ordinatim fiant duce clero, iisdem regulis ac processiones reguntur; si vero non fiant in forma processionali, subsunt quidem Ordinariorum jurisdiction!, at certam formam servandam non habent 5;

e) Ordinem in procedendo servandum; scilicet servata forma in *Rituali* praescripta, praesertim quod unitum procedatur servatis praecedentiae legibus. Ad processiones referuntur etiam funebres associationes G.

867. — 2° **Ius publicum de processionibus.** - Cum Ecclesia sit societas perfecta et processiones sollemnes valde conferant ad finem Ecclesiae obtinendum, iam patet eidem Ecclesiae ius independens a Statu competere processiones etiam per publicas vias ducendi. Quod ius Ecclesiae (diam ex eo deducitur quod per processiones optimo modo Deo cultus publicus ad «piem ipsa societas humana qua talis tenetur, tribuitur l.

868. – -"° **Divisio.** Processiones *ordinariae* snnt quae statis diebus per anuum fiunt ad normam librorum iit urgicorum vel consuetudinum ecclesiarum; *extraordinariae,* quae aliis publicis de causis aliis diebus indicuntur -.

869. 4° **Notae historicae.** - Processiones in honorem martyrum iam tempore persecutionum factae fuerunt; id multo magis invaluit post persecutiones in translatione sacrorum reliquiarum et peregrinationibus ad sepulcra martyrum. Saeculo v, a. 470-475, Mamertus Episcopus Viennensis *litania» minores* instituit, quas postea paulatim universalis Ecclesia adoptavit. Romae S. Gregorius M. a. 590-598 *litanias maiores* reordinavit.

Sollemnissima processio theophorica Corporis Christi saeculo xrv introducta est. Ius processiones instituendi contra novatores protestantes Conci lium Tridentinum vindicavit 3.

870. — **II. - De processionibus theophoricis Corporis Christi.** -1° Nisi aliter ferat immemorabilis consuetudo, vel locorum circumstantiae, prudenti Episcopi iudicio, aliud exigant, die festo Corporis Christi unica tantum sollemnisque per publicas vias processio in uno eodemque loco fieri debet ab Ecclesia digniore, eique clerici omnes rdigiosaeque virorum familiae, etiam exemptae, et laicorum confraternitates interesse debent, regularibus exceptis qui in strictiore clausura perpetuo vivant, aut a civitate ultra tria millia passuum distent4.

‹ﬁ Clausula initialis *nisi aliter ferat immemorabilis consuetudo* ad universam paragraphuin primam referenda videtur, ita ut talis consuetudo, sicubi vigeat, eximat· ab unica et plures permittat etiam in eodem loco processiones, eximat pariter regulares etiam quos canon obligat 5 et ipsas confraternitates.

b) Religiosae intervenire nunquam tenentur ob modestiam, at si sponte interveniant, admitti possunt °.

c) Vi huius canonis tenentur interesse etiam religiosi non regulares, qui ante Codicem non tenebantur 7, nec ipsis, ut videtur·, favet contraria consuetudo, cum pro ipsis de nova obligatione agatur a Codice inducta, contra quam proinde exsistere antea non potuit contraria consuetudo.

* Circa processiones CoufraternitatUlu cfr. S. R. Rotam 3 Fcbr. 1922
2 C. 129". § 1.
:i S. R. C. 20 Aug. 1870, *Decret. auth.* 3217.
1 Santamaria, L c., IV, 139.
' Cfr. Wernz. I. III, 500.
8-Augustine, /. c., VI, 256.

1 Cfr. Cavagnls, *Institutiones iuris publici ecclesiastici4,* tom. III, lib. IV. η. 231 sq.
' 2 C. J290, § 2 ct 1292.
3 Wernz, /. c.. 554 et 505. Ampliora cfr. apud Bernard. *Cours tie liturgie romaine - k Rituel,* II, pag. 433 sq.; Santamaria, *l. c.,* IV. 139; Ducheane, *Origines du culte ℭhrétien* l»ç. 304-300; Claeys Bouuaert-Sinu-non. *I. c.,* n. 857.
' C. 1291.
. 3 Ki admittunt etiam Vermeersch, *l. c.,* II, 018, 010: Augustine, *l. c.*. VI. 203.
î Angwrtlne, *l. c.,* VI, 258.
7 Vcrmcerech, *l. c.,* Il, t;is,

d) Cmifraternitates stricto sensu intellegendae sunt, exclusis, nt videtur, sodalitiis tertiariorum ei piaram unionum, quae tamen intervenire non pro. bibentur'. Mulieres excludi videntur licet ad contratornitates pertineant

e) Regulares strictiori clausura perpetuo viventes sunt certo Cami, dulensens et Carthusiani[2]. Sed praeter ipsos sunt et alii non pauci speciality privilegiis gaudentes ut Societas lesu, Theatina, Carmelitae discalceati, Scholopii. Clerici regulares S. Pauli decollati [3]. Privilegia autem huiusmodi post Tridentinum confirmât.i esse debent ut valeant, nec aliis ordinibus communicari possunts.

Ante Codicem requirebatur ut regulares ad processiones convocarentur; Codex id amplius non requirit er nunc certo sufficit convocatio per ephemerides facta [4].

Etiam monachi S. Basilii M. et S. Benedicti ad processiones intervenire tenentur [7].

/) Ecclesia dignior est ĕathedrali in eiusque defectu ecclesia collegiati dummodo paroecialis sit [8].

g) Locus in canone accipi videtur pro civitate seu oppido.

h) In locis ubi festum Corporis Christi ad dominicam infra Octavam in externa sollemnitate translatum est. processio non ipso die festo, sed dominica facienda est '.

i) Religiosae familiae qpa tides, non singuli religiosi, tenentur interesse. Excusantur autem si domus religiosa tria millia passuum distet a civitate. Distantia computanda est a finibus civitatis usque ad domum religiosam[w].

I) Ubi viget consuetudo processionem SS. Sacramenti faciendi vespere, non mane post .Missam, tolerari potest; in cathedrali tamen non omittatur alia saltem brevis processio post Missam intra ecclesiae ambitum. Si via processionis longior sit, tolerari potest usus ut semel, iterum, tertio vel quarto SS. Sacramentum super altare per viam deponatur dum canitur *Tantum ergo* cum versiculo et oratione [u].

2° Ceterae paroeciae et· ecclesiae etiam regulares possunt, intra octavani Corporis Christi, proprias processiones extra ecclesiae ambitum

' Cfr. cc. 700, 70S, § 2; 706, 707, 4 2.
2 C. 7U9, § 2; paulo aliter Augustine. /. c., VI, 258; cui concedimus etiam mulieres admitti posse, licet non teneantur.
3 Piat, *Praelectiones iuris re/juluris2,* 11, pag· 39.
4 Piat, *l. c.,* II, pag. 40.
5 S. R. C. 28 Sept. 1658, *Decret. auth.* 109«; Piat. Z. r.,]J, to; Santamaria, Z. r., IV. 141.
• Plat, *l. c., II,* 40; Augustine, Z. c., 258-259.
' S. R. C. 23 Iunii 1703; 22 Dec. 1770, *Décrit, auth.* 2116 ct 2490; cfr. tamen Ferrari*. *Bibliotheca,* v. *Processiones,* n. 73 sq.; Augustine, *l. c.,* VI, 259, 260.
8 Augustine, Z. *c.*. VI, 258.
9 S. R. C. 24 Iitlll 1911, *Decret, auth.* 4273.
Augustine, *l. c.,* VI, 260-261; cui tamen non assentbnur asserenti ipsam distantiam linea aerea computandam esse. Numquld religiosi via aerea incedere possunt7
Cum passus sit nrntr. 1,48; 3000 pas. – m. 4440 (cfr. *Calendario Atlante* De Agostiui (1027) pag. 53, cfr. etiam Augustine. /. *c.,* Vi. 260).
11 S. R. C. 31 Mart. 1879, *Decret, auth.* 3188 ad 1-2.

agero; sed ubi plure» Hunt ecclesiae, Ordinarii loci est dies, horas a<; vias praestituere quibus suam quaeque processionem agant '.

Agnoscitur pro hoc casu regularibus ius processionem ducendi etiam per territorium alienum et vias publicas; solummodo, si in loco plures, idest saltem duae praeter digniorem quae processionem duxit die Corporis Christi, ecclesiae adsint, Ordinarius loci poterit singularum iura definire, non vero totaliter auferre aut impedire. Potest praeterea Ordinarius loci permittere ut etiam processiones paroeciales occasione huius processionis fines aliarum paroeciarum ingrediantur 2.

871. — III. De processionibus ex causa publica extraordinariis. - Ordinarius loci, audito Capitulo cathedrali 3, potest ex publica causa extraordinarias processiones indicere; quibus interesse debent ii omnes de quibus supra ubi de processione theophorica ecclesiae insignioris loci '.

) Ordinarius potest quidem processiones extraordinarias indicere proprio arbitrio, etiam sine consilio Capituli; at consilium Capituli aut coetus consultorum requiritur ad effectum obligandi omnes ad interveniendum [s].

) Processio fieri solita occasione primi ingressus Eniscopi in suam dioecteim ex *publica causa* fieri censenda est, atque proinde ad eam intervenire tenentur religiosi omnes [e].

c) Processio quae indicitur ab Ordinario occasione primae visitationis non est ex causa publica, proinde ad eam cogi nequeunt regulares ".

d) Ordinarius consilio Capituli stare non tenetur [8].

e) Etiam confraternitates laicorum tenentur vi huius canonis processionibus huiusmodi intervenire, quod non valebat de ime ante Codicem vigente [9].

872, — IV. De processionibus regularium. - Religiosi etiam exempti nequeunt extra suas ecclesias et claustra processiones ducere, sine Ordinarii loci licentia, salvo iure processionem ducendi etiam per publicas vias infra octavam Corporis Christi [10].[11]

1 C. 1291, § 2.
1 Santamaria, *l. c.,* IV, 140, videtur aifirmare ius esse parocho etiam ducendi has processiones qnia id ei reservatur in c. 462, n. 7. At ille canou intellegendus est de processionibus publicis a iure expresse non permissis; cfr. C. I. 10 Nov. 1925, *A. A. S.,* XVII, 582, et-14 Iulii 1933.
3 Idem valet de coetu Consultorum dioecesunonun ubi non hubentm Capitula erecta; c. 427: Augustine, z. c., VI, 262; Blat, *l. c.,* 162, pag. 195-196; Vermeersch, *l. c.,* II, 619.
4 C. 1292 et 1291, § 1.
5 S. C. EE. et RR. 11 Mali 1663, Bizzan-i, pag. 261; Augustine, Z. c., VI, 262.
' S. C. Concil. 11 Iui. 1750 ad 1; Piat, Z. *c.,* II, 41, nota 8; Augustine, Z. *c.,* VI.
7 S. C. Concilii 9 Dec. 1666, apud Ferraris, *Bibliotheca,* v. Processiones, n. 17.
8 C. 105; S. R. C. 14 Fehr. 1626, *Décret, auth.* 394.
i Santamaria, Z. *c.,* IV, 141.
10 Cfr. c. 1393 et 1291, § 2 et supra ubi dc illa paragraphe. T.ubet hic referre decn tv.m 3. R. C. 21 Aug. 1628, *Decret, auth.* n. 1096; quod non inutile putumus ad hunc canonem et alios huius tituli interpretandos·; «Cum pluries cxposltmn fuerit decretum editum die 28

1° Tus processiones ducendi etiam in propria ecclesia, salvis gpo-cialibus privilegiis, non omnibus religiosis, sed solum regularibus agno-scitur L

2° Specialia privilegia si quae alicui ordini religioso aut ecclesiae sint concessa hoc canone non sunt sublatu 3.

Privilegiis «equivalent consuetudines dummodo antiquiores sint a. 1628'.

3° Si licentiam Ordinarii habeant regulares aut confraternitafeg, parochi licentia non amplius requiritur; nec Ordinarius consensum aut consilium parochi exquirere tenetur antequam licentiam concedat ·.

Parochi ius est processiones intra ambitum suae paroeciae ducere 5, quod valet non solum de processione ab ecclesia paroeciali inducta, sed et de proces-sionibus ah aliis ecclesiis initium facientibus, immo et de processionibus ab ec-clesiis regularium indictis. Ius tamen est regularibus et aliis rectoribus eccle-siarum processiones ducere extra suas ecclesias infra octavam Corporis Christi,

lulii 1623 a Cardinalibus Congregationum Episcoporum et Regularium, Sacri Concilii, et Sa-crorum Rituum qui de mandato s. m. Urbani VIII simul convenerunt cum Secretariis ea-rundem trium Congregationum, in Regestis S. R. C. minime exaratum fuisset (itai); ips· ab E.mo D. Cardinali Paulutio eiusdem Decreti copiam accepi, quam eodem E.ino Cardinali Pauiutio praesente, E.mis PP. de verbo ad verbum perlegi. Ildeinque iusserunt ut idem De-cretum in Acta S. C. referrem. Die 28 Septembris 1658.

'Decretum Generale. — Die 27 lulii 1628 habita fuit Congregatio particularis dc ordine SS.ini D. N. Urbani VIII. cui interfuerunt Ill.mi ctR.mi DD. Cardinales Congregational Sacri Concilii. Episcoporum et Rituum, necnon Secretarii eaniudem; negotioque mate? discusso, unanimiter censuerunt: "Posse Episcopos poenis sibi bene visis compellere quos-cumque Regulares recusantes, etiam Monachos et quomodolibct exemptos ad infrascriptas Processiones accedere, atque illis intéressé; exceptis dumtaxat in strictiori viventibus, et monasteriis ultra medium milliare a civitate distantibus: nempe in dic festo SS.mi Corporis Christi, in Litaniis Maioribus, in Rogationibus, ac in quibusvis aliis publicis et consuetis, vel pro bono, causa ct honore publico ab Episcopo indictis Processionibus, non obstantibus qui-buscumque privilegiis, consuetudinibus vel praescriptionibus etiam immemorabilibus, pri-vilegiis tantum Apostolicia, sacro Tridentino Concilio posterioribus contrarium desuper dis-ponentibus minime sublatis. — Regularibus autem et Confraternitatibus in Ecclesiis Regu-larium esse permissum intra eorum Ecclesias et claustra tantum processiones facere, ct non extra: Si vero Ecclesiae claustro careant. eisdem Regularibus et Confraternitatibus licere Processiones facere intra ambitum dumtaxat eorundem Ecclesiarum, hoc est prope inuro? Ecclesiae, sive exeundo a ianua Ecclesiae, et Intrando per aliam, sive per eandem laneam: et semper prope muros Ecclesiae, et non extra dictum ambitum, nisi de licentia et consensu Ordinarii, aut cum cruce Parochi: privilegiis pariter, ut supra, Apostolicis contrarium dispo-nentibus haud sublatis, quibus per hoc Decretum minime censeatur derogatum Quae re-solutio fuit ab eadem Congregatione approbata 21 Augusti eiusdem anni 1628 in Congregatione habita in palatio Montis Quirinalis, et deinde ab eodem SS. D. N. approbata, ct iussu Sancti-tatis Suae observanda ·. S. R. C. 28 lulii 1658, *Decret. auth,* 1096.

1 Id deducitur ex cit. dear· 28 lulii 1658; Vermeersch, Z. c., 620; Blat, Z. c., 163, pag. 19C-197.

2 Augustine. Z. c., VI, 264; Vermeersch, *l, c.r* II, 620; Prümmer, Z. c., n. 395; de pri-vilegio Ordini Praed. concesso ducendi processiones extra claustra Dominica prima Octobris.

3 Cfr. Decret. 28 Iui. 1658 supra cit. et S. R. C. 19 Sept. 1671, *Dccrci, auth.* 1140, ad Γ. Augustine, *l.* c., VI, 264.

4 3. C. Concilii 12 Febr. 1689 apud Ferraris, Z. c., v. *Pressiones,* in appendice *Darda;* S. R. C. 27 Sept. 1873. *Daret, auth.* 3309; cfr. tamen etiam S. R. C. 11 lanuar. 1681, *Dicrrl.* _gu&» 1657.

5 C. 462, a. 7.

quin in hoc parochi ius aliquod interveniat. Item Ordinarius loci potest regularibus permittere ut per seipsos etiam extra suas ecclesias processiones ducant *

Licentia Ordinarii non est necessaria pro processionibus quae fiunt intra ecclesias. Etiam pro illis quae fiunt extra ecclesiam licentia necessaria non est si legitime introductae iam sint; quas tamen ex causa iusta Ordinarius prohibere potesta.

873. — V. De potestate inducendi, transferendi aut abolendi processiones. - Parochus vel quivis alius nequit processiones novas inducere aut consuetas transferre vel abolere sine Ordinarii loci licentia 1:

Quivis alius excludit omues prorsus alias auctoritates aut personas infra Ordinarium loci; nequeunt igitur novas processiones inducere nec Capitulum cathédrale nec canonici ecclesiae collegialis, nec regulares 45 nec parochi s, nec confraternitates °.

Antiquiora decreta S. B. C. requirebant ut Ordinarius loci in transferenda processione procederet de consilio Capituli 7. id non amplius requiritur de iure vigente 89

Non excluditur tamen hoc can. potestas Vicarii Generalis de mandato Episcopi agentis °.

Processiones consuetas, licet alicuius ecclesiae propriae sint, abolere nequit vi huius canonis rector ecclesiae, etiam exemptae, sine Ordinarii loci consensu. Cum obligatione autem hac, ecclesia eiusve rector aut cappellanus confraternitatis Superiorve regidaris ius habent ne in suo iure ab aliis turbentur; turbatio autem haberetur si iuris exercitium seu processio die aut hora statutis impediretur 10II

874. — VI. De iis qui processionibus interesse tenentur. - 1° Omnes religiosae familiae virorum, etiam exemptae, nisi speciale privilegium post Tridentinum obtinuerint, omnibus processionibus consuetis et extraordinariis ex causa publica indictis interesse tenentur. Idem valet de confraternitatibus stricte dictis Xl.

I Cfr. cc. 482; 1291, § 2 et 1293; S. C. Concil. 10 lunü 1922; C. I. 10 Nov. 1925. **J.** *A. S.,* XVII, 582.

: Cfr. S. R. Rota, 3 Februarii 1922; Æ £·., XIV, 395 sqs.

3 C. 1294, § 1.

4 S. R. C. 22 Nov. 1681, *Decret, auth.* 1684 ad 2, 6, 8.

5 S. C. Concil. 12 Febr. 1636 apud Ferraris, *Bibliotheca,* v. *Processiones,* in. 11.

6 S. R. C. 12 lanuar. 1704 ad 22, *Decret, auth.* 2123; permittitur tamen ipsis processiones dncere intra ecclesiam (ibidem ad 21; cfr. etiam S. R. Rota 3 Februar. 1922, *A. A. S.,* XIV, p. 395-403 L

7 S. R. C. 21 lanuar. 1690 ad 2; 3 Sept. 1695, 21 Iui. 1696, *Decret, auth.* 1821; 1932 et 1947.

0 Augustine, *l.* c., VI, 265; Rota 3 Februar. 1822, *A. A. S.,* XIV, 395. Eximit-tamen P. Vermeersch, *l. c.,* II, 621 religiosos ab obligatione interveniendi si translatio processionis facta sit sine consilio Capituli.

9 S. IL C. 21 lanuar. 1890, *Decret, auth.* 1821 ad 3; 28 Sept. 1630, *Decret, auth.* 545.

10 Cfr. decis. *Rotae* 3 Februar. 1922, *A. A. S.,* XIV, 395.

II C. 1292; exceptiones et maiorem huius obligationis explicationem cfr. supra ubi de prœcæione *thevphorica* Corporis Christi.

Processionee consuetae sunt : processiones dignioris ecclesiae loci in feto Corporis Christi, litaniarum maiorum et litaniar. minorum etc. nec non quae alicubi vigent ex consuetudine ecclesiarum 1.

Fieri autem potest ut regulares ex consuetudine excusentur non quidem ab omnibus processionibus, sed a minus sollemnibus 2.

2° Processionibus alienius ecclesiae propriis intéresse debent omnes clerici eidem ecclesiae adscript!3.

Adscript! alicui ecclesiae censentur omnes clerici in eadem beneficium possidentes, exceptis iubilatis, nec non clerici ad curam animarum exercendam, etsi sine beneficio, stabili quodam modo, ut vicarii cooperatores designati .*

Potest Episcopus seu Ordinarius loci clericos in hoc dispensare'.

Processio alicuius ecclesiae propria non censetur processio quae fit quidem in ecclesia at non a rectore ecclesiae, sed ab aliqua confratemitate in ecclesia erecta ·.

875. — VII. De disciplina in processionibus servanda. - Curent Ordinarii 7 ut sacrae processiones, exstirpatis, si qui sint, malis usibus, ordinate procedant eaque modestia ac reverentia ab omnibus perficiantur, quae piis ac religiosis huiusmodi actibus maxime convenit 8.

Usu mali quos Ordinarius exstirpare tenetur, sunt usus qui non conveniunt modestiae et reverentiae Christianae: ita debet Ordinarius sicubi vigeant omnino prohibere ne in processione aut in ecclesia, praesertim coram SS. Sacramento exposito, fiant choreae aut saltus 9.

Ordinarius st Ordinarius loci si agatur de processionibus extra ecclesias aut etiam intra ecclesias non exemptas; in ecclesiis vero exemptis regularium est Ordinarius religiosus.

Nomine autem Ordinarii loci hic venit etiam Vicarius Generalis de mandato Episcopi10.

1 C. 1290, i 2; cfr. Décret- 21 Aug. 1633 supra citatum in nota; Piat, *l. c., U,* p. 41.
2 Vermeersch, Z. c., II, 619; apud nos nemine reclamante non interveniunt processionibus litaniarum maiorum aut minorum.
3 C. 1294. « 2.
4 Augustine, */.* c., 265; Blat, Z. c., n. 164, pag. 197; cfr. etiam Ferraris, Z. c., v. *Pneastones,* n. 67 sq.
5 Augustine, Z. c., VI, 265.
0 Blat, Z. *c.,* 161. pag. 197.
7 «Stante antiqua consuetudine, licetne piis sodalitiis laicallbus processionaliter procedentibus, ad visitanda sepulcra, primo mune feriae VI in Parasceve, deferre insignia Passionis et statuam Beatae Mariae Virginis perdolentis sine Christo mortuo, luxtu responsum *permitti posse* datum per decreta n. 2375; *Berpomen* 21 Martii 1744 ad 4, et n. 2682 *Marsorum* 12 Nor. 1831 ad 531 R. In singulis casibus stetur mandatis respective Ordinarii loci ·. S. Rituum C. 31 Mali 1930, A. A. *S.,* xxu, 381.
8 C. 1295.
9 S. R. C. 21 lanuar. 1690 ad 5, *Dccret, auth,* 1821.
10 S. R. C. 21 lanuar. 1821 ad 3; 28 Sept. 1630, *Décret, auth,* 1821; 545.

Debet autem Ordinarius processionem ordinare non suo mero arbitrio, sed secundum leges liturgicaa, in Jiturgicis libris contentas '.

Ordo processionis requirit praesertim ut servetur praecedentia singulis personis physicis aut moralibus debita. In processionibus autem praecedentia computatur a propinquitate quant unusquisque ex parte anteriori habet cum sacerdote aut Episcopo qui processionem dirigit. Processionem aperit Cruoiferarius; ipsum sequuntur laici bini, deinde confraternitates inter quas praecedentiam habet confraternitas SS. Sacramenti, si de processione SS. Sacramenti agitur -, deinde tertii ordines, familiae religiosae et clerus saecularis. — Cantores laici generatim procedunt immediate ante clerum post associationes fidelium aut etiam inter utrumque clerum saecularem et regularem; si sint clerici cantores suum ordinem praecedentiae tenent 3.

Piae uniones fidelium feminarum SS. Sacramentum aut imaginem aut reliquias sequuntur. Si una cum piis unionibus aut sodalitiis ecclesiasticis mulierum interveniant processioni associationes virorum non stricte approbatae ab Ecclesia cum suis vexillis ; hae associationes pariter imaginem aut reliquias aut SS. Sacramentum sequi debent, immediate tamen ante mulierum associationes 45

Regulares in processione nequeunt prohiberi quin sub propria cruce procedant, immo id facere tenentur 5.

Processionis horam definit Ordinarius loci cui determinationi alii stare tenentur e.

Magistratus civiles, si processioni intersint, procedunt inter religiosos et clerum saecularem 7.

In processione· SS. Sacramenti non est deferenda SS. Eucharistia humeris sacerdotum sed manu celebrantis 8; admittitur tamen contraria consuetudo 9.

In processione Corporis Christi non sunt canendae cantiones vulgari sermone 10.

1 Cfr. *Caeremoniale Episcoporum,* lib. II, cap. 32-33; *Rituale Romanum,* tit. IX, *Dc processionibus.*
2 Paulo aliter Augustino, Z. c., VI, ordinem praecedentiae ita proponit: Post cruciferarium procedunt pueri et puellae, deinde mulieres et viri, tum confraternitates iuxta ordinem praecedentiae sibi competentem, postea religiosi etc. Absolute pueri et puellae, mulieres et viri nulli sodalitati ecclesiasticae adscript! processioni nonnisi passive participare possent et celebrantem sequi deberent; admittuntur tamen passim etiam in processione ante clerum, dummodo ordinate procedant et tunc utique ordo praecedentiae ab Augustine signatus inter ipsos servari potest.
3 Cfr. Barin, *Catechismo liturpico,* vol. III4, 1921, pag. -404 sq.
4 Gennarl, *Questioni liturgiche2,* n. 347, pag. 384-385. Vi decreti S. C. R. 3 Augusti 1906, *Dccret. auth.* 4188, associationes virorum et puerorum qui sine sacco incedunt cum aliquo signo catholico procedere possunt vel ante confraternitates quae sacco utuntur, vel post imaginem vel statuas aut SS. Sacramentum in quorum honorem fit processio. Quod valet etiam de processionibus poenltentlalibus. - Pueri qui ad parvulum clerum *(piccolo clero)* pertinere dicuntur, 81 processionibus intersint procedere possunt sub cruce cleri saecularis ante clericos Seminarii. S. R. C. 4 Aug. 1938 apud *II Monitore ecclesiastico,* vol. 48, (1938) p. 285.
5 S. R. C. 2 Aug. 1631, 1 Mail 1641, *Decret, auth.* 572 et 757.
β Ferraris, *l. c.,* v. *Processiones,* η. 9.
7 Cfr. Bernard, *Cours de liturgie romaine - Ix Rituel,* II, pag. 444-445.
8 8. R. C. 2 lunii 1618, *Décret, auth.* 365.
3 Cfr. S. R. C. a. 1686 apud Tomibiano Ripoll, *l. c.,* II, n. 1104, pro Hiepaniu.
10 8. R. C. 21 Maii 1609 apud Ferraris, *l, c.,* v. *processiones,* u. 52,

In processione in qua defertur SS. Sacramentum vel lignum SS. Cruci», clerici et laici incedere debent detecto capite; in aliis autem processionibus clerici deferentes reliquias et omnes laici pariter detecto capite, alii vero clerici capite bireto cooperto x; Episcopus vero deferens reliquiam SS. Cruci» incedere potest cum mitra ».

Non expedit nec licet in processionibus etiam sollemnioribus SS. Sacramenti vel reliquiarum aut imaginum Sanctorum, SS. Sacramentum, reliquias aut imagines curru triumphali sive equis sive aliis mediis tracto deferre3.

In processione SS. Sacramenti non licet deferre reliquias et imagines Sanctorum \

TITULUS XVIII.

De sacra supellectili

876. — Postquam titulo praecedenti de sacris processionibus actum est, quae sunt externa sollemnior manifestatio cultus divini publici, iam hoc titulo aperta via est ad ageudum de sacra supellectili qua utimur ad ipsas cultus publici manifestationes.

Plura autem de sacra supellectili habent li+urgistae; nos ordinem Codicis sequuti quaedam tantum videbimus, circa propius liturgiam attingentia ad liturgistas remittentes lectorem s.

I. Quid sacra supellex. - 1° «Sacram supellectilem intelligimus vasa, vestes aliaque quae ad sanctissimae Eucharistiae sacrificium et sacramentum necessaria sunt, licet ad alias quoque Christianae religionis caeremonias inserviant »e.

Certo ex Codice omnia vasa, utensilia et ornamenta sive sacerdotalia sive altaris quae benedictione constitutiva consecrantur, nomine sacrae supellectilis intellegenda sunt7, at nomen non est ad haec restringendum ut ex verbo *praesertim* ibi adhibito constat. Rectam igitur putamus notionem supra datam.

S. R. C. 3 Sept. 1690 od 1, *Décret. auth.* 1841.
2 S. R. C.14 luuii 1693 apud Ferraris, *l.* c., *Processioned* u. 57.
3 S. R. C.28 Oct. 1922 et 22 Februar. 1924. **J. J.** *S.t* XVI, 103.
1 S. R. C.23 Mart. 1593, 31 lanuar. 1896, 1 Iui. 1898, *Decret, auth.* 28; 3878; 3997. Cfr. tamen apud Claeye Bouuaert-Simenon, Z. c., n. 855, contrariam consuetudinem vigentem in Belgio.
5 Cfr. Barin, *Calcchismo liturgico.* vol. Is, pag. 387 sqs.; Bernard, *Cours de liiurffie romaine - La Messe,* vol. I, pag. 213. sq. et Id. - *Le pontifical,* vol. I, pag. 16, sq.; Braun, *I paramenti sacri.* 1911, Torino.
8 Ita Gaspard, *Tractatus canonicus De Sanctissima Eucharistia, II, n.* 653. Concordat Wernz. *Ius Decretalium,* III. 502, II; Augustine, *l. c.,* VI, 267, cui concedendum est apud lI-turgistas desiderari bene definita descriptio sacrae supellectilis; cfr. etiam Vermeersch Z. *e.,* II, 623; Eichmann, Z. c., pag. 118; Blat, Z. *c.,* 166, pag. 200-201
7 C. 1292, 5 1.

Ad sacram impelled dem pertinent etiam tapetum, «edes pro confessionibus audiendis, scamna in ecclesia et praesertim a sacris ministris adhibenda etc. Codex tamen agere videtur solummodo do supellectili sacra ipsius altaris vel ministrorum ad altare sacras functiones peragentium

2° Omnem sacram supellectilem dividere possumus in *ornamenta sacerdotalia,* in *vasa sacra* eum accessoriis linteaminibus, et in *ornamenta altaris* .*

Item distinguere possumus *supeUectilem sacram stricto sensu* quae benedictione constitutiva consecratur et in *supellectilem sacram sensu lato* quae benedictione caret3. Sensu Codicis utraque species supellex sacra vocatur praesertim vero quae benedictione donatur 4.

Ad ornamenta sacerdotalia pertinent: Amictus, alba, cingulum, manipulus, stola, planeta, cappa, dalmatica et tunicella, velum humerale, caligae cum sandaliis seu calceis, gremiale, pallium, crux pectoralis, biretum, superpelliceuni, chirothecae, mitra, annulus baculusque pastoralis 5.

Ad vasa sacra referuntur: calix cum patena, pyxis, vasa oleorum sacrorum, ostensoria, corporale, pacificatorium, palla, velum calicis, bursa, urceoli seu ampullae cum cochleari, pelvicula et manutergium, thuribulum cum navicula, instrumentum pacis, parva campanula 6 pro Δlissa.

Ornamenta altaris sunt: lampades, baldachinus, scamna, mappae seu tobaleae, pallium, crux cum imagine Crucifixi, candelabra cum cereis, palmatoria seu bugia, tabellae secretarum, eussions pro missali, parva campanula ad convocandos fideles, flores et reliquiae Sanctorum 7.

877. — II. Custodia et custodes sacrae supellectilis. -1° Sacra supellex, praesertim quae ad normam legum liturgicarum, benedicta aut consecrata esse debet quaeque publico in cultu adhibetur, caute custodiatur in ecclesiae sacrario aliove tuto ac decenti loco, nec ad usus profanos adliibeatur 8.

Sacram supellectilem benedictione constitutiva consecratam ad usus profanos adhibere, e. g., planetam, calices etc. ad ludos theatrales, grave sacrilegium habent °.

Immo etiam aliae res benedictione constitutiva consecratae reverenter tractandae sunt nec ad usum profanum vel non proprium adhibendae sunt

1 Verineersch, Z. *c.,* II, 623, cfr. etiam De Meester, Z. c., III, n. 1273.
: Gaspard. Z. c., II, 683; Wernz, Z. c., III, 503, III.
3 Wernz, Z. c,, III, 502, III.
4 C. 1296, § 1.
5 Cfr. Gaspard, Z. c., II, 681-737; Wernz, Z. *c.,* III, 509-516.
' Gaspard, Z. c., II. 738-765; Wernz, Z. *c.,* III, 503-508.
7 Gaspard, Z. c., II, 766-787: Wernz, Z. *c.,* III, 517 sq.
8 C. 1296, § 1. Usus bursae destinatae corporalibus ad eleemosynas in ecclesia colligendas ut usus profanus reprobatur. S. II. C. 7 Mali 1919 *(A. A. S.,* XI, 246).
9 D'Annibale, *Summula,* III, 16, nota 36.

etiamsi in dominio privatorum sint .* Ita tanquam lumine uti non licet candeh benedicta aut aqua benedicta ad cibos coquendos etc. facile tamen usus profanus non sordidus talium rerum ex insta causa licitus fieri potest; nec grave censetur usus similium rerum etiam sine insta causa a.

Item facile ex insta causa permittere fas est usum sacrae supellectili} ad usum profanum non sordidum, si de supellectili non benedicta benediction? constitutiva agatur aut de supellectili quae remotius ad cultum Dei referturi.

Materia sacrae supellectilis exsecratae et postquam suam formam ambit adhiberi licite potest ad usus profanos 4.

Ipsam sacram supellectilem vendere per se licet dummodo pretium ratione benedictionis non augeatur s; immo simoniae. accusari non posset qui rem sacram vendens aliquid ultra iustum pretium exigeret pro expensis habitis causa consecrationis aut benedictionis e.

2° Rectores ecclesiarum aliique quibus credita est cura sacrae supellectilis, sedulo debent eiusdem conservationi et decori prospicere 6.

Determinatur hic persona cui custodia sacrae supellectilis a iure commissa est eaque esse dicitur rector ecclesiae in cuius dominio est sacra supellex. Non exclusive tamen ut innuit verbum *aliique;* alii autem sunt Ordinarii locorum quibus circa hoc superior vigilantia competit itemque inferiores ministri ;* dependenter tamen a rectore ecclesiae 9.

Circa modum in custodia servandum iis attendendum est quae supn diximus et insuper ea quae de inventariis dicemus servanda sunt.

Cura et decor sacrae supellectilis requirunt ut ipsa munda et integn servetur. Gravis culpae damnant communiter auctores rectorem ecclesiae cui cura est sacrae supellectilis. si vestes sacerdot des, vasa sacra etc. enormi fractura aut immunditia deturpari et ita adhiberi permittat. At omissa enormi fractura aut immunditia, * quam detestabilis iniuria quorundam clericorum qui calices permittunt rubigine destrui, tobaleas et pallas altaris et corporalia turpissima remanere, casulas et alia paramenta totaliter dilacerari; et tamea ipsi miserrimi non paterentur talibus vestibus indui, aut similibus tobaleis mensam suam parari. Et quid ista nisi sacrilegia? »10.

878. — III. Confectio et reparatio sacrae supellectilis. - 1° Nisi aliter sit provisum, qui officio tenentur reparandae ecclesiae x, debent quoque ei providere de sacra supellectili ad cnltum necessaria

Quo canone ins vetus firmatum est. Quae tamen pro Italia et insulis adjacentibus statuta sunt de mediis annatis solvendis pro reparatione ecclesiarum non sunt extendenda ad confectionem sacrae supellectilis 3.

2° Circa materiam et formam sacrae supellectilis, serventur praescripta liturgica, ecclesiastica traditio et, meliore quo fieri potest modo, etiam artis sacrae leges 4.

De lus rebus lato agunt liturgistae et etiam quidam canonistae. Ad ipsos lectorem remittimus 5.

Praetermittere tamen hic nequimus responsum S. R. C. quo speciales quattuor calicum formae ab usitatis discrepantes approbare S. Congregatio noluit, remissa tamen responsi exsecutione ad Ordinarium loci e.

Non licet recedere in conficiendis et adhibendis paramentis pro Missae celebratione sacrisque functionibus ab usu in Ecclesia recepto, alium modum et formam etiam antiquam inducendo, nisi prius S. Sedes consulatur ’.

879. — IV. De inventario sacrae supellectilis. - 1° De ipso inventario faciendo. - Fiat accuratum et distinctum inventarium universae sacrae supellectilis cum descriptione atque aestimatione singularum rerum a rectore aut alia persona designata § antequam officium ineat, vel antea factura acceptetur, adnotatis rebus quae interim amissae vel acquisitae fuerint. Inventarium ita factum subscribendum est °.

Codex requirit subscriptionem omnium, administratorum; at, si agatur de ecclesia vel oratorio cui unicus praeest sacerdos, videtur sufficere eius subscriptio, vidimanda tamen ab Ordinario loci.

Huius inventarii alterum exemplar conservetur in tabulario administrationis ecclesiae de qua agitur, alterum in archivo Curiae et in

1 C. 1150.
2 Cfr. Vermeersch, *l. c.,* II, 468.
3 Vermeersch. *l. c„* II, 625, *b:* Gasparri, *De SS. Eucharistia,* II, 663.
* D Annibale, *l. c.,* III. 16, nota 39; Gennari, *Consullazioni morali-canoniche-lUurgickt'i* pag. 201-205, consuit. 33; Barin, *Catéchisme liturgico,* I5, pag. -125-426.
5 C. 730.
6 Ita Gasparri, *De SS. Eucharistia,* II, 063,
7 C. 1302.
8 Cfr. c. 1185.
9 Cfr. Gasparri» *Dc SS. Eucharistia,* II, 666.
10 Ita S. Antoninus; cfr. Gasparri, Z. r., II, 664-665,

’ Cfr. c. 1186.
• C. 1297. Qui nequeunt onus conficiendi aut reparandi sacram supellectilem ob egestatem in sc suscipere, debent saltem suarum manuum operam ad hoc praebere. S. C. EE. et RR. 10 Dec. 1811, apud Bizzarri, pag. -177.
3 Gasparri, *De SS. Eucharistia,* II, n. 658.
4 C. 1296, § 3.
5 Cfr. Brann, *I paramenli sacri - loro uso, storia c simbolismo,* versione dal tcdesco, Torino, 1911, Mariotti; Barin, *Calechismo liturgico,* I5, Ilovigo. pag. 392 ct sqs.; Bernard, *Cours de liturgie romaine ▮ La Messe,* I, Paris, 1898, pag. 212-533; Gasparri, *Tractatus canonicus de SS. Eucharistia,* 1897, II, pag. 1-111; n. 653-787; Wcrnz, *Ius Decretalium,* III2, ŋ. 501- 23; Santamaria, *l. c.,* IV, 113-114.
* S. R. C. 30 Iunii 1922, Æ J. *S.,* XIV. 137.
7 S. R. C. 9 Dec. 1925, *A. A. S.,* XVIII, 58; cfr. etiam Pauwels in *Dcriodica,* a Vermeersch cd., vol. XV, 58-65.
§ Cfr. c. 1302.
9 Cc. 1296, § 2 et 1522, n. 2.

utroque quaelibet immutatio adnotetur quam sacra supellex subire contingat 1.

2° A quo faciendum sit. - Ad inventarium sacrae supellectilis faciendum obligari videntur omnes ecclesiae et oratoria publica et semi-publiea immo et domestica, licet in dominio privato posita; etenim quaelibet sacra supellex ex eo quod ad cultum Dei dicata sit, a libero commercio subtracta est et a quolibet usu profano et Ecclesiae auctoritati subiecta fit.

Circa personas vero quae inventarium facere tenentur haec valent:

a) Episcopus obligatione tenetur inventarii sacrorum utensilium authentica forma conficiendi, in quo pro rei veritate quando acquisita sint, exprimat, distincteque describat si qua non ex ecclesiae reditibus ac proventibus, sed ex propriis vel ex donatione sibi facta comparaverit; secus omnia reditibus ecclesiae comparata praesumuntur 2.

Statuitur hac paragraphe praesumptio iuris favore ecclesiae, quae aliqualem etiam rationem poenae contra Episcopum neglegentem habet. Agitur autem hic de sacra supellectili ecclesiae praesertim cathedralis 3, at etiam alii Episcopi etiam mere titulares hoc onere ligari videntur sive circa sacram supellectilem ecclesiae cui aliqua ratione praesint, sive etiam circa sacram supellectilem sui oratorii etiam privati4.

b) Quae de Episcopo residential! diximus relate, ad ecclesiae cathedralis sacram supellectilem, eadem applicentur quoque clerico qui in aliqua ecclesia beneficium saeculare vel religiosum obtinuerit5.

Igitur si talis clericus fuerit neglegens in faciendo inventario sacrae supellectilis suae ecclesiae aut beneficii, lex contra heredes praesumit universam sacram supellectilem qua utebatur defunctus ecclesiae reditibus aut beneficii emptam esse.

Attamen cum haec *praesumptio* non sit *iuris* et *de iure,* putamus contra ipsam praevalere non solum veritatem, sed et alias directas probationes.

c) De aliis ecclesiis aut oratoriis Codex expresse nihil déterminai circa personam quae inventarium facere debet.

Certe obligatio ipsum inventarium faciendi etiam pro aliis ecclesiis et oratoriis viget; onus autem illud faciendi aut rectori ipsius ecclesiae aut oratorii aut eorundem administratoribus agnoscendum est®. Possit tamen Ordinarius loci hae de re ulteriores et magis determinatas normas statuere ».

1 Cc. 1296, § 3 et 1522, n. 3.
2 C. 1299, i. 3.
3 Cfr. c. 1299, § 1-2.
4 Praesumptio tamen u Codice statuta solummodo ecclesias aut publica oratoria cui praefuerit Episcopus, respicere videtur.
5 C. 1390.

880. — V. De sacra supellectili clericorum defunctorum. - 1° De dispositionibus mortis causa circa sacram supellectilem Cardinalium. - Defuncti S. R. E. Cardinalis, qui in Urbe domicilium habebat, quamvis Episcopus suburbicarius aut Abbas *nullius* esset, quaelibet sacra supellex, exceptis annulis et crucibus pectoralibus etiam eum sacris reliquiis, aliaeque res omnes stabiliter divino cultui destinatae, nulla habita ratione qualitatis et naturae redituum quibus comparatae sint, cedunt, pontificio sacrario, nisi Cardinalis eas donaverit aut testamento reliquerit alicui ecclesiae vel oratorio publico vel loco pio vel alicui personae ecclesiasticae seu religiosae.

Optandum ut Cardinalis, qui huiusmodi facultate uti velit, saltem ex parte praeferat illas ecclesias, quas in titulum, administrationem sen commendam obtinuerit 1.

Cardinales abbates *nullius* de quibus in hoc canone, sunt. Cardinales qui abbatiam *nullius* obtinent, in Curia tamen residentes 5.

Urbanus VIII 6 enumerat sacram supellectilem quae in defectu donationis aut testamenti legitimi cedere debet sacrario pontificio; ea comprehenduntur mitrae, pluvialia, tunicellae aliaque ornamenta et vestimenta, ac calices, patenae, vasa etiam aurea et argentea, aliaeque res et utensilia, quomodolibet nuncupata, praesertim benedicta seu consecrata quibus Cardinales etiam in privatis cappellis uti consueverunt7.

Pius IX8 melius adhuc determinat sacram supellectilem Cardinalium quae sacrario de se cedere debet; in ipsa comprehenduntur praeter superius enumerata: sandalia, chirothecae, linei amictus, albae cum cingulis, pyxides, ostensoria, vas aquae benedictae cum aspersorio, sacrorum oleorum vasa, urceoli cum pelvibus et tintinnabulis, baculus pastoralis, faldistorium, palmatoriae, icones pacis, thuribulum et his similia.

Quod permittit Codex de donatione et testamento favore ecclesiae, oratorii etc., intellegendum est de testamento aut donatione valida, nec extendi possunt ullo modo ad oratoria privata ipsius Cardinalis defuncti 9.

1 Cfr. c. 1302.
2 Cfr. c. 1522.
3 Vromant, *De bonis Ecclesiae temporalibus,* (1927), p. 213, n. 202.
4 C. 1298, § 1-2.
5 Pius IX litt. apost. « *Quum illud* », 1 Iulii 1847; Gasparri, *Fontes.* II, n. 505, 1°.
6 Constit. « *Aequum est* », 19 Iui. 1G42; Gasparri, *Fontes,* I, 225, § 2.
7 Excipiebatur autem una tunicella pro unoquoque diacono, una plancta pro unoquoque sacerdote, unum pluviale pro unoquoque Episcopo Cardinali, itenique candelabra nuilluviu et gutturna vulgo *bacili* e *boccali* nuncupata: cfr. Const. » *Aequum est* », § 2 et Const. » *Inter arduas*» Benedicti XIV. 22 April. 1749, § 2; Gasparri, *Fontes,* II, n. 39G, eum Codex nullam habeat exceptionem. Augustine, Z. c., VI, 272 tenet has exceptiones non amplius vigere.
8 Litteris apost. • *Quum illud* », 1 lunii 1847, n. 3; Gasparri, *Fontes,* II. n. 505.
9 Cfr. eit. Const. *'Inter arduas* », u. 7-8.

Si Cardinalis non mortis causa sed vivens sacrae supellectilis aliquam partem donaverit aliter ac hoc canone permittitur et donatarius in rei donatae possessionem iam devenerit non ideo irrita iit donatio morte Cardinalis, nec, ut videtur, donatarius rem sacrario pontificio cedere tenetur; Codex enim loqui videtur solummodo de donatione mortis causa 1.

Potestas seu facultas testandi aut donandi sacram supellectilem extenditur ad ecclesias quoque et oratoria publica quae in dominio privatorum fuerint, dummodo tamen ea quae decent naturam locorum sacrorum revera haec loca possideant; idem dicito de loco pio cui donatio fieri potest2.

In altera huius canonis 1298 paragraphe solummodo admonitio, non praeceptum datur Cardinalibus.

Si Cardinales iure donandi aut testandi non utantur aut etiam si invalide utantur, totam suam vim retinet dispositio qua omnia cedunt sacrario pontificio '.

Facultas donandi extenditur etiam ad sacram supellectilem quam Cardinalis reditibus beneficialibus seu ecclesiasticis acquisierit.

Ratio ob quam prohibetur translatio sacrae supellectilis ad heredes est ut evitetur irreverentia quae saepe occurrit in venditione publica ipsius sacrae supellectilis taliter transmissae ad heredes 4.

881. — 2° De sacra supellectili Episcopi defuncti. - *a) Principium generale.* - Defuncti Episcopi residentialis, etiam dignitate cardinalitia aucti, sacra supellex cedit eius ecclesiae cathedrali. Excipiuntur ab hac regula annuli et cruces pectorales cum sacris reliquiis ' eaque omnia utensilia sacra cuiusvis generis quae legitime probetur ab Episcopo defuncto comparata fuisse bonis ad ipsam ecclesiam non pertinentibus neque constet in ecclesiae transiisse proprietatem e.

Modus naturalis probationis a Codice requisitae et ut sufficientis admissae est inventarium ab ipso Episcopo dum viveret, confectum forma authentica '.

Forma autem authentica haberi censetur si ipsum inventarium ab Episcopo signatum fuerit eiusque sigillo munitum 8. In defectu inventarii quaelibet alia probatio sive directa sive indirecta sufficit; Codex enim hic solummodo praesumptionem iuris favore ecclesiae statuit 9.

Obligatio stricta et gravis esse videtur faciendi inventarium 10.

Bona *ad ipsam ecclesiam pertinentia* censentur non solum bona ecclesiae cathedralis qua talis, sed bona universae dioecesis et ipsius mensae episcopalis11.

1 Aliter Blat, *l. c.,* 169, pag. 203.
2 Cfr. c. 1160 et const. « *Inter arduas* · Benedicti XIV, § 8.
3 Cfr. constit. « *Inttr arduas* », § 6.
4 Santamaria, *l. c.*. IV, 116.
5 Reliquiae tamen SS. Crucis cedunt ecclesiae cathedrali et Episcopo successori e 12M
6 C. 1299, § 1.
7 Cfr. c. 1299, § 3 et sapri.
8 Blat, 7. c., n. 170, pas. 205.
B Blat, *l. c.,* 170, pag. 205; Augustine, *l. c.,* vi, 271.
10 Cfr. Augustine, *l. c.,* VI, 274.
11 Blat, *l. c.,* 170, pag. 204.

Si probari possit sacra utensilia comparata fuisse ex bonis non ecclesiasticis, ipsa cedunt heredibus, licet probari nequeat illa utensilia non transiisse in proprietatem ecclesiae; praesumptio enim, de qua supra, favore ecclesiae ad hoc non extenditur et Codex requirit ut positive constet utensilia transiisse in proprietatem ecclesiae L

Sacra autem utensilia, quae vigore huius can. 1299 ecclesiis cathedralibus debentur, comprehendunt mitras, planetas, pluvialia, timicellas, dalrnaticas, sandalia, chirothecas, albas cum cingulis, lineos amictus et his similia; item missalia, gradualia, libros cantus et musicae, libros pontificales, librum cui titulus *canon Missae;* item calices, patenas, pyxides, ostensoria, thuribula, vas aquae benedictae cum aspersorio, pelvim cum urceo, vasa sacrorum oleorum et urceolos mia cum pelvibus et tintinnabulo, palmatorias, icones pacis, cruces archiépiscopales, candelabra cum cruce pro altaris usu, baculum pastoralem, faldistorium, aliasque res sacras sive paramenta, sive ornamenta sive vasa, si quaesunt etiam ex eorum natura usui profano congrua; dummodo non.per accidens, sed permanenter divino cultui sacrisque functionibus fuerint destinata 2.

Quae dicuntur in canone de Episcopo residential! valent etiam de Abbate seu Praelato *nullius* 3.

i) *De Episcopo duas vel plures dioeceses regente.* - Si Episcopus duas vel plures dioeceses successive rexerit, aut simul praefuerit duabus vel pluribus dioecesibus unitis aut in perpetuam administrationem concessis, eathedralem ecclesiam habentibus propriam et distinctam, quae sacra utensilia constiterit reditibus unius tantum dioecesis fuisse comparata, ea eiusdem cathedrali ecclesiae cedunt; secus dividi debent, aequis partibus, inter singulas ecclesias cathédrales, dummodo dioecesium reditus ne sint divisi, sed imam episcopalem mensam perpetuo constituant; si vero reditus divisi sint ac separati, divisio fiat inter singulas ecclesias cathédrales pro ratione fructuum quos in singulis dioecesibus Episcopus perceperit ac temporis quo eisdem praefuerit4.

Ad huius paragraph!, quae ex nimia congestione aliqualiter obscurior facta est, delucidationem utile putamus textum ex quo paragraphus conflata est afferre 5Ø

a) Quando Episcopus duas vel plures ecclesias successive rexerit, sacra utensilia dividuntur proportionaliter inter· ecclesias cathédrales, habita ratione fructuum ac temporis, quo unicuique ecclesiae praefuit.

1 S. C. EE. et RR. 4 April. 1851, apud Bizzarri, pag. 593 SQ.; cfr. etiam Gasparri, l. c„ II, 661.
2 Itu Pius IX iitt. apost. · *Quum illud* · 1 lunii 1847; Gasparri, *Fontes,* II, 505, n. 3; cfr. etiam const. Pii V ▮ *Romani Pontificis* », 30 Aug. 1567; Gasparri. *Fontes,* I. n. 123; *motu ymjirio* Iulii III «Ctam *sicut nobis·,* 26 lunii 1550; Gusparri, *Fontes,* I, 11. 84.
3 C. 215; Pins V constit. •*Romani Pontificis·,* supra cit., § 1.
4 C. 1299, § 2.
5 Cfr. Litteras apost. Pii IX 1 lun. 1847; Gusparri, *Fontes,* II, n. 4-6.

β) Si Episcopus simul praefuerit pluribus dioecesibus nuitis vel ill perpetuam administrationem concessis, quae habeant Capitulum et cathedralem ecclesiam propriam et distinctam, sacrorum utensilium divisio facienda est aequis partibus singulis ecclesiis cathedralibus, quatenus earum dem ecclesiarum unitarum, seu in perpetuam administrationem concessarum reditus non sint divisi, sed unam episcopalem mensam constituant perpetuo; si vero reditus sint divisi et separati, divisio facienda est singulis ecclesiiscathedralibus proportionaliter ratione fructuum.

y) Si constet, Episcopum qui per translationem duabus ecclesiis successive praefuerit, comparasse sibi omnia sacra utensilia reditibus tantam unius ecclesiae, nullus divisioni locus erit, sed eadem sacra utensilia ad ecclesiam cathedralern tantum spectabunt illius dioecesis, ex cuius episcopale mensae proventibus fuerint acquisita '·

882. — 3° De sacra supellectili aliorum clericorum defunctorum. - *a)* Quae de sacra supellectili Episcoporum residentialinm diximus, valent etiam de sacra supellectili cuiusvis clerici qui in aliqua ecclesia beneficium saeculare vel religiosum obtinet

Quae igitur huiusnxodi clerici bénéficiât! reliquerint, sacra utensilia, quae non constet comparata fuisse ex bonis ad ecclesiam non pertinentibus aut ad. beneficium, sive id constet ex praescripto in forma authentica inventario sive alia probatione, ipsi beneficio eiusve ecclesiae obveniunt.

Idque valet non solum de sacra supellectili in ipsa ecclesia eiusve sacrario asserva‌ta, sed etiam de ea quam forte clericus in suis privatis aedibus aut cappella asserva‌re consueverat; eademque regul i valet etiam de clerico qui aliquando beneficium obtinuit, licet tempore obitus non amplius illud obtineret[2].

Licet reditus beneficii aut mensae episcopalis acquirantur in proprietatem clerico beneficiario et Episcopo, sacra tamen utensilia his reditibus comparata non censentur acquisita ex bonis propriis clerici vel Episcopi qui ideo de illis disponere nequeunt pro arbitrio [4].

b) Codex quidem de aliis clericis aut Praelatis, praeter Episcopos et bénéficiâtes, nihil habet; eaedem tamen regulae omnibus aliis clericis applicandae videntur [5].

Et re quidem vera rationes ob quas sacra supellex Episcoporum et beneficiatorum eorum ecclesiis cedere debet, verificantur etiam de aliis clericis, qui

1 Cfr. etiam Augustine, *l. c„* VI, 375.
* C. 1300.
3 Clr. Constit. Benedicti XIV . *Ad honorandum* ·, § 27, die 27 Mart. 1752; Gasparri. *Fimle.8,* II, n. 420.
4 Cfr. c. 1299, « 1 et 3 ubi dictio: *bonis ad ipMm ecclesiam non pertinentibus,* opponitor dictioni: *er ecclesiae reditibus ac prntentibus.*
5 Cfr. Augustine, Z. c., VI, 276; Gasparri, Z. c., II, 068 ubi affertur declaratio S. C. Coocilii 17 Aug. 1734 huc spectans.

licet strictum beneficium non obtineant, tamen in aliqua ecclesia aut oratorio publico munera sacerdotalia exercent et ex bonis ecclesiae vel oratorio a fidelibus oblatis sacra utensilia comparant. Rationes huiusrnodi sunt, ut sacra supellex usui profano subtrahatur [1] et insuper ne mens fidelium frustretur, qui suis oblationibus ad cultum Dei et ad sacram supellectilem ad cultum divinum necessariam, non autem ad meram clerici privatam utilitatem, concurrere intendunt.

Praesumptio tamen *iuris* quae cc. 1299, § 3 ct 1300 urgetur pro clericis beneficiatis et Episcopis residentialibus, pro aliis clericis urgeri non potest, ex defectu clari iuris.

883. — 4° De formali exsecutione superiorum dispositionum. - S. R. E. Cardinalis, Episcopus residentialis aliique clerici beneficiarii obligatione tenentur curandi testamento vel alio instrumento in forma iuris civilis valida ut canonica praescripta de quibus supra [2] debitum effectum etiam in foro civili sortiantur.

Quamobrem tempestive ac forma iure civili valida personam integrae famae designent, quae, adveniente ipsorum morte, non solum sacram supellectilem, sed etiam libros, documenta aliaque quae ad ecclesiam pertinent et in eorum domo reperiuntur, occupet et cui debentur, remittat [3].

Quaenam sint formae tutiores adhibendae ex singularum societatum civilium legibus eruendum est. Exemplum omnibus fere societatibus civilibus iura Ecclesiae non agnoscentibus applicable habemus in decreto S. C. De Propaganda Fide pro Statibus foederatis Americae Septentrionalis dato [4] quo ut norma directiva etiam aliae nationes uti possunt[5]. At forte aliquae civitates formas simpliciores admittere possunt[6].

Singuli bénéficiât! et clerici inferiores statutis dioecesanis hac de re forte latis stare debent; Ordinarii autem S. Sedis aut conciliorum plenariorum vel provincialium praescriptionibus, si quae sint promulgatae [7].

Licet Cardinales, Episcopi aliique clerici sive culpabiliter sive inculpabiliter huius c. 1301 praescripta non servaverint, non ideo tamen excusantur heredes ab observantia cc. 1298-1300.

884. — VI. De gratuita subministratione sacrae supellectilis. - 1° De subministranda sacra supellectili Episcopo ce-

1 Cfr. c. 1296, § 1.
2 Cfr. cc. 1298-1300.
3 C. 1301, § 1-2.
1 15 Dec. 1810 iu *Collectanea,* I, n. »1(5; quod tamen plenum observantium et pro locis quibus destinatum fuerat nunquam obtinuit ; cfr. *Collectanea, l. c.,* in notis; itemque Augustine, *l.* e., VI, 277-278.
5 Blat, *l.* c., n. 172, pair. 206.
6 Incitato decreto S. Cong. de Prop. Fid. 15 Deo. 1840 transmissioni bonorum providetur per testamentum et, si de communitate religiosa agitur, per contractum societatis.
7 Cir. *Acta ct decreta concilii plenarii Americae Latinae,* a. 1900, n. 838.

lebranti. - a) Ecclesia cathedralis debet, sacram supellectilem attaque quae ad Missae sacrificium vel ad alias pontificales functiones necessaria sint, gratis Episcopo subministrare etiam privarim celebranti non solum in ecclesia cathedrali, sed in aliis quoque civitatis vel suburbii ecclesiis l.

Quoti valere putamus non solum <lo Episcopo residontiali proprie dicto, sed etiam de Coadintore et Auxiliari neenon de Administratore Apostolice. Intra limites civitatis aut.suburbii non attenditur utrum distantia maior vel minor fuerit2; si Episcopus celebret iu suo oratorio privato aut in oratorio semi-publico, subministratio sacrae supellectilis non est obligatoria 3.

b) Aliae autem ecclesiae, praeter cathedralem, tenentur quidem Episcopo celebranti in ipsis sacram supellectilem subministrare, non vero eidem concedere sacram supellectilem ad celebrandum in alia ecclesia *.

2° De subministranda sacra supellectili aliis clericis. *a)* Clericis beneficiatis aut cappellanis in aliqua ecclesia celebrantibus titulo beneficii aut cappellaniae, ecclesia tenetur quidem sacram supellectilem subministrare, sed iure potest exigere taxam pro usu sacrae supellectilis, nisi obstet particularis conventio. Idque valet etiam de ecclesiis non pauperibus \

b) Alios sacerdotes rector ecclesiae non tenetur admittere ordinario modo ad Missae celebrationem, tenetur vero admittere raro accedentes, nec in eam potest taxam utensilium sacrorum exigere6.

Si qua tamen ecclesia paupertate laboret 7 potest Ordinarius permittere ut a sacerdotibus qui in proprium commodum inibi celebrant, propter utensilia ceteraque ad Missae sacrificium necessaria, moderata stipes exigatur 8.

Episcopi, non autem Vicarii Capitularis aut Vicarii Generalis sine speciali mandato, est eandem stipem definire, et nemini, etiam religiosis etsi exemptis, licet ea maiorem exigere.

Episcopus pro tota dioecesi eiusmodi stipem in dioecesana Synodo, si fieri possit, definiat, aut extra Synodum, audito Capitulo °.

1 C. 1303, 5 1.
2 Cfr. Gasparri, *l.* c., II. 670.
3 Santamaria» *I. c.,* IV, 151.
Gasparri, *L c.,* II, G70.
5 Cfr. Gasparri, Z. c., II, 671.
e Cfr. c. 804» Gasparri, *I. c.,* II, 672.
7 *Unica* causa permittens taxationem a Codice admittitur, nisi specialia habeantur prhikgin uut indulta. Quae proinde habet De Meeater, Z. c., IU. de introducenda stipe hujusmodi in ecclcHilH non pauperibns ob grave incommodem cni subsunt in certis civitatibus orae ritimao œdesiae, snlum ex speciali induito valere possunt.
8 Cum Codex non habeat *Ordinarius loci* sed *Ordinarius,* permittit Vermeersch, Z. *c.,* II, 631, Ordinario religioso exactionem alicuius taxae etsi nulla sit statuta ab Ordinario loci'
9 C. 1303, 4 2-4.

Episcopi nomine veniunt etiam Abbas vel Praelatus *nullius.* Vicarii et Praefecti Apostolici | itemque Administrator Apostolicus perrnanenter constitutus '.

885. — VII. De benedictione sacrae supellectilis. - 1° De necessitate benedictionis. - Non quaelibet sacra supellex necessario benedicenda est.

Calix et patena consecranda sunt, nec suppleri potest consecratio per Missae celebrationem etiam bona fide factam. Constat autem essentialiter ista consecratio in unctione cum sacro chrismate et relativis precibus. Certe ad valorem sufficit unica crucis signatio 3. Hanc consecrationem facere possunt Episcopi consecrati, Cardinales Vicarii et Praefecti Apostolici 5, Abbates et Praelati *nullius* e.

Benedici potest, non necessario debet ciborium seu pyxLs 7; ostensorium benedici potest sicut lunula eiusque theca 8.

Benedictio ostensori! habetui· in appendice novarum editionum *Ritualis Romani·,* theca et lunula benedicuntur formula eadem ac pyris9.

Vasa sacrorum oleorum benedici possunt benedictionis formula quae pro ipsis habetur in appendice *Ritualis Romani,* quinto loco inter *knedictiones reservatas.* Sacra indumenta et ornamenta quae benedictione indigent sunt: Corporale et palla (simul haec duo benedicenda sunt, attamen si forte corporale sit iam benedictum tunc sola palla aut e converso benedicenda erit; licet autem unicum corporale aut palla benedici debeat, formula prout iacet in *Rituali Romano* aut aliis libris adhibenda est) 10, amictus, alba, manipulus, stola, planeta, cingulum, et mappae altaris 11; benedici, non de praecepto, at utique convenienter possunt: pluviale, dalmatica, tunicella, superpelliceum 12.

1 Co. 215, 29i.
2 C. 315. § 1.
3 S. R. C. 1 Deo. 1882 ad 2, *Décret, auth.* 3560; cfr. Gasparri, *l.* c., II, 750-751; Bernard, *Cours de liturgie romaine* · Λα *Messe,* I, pag. 258; Barin, *I. c.y* I6, pag. 430; Augustine. Z. c., VI, 269.
4 C. 239, § 1, η. 20.
6 2. 294, § 2.
* C. 323, §2.
7 Formula benedictionis pro pyxide habetur in *PontificalΓ romano* et in *Rituali romano* tit. VIII, cap. 23 sub rubrica: *Benedictio tabernaculi seu vasculi pro sanctissima Eucharistia insertanda.*
3 Barin, *I. c.,* I5, 435; alii tamen obligatoriam habent benedictionem lunulae et thecae. Lunula quae quid unum constituit cum theca adhiberi potest dummodo ita facta sit ut hostia in lunula posita vitrum non tangat; S. R. C. 10 Febr. 1S71 ad VI, 14 Innuar. 1898, *Dccret. auth.* 3234, 3971; cfr. Gasparri, *l. c.,* II, 1031; Augustino, *l. c.,* 268.
9 Barin, *l. c.,* I5, 436; Gasparri, *l.* c., 1008.
10 S. R. C. 4 Sept. 1880 ad III, 1-3. *Decret, auth.* 3524.
11 Barin, *I. c.,* I1, 255; severius Bernard, Z. c., *La Messe,* I, pag. 108-410; cfr; etiam Gasparri, *I. c.,* II, 710 sq., praesertim vero 713; Augustine, Z. *c.,* VI, 268-269.
u Augustine, Z. c., VI, 2G8.

Benedici non consueverunt: velum calicis, velum humerale, btirsa, purificatorium etc. huiusmodi quae Corpus Dominicum tangere immediate non debent \ attamen etiam ista et alia similia ornamenta benedici poterunt 3.

Nulla benedictio necessaria suppleri potest usu sacrae supellectilis non benedictae, sed ritu in libris liturgicis praescripto est omnino facienda 3.

2° De ministro benedictionis. - Benedictionem illius sacrae supellectilis quae ad normam legum liturgicarum benedici debet4 antequam ad usum sibi proprium adhibeatur impertire possunt:

a) S. R. E. Cardinales et Episcopi omnes 5;

b) Locorum Ordinarii, charactere episcopali carentes, pro ecclesiis et oratoriis proprii territorii;

c) Parochus pro ecclesiis et oratoriis in territorio suae paroeciae positis, et rectores ecclesiarum pro suis ecclesiis 6;

d) Sacerdotes a loci Ordinario delegati, intra fines delegationis et jurisdictionis delegantis;

e) Superiores religiosi ac sacerdotes eiusdem religionis ab ipsis delegati, pro propriis ecclesiis et oratoriis ac pro ecclesiis monialium sibi subiectarum

Presbyter benedicens sacram supellectilem, uti debet formulis in *Rituali Romano* praescriptis. Episcopus formulis in *Pontificali Romano* contentis. Attamen benedictio a presbytero facta formula in Pontificali praescripta valida est8.

Presbyter sacram supellectilem benedicens sine debita facultate illicite, at valide, agit9.

Cum Codex expresse loquatur de iis qui suam benedicendi potestatem delegare possunt, arbitramur alios praeter expressos tali delegandi potestate non gaudere, quamvis forte et ipsi ordinariam ad hoc potestatem habeant10.

* Burin , *L* c.» Il, 219.

2 Burin. *l.* r.. Il, 250-251: «i benedictioIur> formula adhibenda crii quae habetur in upland in· *ititualis Itomani: Hcucdirtio sacrorum rasorum rt aliorum ornamentorwm in venere.*

2 S. R. C. 31 Au^. 1867 ad 7. *Décret. auth.* 3162. De benedictione indunientorum ρυη·tifkàiliuni ‹·lγ. Gaspnrri. Z. c., IT, 736.

1 Codex n irulam hic statuit solummodo pro sacra supellectili quae necessaria benedictione indiget antequam adhibeatur, at eadem regula valet etiam pro sacra supellectili ex congruentia benedicenda, aut ex libertate. Quaenam hujusmodi sacra supellex sit, cfr. supra n. 1°.

5 Tales autem nulla restrictione ligantur, nec requiritur ut aliquam jurisdictionem habeant; Augustine, *l. c.,* VI. 282.

6 Idque potest parochus etiam pro ecclesiis exemptis; Blat, Z. c.. 17.5, peg. 210

7 C. 1304, d. 1-5.

8 S. R. C. 16 Mart. 1876; 2 Dee. 1881 ad 1, *Décret, auth.* n. 3392, 3533.

8 Vermeersch, Z. *c.*. II, 633 ex c. 1147, § 3; cfr. Many, *Praelectiones De Missa,* u. 131; Blat, /. c., 175, pag. 210; Santamaria, *I. c.,* IV, 152, invalidam habet benedictionem a presbytvru sine facultate datam, at ei contrarius est c. 1147,

10 Ita edum Vermeersch, *I. c.,* II, 633; contra Cappello. *Tractatus canonico-nioralis de Saeromeniis,* Iz, n. 114, 8. Cfr. etiam De Meester, Z. c., III, n. 1280.

Excluditur autem a potestate hoc canone concessa simplicibus presbyteris quaelibet consecratio oleis sacris facienda '.

Facultas nullo modo extendi potest pro religiosis ad ecclesias non proprias seu non sibi subiectas, etsi agatur de sacra supellectili pauperibus ecclesiis gratis distribuenda 3.

Quod de iure antiquo poterant solum regulares et religiosi exempti, nunc omnes» superiores possunt et quidem potestate ordinaria, dummodo sint sacerdotes.

Ecclesiae sibi subiectae sunt illae in quibus aut aliqualem jurisdictionem exercent aut in eorum dominio sunt. Tales sunt certo ecclesiae monialium regularibus subiectarum, non vero ecclesiae seu oratoria tertiariarum sororum, silvis specialibus privilegiis 3. Cappellanus monialium potestate benedicendi sacram .supellectilem non gaudet, nec arbitrari potest se tali potestate gaudere qua rector ecclesiae 4, nisi forte agatur de monialibus Ordinario loci subiectis.

886, — VITI. De amissione consecrationis aut benedictionis. - 1° Principium generale. - Sacra supellex benedicta aut consecrata benedictionem aut consecrationem amittit:

a) Si tales laesiones vel mutationes subierit ut pristinam amiserit formam, et iam ad suos usus non habeatur idonea 5.

Laesio gravis ad exsecrationem sufficiens esset, si ab alba manica separaretur 6.

Cum ornamenta vestium sacrarum aut ornamentorum altaris ad eorum essentiam non pertineant, si eadem ab illis separentur exsecratio non habetur 7.

Nihil refert utrum laesio aut mutatio fiat ex industria, aut ex necessitate, bona vel mala fide; nec requiritur, ut laesio seu mutatio ad aliquod tempus protrahatur, sed momentanea sufficit8.

Si in reparatione sacrae supellectilis nova pars non sit maior pars totius indumenti, exsecratio non habetur, etsi successive omnes fere partes mutentur 9.

Amissione inaurationis calix non exsecratur 10.

Si pes a cuppa calicis separetur, exsecratus haberi debet, nisi separatio sine fractione fiat, quia nempe ferro tornatili unitur n.

Laesio gravis exsecrans haberetur etiam in calice et patena si calix in cuppae ima parte perforetur aut patena in media parte ubi hostia est reponenda 12.

1 Augustine, *l. c.,* VI, 282; S. R. C. 13 Mart. 1632, *Decret, auth.* 587.

2 *S.* R. C. 5 Sept. 1867, ad 11, *Decret, auth.* 3157.

3 Augustine, *l. c.,* VI. 284.

4 Ita Augustine *ibidem.*

8 C. 1305, § 1, n. 1.

6 Barin, *l. c.*. I4, pag. 256; Bernard, Z. c., *La Messe,* pag. 413; Many, Z. *c.,* 133, 3; si tamen manica non sutura sed alio modo unita esset albae exsecratio non haberetur; cfr. Gasparri, *L e.,* II, 720.

7 Barin, Z. c., I, 256.

8 Barin, Z. c., I, 256; Bernard, Z. *c., Tm Messe,* I, 413; Many, Z. c., 133.

9 Bernard, Z. *c., La Messe.* I, 413.

10 Gasparri, Z. c., II, 752, in nota; debet tamen inaurari; c. 1305, 5 2.

11 Barin, Z. c., I4, 268-269: Gasparri, Z. *c.,* II, 752; Many, Z. *c.,* 115.

u Barin, Z. c., I, 269; Many, Z. c., 115.

») Si ad usus indecoros adbibita vel publicae venditioni exposita fuerit1.

Non sutBcit ut adhibita sit ad usum profanum, sed proprie usum *indieorum* requirit Codex *.

Usus indecorus bilberetur, si calix ab haereticis ad bibendum in mensa adhibitus fuisset J. nec dubium est haberi usum indecorum et proinde exsecrationem, quoties usus graviter peccaminosus est *.

Si calix reparatione indigeat et ad hoc operariis consignandus sit, non ideo est praevie exsecrandus 5.

Simplici usu ad haereticis facto non exsecratur calix, dummodo usus non sit indecorus ·.

Non quaelibet venditio sacram supellectilem exsecrat, sed solum publica, idest quae publica emptioni venditioni expositione fit. Facta autem publica expositione, exsecratio habetur, nec ullum determinatum tempus requiritur 7.

2° Specialia de inauratione calicis. - Calix et patena non amittunt consecrationem ob consumptionem vel renovationem auraturae, salva tamen, priori in casu, gravi obligatione rursum ea inaurandi8.

Hac paragraphe agitatissima antiqua quaestio authentice resoluta est, iuxta probabiliorem iam admissam opinionem 9.

887. — IX. De tactu sacrorum utensilium eorumque lotione. -1° De tactu. - Curandum ue calix cum patena et ante lotionem purificatoria, pallae et corporalia, quae adhibita fuere in sacrificio Missae, tangantur, nisi a clericis vel ab iis qui eorum custodiam habent10.1

Non quaelibet corporalia etc. clericis exclusive tangenda proponuntur, sed ea dumtaxat quae *adhibita* fuere in *sacrificio Missae*.

Clerici quilibet ea tangere possunt, in sacrario tamen non in ministerio altaris u.

Codex mulieres et sorores religiosas a tactu sacrae supellectilis etiam patenae, calicis etc. excludere non videtur, immo generali sua dictione *ab iis qui eorum custodiam habent,* eas implicite admittit *.

Prohibitio tangendi non extenditur ad ciborium, ostensorium etc. 2.

2° De lotione. - Purificatoria, pallae et corporalia in Missae sacrificio adbibita, ne tradantur lavanda laicis, etiam religiosis, nisi prius abluta fuerint a clerico in maioribus ordinibus constituto; aqua autem primae lotionis mittatur in sacrarium vel, si hoc desit, in ignem 3.

Si alicubi consuetudo vigeat immemorialis hanc primam lotionem faciendi per clericos tonsuratos simpliciter, eam retineri posse arbitramur4.

Sororibus religiosis licentiam primam lotionem faciendi Ordinarius loci concedere nequit6.

Aqua adhibita in prima lotione tantummodo est in sacrarium prolicienda; clericus facere solet tres lotiones °.

Sacrarium de quo in hoc canone est piscina seu locus in ecclesia vel in sacristia ad hoc destinatus ut res sacrae iam adhibitae aut inutiles in eum mittantur ut corrumpantur.

Laicus purificationem seu primam lotionem faciens venialiter peccat. Idenique valet de eo qui aquam primae lotionis in sacrarium non proieit'.

* C. 1305, 5 1, n. 2.

I Cfr. Many, l. 115, 5°.

3 S. C. S. Offlc. a. 1674 apud Gasparri, L *c.,* II, 752.

4 Cfr. Augustine, *l.* c., VI, 286; cfr. etiam c. 40 et 43 (Concit Avernens. a. 535), D. 1 *De Consecrat.*

5 S. R. C. 33 April. 1S33, *Decret, auth.* 2620.

ß DEcrsch, *l. c.*. II, 634.

7 Claeys Bouuaert-Simenon, *l. c.,* n. 870.

5 C. 1305, § 3.

9 Cfr. Many. *I. c.,* 115, 4; non obstante S. R. C. resp. 14 lunii 1845. *Decret, auth.* 2889; cfr. Gasparri, *l. c.,* II. 752 et Bernard. *I. c., La Messe,* I, 258.

10 C. 1306, § 1.

II S. R- C. 23 Nov. 1906 ad 1. *Decret, auth.* 4194; pro tactu autem in ministerio altaris cfr. S. R. O. ibidem ad 3, de obligatione induendi supenælliceo pro ministro etiam laico in Missa etiam privata; 11 Mart. 190b, *Decret, auth.* 4181, *De clerico* tonsurato ninistrante Qua Bubdlacono in Missa sollemni.

1 Cfr. Gasparri, *l. c.,* II, 757; Barin, Z. c., I4, p. 281; Vermeersch, *l.* c., II, 635; Blat, / e., 177, pag. 212-213; Bernard, *l. c., La Messe,* I, pag. 272-273, et 317. Cappello, *l. c., I2,* n. 804 excludit culpam etiam in tactu eorum qui curam et custodiam vasorum sacrorum non habent; Santamaria. Z. c., IV, 154; Claeys Bouuaert-Simenon, *Manuale2,* n. 871; Torrubiano Ripoil, *l. c.,* II, n. 1125; severius Augustine, Z. c., VI. 288, nota 51, qui tamen monet Inieos et feminas tantum a tactu immediato prohiberi, non vero a tactu mediante aliquo panno. Codex tamen hoc non requirit. Cfr. etiam cc. 25 (qui tamen historice authenticus non est, Augustine, *l. c.,* VI, 287) et 32, D. 23; et De Meestcr, Z. c,, III, n. 1281.

2 Augustine, Z. c., VI, 288.

3 C. 1306, § 2.

j Cfr. Gasparri, Z. c., II, 758.

' S. R. C. 12 Sept. 1857 ad 2G, *Decret, auth.* 3059.

0 Cfr. Bernard, Z. c., *La Messe,* I, p. 317-318.
Gasparri, *De SS. Eucharistia,* n. 758.

TITULUS XIX.

De voto et iureiurando

888. — Postquam titulis praecedentibus de obiecto, modo et sacris utensilibus cultus divini actum est, ultimo hoc titulo huius tertiae partis libri tertii agit Codex de specialibus duobus actibus humanis ad cultum divinum relationem habentibus, de *voto* nempe et de *itireiuraiulo*.

Plura de his duobus institutis vident theologi moralistae; nos ea praesertim videbimus quae ad ius canonicum pertinent.

IPUT I.

De voto.

889. — I. Praenotiones. - 1° Notio. - Votum est promissio deliberata et libera Deo facta de bono possibili et meliore L

Votum 2 igitur est:

a) Promissio, seu non merum desiderium 3 aut propositum, etsi externe manifestatum, sed vera voluntatis expressio sese obligandi et quidem ex motivo religionis ‘.

Votum potest esse mere internum, quo in casu non subiicitur foro externo Ecclesiae 5.

b) Promissio *deliberata;* deliberatio actum intellectus praesupponit, quia errantis nulla voluntas est ·. Cum promissio contractus sit vel actus humanus iuridicus, iis omnibus qualitatibus decorari debet quibus actus quilibet iuridicus1. Deliberationi autem opponitur, ita ut irritum «it votum curn ipsis emissum, ignorantia et error substantialis; error autem quilibet substantialis voeatur qui causa fuerit voti; ignorantia vero substantialis est quae substantiales voti proprietates aut materiam voti, causamve voti finalem respiciat 2.

Sufficit generatim ad votum ea deliberatio quae ad peccatum mortale requiritur3.

c) Promissio *libera;* libertas autem refertur ad voluntatem eique opponitur et votum irritat quaelibet extrinseca absoluta violentia 4 idque ex iure naturali; insuper ex iure positivo votum irritat ex diminutione libertatis metus quilibet gravis iniuste incussus qui revera voti emissi causa fuerit, non sola occasio6.

De iure vigente videtur quilibet metus gravis 6 vota irritare licet non sit incussus ad extorquendum consensum; Codex enim id non requirit. Quia tamen dicitur in Codice votum esse nullum *emissum metu gravi et iniusto* requiritur ut metus revera causa fuerit voti emissi non solum eius occasio. Tunc autem dicitur metus esse causa voti. cum vovens talibus in circumstantiis versatur quibus cogitur eligere inter metum seu inter malum metu minatum et votum 7. Immo etiam metus levis iniuste incussus, si revera fuerit voti causa, votum irritare videtur; talis autem metus voti causa fuisse non praesumitur 8.

d) Promissio *Deo* facta; est enim votum actus cultus *latriae* qui solum Deum decet. Si quis Sanctis aut B. M. Virgini aliquid voveat, non ideo statim affirmari potest illam promissionem non esse votum quia non Deo factam; raeratim enim praesumendum est promissionem Deo fieri in honorem SS. aut B. M. Virginis eodem fere modo quo ecclesiae Sanctis dicatae principaliter tamen dicatae censentur Deo 9; si tamen revera probari posset promittentem nou Deo sed Sanctis exclusive promissionem fecisse, votum proprie dictum non haberemus; sed promissionem voto similem ex motivo item religionis servandanil0.

e) Promissio de bono possibili; rem enim impossibilem Deo promittens Deuiu irridere videretur. Impossibile autem aliquid esse potest sive physice sive

---

1 C. 103.

3 Cfr. Wernz, Z. c.. III, 575; D'Annibale, *l. c.,* III, 191 et II, 303; Vermeerecb, *l. c.,* H. 219; *Epitome,* 11, 637; Augustine, Z. c., VI, 289-290; Noldin, *De praeceptisl6,* n. 209; cfr. rtiam vol. I, n. 118 sqs.; et plura apud Suarez, *De cirlutc ct statu religionis,* tract. VI. lib. I, cap. 6-13; Santamaria, Z. *c.,* IV, 155.

"Cfr. Suarez, *l. c.,* lib. I, cap. VI1-V111 cl praesertim hue ultimo capite u. 9 ubi explicatur quo sensu hoc axioma intellegendum sit ; nempe eandem deliberationem quae requiritur ad jæccandum graviter requiri ml validum votum; in peccato sufficit actum ponere advertendo ad coniunetani malitiam, in voto vero oportet non solum actum ponere ct verba. voti proferre, sed proprie illa proferre sub ratione promissionis seu cumintentione seob]Irandi; cfr. etiam Torrubiano Ripoll, Z. c., II, n. 1122.

‘ C. 103, § 1.

° C. 1307, § 3; ante Codicem lex clara irritans talia votadesiderabatur;Wernz, Z. c., HI. 576; Snarez, Z. c., lib. 1, cap. 7-8.

’ De notione ct divisione metus cfr. vol. I, n. 150.

' Noldin, Z. c., n. 21(1; Vermeersch, *Epitome,* II, 637.

" Noldin, Z. c., 210; Vermeersch, *Theologiae moralis* etc·., II, 209.
D'Annibalo, Z. c.. III, 192, nota 1; Augustine, Z. c., VI, 290-291.
Vermeersch, *Epitome,* II, 637; cfr. etiam Suarez. Z. c., lib. I, cap. 16; Santamaria, Z. c., IV. 155.

1 O. 1307. § 1.

2 Etymologice a *vovere* desiderium aut propositum significat.

3 Si quis, ut fit passim votum expresserit his vel similibus formis -Propono vel promitto etc. › et dubitet utrum verum votum emiserit necne, interrogandus erit utrum intenderit se obligari; si dubia sit voventis hoc modo responsio, obligatio certa Imponi non potest. Cfr. Noldin, *De praeceptisl6,* n. 205; Vermeersch, *Theologiae moralis principia, responsa, consilia.* II, n. 209; D'Anuibale, *Summula,* III, 194. nota 13; cfr. etiam Suarez. *De virtute et statu religionis,* tract. VI, lib. I, cap. 2.

4 D'Anuibale. *Summula,* III, 197, admittit praeterea ex voto quolibet oriri etiam obligationem *iustitiae,* quia in quolibet voto contractus continetur. Quaestio ista ab alia quaestione praeiudiciall pendere videtur: utrum obligatio iftstltlae ex promissione proprie dicta oriatur, iu culus quaestionis solutione auctores non in omnibus conveniunt, cfr. D'Annibale / *c.,* II, 410.

5 Cfr. W<-ruz, *Ius Decretalium,* III, 577.

8 Cfr. D'Annibale, *l. c.,* II, 303; Lessium, *De iustitia et iure,* lib. 2. cap. 40, n. 2-4.

moraliter. Impossibile, nioraliter est quod iu ordinariis adiunctis facere homo non potest. Ita irritum quia de re impossibili habent auctores votum vitandi omnia peccata etiam venialia, itemque, nisi specialis Spiritus Sancti instinctui habeatur, votum perfectiora quaeque faciendi x.

fj Promissio de *bono meliori.* Dicitur autem *bonum melius* illud quod maioris valons est seu melius est alio bono, cuius assecutio impeditur adimpletione voti; e. g. votum nubendi non est de bono meliori, in sua generalitate, quia per ipsum impeditur maius aliquod bonum, scilicet observantia castitatis virginalis aut. vidualis; e contra de bono meliori est votum recitandi aliquas preces quotidie quia oratio de se bona est et per ipsam non impeditur aliud maius bonum.

Monent tamen auctores *bonum melius* existimandum esse non solum ex rei obiectiva consideratione, sed una cum circumstantiis loci, temporis aut personae voventis. Sic licet in se votum nubendi non valeat generatim quia non est de bono meliori, valet tamen pro viro aut muliere quae extra matrimonium uritur, melius est enim nubere quam uri, itemque in eo qui vovet quam defloravit, ducere 1.

Hoc ut certum affirmari potest *bonum melius* quodlibet peccatum etiam veniale excludere debere 3 idemque affirmant generatim de rebus inutilibus, de rebus incertis et nullo modo determinatis 4.

Non requiritur tamen generatim ut votura sit de aliquo opere supererogationis, sed etiam de opere aliunde praecepto esse potest, e. g., votum castitatis, ex eo enim quod aliquis actus iam aliunde obligatorius voto promittatur. accedente nova obligatione ex motivo religionis, melior efficitur et maioris meriti apud Deum 56

Quod sit votum de bono meliori intellegendum est non solum de opere in seipso considerato, sed etiam de causa finali voti, quae si non sit saltem bona seu honesta, votum invalidum erit; ita invalidum erit votum ad felicem exitum furti, ad vanam gloriam obtinendam etc. °.

890. — 2° Divisio votorum. - *a)* Votum est *publicum,* si nomine Ecclesiae a legitimo Superiore ecclesiastico acceptetur; secus *privatum* 7.

Votum publicum, ut patet, non opponitur voto occulto, sed voto privato; potest proinde votum etiam publicum in occulto fieri 8.

a) Requiritur autem ad votum publicum hoc sensu habendum *acceptatio momine Ecclesiae* quod tunc fit cum Ecclesia sua lege vel decreto per determinatam a iure personam votum ab aliqua persona emissum agnoscit in

1 Cfr. D'Annibale, *l. c.,* III, 193, nota 5; Noldln, *l. c.,* 211; Augustine, *l. c.,* cfr. tamen Vermeersch, *Theologiae moralis* etc., II, 209, 6; Santamaria, *l. c.,* IV, 161.
3 Cfr. D'Annibale, *l. c.,* III, 192, nota 3.
3 Augustine. *l. c.,* VI, 290.
4 Cir. D'Annibale, *l. c.,* IIT. 192, nota 5; Wernz, */.* c., III, 578, n.
5 Wernz, *l. c.,* III, 578. III; D'Annibale, *l. c.,* III. 192, nota 3.
6 Cfr. S. Alphonsam, *Theologia mor.,* III, 206; D'Annibalc, *l. c.,* III 193-Suarcz, */. c* lib. I, cap. 5.
7 C. 1308, J 1. Moersdorf, *Die Ilechtssprache des Codex iuris Canonici* p 217.
8 Wernz, *l. c.,* III, 572, nota 10.

suo foro externo atque voventem voto obstrictum considerat. Ecclesia sua lege generali vota publica habet vota legitime in religione qua tali approbata, amiss i. Dico autem in *religione (pia lali approbata,* fieri enim potest, ut societas aliqua approbetur non qua religio, sed qua societas personarum in communi viventium ad instar religiosorum, et tunc licet forte in tali societate singulae personae vota tria religiosa emittant in manu confessarii, aut etiam coram communitate, vota illa publica non sunt, ex defectu acceptationis ex parte Ecclesiae *.

β) Requiritur ut acceptetur a *Superiore* - Superior autem is dicitur cui aliqua potestas *in joro externo* agnoscitur a iure 2, agitur enim de re quae ad forum externum pertinet.

Non requiritur tamen ut Superior acceptans nomine Ecclesiae potestate iurisdictionali gaudeat. Ita vota emissa in manu superiorissae a religiosa sunt publica.

γ) Requiritur ut acceptatio fiat a Superiore *legitimo - legitimus* autem erit Superior cui ius et munus acceptandi a iure sive communi sive speciali competit.

Et quia quod quis facere potest per se etiam per alium facere generatim potest, nomine Superioris legitimi venit non solum ipse Superior ordinaria potestate gaudens, sed etiam eius delegatus.

Vota emissa coram ministro haeretico protestante possunt esse vota privata et qua talia obligare voventem, non autem qua vota publica 3.

δ) Requiritur denique ut a Superiore *ecclesiastico* acceptetur - potestas enim ad vota fidelium acceptanda est exclusive potestas ecclesiastica; agitur quippe de re spirituali 4.

Si igitur aliqua ex his qualitatibus voto defuerit, votum publicum non habetur, sed votum erit privatum.

Votum publicum est *sollemne* si ab Ecclesia uti tale fuerit agnitum; secus *simplex* s.

Qua ratione differat votum simplex a solemni et in quo consistat voti sollemnitas vidimus in iure *De religiosis* °.

b) Votum est *reservatum,* cuius dispensationem sola Apostolica Sedes concedere potest7.

1 *Ctr.* Societatem *Presbyterorum Missionis* qui quatuor vota habent, et religionem non constituunt quia vota *non acceptantur nomine Ecclesiae;* Vermeersch, *Epitome,* I, 770, U, 639.
2 Augustine, *l.* c., VI, 293.
3 S. Poenitent. Ap. 29 Nov. 1812, *Collectanea,* S. C. la-opag. Fid., n. 959.
4 Cfr. Cavagnis, *Institutiones iuris publici ecclesiastici4,* vol. III, ŋ. 322 sq.
5 C. 1308, § 2.
' Cfr. vol. I, n. 590, Santamaria, *l. c.,* IV, 157, docet haberi vota publica etiam extra rata in aliqua religione emissa, si flant nempe in manu Ordinarii acceptantis; quod nostris diebus difficulter eveniet, si excipiatur votum castitatis clericorum maiorum; cfr. Torrubiano Ripoll, *l.* c., II, n. 1127.
7 C. 1308, § 3.

c) *Personale* dicitur *totum,* quo actio voventis promittitur; *reale* quo promittitur res aliqua; *mixtum* quod personalis et realia natura participat »; personale est votum ieiunandi, reale votum determinatam pecuniae summam ad templi constructionem conferre, mixtum votum pauperibus propriam operam et simul determinatam pecuniae summam praestandi.

891. — II. De voti subiecto. - Nisi iure prohibeantur, omnes congruenti rationis usu pollentes, sunt voti capaces [2].

Congruens rationis usus requirit in eo qui votum emittit saltem Dei cognitionem et rei seu actionis quae voto promittitur, seu, requirit eam saltem deliberationem quae ad peccatum mortale necessaria est [3].

Sunt igitur voti incapaces infantes, amentes, furiosi etc.; nec tales votis eorum qui eos repraesentant, ligantur, e. g. parentum, tutorum, curatorum; votum enim qua tale est promissio rei aut actionis propriae non alienae[4].

Ius votum prohibens potest esse naturale, at nullum dubium quin et positive ab Ecclesia ius prohibens et etiam irritans statui possit [5].

Iure natnrali quaelibet persona prohibetur votum emittere contra proprii status obligationes, e. g. uxor, vivente viro, non potest, sine consensu viri, votum castitatis perfectae emittere, religiosus independenter a Superiore peregrinationem aut eleemosynam vovere [6].

Iure ecclesiastico ante determinatam aetatem prohibentur vota publica religiosa itemque vota reservata qua talia.

Xon requiritur ad valorem voti in vovente verae fidei professio; sufficit ut vovens veram vovendi intentionem [7] habeat.

Iis qui sub aliorum sunt potestate, vovere fas est solum sub conditione: si is a quo pendeo non contradixerit [8].

892. — III. De voti obligatione. - 1° De ipsa voti obligatione. - Votum quodlibet per se obligat ex motivo virtutis religionis

Obligatio autem gravis vel levis esse potest iuxta voventis intentionem qui tamen obligationem gravem adnectere nequit materiae levi, potest vero obligationem levem adnectere materiae gravi. Si vovens nihil determinaverit·, voluntas eius praesumitur sese obligandi graviter iu materia gravi, leviter in materia levi. Materia autem gravis vel levis computatur analogice

1 C. 1308, § 4.
2 C. 1307, 5 2.
3 Cfr. Wernz, Z. c., III, 573; Augustine, *l. c.,* VI, 291.
1 5^r'.c' 1310, § 1; Wernz, *l. c.,* III, 573; Noldin, *De praeceptis^,* 210; filii non tenentur ingredi religionem ex voto parentum, parentes vero tenentur, salva filiorum libertate, curare ut filii religionem ingrediuntur.
[B] Cfr. Wernz, *L* c., III, 573.
[6] Augustine, *L* c., VI, 291-292.
[7] S. Poenit. Ap. 29 Nov. 1842, *Collectanea* S. C. Prop. Fi<L, n. 959.
[8] D'Annibalc, *L c.*. III, 195; Suarez, *l. č.* Jib. III, cap. V-VII.
[9] C. 1307. J 1; cfr. supra de opinione D'Anniftate admittentis'obligationem ex lustltia.

ad alias leges ecclesiasticas de iisdem obiectis; item praecipue ex intentione voventis pendet utrum materiae leves diversorum actuum coalescant ad grave[4].

Generatim dici potest materiae leves coalescere in votis realibus, non vero in personalibus [a].

Votum suo tempore implendum est, quam ob rem si certum tempus ad obligationem implendam vovens apposuerit, determinationi a se factae stare debebit; si nulla facta sit in voto emittendo temporis determinatio, exsecutio voti facienda erit tempore congruo arbitrio prudentis viri determinando [3].

Si votum factum sit in favorem tertiae personae physicae aut moralis iliique personae vovens intenderit se principaliter obligari iliaque votum acceptaverit, vovens non solum Deo sed et tertiae personae obligatur '.

Nemo voto personali per alium satisfacere potest [5]. Si dubium sit utrum personale sit votum an reale, personale praesumitur, e. g. si voveris applicare Missam pro infirmo [6].

In voto conditional!, a conditione scilicet de futuro pendente, quandiu conditio in pendenti est, vovens voluntatem, mutare nequit, nec rem voto promissam deteriorem facere; conditione impleta tota et in forma specifica, votum fit *purum* seu absolutum et obligat ut vota pura; conditione deficiente, vovens liber prorsus fit, etsi ipse causa fuerit ne conditio poneretur, dummodo absque dolo aut malitia egerit; attamen etiam in hoc casu a voto liberatur licet peccaverit fraudem adhibendo [7].

2° De iis qui votum adimplere tenentur. - Votum non obligat ratione sui, nisi emittentem. Voti tamen realis obligatio transit ad heredes, itemque obligatio voti mixti pro parte qua reale est [8]. Communis doctrina iam ante Codicem admittebat obligationem voti realis transire ad heredes; transit autem non vi voti quod cum ratione sui sit promissio personalis solum promittentem obligare potest, sed ratione contractus quo heres hereditatem acceptat eum suis iuribus et oneribus; quo etiam intellegi potest qua ratione heres ex iustitia teneatur praestare

1 Noldin, *De praecepiis16,* 211-215; D'Annibule, *l. c.,* III, 197; Vermeersch, *Theologiae mralis etc.,* II, 215; Suarez, *l.* c., lib. IV, cap. III-IV.
* Santamaria, *l. c.,* IV, 161-162.
3 Cfr. Wernz, III, 579; D'Annibale, *I. c.,* III, 198; Noldin, Z. *c.,* 221; mitius Santamaria, *l.* e.. IV, 162, ex doctrina Tamburini.
4 D'Annibale, Z. *c.,* III, 197; Vermeersch, *Theologiae moralis..., II,* 216.
* D'Annibalc, Z. c.. III, 198, nota 11.
6 D'Annibale, Z. *c.*. III, 198, nota 12.
7 Cfr. 8. Alphonsum, Z. c., III, 218 sq.; D'Annibalc, Z. *c„* III, 199.
8 C. 1310, § 1-2.

id quod vovens praestare tantummodo debebat ex motivo virtutis religionis 1.

Non transit tamen obligatio ad heredem ultra vires hereditatis 2.

Si quantitas rei praestandae ex voto reali non sit determinata, determinatio facienda est arbitrio boni viri, non tamen minima 3.

Obligationi voti realis quis potest et per alium satisfacere, imm.· ei satisfit sola ratihabitione rei ab alio pro nobis praestitae 4.

Etiam ex voto personali quandoque potest in herede obligatio ex iustitia oriri aliquid praestandi nomine testatoris, si, e. g., testator conditionem aliquam summam in poenam a se neglecti voti alicui sanctuario solvendam testamento a se facto apponat5.*

Principium a Codice statutum quod votum non obligat, ratione sui, nisi voventem, valet tum de voto personali, tum de voto reali. Et tamen scimus obligationem voti tum personalis 89 tum realis de facto transmitti ad alias personas praeter voventes. Obligationem realis voti explicavimus ex contractu heredem inter et testatorem saltem implicito; transmissio autem voti personalis explicari posse videtur solummodo ex praecepto Superioris illam actionem seu observantiam sua lege praecipientis quam ipse vel communitas prima vice ex voto servarunt. Hoc modo explicamus vota de diebus festis, de peregrinationibus, de ieiunio. Et revera ad hoc ut horum votorum obligatio transeat ad alias personas requiritur ut illa persona quae huiusmodi vota in legem convertit potestate in materia voti habeat, alioquin votum nec hac ratione transmitti poterit

Quia tamen lex non solum scripto ferri potest·, sed etiam moribus, poterit obligatio transmitti, non expresso praecepto sed ex *consuetudine*8.

Quid autem si persona collegialis ieiunium voveat; tenenturne omnes personae physicae illam componentes ieiunare? Quia votum, ratione sui, obligat solum emittentem, non tenentur nisi personae physicae de facto voventes 7.

1 Doctrina communis est heredes teneri ad vota realia implenda ex iustitia; cfr. Wernz, *l. c.,* 579 et 573; Noldin, *l. c.,* 220: etc. alios post Suarezium. De obligatione ex iustitia in herede non levia, nec spernenda dubia movet cl. Vermeersch. *Epitome,* II, 641: *Theologia moralis...,* II, 218. Tota difficultas evanescit si admittatur opinio D'Annibale admittenti» obligationem iustitiae etiam in ipso vovente; ctr. D'Annibale, *l. c.,* III, 197; Augustine, *l.c., VI.* 296.

2 Cfr. D'Annibale, Z. c., III, 201, nota 7.

3 D'Annibale, Z. c., III, 198, nota 13.

4 D'Annibale, Z. c., III, 198, nota 14.

5 Ctr. Wernz, Z. c., III, 578; D'Annibale, Z. <?., III, 201, nota G.

8 Ctr. o. 1253.

7 Cfr. S. R. C. 18 April. 1643; 19 Nov. 1650; 23 lunii 1703, *Decret, auth.* 834, 932 et 2113. Obligatio proinde heredum in voto reali erit obligatio iustitiae; obligatio communitatis in votis personalibus erit obligatio obcdientlae; Santamaria, Z. *c.,* IV, 162.

8 Noldin. Z. c., 216.

9 Ita Haring, *Grundzdge 4es katholischen Kirchenrechts3,* 1921. pag. 604, nota 5; cfr. tamen Vermeersch, *Theologiae moralis....* II. 220: 'Gubernatores qui communitatem repraesentant, sicut alia praestare sic vovere pro communitate possunt. Post votum factum obligatio religioni» transit ad successores eorum qui voverunt, quia per cos agit persona moralis, quae eadem permanet »; cfr. item D'Annibale. Z. *c.,* III, 212.

Attamen hoc videtur affirmandum personam moralem non posse vovere nisi de actloae

Contra votum agens valide agit, promissio autem contra votum invalida est '.

893. — IV. De cessatione voti. - Votum cessare potest cessatione *ab intrinseco, ex* ipsa eius natura proveniente, sine interventu cuiusvis auctoritatis aut *ab cxtrinseco,* auctoritatis socialis interventu.

1° Cessatio voti ab intrinseco. - Cessat votum ab intrinseco:

a) Lapsu temporis ad finiendam obligationem voti appositi 2.

Tempus apponere voto potest ipse vovens in voti emissione; cessat autem obligatio si tempus expresse aut aequivalenter appositum sit ad obligationem finiendam, id quod generatim accidit de votis personalibus quorum obligatio alicui diei affixa est, e. g. votum ieiunandi singulis feriis sextis per annum 3.

Generatim vero tempus praesumitur appositum non ad finiendam sed ad urgendam obligationem, ideo si suo tempore votum non servaveris, postea implere debebis sive reale sive personale sit votum 4.

δ) *Mutatione substantiali* materiae promissae 5.

Mutatio substantialis habetur quando actio aut res voto promissa licite amplius praestari nequeunt aut facta sunt maioris boni impeditiva e, idemque dicito si res vel actio impossibilis tibi evaserit aut ad tales circumstantias pervenerit unde initium votum non habuisset; idest si tu tales circumstantias praevidens votum non emisisses, votum cessat 7, e. g. si cum esses dives promiseris eleemosynam pro bona causa facere, et tunc pauper factus sis; si voveris eleemosynam dare Caio pauperi qui nunc dives factus est etc.

Si votum fuerit alternativum et alterutra res vel actio impossibilis vel inhonesta evaserit, votum cessare pariter docent probabiliter 8.

Si mutatio voluntarie facta est, peccatum est quidem contra votum, at votum cessavit, ° si tamen res non periit sed vendita est generatim pretium pro re vendita, quae ex voto promissa fuerat, dandum erit10.

Si mutatio temporanea est et persona vel res postea ad pristinum statum revertatur, etiam voti obligatio reviviscitu.

autre quae sint ipsius personae moralis qua talis, et time utique ipsa moralis persona ad votum implendum tenebitur; personae vero physicae personam moralem constituentes per se non tenentur vi voti sed solum sicut in aliis actibus personae moralis, nisi forte ipsae consenserint expresse in votum a persona morali emissum.

1 Cfr. D'Annibale, Z. c., III, 300, nota 28; Wernz, Z. c., III, 580, nota 62.

2 C. 1311.

3 Cfr. D'Annibale, Z. c., III, 198, nota 20.

4 D'Annibale, Z. c., III, 198, nota 19.

5 C. 1311.

6 D'Annibale, Z. c., III, 201, nota 2; Noldin, Z. c., 233; exempla: si Titius religionem ingredi vovit et postea, matrimonio promisso, Luciliam defloravit; si promiseris eo die communionem facere et ante communionem ieiunium fregeris; si promiseris peregrinationem facere mense lanuarlo et eo mense opera tua uti possis in cura infirmorum infectorum.

7 Noldin, Z. c., 223; Wernz, Z. c., III, 582; Augustine, Z. e., VI, 398.

8 D'Annibale, Z. c., III, 201, nota 2; Vermeersch, *Theologiae moralis...,* II, 233 in nota.

0 Noldin, Z. c., 223.

10 Vermeersch, *Theologiae moralis...,* II, 223.

11 D'Annibale, Z, *c.r* III, 201, notu 1.

Si rei mutatione votum solummodo partialiter impossibile evaserit, ea parte qua adhuc possibile est adimpleri debet L

c) Deficiente conditione a qua votum pendet s.

Agitur hic de voto conditional! cuius scilicet obligatio a futuro contingenti eventu pendet. Eventu seu conditione non veritienta votum non exstat: e. g. si peregrinationem aut religionem voveris dummodo pater aut fllius convalescant. patre aut filio non convalescente non teneris 3.

Conditio autem debet esse de futuro eventu contingente; unde si errore voveas peregrinationem ad impetrandam filii tui sanitatem (pii iam tempore voti sanus est, non teneris nisi forte ad gratias referendas 4.

Pendente autem conditione, nihil facere potes ad rem voto promissam deteriorem reddendam, nec item potes votum revocare, nisi forte agatur de voto poenali5.

Si conditio, impedimento a vovente apposito, impossibilis adimpletionis evasit, votum non cessat ·.

d) Deficiente causa finali voti 7.

Causa finalis illa dicitur quam principaliter intendit vovens et quae velut causa efficiens voti fuit, seu est intentio seu ratio primaria quae voventem ad votum movit8.

Causa finalis quandoque coincidit cum conditione, e. g. si voveris peregrinationem ad sanitatem filii recuperandam, qui numquairi aeger fuit; si voveris eleemosynam quotidianam dare Caio, qui postea te ditior factus est'.

Si causa temporanee cesset, votum potius suspenditur quam cessatI0.

894. — 2° Cessatio voti ab extrinseco. - Cessat votum ab *extrinseco* interveniente potestate externa personae voventis; haec autem externa potestas dominativa esse potest aut iurisdictionalis. Potestate dominativa votum irritari dicitur directe, eaque exercetur etiam in invitos et valide saltem etiam sine iusta causa. Potestas irritandi di-

Vermeerech, *Thtologiao moralis...,* II, 223.
C. 1311.
3 Augustine. *I. c.,* VI, 298.
D'Annibale, *l. c.,* III, 199, nota 2-1.
s D'Annibale, *l. c.,* III, 199, noto 23; vovens religionem si luserit aleis et uxorem ducens antequam aleis ludat non peccat neo voto tenetur, matrimonio contracto.
6 D'Annibale, *l.* c., III, 199, nota 25.
7 C. 1311.
8 Augustine, *l.* c.t VI, 299.
0 Notat tamen Noldin in hoc casu quandoque causam eleemosynae esse non paupertatem Titii aut Caii sed honorem et cultum Dei in voti emissione, et tunc paupertas Caii cum non sit causa tinalis. Caio divito facto, votum non cessat; terminologla tamen in hac re non est consentiens in variis auctoribus; cfr. Noldin, *l. c.*9 223, 3; D'Annibale, *L c.,* III, 201, nota 3; Augustine, *L c.,* VI, 299.
10 D'Annibale, L c., III, 201, noto 4.

recte iure naturali nititur, regitur autem ct melius determinatur iure positivo ecclesiastico *.

Potestate autem iurisdictionali vota indirecte irritari 2, dispensari aut commutari possunt; requiritur autem ad usum potestatis iurisdictionalis dispensandi iusta causa, nec exerceri generatim potest in invitos 3.

Qui potestate irritandi aut dispensandi gaudent, nequeunt se ea privare; si tamen promittant voventibus sine eorum consensu, se numquarn vota eorundem irritaturos aut dispensaturos, venialiter contra datam fidem peccabunt, si ea postea utantur 4.

895. — a) De irritatione directa. - Qui potestatem dominativam in voluntatem voventis legitime exercet, potest eius vota valide et, ex insta causa 5, etiam licite irrita· reddere, ita ut nullo in casu obligatio postea reviviscat 6.

Agitur hac paragraphe de *irritatione* voti *directa* quae definiri potest actus quo is a quo voluntas voventis dependet, voti obligationem omnino aufert et exstinguit7.

Codex non determinat quinam sint qui potestatem dominativam in voventis voluntatem legitime exerceant: auctores autem hos enumerant: Romanum Pontificem, et Superiores omnes religiosos nec non Superiorissas, relate ad omnia vota emissa in religione post professionem religiosorum restrictive tamen ad proprios subditos 8 et exceptis votis in professione ipsa emissis necnon voto strictiorem religionem ingrediendi9; nec extenditur haec potestas ad novitios aut famulos etc. in domo diu noctuque degentes nec item ad Superiores societatum in communi degentium sine votis, nisi in eorum constitutionibus expresse Superioribus *plena* potestas dominativa tribuatur 10; bene vero extendi potest, uti videtur, ad religiosos etiam votorum temporaneorum.

Parentes in eorumque defectu tutores aut curatores relate ad vota fi-

* D'Annibale, *l. c.,* III, 203-204; Wernz, *l. c., III,* 583.
: Non necessario tamen irritatio indirecta actus est iurisdictionalis. sed etiam vi potestatis dnuduatlvac exerceri potest ut mox videbimus: cfr. Wernz, *l. c.*. III, 583; D'Annibale, 7. c.. III. 302-20'3; Augustine, VI, 300-302.
3 D'Annibale, 7. c., III, 202.
4 D'Annibale, Z. c., IIi, 203.
s Detectus iustae causae in hoc casu venialem culpam non excedit; D'Annibale, Z. c., III, 202 ct 204, nota G.
8 C. 1312, § 1.
7 Cfr. utiliter Damen, in *Apollinaris,* I, (1928), pag. 470-476, studium *De irritatione et fjspaisione votorum spectato iure naturali atque iure ecclesiastico antiqno et noro.*
Cfr. c. 499, § 1; Augustine, Z. c., VI, 300; auctores ante Codicem, cfr. Wernz, Z. *c.,* Ili, 583; D'Annibale, Z. c., 206 loquuntur generatim de Superioribus regularium, at nullum •liibiiun quin hoc valeat ct do Superioribus Congregationum; omnes enim eadem dominativa potfstate aequiparantur; Augustine, Z. *c.,* VI, 300; Vermeersch, *Epitome,* II, 643.
9 Vcrmeersch, *Epitome,* II, 643; Wernz, Z. *c.,* III, 583, notu 71; Noldin, Z. c., 225; Damen, l· *c., II, 1929,* pag. 53-61-
10 Cfr. Augustine, Z. *c.,* VI, 300-301.

lioruin aut pupillorum ante pubertatem tuniaea L Extenditur autem poteetaz ad omnia vota etiam in favorem tertii emissa itcmque ad vota de rebus poet pubertatem praestandis :*

Attamen hacc potestas parentum non est illimitata sed restringitur ad eas solas materias in quibus filii parentibus subduntur 3.

Quamobrem non possunt parentes irritare vota lilii in religionem ingredi, et a fortiori vota ipsa publica religiosa quia in bis rebus filii parentibus non subiiciuntur ♦.

Nomine parentum veniunt pater, et mater etiam praesente patre non tamen contradicente5, cui addunt aliqui6 avum paternum.

Auctores non conveniunt utrum maritus irritare possit directe vota uxoris vi potestatis maritalis; argumenta pro agnoscenda viro tanta potestate valde debiha esse videntur 7, probabiliter tamen agnosci potest haec potestas marito ex auctoritate doctorum et tacita approbatione Ecclesiae 8.

Extenditur autem haec potestas irritandi directe ad ea sola vota quae vovens emisit sub potestate irritantis constitutus aut saltem constitutus sub potestate eius cui initans nunc successit, e. g. tutor loco patris et matris haec autem irritari possunt etiam postquam potestas cessavit, dummodo renovata non fuerint, e. g. vota impuberum post pubertatem adeptam1·.

Potestas irritandi vota directe iure naturali fundatur, determinatur autem melius iure positivo 11 ; possunt autem vota eorum qui sub aliorum sunt potestate considerari ut vota conditionalia quibus semper tacite inest haec conditio resolutiva: *si is a quo pendeo non contradixerit 12.*

896. — *b)* De irritatione indirecta. - a) Qui potestatem non quidem in voluntatem voventis, sed in voti materiam habet, potest voti obligationem tandiu suspendere, quandiu voti adimplementum sibi praeiudicium afferat13.

1 Auctores ante Codicem, Wernz, Z. c., III, 583, III; D'Annibale, Z. c., III, 206, dubitanter tamen; itcmque post Codicem, Noldin, 1Λ praecepfû?16, Z. c., n. 226; Augustine, Z. c., VI, 301, potestatem directae irritationis extendunt solum ad pubertatem. Vermeersch, *Epitome,* II. 613, *Theologiae* etc., II, 225; Santamaria, Z. c., IV, 1G3, cum Arregui et aliis extendunt ad omnia vota ante maloritatem emissa. Cfr. etiam Dauuu, Z. c., II. 1929, pag. 309 ubi etiam de varia D'Annibale doctrina.

2 Noldin, Z. c., 226.

3 Cfr. Rviffenstuel, *Theologia moralis,* tract. VI, dist. 3, n. 35-41; SaImanticcnôes, Currie *theologiae moralis,* tract. XVII, c. III. n. 32.

4 Salmanticenses, Z. c., XVII, III, n. 46 et sqs.

fi Salmanticenscs, Z. c.. XVII, c. III, 50-54; Ballerinl-Palmieri, *Opus theologicum* wn-*rtüe,* II, p. 478-479; Santamaria. Z. c., IV, 163; D'Annibale, Z. c., III, 206; aliter Vermeersch, *Epitome,* II, 643; Noldin, Z. c., 622.

° Noldin. Z. c., 622 in defectu tutoris; Augustine, Z. c., VI, 301; Arregui, *Summarium theologiae moralis,* ru 213, 1, a.

7 Cfr. Noldin. 227.

8 Vermeersch, *Epitome,* II. 643; D'Annibale, Z. c., III, 205; Augustine, Z. c., VI, 301.

8 Cfr. D'Annibale, Z. c. III, 205-206.

Noldin, Z. c., 226; Weruz» Z. c.. Ill, 583, IU; D'Annibale, Z. c., III, 206, nota 27.

Augustina, Z. c.. VI, 300: Vermeersch. *Epitome,* 643; Noldin, Z. c., 225, 226; Wernz, Z. c.. III, 583: D'Annibale, Z. e.. III, 202.

ι· Cfr. D'Annibale, Z. c., III, 204. Cfr. etiam Damen, Z. c II. 53 sqs.

13 C. 1312, § 2.

Agitur hic <lθ *irritatione indirecta* quae ita describi potest: suspensio voti facta ab eo (pii in materiam voti potestatem dominativam aut iurisdictionalem habet *.

β) Differt haec irritatio a directa quia etiam vi potestatis iurisdictionalis fieri potest, quia per hanc voti obligatio solummodo suspenditur, non cessat; quia in irritatione directa insta causa nunquam requiritur ad valorem irritationis bene vero in indirecta 2.

Differt irritatio indirecta a dispensatione quod irritatio non necessario requirit potestatem iuiisdietionis in irritante, quod fiat nomine irritantis, quod concedi possit etiam invito; dum dispensatio voti requirit potestatem iuiisdietionis, fit nomine Dei potestate vicaria, dari nequit invitis 3.

γ) Nititur potestas irritandi vota indirecte in principio quod nemo potest Deo promittere rem aut actionem propriam in damnum alterius4.

‹5) Vota indirecte irritare possunt vi potestatis dominativae seu domesticae: Vir relate ad uxorem et uxor relate ad virum in omnibus votis quae vitam coniugalem aut familiarem spectant, quod extendunt etiam ad reciproca vota castitatis servandae in coniugio 5.

Parentes et tutores vota filiorum puberum maiorum 6.

Superiores religiosi omnes et, ut videtur, etiam Superiores societatum in communi viventium sine votis relate ad vota subditorum sub eorum obedientia degentium non exclusis novitiis, et, ut videtur, famulis intra domum diu noc,tuque degentium, itemque superiores seu rectores collegiorum relate ad suos subditos alumnos 7.

Auctores inter eos qui indirecte irritare possunt vota, enumerant etiam heros relate ad servos seu famulos; at 8 id heris et servis in moderna societate difficile applicari posse videtur, nisi forte aliquo in casu servi heris suis speciali contractu ligentur.

' Noldin, *l. c., 225;* Damen, *l. c.,* I, 472 sqs.

2 Cfr. Wernz, *l. c.,* III, 583, IV. Auctores generatim non distinguentes inter directam et indirectam irritationem docent iustam causam non requiri ad valorem: D'Annibale, *I. c.t* III, 2)2 et 204; Ferraris, *Bibliotheca* v. *Votum,* III, 52; Piat, *Praelectiones iuris regularis2,* II, pag. 330-331; iinmo aliqui expresse docent non requiri iustam causam nec ad indirectam irritationem; cfr. Arregui, *l. c.,* 212; Noldin, *l. c.,* 224, 4. Id tamen restringendum puto ad irritationem indirectam quae fiat vi potestatis dominativae, non vi potestatis iurisdictionalis cfr. etiam Augustine, *l. c.,* VI, 303; Damen, *L c., I,* 472-473.

3 Piat, Z. c., II, 331; Ferraris, Z. c., v. *Potum, III,* n. 11 sq.; Noldin, *L c.,* 229 b.

4 Augustine, *l. c.,* VI, 302.

5 Cfr. Augustine, Z. c., VI, 301-302; D'Annibale, Z. c., III, 206, nota 31: De potestate viri irritandi vota uxoris etiam directe cfr. supra, 895 in pag. 223; Ferraris, Z. a, v. *Votum* III, 31-32.

5 Utrum tales possint etiam directe irritare vota controvertitur; cfr. supra.

7 Cfr. Noldin, Z. c., 223; Wernz, Z. c., III, 583; Suarez, Z. c., lib. VI, cap. VII, per integrum ubi etiam de irritatione directu.

8 Ut recte observat Augustine, Z. *c.,* VI, 302.

r) Vi potestatis iimsdictionalis vota irritare possunt: Roiuauuj Pontifex vota omnium fidelium; Ordinarii locorum vota suorum subditorum et, ut videtur, in suo territorio etiam vota peregrinorum»; Superiores regulares aut religiosi jurisdictionem habentes relate ad vota suorum subditorum s.

Irritatio indirecta, ut ex ipsa eius notione patet, ad solos actus vel ree extenditur in quae potestatem dominativam aut iurisdictionalem habet persona irritans, nec ultra personae irritantis potestatem extenditur etiam in duratione; per accidens autem evenire potest ut irritatio indirecta perpetua sit, si nempe materia de qua agitur perpetuo subiiciatur personae irritantil.

897. — c) De dispensatione votorum. - *a)* Notio. - Dispensatio est voti relaxatio in casu particulari a Superiore vi potestatis Jurisdictionis vicariae, nomine Dei, ex iusta causa concessa 4.

Differt, ut patet, a declaratione nullitatis quae nullum vinculum supponit.

Potestas vota dispensandi nititur potestati jurisdictionis nomine Dei ercendae, a Christo his verbis concessae: *Quodcumque solveritis super terram erit solutum et in coelis.*

Dispensatio per se dicit totalem ablationem voti; quandoque tamen S. Sedes dispensat solum ad tempus aut ad determinatos tantum actus 5.

β) De iusta causa. - Cum votum voventem obliget vi iuris divini et B. P. in dispensando potestate vicaria dispensandi in lege divina utatur, ad dispensationem requiritur iusta causa et proportionata et quidem ad valorem etiam si dispensans sit B. Pontifex. Quod multo magis valet de aliis dispensantibus iure ordinario aut delegato e.

Causae iustac ad dispensandum a votis sunt bonum publicum reipublicae, periculum transgressionis et fragilitas voto ligati, magna in voto exsequendo difficultas sive praevisa sive non praevisa, emissio voti cum mentis perturbatione aut cum non plena deliberatione et libertate; si voto ligatus ratione voti magnis vexetur scrupulis

Cfr. c. 1313. η. 1.
[2] Cfr. Noldin, *l. c.,* 228; Augustine, *l. c.,* VI, 302.
[3] Cfr. o. 1312, § 2; Wernz, *l. c.,* 583, L
Wernz, *l. c.,* III, 581, I.
[5] Cfr. dispensationem voti castitatis perpetuae ad unicum matrimonium: Wernz, 7. c.. III. 584, V.
c Cfr. Wernz, *l. c.,* III, 581. III; Augustine, *l. c.,* VI, 304 et 307; Suarez, *l. c.,* lib. VI, cap. XVII per integrum.
7 S. Alphonsus. *Theologia moralis,* III, 252 sq.; Wernz, 7. *c.,* III, 584, III; Augustine, *l. c.,* VI, 307; Noldin, Z. *c.,* 231; D'Annibale, 7. *c.,* 111,208.

Si causa deficiat, dispensatio nulla est; attamen semel data dispensatio rata habenda est, quoad apparuerit causam defuisse '.

Dubitans de exsistentia causae nequit dispensare, bene vero dispensat dubitans de causae sufficientia 2.

Si votum sit in favorem tertii a tertio acceptatum, praeter iustam causam ad dispensationem requiritur etiam tertii consensus '.

γ) Quis dispensare possit. - Vota non reservata possunt iusta de causa dispensare, dummodo dispensatio ne laedat ius aliis quaesitum: '

aa) Loci Ordinarius quod attinet ad omnes suos subditos atque etiam peregrinos 4.

De potestate dispensandi R. Pontificis nihil dicitur, cum ea eminenter contineatur in potestate aliorum praelatorum. Nullum autem votum, nec publicum nec sollemne, excipitur a potestate dispensandi quam habet R. Pontifex 5.

bb) Superior religionis clericalis exemptae relate ad omnes personas diu noctuque in religiosa domo degentes 6.

Generatim ante Codicem auctores loquebantur de praelatis regularibus; Codex absolute de omnibus Superioribus religionis clericalis exemptae loquitur, quod valet etiam de Superioribus parvarum domorum non formatarum.

cc) Ii quibus ab Apostolica Sede delegata fuerit dispensandi potestas7.

Agitatissima quaestio est, utrum potestate dispensandi vota non reservata gaudeant regulares confessarii relate ad fideles. Communissima sententia est eos tali potestate gaudere 8.

Quidquid de controversia doctrinali, in praxi hac potestate uti posse videntur regulares confessarii tam intra quam extra confessionem 9.

1 D'Annibale, *l. c.,* III, 207.
2 Noldin, *l. c.,* 230; D'Annibalc, 7. c., 208; Vermeersch, *Epitome,* II, 641.
3 Cfr. D'Annibale, 7. c., III, 208; nisi de promissione gratuita agatur facta principaliter in honorem Dei et solum secundario lu favorem tertii: Noldin, Z. *c.,* 232; Wernz, 7. c., III, 584, II; Augustine, 7. c., VI, 304; Vermeersch, *Epitome,* II, 644, ubi potestatem dispensandi a voto in favorem tertii principaliter aut aeque principaliter facto etiam Romano Pontifici denegant, nisi agatur de persona acceptante supremae potestati Romani Pontificis subiecta aut de voto cuius dispensatio boni publici quam maxime interest; cfr. etiam Reiffenstuel, *Ius canonicum universum,* III, 34, 49 sq.; Suarez, Z. c., lib. VI, cap. XV.
4 C. 1313, n. 1.
6 Wernz, *l. c.,* III, 584, II.
6 C. 1313, n. 2 ot c. 514, § 1.
7 C. 1313, n. 3.
8 Cfr., inter alios, Piat, *l.* c., II, 333-334; S. Alphonsum, *Theologia,* III, 257; Ferraris. I. *c.,* v. *Votum,* III, n. 77 et 77 bis in edit. Bucceroni; Reiffenstuel, *ius canonicum unicersum* III, 34, n. 39 et sq.; Priimmer, 7. *c.,* 400, 2, c.; Vermeersch, *Epitome.* I2, 727, 5; Augustine, *l. c.,* VI, 306-307; Wernz, 7. c., III, 584, nota 87; Santamaria, Z. c., IV, 159.
9 Cfr. Piat, Z. c., II, 333; Augustine, 7. c., VI, 307; Reiffenstuel, 7*heologia moralis,* tract. VI, dist. III, n. 44 et sqs,

ó) De votis quorum dispensatio S. Sedi reservatur. I Vota privata Sedi Apostolicao reservata sunt tantummodo votum perfectae ac perpetuae castitatis et votum ingrediendi religionem votorum sollemnium, quae emissa fuerint absolute et post completum decimum octavum aetatis annum 1.

(ia) Emollitum est ius antiquum in numero votorum reservatorum; antea quinque enumerabantur vota reservata, nunc autem duo 2.

Inter vota reservata praeterea enumerari possunt vota quibus ius aliis quaesitum est e. g. vota *privata* in societate aliqua religiosa emissa 4.

Xon potest quis ita vovere ut sua intentione votum emissum fiat votum reservatum; hoc enim excedit hominis privati potestatem 5.

bb) Ut duo vota reservata revera sint, debent esse perfecta et absoluta sive in materia sive in modo.

Talia nou essent si emissa fuissent ex metu etiam levi, sub obligatione levi, si conditionalia e, si alternativa seu disjunctiva, quorum una pars non fuerit reservata 7, si sint incerta, idest non constet de eorum exsistentia aut resetvatione ·.

cc) Votum castitatis perfectae et perpetuae distinguendum est a voto virginitatis, item a voto non nubendi seu coelibatus, a voto castitatis conjugalis, a voto non petendi debituro, a voto sacros ordines quibus votum adnexum est suscipiendi, itemque a voto castitatis etiam perfectae sed temporaneae

Votum castitatis perfectae et perpetuae quod sit reservatum, emittere non possunt coniuges durante matrimonio quia si altera pars petat pars vovens semper reddere debebit et redditio debiti castitatem perfectam et perpetuam impedit10.

fW) Votum ingrediendi religionem votorum sollemnium requirit ut in religione quam quis vovit intrare vota sollemnia de facto emittantur, ideo nou est reservatum votum religionem monialium ingrediendi, si in ea vota de facto omittantur solum simplicia 1.

ee) Votum emissum ante decimum octavum annum, non fit reservatum completo anno duodevicesimo, quamvis eo (empore renovetur, nisi renovatio novae emissioni aequivaleat quod generat-im non fit; ut sciatur enim utrum votum reservatum sit ad initium actus spectandum est 2.

//) Vota *publica* etiam *temporanea* in aliqua religione iuris pontificii emissa, exceptis casibus in quibus ipso iure solvantur 3, reservantur semper S. Sedi, quod valet non solum de tribus votis substantialibus religiosis, seri etiam de quarto quandoque a 8. Sede in Constitutionibus admisso; vota vero publica emissa in religione iuris dioecesani reservantur Ordinario Joci, excepto voto castitatis perfectae absoluto et perpetuo 4.

Quod autem hic dicimus de dispensatione votorum publicorum quod scilicet reserventur Sanctae Sedi, valet etiam de irritatione sive directa sive indirecta eorundem votorum 5.

gg) Ordinarius loci aliique qui ordinaria gaudent dispensandi potestate possunt eandem delegare.

Iisdem Ordinariis agnoscitur potestas dispensandi etiam a votis reservaris, si necessitas temporalis aut spiritualis urgeat et R. Pontifex statim adiri nequeat 6.

Immo docent plerique in hoc casu reservationem cessare, ideoque etiam illos qui vi privilegiorum potestate gaudent dispensandi, dispensare posse 7.

W Circumstantiae speciales voto reservato adiectae non sunt reservatae, sed reservatur solummodo principale; ita, e. g., si voveris religionem ingredi strictiorem, poteris a quolibet habente potestatem dispensari *a strictiore* 8.

898. — *d)* De commutatione votorum. - Opus voto non reservato promissum potest in melius vel in aequale bonum ab ipso vovente commutari; in minus vero bonum ab illo cui potestas est dispensandi 9.

1 C. 1309.

* Cfr. Wernz. *L c.,* III, 581, nota 84; Plut, *l. c.,* II, 333-337; D'Annibale, *l.* 210 sq.

3 C. 1313.

1 Cfr. Vermeersch. *Epitome.* I2, 770, 2; utrum et qua ratione R. Pontifex in votis istis reocnatis dispensare possit vidimus supra.

5 Suarez, Z. c., lib. VI, cap. XXI, n. 15.

6 Conditio autem proprie dicta futurum respicit; e. g., si convaluero, si filius domum incolumis redierit α bello, etc. adimpleta autem conditione votum obligat, at non fit reservat iii· cfr. D'Annibale, Z. c., III, 210, not. 29, 33; Augustine, Z. c., VI, 294 ct 306; Piat, Z. *c.,* II, 334-337. ubi variae de hac quaestione opiniones afferuntur.

7 Si voveam religionem ingredi aut ecclesiam construere, etsi hoc alterum impossibile mihi flat, votum ingrediendi religionem non est reservatum; Ferraris, Z. *c., Votum,* III, 83; Piat, Z. c., II, 335; D'.Annibale, *l. c.,* III, 310. nota 33.

8 Cfr. D'Annibale, *l. c.,* III. 210; Wernz, I. c., III, 581, 84; Noldin, *l. c.,* 234; Piat, *l.c.,* II, 334-337.

9 Noldin, *l. c.,* 234; Vermeersch, *L c.,* II, 640.

10 Cfr. Reiffenstuel, *Ius canonicum vnieenum,* IV, tit. 21 in *Append,* n. 559: excipit tamen Ipse Reiff, cum aliis votum ab utraque parte emissum per modum mutui contractus scu reciprocae conventionis: cfr. ibidem n. 561, D'Annibale, *l. c.,* III, 210, nota 31. Verum ille contractus cx iustitla obligare non posse videtur quia Implicaret contradictionem inter lus ad debitum quod oritur ex matrimonio et renuntiationem eiusdem iuris ex altero contractu, nisi forte dicatur per votum mutuo pacto firmatum non renuntiari imi per matrimonium acqufeito sed tantum iuris exercitio. Insuper etiam si hoc admittatur, manet tamen semper utrique coniugl potestas irritandi indirecte, et viro etiam forte directe votum alterius partis; iusenlm publicum privatorum pactis mutari nequit; cfr. D'Annibale, *l.* c., 203, et 210, nota 36.

1 Vermeersch, Epitome, II, 640.

2 D'Annibale, *l. c.,* 210; *Ius pontificium,* II, (1922), pag. 108, sq.

3 Cfr. cc. 214, 633-636, 640, 648, 669.

4 Bastien, *Directoire canonique à Vusage des Congrégations à vœux simples3,* n. 146 et 198-199: paulo aliter theorctice Augustine, *l. c.,* VI, 305-306, practice autem fere idem ac Bastien.

5 *Cfr.* Reiffenstuel, *Theologia moralis,* tract. VI, dist. 3, n. 39 ct sq.; Salmanticenses, *Cursus theologiae moralis,* XVII, c. III, 32 et 37-38; Ballerini-Palmieri, *Opus thtolog. moral.,* II, n. 102, pag. 480.

6 Cfr. c. 81; D'Annibale, *l. c.,* III, 210; Noldin, Z. c., 235.

7 D'Annibale, Z. *c.,* III, 210, nota 35 cum S. Alphonso, Z. *c.,* III, 258; quod valde practicum est ubi de voto castitatis perfectae ct perpetuae agitur et dispensatio urgeat sive ad matrimonium contrahendum, sive ad petendum debitum, matrimonio contracto.

8 D'Annibale, III, 210, nota 34.

1 C. 131 i et 1313.

a) Commutatio voti eat prioris'voti in alteram obligationem translatio. rïuïïLUtationis potestas continetur ut pars in toto in potestate dispensandil.

Differt a dispensatione commutatio in hoc quod obligatio voti ciiui alia obligatione commutatur, in dispensatione vero tota obligatio aufertur sine substitutione. In utraque tamen *toti* obligatio qua talis exstinguitur ·.

β) Codex permittit expresse commutationem voti in opus bonum etiam aequale arbitrio voventis3; prohibet autem commutationem voti reservati. Haec autem prohibitio intellegitur a quibusdam de sola commutatione in opus aequale aut minus bonum ‘.

γ) Bonum melius est quodvis opus quod voventi utilius est quam opm voto promissum; tale est generatim frequentia sacramentorum 5.

S) Bonum aequale accipiendum est moraliter, arbitrio viri prudentis; nihil tamen obest quod opus sit alterius speciei ac illud voto promissum; quod non sit prorsus aequale, quia parum pro nihilo reputatur e.

si Insta causa requiritur ad validam et licitam commutationem in opus minus bonum, est enim aliqualis voti dispensatio, non tanta tamen quanta in simplici dispensatione quia commutatio non est simplex dispensatio in commutatione in opus melius nulla causa requiritur; levis vero quae esse potest ipsa petitio seu voluntas voventis in commutatione in bonum aequale et solum, ad liceitatem 8.

ζ) Facultas quandoque concessa *commutandi dispensando* ita intellegenda est ut commutatio fieri possit in opus etiam minus bonum ita ut in ea contineatur aliqualis etiam dispensandi facultas; item facultas *dispensandi commutando* restringit aliquantulum potestatem dispensandi °.

η) Facultatem commutandi habent omnes qui possunt vota dispeu·sare, etsi solum id possint potestate delegata, commutatio enim est dispen·satio partialis 10.

0) Opus in quod votum commutatum fuit non est amplius reservatum, etsi reservatum fuerit votum u.

'.) Is cui votum commutatum fuit redire potest, at nunquam redire tenetur, ad obligationem pristinam ,2. Etsi res in quam votum commutatum est impossibilis fiat, non teneris tamen ad pristinum votum redire, nisi res tua culpa impossibilis facta fuerit et tu per teipsum commutationem feceris1l.

1 D'Annibale, *L* c., III, 207-209.
D'Annibale, *l.* c., IU, 209.
a Id ante Codicem non omnes admittebant; cfr. Reîffenstuel, *l. c.,* III, 34, 4345; D'Annibale. *I. c.,* III, 209.
4 Vermeersch, *Epitome,* Π, 645.
5 3. Alphonsus, Z. c., III, 243; D'Annibale, *l. c.,* III, 209, nota 19; Noldin, *l. c.,* n. 337.
9 S. Alphonsus, Z. c., III, 247; D'Annibale, Z. *c.,* III, 209; Noldin, Z. *c.,* 237.
I Reîffenstuel. *I. c.,* III, 34, n. 47; cfr. tamen S. Alphonsum, Z. *c.,* III, 245 et Aumistlne *l.* c., VI, 308.
8 D'Annibale, Z. c., III, 209; Vcrmeerscb, *l. c.,* II, 615; Santamaria, Z. c., IV. 164.
9 Vermeersch, *Epitome,* II, 654.
10 S. Alphonsus, *l. c.,* III, 216.
II D'Annibal·?, L c., III, 2<)9, 21; S. Alphonsus, Z. c., III 260
“ ?· t?ʔOnSUS' V C' ÎU' L C- III' 21,9' Vermeersch. Z. c., II, n. 645-
13 S. Alphonsus, *l.* c., III, 219; Xoldin, Z. *c.,* 238; cfr. tamen D'Annibale Z. c. III 201, nota 4.

z) Qui potestate gaudet dispensandi aut commutandi vota, ea etiam eecum ipse uti potest :*

λ) Commutari possunt vota quae possunt dispensari; excluduntur vota in favorem tertii eodem prorsus modo quo excluduntur a dispensatione.

899. — 3° De suspensione votorum vi professionis religiosae. - Vota ante professionem religiosam emissa suspenduntur, donec vovens in religione permanserit 2.

IIoc quidem per se evenit de iure Codicis in emissione cuiusvis professionis religiosae etiam temporaneae; nihil autem impedire videtur quo minus vel ipse vovens, saltem si professionem emittat perpetuam, facultate utens commutandi a c. 1314 sibi consessa, omnia alia vota commutet et ita perpetuo exstinguat, aut saltem talem commutationem et perpetuam exstinctionem obtineat3.

Caput II.

De

900. — Alter actus specialis cultus divini est iusiurandum quo speciatim Deus colitur publica professione fidei in eius scientiam et veracitatem et insuper, sicut in voto, invocato nomine eius, promissioni simplici additur nova obligatio ex virtute religionis 4.

I. Praenotiones. - 1° Notio. - Iusiurandum est invocatio nominis divini in testem veritatis 5.

Invocatio ista verbis, signis, aut verbis simul et signis fieri potest. Signa sunt: compositio digitorum in modum crucis, tactus evangelionun etc.; verba esse possunt *invocatoria,* e. g., *Testis sit mihi Deus; sic me Deus adiurd et haec sancta Evangelia;* aut *exsecrat&ria: Haec faciat mihi Deus et haec addat* etc.6.

Xulla tamen determinata formula necessaria est ad iuramentum habendum; sufficit ut quoquo modo invocatio nominis Dei habeatur.

1 S. Alphonsus, *l. c.,* III, 249.
2 C. 1315.
3 Vermeersch, *l, c.,* II, G46; et ita lus novum cum vetero quantum fieri potest concordator: cfr. D'Annibale, Z. *c.,* III, 201, nota 4; de iure ante Codicem admittebatur, iuxta probabiliorem sententiam, exstinctionem praecedentium votorum professione sollemni ipso iure fleri, licit profitons intentionem ea commutandi non habuisset: cfr. Piat, Z. c., I, pug. 167-1G8.
1 Cfr. S. Alphonsum, *Theologia moralis,* III, 173; D'Annibale, Z. *c.,* II, 25.
s C. 1316, § 1.
* Cfr. varias formulas apud S. Alphonsum, Z. c., III, 134-13S; D Annibale, Z. c.. II. 23 innatis; Xoldin, *De praeceptis16,* 213.

Quin autem iusiurandum est *invocatio nominis Dei* testis *virilatis,* iurjnientum nullius est valeris si is a quo emittitur at Imus sit. aut idololatra am pantheists *

I(iranientum est invocatio nominis Dei; qua invocatione ei cultus latrine praestatur; si loro nominis Dei in testem daemonium vocetur, hlasphcmia committitur *

Deum invocare et proinde iusiurandum emitter·· quis potest etiam per alium 2; quod tamen iusiurandum canones exigunt vel admittunt, per procuratorem praestari valide nequit 4.

Differt iusiurandum a voto quia votum dicit promissionem Deo factam, iusiurandum vero invocationem Dei; et etiam in natura obligationis quae nascitur ex utroque. Quandoque tamen cum iureiurando promissorio coniuugitur votum quod tunc iit cum Deus non solum invocatur ut testis, sed insuper eidem principaliter fit promissio s.

2° Divisio. - *a)* Iusiurandum est *assertorium e* si Deus simpliciter invocatur ut testis assertionis aut negationis a iurante emissae; *promissorium* est iusiurandum quod promissioni, contractui aut pacto ad confirmationem adiicitur, seu Deus testis propriae promissionis et eius exsecutionis ab ipso promittente faciendae invocatur

In utroque iureiurando Deus invocatur ut testis assertionis a iurante emissae, quod scilicet illa assertio affirmativa aut negativa aut promissoria conveniat cum mente aut intentione iurantis et hoc sensu etiam promissorium est aliquo modo assertorium, sed praeterea in promissorio Deus invocatur qua testis exsecutionis futurae, et sicut in voto, simplici promissioni adiicitur obligatio ex religione 89

b) Aliae divisiones iurisiurandi sunt: invocatorium, exseeratorium, simplex et sollemne, reale, verbale et mixtum, quae minoris sunt momenti

Hic quaedam solummodo generalia innuemus et dein quaedam specialia de iureiurando promissorio. De iureiurando iudiciali libro quarto agendum eat.

1 Cfr. D'Annibale, *l. c.,* II, 23; Noldin. *l. c.,* 239. *b.*

2 S. C. S. Otfic. 30 lunii 1806 in *Collectanea,* S. C. Prop. Fid., ŋ. 1293 ad 37; D'Annibale, *l. c.,* II. 23.

·' NoIdin, *I.* c,, 240, nota.

4 Cc. 1316, J 2; 1407.

5 Cfr. Suarez, *De rlrt-Ue el statu rdiyionis,* tract. IV, lib. II, cap. II-ΠΙ, ubi plura explicantur do hac differentia.

e Moersdorf, *Die Rechtssprache...* p. 248.

7 Cfr. Ferraris. *Bibliotheca,* v. *luramcnium,* I, 2-4; Wcrnz, *I. c.,* III, 569; D'Annibale, II. 35. definit iusiurandum promissorium quo iurans promittit, sive Deo, sive SS., sive bomini. sc daturum, facturum aliquid.

s Cfr. D'Annibale, *l. r.,* II, 25; Vermeersch, *Thdoçiae morulis...,* I, 194 ubi tres opiniones a D'Annibale relatas concordare tentât. Cfr. etiam Reiffenstuel, *Ius canonicum univemm,* II. 21, 6.

9 Cfr. Reitfeostnel. *Ius canonicum unitersum,* II, 24, 4 ct sqs.

3° De honestate iurisiurandi. - De fide est iusiurandum debitis ornatum conditionibus honestum esse

Id ex ipsa iurisiurandi notione eruitur; est enim iusiurandum actus cultus latriae quo publice profitemur Dei scientiam, veracitatem et fidelitatem.

901. — II. De qualitatibus validi et liciti iurisiurandi. - D De necessariis ad validitatem cuiusvis iurisiurandi. - Ad va-liditatem cuiuslibet iurisiurandi requiritur ante omnia in iurante intentio iurandi seu Deum in testem suae assertionis aut assertionis simul et constantiae invocandi !, dein etiam formula iuratoria quae factis aut verbis constare potest, quaeque varia est pro locorum et temporum adiunctis et circumstantiis 3.

2° Conditiones requisitae ad licitum iusiurandum. - Ius-iurandum licite praestari nequit nisi in veritate, in indicio et in iustitia 4.

a) Veritas in iureiurando assertorio requirit ut assertio seu negatio iuramento firmata veritati obieçtivae nitatur aut saltem veritati subiectivae. Ad veritatem autem subiectivam requiritur et sufficit ut iurans extra indicium seu tribunal de sua assertione aut negatione moralem certitudinem habeat quae ex aliorum fide dignorum testimonio haberi etiam potest; si autem agatur de iureiurando in tribunali ferendo, requiritur ut iurans absolutam et quidem ex propria scientia, non ex aliorum testimonio certitudinem habeat 5.

Id tamen valet solum de casu quo iurans suam assertionem, modo certo et absoluto proponat, itemque de negatione; si enim iurans sive in indicio sive extra assertionem aut negationem ut dubiam, ut ab aliis auditam etc. proponat, time sufficit ut hae assertiones verae sint, licet in se res de qua testatur aliter se habeat; veritas enim in casu ex hoc iam habetur, nempe assertio aut negatio respondent menti iurantis.

In promissorio autem iureiurando *veritas* requirit ut assertio intentioni iurantis respondeat; id autem verificatur cum iurans habet de praesenti intentionem sese obligandi et suo tempore obligationem implendi; alterutrum si desit, iuriiurando promissorio deest veritas 67

1 Ita Noldin, *l. c.*. 240; cfr. Dcnzinger-Bannwart, 7. *c.t* n. 487, 662, 1575; Vermcemb, *Theologiae moralis....* 11, 193; Augustine, 7. c., VI, 310; Reiffenstuel, 7. r., II, 24, 22 et mis.

2 Recto notant Vermeersch, *Tkcoloyiae moralis...*, II, 192, et S. Alphonsus, 7. r., 111, 150, personas rudes Interdum non iurare, etiam cum se iurare putant, ex defectu scienthu\ quia nempe non noverunt, iusiurandum esso invocationem Dei in testem, putantes iurisiurandi c=yentiam in ritu aliquo externo sollemniori, qui accidentalis prorsus est, consistere.

3 Cfr. Noldin, *l. c.,* 242-243.

4 C. 1316, § 1; leremias, iv, 2; Denzinger-BannwSrt, 7. c., n. 125, in professione fidei WaMcnsibus praescripta; Reiffenstuel, 7. *c.,* II, 24, 21 et sqs.

5 Cfr. D'Annïbale, *l. c.,* 11, 26; nota 22; Noldin, 7. c., 244. Nihil tamen obstare videtur quo minus etiam in tribunali iurans testetur de cognitis ex scientia aliena, dummodo tamtn fontem scientiae simul assignet.

4 D'Aunibale, 7. c., II, 26, nota 22; Noldin, *l. c.t* 244.

Iurans sine veritate periurus vocatur; periurium autem grave delictum est contra religionem l.

ft) ludieium in iureiurando tunc haberi dicitur cum iurans iusiurandum emittit nec *temere,* nec *leviter; temere* autem emitti dicitur iusiurandum cum iurans in iureiurando promissorio praevidet se implere non posse quod se impleturum promittit *leviter* e contra emissum dicitur iusiurandum quod quis sine insta causa, ex levitate emisit.

Leviter iurare, idest sine insta causa generatim auctores levo habent non excusant tamen a gravi leviter ex consuetudine iurantem quia nunquam in tali consuetudine deest peierandi periculum 4.

c) Iustitia in iureiurando exigit ut quod iuratur res sit iusta et honesta; deest proinde iustitia in iureiurando assertorio si te iactas iureiurando de fornicatione commissa, aut iureiurando calumniam vel detractionem confirmes; in promissorio si iureiurando promittas te facturum, praestituram, donaturum quae facere, praestare, donare licite non possis.

Defectus iustitiae in iureiurando assertorio generatim leve est nisi forte iureiurando utaris ad' ipsum peccatum faciendum, e. g. ad firmandam calumniam 5; in iureiurando vero promissorio grave habetur si res quae iureiurando promittitur graviter mala sit, leve si sit leviter mala ·.

902. — UT. De obligatione iurisiurandi promissorii. - 1° De natura obligationis. - Qui libere iurat se aliquid facturum, peculiari religionis obligatione tenetur implendi quod iureiurando firmavit7.

Agitur de obligatione mere personali quae ad heredes nunquam transit, quod valet etiam de casu quo quis pro suis heredibus etiam iuraverit; heredes tamen teneri possunt ad rem ipsam faciendam aut praestandam at non ex iureiurando, nec ex virtute religionis, sed solum vi alterius pacti8.

Obligatio autem personalis ex virtute religionis suam vim obtinet praecipuo in casu qu‹» qui« iureiurando privato bono aut favori renuntiat lege «ibi concesso, quoties id non vergat in dispendium salutis aeternae L

Obligatio autem gravis vel levis erit pro ratione materiae 2.

Dispendium salutis aeternae habetur semper quoties iusiurandum adiicitur actui directe vergenti in damnum aliorum 3, aut in praeiudicium boni publici vel salutis aeternae non solum propriae personae iurantis, sed etiam aliorum, et proinde talis actus nullam ex adiecto iureiurando firmitatem consequitur et in casu iusiurandum nullam obligationem parit *.

Generatim considerari potest etiam ut dispendium continens salutis aeternae promissio iureiurando firmata, non solum si sit de re in seipsa mala, sed etiam de re inutili, indifférente aut maioris boni impeditiva, nisi tamen in hoc ultimo casu promissio in seipsa non mala facta sit determinatis personis acceptantibus in eorum favorem 6.

In quolibet iureiurando promissorio duae considerari possunt obligationes ·, obligatio iustitiae aut fidelitatis, ex promissione aut contractu cui iusiurandum adiectum est, orta, si persona cui facta est promissio aut cum qua factus est contractus persona sit a Deo distincta atque acceptaverit, et deinde obligatio ex virtute religionis ex iureiurando qua tali orta. De hac tantummodo sollicitus est Codex hoc loco ; iusiurandum enim per se et natura sua solam obligationem religionis importat *.

De altera obligatione ex promissione qua tali proveniente indicium ferendum est ex ime vigente civili8; utrum ex iustitia an ex fidelitate obliget, utrum sub gravi au sub levi et in quibus casibus; quas formalitates requirat ad valorem etc. 9.

Iusiurandum promissorium sequitur naturam et conditiones actus cui adiicitur 10.

Hine fit quod si actus cui adiicitur est iure civili invalidus, non ideo revalidatur quia iureiurando firmatur. Attamen si partes vel pars quae iusiurandum emisit intenderit se obligari ex virtute religionis, obligata remanebit nonobstante invaliditate contractus seu actus, dummodo agatur de bono privato cui pars potuerit renuntiare et non habeatur dispendium salutis

MSH Cfr. c. 2323.

2 Iia D'Annibalc, Z. c., II, 2»›: alii tamen hunc cusum referunt ml defectum *ceritatisidr·* Alphonsum, *I.* c.. III, 172; Noldin, *l.* 2H.

3 D'Anuibale, Z. c., II, 26; S. Alphonsus, Z. c., III, 115; Ferraris, Z. *c.,* v. *luroTnenhan,* I, 11 ; Vermeersch, *Theologiae moralis...f* II, 193, *b.*

4 Cfr. S. Alphonsum, *I. c..* III, 115; D'Annibale, Z. c., II, 26, nota 29; Ferraris, *I. c.t* v. *luranicntuin,* 1, n. 11.

5 S. Alphonsus, *I. c..* III, 116; cfr. tamen D'Annibale, Z. c., 26, nota 24.

4 Cfr. S. Alphonsum. *I. c.,* 146; Ferraris, *l. c., v. Iuramentum,* I. 12; D'Annibale, *l. c.t* II, 26; cfr. tamen In Ferraris ibidem, notam *ThroUfgi JRrmani,* in margine, et in D'Annibale, ibidem, nota 25; ubi docetur grave case rem etiam leviter malam iureiurando promittere, quia id Deo magnam iniurium infert.

7 C. 1317, § 1.

8 Cfr. Ferraris, *Bibliotheca,* v. *luraanenlurn,* III 20 eq.

1 *C.* 1317, § 3.

2 Cfr. Noldin, *l.* c., 246; Vermeersch, *Thcolojiae moralis...,* II, 204; Santamaria, *l. c.,* IV, 160.

3 Non est irritum iusiurandum quod emiseris contra primum iusiurandum quo promisisti te non amplius Inraturum: dummodo secundum iusiurandum non sit de eadem materia ac primum, unde nullum est iusiurandum quo promittis Titio quod iam antea iureiurando promiserasCalu. S. Alphonsus, Z. *c.,* III, 179; D'Annibale, Z. c., II, 429, nota 13; Sùarez, *Dc virtute et statu religionis,* tract. IV, lib. II, cap. XIX.

1 Ce. 1318, § 2 ct 1317, § 1 et 3; RcilfenstiieJ, Z. c., II, 24, 77 et sqs. et 112 et sqs. ubi plura.

5 Se Alphonsus, *l. c.,* III, 176-177 ; Vermeersch. *Theologiae muralis....* II, 197 et 201. D'Annibale, *l.* c., II, 127, nota 4; Noldin, Z. c., 246, 3, *b.*

Cir. S. Alphonsum, Z. c., III. 172; D'Annibale, *I. c.,* II, 427, nota 1.

7 D'Annibale, Z. c., II, 429, nota 10; Noldin in juramento promissorio simplici unicaiu obligationem agnoscit; Noldin, Z. r., 216.

3 Cfr. c. 1529.

° Cfr. tamen utiliter Lessium, *De iustitia cl iure,* lib. II, cap. XVIII.

10 C. 1318, § 1.

aeternae ‘. Obligatio autem ista erit iu casu solummodo obligatio ex virtute religionis3. Et ita affirmare possumus cum antiquis iusiurandum promiseorium confirmare *indirecte* contractus irritos, quo scilicet affirmatur contractus in se irritos remanere, contrahentem vero qui iusiurandum promissorium emisit ad contractus teneri servandos3.

Si contractus vel actus ex iure vel recepta consuetudine vel ex agentu intentione conditionem aliquam tacite includat, eandem conditionem tenendum est inesse iuriiurando promissorio circa illum actum, nisi agens contrarium intendat, quia iusiurandum promissorium sequitur naturam artus cui adiicitur 4.

Item quia iusiurandum naturam habet alteri contractui accessoriam, si addatur contractui rescindibili non reddit irrescindibilem, item iusiurandum non revocandi testamentum non reddit revera irrevocabile, sed solum illicitam reddere potest revocationem ·.

Ex eodem principio quod iusiurandum promissorium sequi debeat naturam actus cui adiectum est 6 deducunt auctores iusiurandum de servandis statutis alicuius collegii, congregationis etc. non extendi nisi ad statuta edita tempore emissi iurisiurandi, obligationem ex iureiurando ortam intellegendam esse sub gravi aut sub levi, aut tantum ad poenam vel sub consilio prout statutum ipsum obligat, itemque obligationem non extendi ad ea statuta quae consuetudine aut legitima dispensatione non sint in viridi observantia 7.

Iusiurandum quo quis privato bono aut favori renuntiat lege sibi concesso, servandum est quoties non vergit in dispendium salutis aeternae 8. Id valet dummodo dolus aut metus in iureiurando non intervenerint, et dummodo de favore agatur cui quis renuntiare potest ; qui vero favores ad bonum commune alicui lege agnoscuntur, his nec iureiurando renuntiare aliquis potest, e. g. privilegia religiosorum, iura minorum etc.

903. — *2° De errore, dolo, vi* et metu in iureiurando promissorio. - *a)* Insiurandum dolo aut errore extortum quae sint circa substantialia, aut circa circumstantias magni momenti, quorum praevia cognitio iusiurandum impedivisset, valore destituitur et nullam parit obligationem Io.

4 Ce, 1317. 5 3 et 1318, 5 2.

3 C. 1317, § 1; Suarez, *De virtute et statu religionis,* tract. IV, libr. II, cap. XXIX, n. et sqs.

3 Cfr. de hac re utiliter Suarez, *De rirtute et statu religionis,* tract. IV, Lib. II, c. XXVIII· XXIX: it-Ufenstuel. *l. c.*. II. 24, 77 sqs. et 112 et sqs.; Lessiurn, *De iustifia ci iure,* lib. II, cap. XVII, n. 55 et sqs.; D'Annibale, *l. c.,* II. 429, nota 15; Vermeersch. *'theologiae moralis...* II, 195.

C. 1318, 5 1; Lessium. *l. c.,* l. II, c. !.. n, 52-54, et ibidem c. 42, n. 22 ubi plura exempla afferantur.

5 Cfr. Noldin, *l. c.*. 217, 5, nota.

c C. 1318, i 1.

Cfr. S. Alphonsum, 7. *c.,* III, 181; Vcnneerecb, *Theologiae moralis* II ooo

« 0. 1317, § 2. .....

y Cfr. Veriueersch *Theolmjiae moralis...,* II, 198; Reiffenstitf-L *l c* 24 121 *m an«*

io *a,*. 1U3, § 3 rt 101: nn. 1 o; s. Alpho™»„ *i.* ... *In.* v^',, .1, ^X» *moralte...,* II, 1'JG.

b) Iusiurandum per vim aut metum gravem extortum valet, sed a Superiore ecclesiastico relaxari potest ;*

Codex hic de iureiurando in genere loquitur, at regula ista intellegenda est, saltem praecipue de iureiurando promissorio, ex quo generatim obligatio iu futurum exsecutioni mandanda oritur. Id iam iure decretalium statutum erat; causam autem cui' aliter ac alios contractus iusiurandum non irritetur metu etiam gravissimo extortum 2 assignat Alexander III, quia scilicet S, Sedes noluit, alicui dare, materiam veniendi contra iusiurandum, ne auctrix ipsa videretur esse (feriurii 3.

Igitur vi huius c, 1317, § 2 iusiurandum metu gravi extortum valet, donec relaxetur dummodo non vergat in dispendium animae4; id tamen intellegendum est solum de casu quo iurans intentionem revera habuerit iurandi, et se ex iureiurando obligandi; si enim solam externam formam iurisiurandi emiserit, sine intentione iurandi aut se iureiurando obligandi, ipsum iusiurandum ex se irritum est et. nulla relaxatione opus est 5.

Insuper, licet generatim ***fas*** iusiurandum emittere ficte, idest, sine animo iurandi aut sese obligandi ° aut non implendi, concedunt tamen aliqui auctores in hoc casu si de vi aut metu gravissimo agatur iusiurandum ficte emitti posse 7.

Quinimmo conveniunt doctores obligationem iustitiae nunquam oriri posse ex iureiurando iniuste extorto et rem vi huius iurisiurandi datam aut extortam posse semper repeti a donatore aut etiam occulte compensai·! 8.

904. — IV. De cessatione iurisiurandi promissorli. - Iusiurandum sicut votum duobus modis cessare potest: cessatione obligationis ab intrinseco ex ipsa rei natura producta et cessatione ab extrinseco.

1° De cessatione ab intrinseco. - Obligatio iureiurando promissorio inducta desinit:

a) Si remittatur ab eo in cuius commodum iusiurandum emissum fuerat9.

1 C. 1317, ξ 2.

2 Licet Codex hoc loco *dc vi* aut *metu gravi* loquatur, putamus tamen vim ad metum gravem vel gravissimum referri, non voro agi de vi absoluta extrinseca cui resisti non possit qua'-que actum infectum faceret; cfr. c. 103, § 1. C. 7, X, 3, 21 loquitur de *metu gravissimo* nec vim memorat; uis est causa *metus.*

5 Cfr. c. 8, X, 2, 21 et c. 15, X, 2, 24,

4 Cfr. c. 1317, § 3 et 1318, § 2.

5 Cfr. S. Alphonsum, *l.* c., III, 172.

5 Proposit. 25 ab Innoc. XI damn. Deuzinger-Bannwart, *l. c.,* 1175.

7 Ctr. Vermeersch, *Theologiae moralis...,* II. 172. S. Alphonsus, *l. c.,* III, 172 hanc quaestionem ita concludit: · Si quis iniustc cogatur, puta a latrone, ad aliquid promittendum eum inr.imento, potest licite intendere non velle implere promissum, si relaxationem iulamenti obtinuerit ·; cfr. etiam ibidem, n. 174.

8 Ita Augustine, *l. c.,* VI. 313; Noldin, *l. c.,* 246, 4.

8 C. 1319, η. 1.

Id valet tantummodo de iureiurando facto in favorem tertii atque ab eo acceptato; in quo obligatio religionis consideratur ut quid accessorium et secundarium quod desinit desinente principali obligatione ex iustitia *

b) Si res iurata substantialiter mutetur, aut, mutatis adiunctis, fiat sive mala sive omnino indifferens, aut denique maius bonum impediat s.

Ea ad hunc effectum considerari potest substantialis mutatio quae, si a principio nota fuisset, iusiurandum impedivisset 2; e. g., si post iurata sponsalia sponsa oculum amittat; vel sponsus domicilium mutet etc. 4.

c) Deficiente causa finali aut conditione sub qua forte iusiurandum datum sit5.

Exempla: Si eleemosynam promiseris ad subveniendum Caio pauperi, qui postea dives fit; si peregrinationem iuraveris si pater tuus a morbo convaluisset qui e contra mortuus est c.

905. — 2° De cessatione ab extrinseco. - Obligatio iurisinrandi promissorii desinit etiam cessatione ab extrinseco quae fit irritatione directa vel indirecta, dispensatione et commutatione.

Qui irritare, dispensare, commutare possunt votum, eandem potestatem eademque exercendam ratione habent circa iusiurandum promissorium; sed si iurisiurandi dispensatio vergat in praeiudicium aliorum qui obligationem remittere recusent, una Apostolica Sedes potest iusiurandum dispensare propter necessitatem aut utilitatem Ecclesiae

Notandum tamen aliter ac de votis vidimus, nullum iuramentum reservatum esse, nisi quod est in favorem tertii ab eo acceptatum ; ex quo sequitur ipsum iuramentum castitatis perfectae et perpetuae servandae a quolibet qui potestate gaudet in vota non reservata dispensari posse 8.

Codex indistincte docet eum qui potest dispensare vota posse etiam dispensare iuramenta; nulla proinde facienda est distinctio inter potestatem ordinariam et delegatam 9.

1 D'Annibalc» Z. c.. II, 431, nota 31; cfr. etiam Blat, *l.* c.» 192, pag. 232.
2 C. 1319, n. 2.
3 Cfr. S. AJplionsus, Z. *c.,* III. 187.
4 D'Annibalc. Z. c., II, 431» nota 33; Augustine, Z. c., VI, 315; quod valet etiam de mutatione quae in iurante acciderit, e. g. si ex exsecutione promissionis damnum in vita timere debeat etc.
5 C. 1319, n. 3.
6 S. Alphonsus, *l. c.,* III, 188.
7 Cc. 1319, n. 4 et 1320.
« Cfr. 3. Aiphonsum, *l. c.,* ~~III, 259~~; ~~D~~'Annibale. *L c,*9 III, 211, nota 38, cfr. tamen etiam D'Annibalc, II. 127, nota 1; Ferraris, *Bibliotheca,* v. *Iuramentum,* III, 20 sq. ct 33 sq.
9 Id iam ante Codicem ut verius admittebant non sine haesitatione tamen; cfr. D'Annibale. Z. c., III, 211.

Indirecto relaxaro iusiurandum ratione materiae, supplendo vicem eius cui iuratiun est, et qui remittore debeat et nolit, potest pertinere etiam ad indicem laicura L

906. — V. De interpretatione iurisiurandi. - Iusiurandum stricte interpretandum est secundum ius et secundum intentionem iurantis, aut, si hic dolo agat, secundum intentionem illius cui iuratur 2.

Stricta interpretatio minimam, secundum ius, idest attento sensu iuridico verborum quibus iusiurandum emissura fuit, obligationem in iurante importat; nemo enim praesumitur se velle obligari ad ea quae non expresse declaravit, cum homo naturaliter libertatem a lege appetat. Igitur si clericus obedientiam promittat ecclesiae determinatae eiusque Episcopo non censetur per hoc iusiurandum obedire debere universo clero sed summum Capitulo Cathedrali, principaliter autem Episcopo 3; qui iuravit ordinem iudicialem in causa agenda se secuturum, non tenetur ordinem ordinarium sequi in casibus in quibus ius illum ordinem praetermitti concedit 4.

Interpretatio facienda est iuxta intentionem iurantis; intentio autem ea praesumitur fuisse, quae verba indicat, nec ad casus inusitatos extendenda est, e. g. si iuraveris stare mandato alicuius, non teneris mandato stare si is tibi mandet separationem ab uxore, aut filiorum abiectionem, quia mandatum illicitum 5.

Prior tamen regula de interpretatione iuxta iurantis verba et intentionem valet solummodo si iurans bona fide procedat; si autem is in iureiurando verbis callidis et dolosis ad decipiendum eum cui iuratur usus fuerit, tunc iusiurandum interpretationem accipit iuxta intentionem eius cui iuratiun est. Intentio autem eius cui iuratum est etiam in hoc casu non aliunde sumenda est quam ex sano intellectu verborum quibus iurans in iureiurando usus est6.7

In foro tamen interno obligatio iurisiurandi nunquam limites intentionis iurantis praetergreditur; qui tamen si dolo aut fraude eum cui iuravit deceperit, ex iustitia damna reparare tenebitur

Relate ad regulas interpretationis iurisiurandi promissorii animadvertunt auctores aliquas in huiusmodi iureiurando semper contineri resolutorias conditiones quae valde ad obligationem ipsius iurisiurandi definiendam utiles sunt; tales conditiones implicite ibi contentae sunt: *Si potero·,* ad impossibile enim sive de impossibilitate physica sive de impossibilitate morali agitur, nemo obligari potest; *salvo iure ct auctoritate Superioris,* nemo enim propria

1 Cfr. Ferraris, *l. c., v. Iuramentum,* 111. 35.
! *C.* 1321.

4 C. 21, X, 2, 24; cfr. Ferraris. Z. c., v. *lurcunenlum^ Additionem Cunmincnecm,* 4 1-42.
5 C. 23, X, 2, 21; cfr. Reiffenstucl, Z. c., II, 24, 45.
4 S. Thomas, 2-2, qn. 89, art. 7, ad 4; cfr. Ferraris, Z. c., v. *Juramentum,* III, 3 et ibidem *Additionem Cassinenmcm,* 54.
7 Ferraris, Z. c., *Additionem Cassinenus,* n. 39; Vermeersch, *Theologiae moralis,..,* II, 202.

voluntate a Superioris auctoritate se subtrahere potest; *nisi is in cuiiu favorem iuro, sponte remittat,* quilibet enim iuri suo renuntiare potest; *si res* in *eodem statu permanserint,* quod intellegi debet de mutatione notabili ut supra diximus; si *et altera pars fidem serraverit,* quod valet de iureiurando pacto bilaterali adieeto

l De quibus cfr. Ferraris, *l. c.,* v. *Juramentum,* III, n. 5 sq.; Kritlenstn· I, /. c«» ··· -·>ü et s<;s.

PARS IV.

DE MAGISTERIO ECCLESIASTICO

i

907. — Hierarchia seu universa potestas a Deo Ecclesiae tradita, dividitur in hierarchiam ordinis et hierarchiam iurisdictionig. Hierarchia autem iurisdictionis dividi potest in iurisdictionem seu imperium proprie dictum et in magisterium, quod proinde non est tertia aliqua potestas hierarchiae ordinis et iurisdictionis coordinata, sed ad potestatem iurisdictionis pertinet; Ecclesia enim etiam in docendo et in veritatibus revelatis fidelibus exponendis vero imperio utitur et quasi auctoritatem habens docet l.

I. De potestate magisterii a Chr. Ecclesiae concredita. - 1° Christus Dominus fidei depositum Ecclesiae concredidit, ut ipsa, Spiritu Sancto iugiter assistente, doctrinam revelatam sancte custodiret et fideliter exponeret 2.

Fidei depositum sunt omnes veritates a Deo revelatae quae S. Scriptura et divina traditione continentur. Ipsimi, post mortem Apostolorum et Evangelistarum, quibus cyclus revelationis divinae clausus est 3, augmenti aut diminutionis obiectivae incapax est; vocatur autem *depositum* quia a Christo in manu Ecclesiae consignatum4; per hoc autem Ecclesiae a Christo officium commissum est depositarii, idest officium rem depositam seu doctrinam revelatam custodiendi non solum, sed et praeterea eandem doctrinam fideliter exponendi quo fit ut quae objective una est nec augmenti nec diminutionis capax, subiective vel sollemni indicio vel ordinario et universali magisterio evolvatur 5.

Ad haec autem officia rite explenda Christus Ecclesiae suae subvenit speciali Spiritus Sancti assistentia, qua Ecclesia infallibilis evasit in rebus ad fidem et mores spectantibus.

l Ita Wernz, *Ius decretalium,* II2, n. 3, etc. contra alios c. g., Haring, *(IrutidzQgc des kaIWitchen Kirchenrcchts3,* (1924), pag. 10.
l C. 1322, § 1. Cfr. Epist. enc.ycl. Benedicti XV, 23 Martii 1920 de r<conciliafione chri«tiana (J. J. *S.,* XII, 209); Littera» Pii XI, 23 Dec. 1922, de pace Christi (J. j. Xjy, 613). Litteras Pii XI, G lanuarii 1928, de vera religionis nuitote fovenda (H. J. «S., XX, fi)'
3 Cfr. Decret. · *Lamentabili* ·, prop. 21; Deuzinger Bannwart, *l. c.,* 2021.
4 Cfr. Wemz, *l. c.,* III, 258.
s Clr. c. 1323, § 1.

2° Ecclesiae, independenter a qualibet civili potestate, ius est et officium gentes omnes evangelicam doctrinam docendi: hanc vero rite ediscere veramque Dei Ecclesiam amplecti omnes divina lege tenentur *.

Ius hoc et officium praedicandi populis doctrinam revelatam Ecclesiae competit ex iure divino seu ex expressa Christi voluntate 1, nec solum in nationibus Christianis, sed etiam et praesertim in nationibus infidelibus, estque potestas et officium vere iuridicum 3.

Obligatio vero amplectendi veram religionem pro iis qui adhuc extra Ecclesiam sunt, quia baptisma non receperunt, non est obligatio *iuridica* sensu stricto, sed solum obligatio ethica 4; qua talis autem omnes omnino homines, idest, personas usu rationis actu pollentes, licet sub aliorum potestate constitutas gravissime obligat.

Iuri praedicandi revelatam doctrinam Ecclesia renuntiare nequit quin eo ipso exsistere cesset 5.

908. — II. De expositione authentica doctrinae revelatae. - 1° De positiva definitione doctrinae revelatae. - Fide divina et catholica ea omnia credenda sunt quae, verbo Dei scripto vel tradito continentur et ab Ecclesia sive sollemni indicio sive ordinario et universali magisterio tanquam divinitus revelata credenda proponuntur.

Sollemne huiusmodi indicium pronuntiare proprium est tum Oecumenici Concilii tum Romani Pontificis ex cathedra loquentis.

Declarata seu definita dogmatice res nulla intellegitur, nisi id manifeste constiterit «.

Hoc canone varii tractatus theologiae generalis continentur, nempe tractatus De *divina traditione,* de *S. Scriptura,* de *Ecclesia Christi* et *praesertim de eius magisterio,* de *liomano Pontifice atque eius infallibilitate* 7.

Nos hic quaedam tantum innuemus ad canonis intelligentiarn: ad hoc autem necessariam putamus distinctionem fidei *divinae,* fidei *catholicae* et fidei *ecclesiasticae.*

a) Fide divina 8. - Credere debemus ea omnia quae iuterna propria persuasione, quae variis argumentis acquiri potest, scimus a

1 C. 1332, § 2.
s S. Matth. XXV1H, 19: S. Mare, xvi, 15.
3 Cfr. Matthaeum Conte a Coronatu, */us publicum ecclesiasticum,* n. 91.
4 Cfr. c. 1351.
5 Augustine, *t. c.,* VI, 321.
6 C. 1323, 5 1-3.
7 Haec omnia cfr. apud *theologos:* Hurter, *Theologia generalis'1;* Wilmers, *De Christi Ecclesia,* lib. IV.
8 Moersdorf, *Dic Itechtssprache...* p. 248-249.

Deo esse revelata; Deo enim revelanti, dum certo de revelatione divina constat, fidem detrectare grave delictum est.

Ita fido divina credendae sunt non solum quas quis certo cognoscit in divina traditione aut sacra Scriptura contineri veritates, licet ab Ecclesia explicite nondum propositae, sed etiam veritates quas quis certo scit sibi a Deo revelatas esse; licet ab Ecclesia ut revelatae non sint propositael.

Fidem detrectans veritati revelatae ab Ecclesia non propositae ut tali, peccat quidem et graviter contra reverentiam Deo debitam, non est tamen haereticus quoadusque explicita propositio doctrinae ex parte Ecclesiae non accesserit.

b) Fide catholica - seu, ut habet Codex, *fide divina et catholica* 1 credere debemus ea quae a Deo revelata sunt et simul nobis ab Ecclesia sive sollemni indicio R. Pontificis, Conciliive Oecumenici, sive ordinario et universali Episcoporum per orbem dispersorum magisterio credenda obligatorio modo proponuntur.

Modus quippe proponendi veritates divinitus revelatas cum obligatione in fidelibus singulis eas fide divina credendi sub poena exclusionis a coetu fidelium seu incidendi in haeresim, duplex est, ordinarius et extraordinarius. Modus ordinarius constituitur ab universali magisterio Episcoporum per orbem dispersorum, coniunctorum tamen cum R. Pontifice Ecclesiae universae rapite et Primate: Episcopi enim, licet singuli et in Conciliis particularibus congregati infallibilitate non polleant in docendo, fidelium tamen suis curis commissorum, sub auctoritate R. Pontificis, veri doctores seu magistri sunt 3, et quidem ex iure divino quia a Spiritu Sancto positi sunt ad regendas ecclesias sibi commissas. Omnes autem Episcopi simul sumpti Ecclesiam *docentem,* quae activa infallibilitate gaudet in rebus ad fidem et mores spectantibus, constituunt, dum fideles eorum doctrinam sectantes infallibilitate gaudent *passiva* et Ecclesiam *discentem* constituunt4.

Medium vero extraordinarium 56proponendi veritates fide catholica credendas est sollemne indicium sive Romani Pontificis *ex cathedra* loquentis sive Concilii Oecumenici, praeside Romano Pontifice.

Utrum Romanus Pontifex ex cathedra loquens subiectum infallibilitatis distinctum sit a Concilio Oceumenico, quaestio est quam alibi vidimus e.

Item utrum ordinarium et universale Ecclesiae" magisterium sit aliquid adaequate distinctum a magisterio R. Pontificis a quo semper et ubique

1 Noldin, *De praeceptis15,* n. .32·, pag. 35: Hurter, *Theologia generalis11,* n. 500, 1.
2 Probe distinguenda est fides catholica a *doctrina catholica,* quo nomine veniunt praesertim illae veritates quae licet per se non sint formaliter revelatae, intime tamen cum revelatis connectuntur et quandoque ab Ecclesia etiam authentice proponuntur, quin tamen fides Ipsis divina catholica agnoscenda sit: huc spectat etiam c. 1321; cfr. Hurter, Z. c., n. 501».
3 C. 1326.
4 Cir. Hurter, Z. *c.,* n. 267, sq. 121, et 272.
5 Extraordinarium non dicitur quia non semper uti eo possit Ecclesia, sed quia solummodo de facto extraordinario modo eo Ecclesia utitur.
* Cir. vol. I, pag. 368, nota 6.

pendere debent Episcopi; quaestio videtur solvenda ex solutione alterius quaestionis: utrum potestas Episcoporum sit, immediate an solum mediante Romano Pontifice, a Deo.

Ut aliquam veritatem de fide catholica credere teneamur, non sufficit quaelibet propositio illius veritatis facta fidelibus sive a Romano Pontifice sive a Concilio Oecumenico, sive ab ordinario et universali magisterio Ecclesiae. sed proprie requiritur ut haec propositio authentico et auctoritatire cum intentione scilicet obligandi omnes fideles fiat

Romanus Pontifex dicitur ex cathedra loquens eum docet qua *Supremui fidei magister.* non materiam quamlibet, sed proprie et exclusive *res fidem* d *mares spectantes,* non quovis modo, sed *intendens omnes fideles obligare* :*

Doctrina revelata quae ut talis ab Ecclesia obligatorio modo ab omnibus credenda proponitur sive sollemni indicio sive ordinario et universali magisterio *dogma fidei* constituit, quod semel definitum sensu quo ab Ecclesia definitum est semper et ab omnibus interpretandum est, nec unquam ad aliam interpretationem transferri potest quavis altioris intelligentiae specie et nominel.

Modus exponendi seu melius proponendi authentice et auctoritative veritates divinitus revelatas ordinario et universali magisterio per se non differt substantialiter a modo extraordinario; habet enim eandem causam, potestatem a Christo acceptam et promissionem assistentiae Spiritus Sancti, eosdemque parit effectus, scilicet dogmatum definitionem; veruntamen aliquantum minus determinatus est et ex ipsa sui ambitus amplitudine, quae nostris praesertim diebus quam latissime patet, difficilioris usus et applicationis.

Theologi ad cognoscendum quasnam veritates divinitus revelatas tali modo propositas credere *fide catholica* debeamus aliquam normam, quam *regulam fidei* vocant, assignant; *regula porro fidei est* ipsa auctoritas Ecclesiae veritatem obligatorio modo proponentis ut divinitus revelatam; auctoritate autem sua Ecclesia obligatorio modo utitur in proponenda doctrina praeterquam definitionibus conciliaribus et Romani Pontificis ex cathedra loquentri, etiam editione symbolorum et professionum fidei, necnon promulgatione decretorum conciliorum etiam particularium a Romano Pontifice speciali modo approbatorum seu ab universa Ecclesia receptorum 4.

Si, regula fidei inspecta, de dogmatis definitione dubium remaneat, praesumendum est dogma non esse definitum 5.

Practica autem regida ad dignoscendum facilius quando dubium positivum de dogmatis definitione remaneat haec assignari potest: «Si graves theologi inter se dissentiunt, num quid ab Ecclesia sit definitum, haberi illud non posse ut dogma proprie dictum catholicum » e.

1 Augustine. 7. *c.t* VI, 325.
2 Mazzella, *De religione et Ecclesia,* n. 1051; Hurter, Z. c., n. 407; Wilmers, *De ChrM Ecclesia.* n. 230; Concilium Vatican.. ConstlL « *De Ecclesia Christi* DenzInger-Bannwart Z. c., 1839.
3 Concilium Vatican., Const it. · *De Fide catholica* »; cfr. Denzlnger-Bannwart 7. *c.*. 18ÜU et 1818.
4 Cfr. Hurter, Z. c., 498 sq., praesertim vero 563.
5 C. 1323/ § 2.
e Hurter, *l.* c., 504,

Praeter sollemnem dogmatum definitionem alias veritates divinitus revelatas sive Romani Pontificis decretis, sive in conciliis oecumenicis sive ordinario et universali magisterio fidelibus credendas proponit Ecclesia quin tamen rem dogmatice definiat, nec catholicam fidem exigat; in hoc casu non habetur dogma, sed doctrinae catholicae expositio, cuius tamen negatio non semper nec necessario haereeim implicat, licet gravem plerumque contineat culpam '.

c) Fide ecclesiastica - quam etiam *mediate divinam* appellant 2 quae assensum internum et externum requirit, credimus veritate» non quidem in se ipsis revelatas, sed intime cum iisdem connexas ab Ecclesia propositas, auctoritate infallibili ex assistentia Spiritus Sancti sibi concessa 3.

909. — 2° De expositione negativa doctrinae revelatae. - Satis non est haereticam pravitatem devitare, sed oportet illos quoque errores diligenter fugere, quid ad illam plus minusve accedunt; quare omnes debent etiam constitutiones et decreta servare quibus pravae huiusmodi opiniones a Sancta Sede proscriptae et prohibitae sunt4.

Agitur hic de negativa expositione doctrinae revelatae seu de damnatione propositionum quae veritatibus revelatis plus minus opponuntur.

Si propositiones directe et immediate dogmati definito opponantur sive contrarie sive contradictorie, haereticae dicuntur, easque, cum eas haereticas esse certo scimus, reprobare tenemur' *fide divina catholica,* ne haeretici ipsi fiamus 5; alias vero propositiones veritatibus revelatis contrarias aut quovis modo ad Ecclesia damnatas devitare tenemur vel fide divina vel fide ecclesiastica, maiori minorive assensu pro diversitate notae qua tales propositiones reprobat Ecclesia. Tales propositiones ab Ecclesia reprobatas non reprobans peccat certe graviter, et quidem contra fidem divinam, saltem mediate, quia credimus Ecclesiam in his erroribus damnandis infallibilem esse, haereticus tamen non est quoadusque propositio ut haeretica damnata non sit.

Quodsi propositio damnata ad factum dogmaticum stricte dictum referatur, e. g., quod talis haeresis contineatur in tali libro; licet admittere debeamus Ecclesiam in hoc iudicio practice infallibilem esse, et hoc fide *divina* credamus; tamen si quis factum ipsum dogmaticum negaret, haereticus nec

1 Cfr, Hurter, Z. c., 506-507.
2 *Mediate divina* appellatur quia fido divina credimus a Deo datam fuisse Ecclesiae potestatem eu quae */blc ecclesiastica* credimus, definiendi, ipsa vero veritas tali fide ecclesiastica credenda non est fonnaliter a Deo revelata: immo licet ipsam potestatem Ecclesiae has definiendi veritates revelatam habeamus et fide divina credamus, tamen cum de hac re definitio Ecclesiae clara desideretur qui circa haec potestatem Ecclesiae negaret, gravis quidem culpae reus esset, haereticus autem dici non posset, quoadusque de hac re definitio Ecclesiae non habeatur: cfr. c. 1323. § 3; Hurter, 7. c., 283; Choupin, *Valeur des décisions du Saint Sitge* , pag. 4G47.
3 Hurter, *l.* c., 499; CHioupin, 7. *c.,* 44 sq.; Augustine. *L* c., 328-329.
4 C. 1324.
5 Cfr. Choupin, 7. *c.t* 47-48.

esset nec declarari posset, quia illud factum non pertinet ad depositum fidei quod exclusive Sacra Scriptura et divina traditione continetur; culpam tamen gravem talis contra fidem *divinam* qua credimus Ecclesiam in factis dogmaticis infallibilem esse committeret 1.

Quae quidem valent de casu quo Ecclesia uti velit sua auctoritate suprema errores determinatos infallibili magisterio profligandi. Hac tamen potestate ipsa Ecclesia non necessario uti debet, sed, mitiori disciplina, errores damnat quin in damnatione decernenda infallibili uti intendat potestate. Decisionibus hoc modo datis, non necessario dandus est assensus fidei divinae debitus, sed sufficit assensus religiosus internus quidem et externus qui certitudine morali, non metaphysica nititur, quique a virtute fidei divinae procedit, quin sit tamen assensus fidei divinae 2.

Propositiones autem a S. Sede vel a Romano Pontifice sive fallibiliter sive infallibiliter damnatae non eadem nota theologica 3 damnantur; variae esse possunt notae seu censurae theologicae quibus singulae afficiuntur, quarum quaedam absolute erroneam doctrinam in propositione damnata contentam habent, e. g., quae *erronea* vel *haeresi proxima* definitur; aliae vero doctrinam in propositione damnata contentam non absolute erroneam seu falsam, sed vel dubie falsam vel animarum saluti et rectae doctrinae revelatae periculosam statuunt. Ita propositio quae *temeraria* definitur continere intellegitur doctrinam quae sine solidis argumentis a communi recepta doctorum sententia recedit, eritque proinde *generatim* falsa non absolute tamen. Quae *scandalosa, piarum aurium offensiva,* quaeve *tuto doceri non posse* edicitur, per se non damnantur ut falsae et verae in seipsis esse possunt, sed illis notis prudenter ab Ecclesia earum publica defensio prohibetur 4.

910. — III. De obligationibus fidelium fidem respicientibus 6. -1° Obligatio fidem profitendi. - Fideles Christi fidem aperte profiteri tenentur quotiens eorum silentium, tergiversatio aut ratio agendi secumferrent implicitam fidei negationem, contemptum religionis, iniuriam Dei vel scandalum proximi e.

1 Cfr. Choupin, *l. e.,* 44-48.

2 Cfr. Choupin, *l. c.,* 50-55. De necessitate assensum internum praestandi videri possunt haec documenta: Constitutio Clementis XI » *Vineam Domini Sabaoth* », 16 Iui. 1705, Denzingcr-Bannwart. *I.* c., 1350; Propositio 22 *Syllabi* Pii IX apud Choupin, *l. c.,* pag. 250; JMu *proprio* Pii X « *praestantia Scripturae* ». 18 Nov. 1907, Dccr. « *Lamentabili* », 3 Iu). 1907 apud Denzinger-Bannwart, 2113, 2007, 2008. Lubot haec ex cl. Choupin, *l. c.,* 84-85 referre: «Le sens d'une *dérision doctrinale,* qui provient de l'autorité du magistère suprême, mais qui cependant n'est pas garantie par le charisme de l'infaillibilité, est celui-ci: Etant donné les circostances, l'état de la science, il est prudent et sur de regarder cette proposition comme vraie, conforme â la Suinte Ecriture... etc. Ou, il est prudent et sûr de regarder cette proposition comme erronée, téméraire, contraire à la Sainte Ecriture, etc. Assurément, dans l'espèce, il s'agit d'une adhésion intérieure, intellectuelle; toutefois, ce n'est pas un jugement définitif, absolu, de soi irréformable ».

3 Cfr. Hurter, *l.* c., 508-511.

4 Cfr. Vermeersch, *Epitome,* II, 658.

5 Huc spectant etiam ea quae supra de expositione doctrinae revelatae ut obligatione fidelium relate ad propositiones damnatas disseruimus.

6 C. 1325, J 1.

Christiani duplicem obligationem erga fidem Christianam habent; positivam et negativam: obligatione negativa quae semper et pro semper obligat fidem negare prohibentur; positiva vero obligatione fidem tenentur aliquando profiteri L

Codex hic determinat aliquos casus in quibus fidei externa professio necessaria est ex ipso iure divino 2. Implicita negatio fidei haberetur si a publica potestate quis legitime interrogatus nihil responderet3.

Implicitam fidei negationem et scandalum proximi vel iniuriam Dei continere censetur occultatio fidei, ne quis ut catholicus agnoscatur saltem quando habetur obligatio fidem profitendi4.

Fidem occultare ad vexationes evitandas, sive assumptione nominum infidelium, sive assumptione vestium aliorumve signorum per se non est prohibitum dummodo scandalum non adsit, vel implicita negatio fidei aut iniuria Dei contemptusve religionis 5.

911. — 2° De deficientibus a fide seu de haereticis, apostatis et schismaticis. - Post receptum baptisma si quis, nomen retinens Christianum, pertinaciter aliquam ex veritatibus fide divina et catholica credendis denegat aut de ea dubitat, haereticus; si a fide Christiana totaliter excedit, apostata; si denique subesse renuit Summo Pontifici aut cum membris Ecclesiae ei subiectis communicare recusat, schismaticus est 6.

a) Ad delictum haeresis constituendum requiritur: Denegatio aut *positiva* dubitatio 7, nec quaelibet sed proprie *pertinax* quae tunc habetur cum quis sciens et volens auctoritati Dei revelantis et Ecclesiae definientis resistit; nihil autem refert quaenam sit causa resistendi seu vana gloria aut superbia, spiritus contradictionis seu quaelibet alia 8.

Errans igitur ex ignorantia non est haereticus, quousque jjaratus est se

* De his cfr. moralistas; Noldin, *De praeceptisl,** n. 13 Sq.

2 Praecepta positiva fidem profitendi cfr. in c. 1406 ut sq.

3 Proposit. 18, *Decret. S. OOlc.* 2 Mart. 1679 *damnata* apud Deiiziiigcr-Baniiuuit. n. 1168; d tamen interrogatio non sit legitima, quia, e. g., lex talus interrogationes a indice fieri non permittit, evasivum responsum non esset illicitum: cfr. Vermeersch, *Theologiae moralis...* II, 20; cfr. etiam responsum S. C. de Prop. Fid. 7 Februarii 1791 in *Collectanea.* n. 604.

4 Cfr. S. C. Prop. Fid. 24 Nov. 1628 et 28 Mail 1635 in *Collectanea,* n. 41 et 8J; cfr. tamen etiam Noldin, *L* c., 21.

5 Cfr. S. C. S. OIT. 29 Nov. 1729; 22 Mail 1671; 20 lunii 1866_ad 38 etc. in *Collectanea* d. 313, 191, 1293; Noldin, *l. c.,* n. 22; alios casus resolutos a S. Sede cfr. apud Augustine, *l. c.* VI, 330-334 aut apud moralistas.

5 C. 1325, § 2.

7 Dubium ita definitur a D'Annibale, *Summula,* I, 127: «Status mentis quae inter duos contradictionis terminos constituta, haeret anceps... dicitur negativum cum nulla neque affirmandi neque negandi ratio subest; affirmativum *(positivum)* cum subest ultro citroquu * additque in nota 10: ‹ Dubium negativum in ignorantiam, positivum in opinionem recidit ». Ad hacreskn requiritur dubium positivum: Chelodi, *Ius personale, 51,* 1 in nota; Blat, *l. c.,* 199, pag. 242; Noldin, *Dc praeceptisl,** n. 29 nota et 33.

4 Noldin, /. c., 29. Ex quo patet haereticos *materiales* in iure canonico non venire numine haereticorum; cfr. Reiffcnstuel, *Ius canonicum universum,* V, tit. VII, n. 12.

indicio Ecclesiae submittere. Immo delictum haeresis nec ille committit qui ex ignorantia etiam crassa et supina errat, quia licet talis graviter peccet, tamen non est pertinax: peccatum autem haeresis non est peccatum ignorantiae, sed peccatum positivae infidelitatis, quae si scientia non habeatur, haberi nequit[1].

Item requiritur ut dubium aut denegatio referatur objective ad veritates *fide divina* et *catholica credendas;* nec sufficit proinde denegatio veritatis fide solummodo divina, aut solummodo ecclesiastica credendae [2].

Peccatum haeresis sicut et peccatum apostasiae mere internum haberi potest, non vero delictum ad quod externa aliqua manifestatio necessaria est; manifestatio autem factis aut verbis, publice aut occulte fieri potest. Si facta aut verba sint haeretica, internus tamen sensus sit catholicus delictum non habetur [3].

Moralis malitia haeresis, sicut apostasiae est contemptus sapientiae et veracitatis divinae, necnon inobedientia divino praecepto obediendi Ecclesiae[4].

Variae autem haereses inter se specie non differunt [5].

Quandiu Christianus retinet voluntatem se subiiciendi auctoritati Ecclesiae rem aliquam definienti, licet res forte ipso inscio iam definita sit, haereticus formaliter non est quia pertinacia deest[6].

b) Apostata non differt ab haeretico. nisi in hoc quod obiecta materialia quae ab ipso negantur magis extenduntur: delictum eiusque specifica malitia eadem sunt ac in haeresi[7].

c) Delictum schismatis de iure vigente habetur etiam in recusatione communicationis cum membris Ecclesiae Romano Pontifici subiectis; intellegitur autem recusatio communionis cum membris Ecclesiae universim sumptis non de recusatione communicationis cum aliquo membro particulari; haec enim inobedientiae aut contra caritatem peccatum esse posset, non vero schisma [8].

Ad defictum schismatis requiritur detrectatio subiectionis R. Pontifici aut recusatio communicationis — non ex qualibet causa, sed ex denegata unitate Ecclesiae et ex denegato imperio Romani Pontificis [9].

Cum recusatio subiectionis aut communicationis in facto consistant externo, si haec revera· externe exsistant, licet qui haec ponit forte interne recte sentiat de Ecclesiae unitate, schisma tamen habetur [10].

Malitia specifica delicti schismatis est quod sit contra caritatem n, at difficile hodie catholicus fiet schismaticus et non haereticus quia difficile evenire potest ut admittatur primatus et infallibililiw K. Pontificis et tamen de facto ei sublectio denegetur

Schisma *purum* quod nempe non sit haereticum committere potest communitas, ut, dioecesis, provincia, regio, paroecia; persona physica singularis tunc solum schisma committit purum cum alicui sectae aut ecclesiae schismaticao adhaeret. Schisma haereticum consideratur ut delictum haeresis[2].

912. — 3° De disputationibus cum acatholicis circa fidem. - Caveant catholici ne disputationes vel collationes, publicas praesertim, *circa res fidem respicientes* [3], cum acatholicis habeant, sine venia Sanctae Sedis aut, si casus urgeat, loci Ordinarii [4].

Publicae disputationes cum acatholicis iam antiquitus prohibitae sunt ob periculum perversionis quod pati solet pars catholica ob imperitiam putantium [5].

Si aliquando permittendae sint ob spem maioris boni, curandum ut per sacerdotes insignioris doctrinae fiant, quo casu facilius licentia concedi poterite.

Prohiberi autem non censentur nisi disputationes quae *ex condicto* sen *ex professo* fiant; non quae ad conversionem alicuius personae, aut etiam conferendae apologeticae cum aliquali facultate moderate obiiciendi [7].

Privatas autem collationes non absolute Codex prohibet, vel, si dicatur ea? prohibere, admittendum erit ex ipsa Codicis dictione istas facilius et ei leviori causa quam publicas certo permitti et licentiam Ordinarii loci facile pro istis praesumi posse [8].

Etiam publicae disputationes cum socialistis, praesertim si hi etiam errores contra fidem propugnare consueverint, prohiberi videntur [9].

Reiffenstuel, *l. c.,* n. 7-9, de distinctione *haeretici* ab *erratico.*

Cfr. supra, n. 908.

[3] Cfr. Chelodi. *I. c,* 57; Reiffenstuel, Z. c., V, 7, n. 16; Do Mecstcr, Z. c., III, n. 1285.

Cfr. Noldin, Z. c.. 31.

[5] Noldin, Z. c., 31, 3.

[8] Noldin, *l.* c., 29, Z>.

Augustine, Z. c., VI, 335; Noldin. Z. c., 31, 3.

[8] Cfr. Cavigioll. *De erneurfa lotae sententiae quae in Codice iuris canonici coniinentur Commentariolum.* (1919), n. 85.

0 Cfr. Cappello. *Dr censuris,* (1919). n. 65, In nota 3; Cavigioll, Z. c., 85; Eichmann, *Das iStrafrccht fles Codex iuris canonici* (1920), pug. 127, nota 1.

10 Chelodi, Z. c., 57, 3.

11 Cfr. Noldin. Z. c., 33·.

1 Ita communiter; cfr. Augustine, Z. c., VI, 335; Chelodi, Z. c., 57, 3; Haring, *Orundzüge katholischen Kirchenrechts'0,* pag. 964; Cocchi, Z. c., vol. VI, n. 8, c; Cavigioll Z. c., 85; ubi tamen affert exemplum schismatlcae quae non fuerit simul haeretica in *ecclesiola gallicana abnuente a Concordate* inter Napoleonem et Pium VII. Aliud exemplum schismatis quod praecipue in facto consistit, non coniuncti cum haeresi haberi facile poterit in schismaticis Ecclesiae orientalis qui in bona tide sint; tales enim haeresis in casu ignorantiae rei esse nou possunt, quia^ deest pertinacia, possunt tamen esse schismatici.

‘ Hollweck, *Die kirchliche Strajgesetee,* 1899, § 98, nota 1, pag. 165.

3 Codex haec verba non habet, at talis videtur ex contextu sensus Codicis.

4 C. 1325, § 3.

5 Cfr. c. 36 (a. 495). C. 24, qu. 3; c 2. 5, 2, in 6°; S. C. Prop. Fid. 7 Mart. 1625; 18 Dec. 1662 in *Collectanea,* n. 11, 148.

6 S. C. Prop. Fid. 7 Fcbr. 1645 et 18 Dec. 1662 in *Collectanea,* n. 112 et 148.

7 Cfr. Vermeersch, *Epitome,* II, 661; Blat, Z. c., 199, pag. 244; Cocchi, Z. c., vol. VI, p. 25 n. 9.

3 Cfr. Noldin, Z. c., 40; Blat, Z. c., 199, pag. 245; De Meester, Z. c., III, n. 1284.

9 Cfr. Augustine, Z. c., VI, 336.

TITULUS XX.

De divini verbi praedicatione

913. —- Praecipuus modus quo magisterium ecclesiasticum exercetur ex verbis ipsius Christi et Apostoli 1 est praedicatio doctrinae evangelieae; recte proinde titulus vicesimus, qui est primus huius quartae partis, *de diviti verbi praedicatione* inscribitur.

I. De variis praedicatoribus. - 1° De Romano Pontifice. · Munus fidei catholicae praedicandae commissum praecipue, est Romano Pontifici pro universa Ecclesia 2.

Munus hoc ex iure divino implicat obligationem fidem catholicam populis exponendi et ius a qualibet civili potestate independens hanc expositionem mediis aptis sive publice sive privatim, sive populis catholicis sive acatholicis proponendi. Quod ius R. Pontificis ex verbis Christi et ex perfectione iuridica Ecclesiae eiusque constitutione facile eruitur 34

Romanus Pontifex suum munus praedicandi semper et ubique per se exercere potest, independenter a qualibet humana potestate; exercet autem de facto per Praefectos et Vicarios Apostolicos, necnon missionaries in locis missionum et in mundum universum per litteras apostolicas nulli guberniorum *placito* subiiciendas *

2° *De* Episcopis. - Episcopis pro suis dioecesibus praecipue commissum est munus fidei catholicae praedicandae, dependenter tamen a Romano Pontifice 5; cui muneri, nisi legitimo prohibeantur impedimento. per se ipsi satisfacere tenentur 6; si vero legitime impediantur, per alios viros idoneos satisfacere debent.

Firmatur hoc canone obligatio personalis Episcoporum praedicandi verbum divinum, quae iam antiquissimo tempore in Ecclesia viguit ~.

Codex *legitimum impedimentum* requirit ut Episcopus per alios huic ninneri satisfaciat; legitima autem impedimenta sunt: multiplices occupationes, invaletudines corporales, hostiles incursus ct alia similia 1.

Obligatio dc qua in hoc canone ligat *Episcopos,* quo nomine hic praeter Abbates et Praelatos *nullius* veniunt omnes qui jurisdictione episcopali gaudent, exclusis, ut patet, Episcopis titularibus 2.

3° De aliis praedicatoribus. - Praeter Romanum Pontificem et· Episcopos, parochi quoque aliique quibus ex officio committatur a iure canonico communi aut particulari, obligatione tenentur praedicandi verbum divinum 3.

Sed insuper, quia impossibile est, praesertim in magnis dioecesibus, Episcopos per seipsos aut per alios animarum pastores plene suo muneri praedicandi satisfacere; expresse ipsis iniungitur obligatio alios quoque viros idoneos in auxilium assumendi ad huiusmodi praedicationis mimus salubriter exsequendum '.

914. — II. De missione canonica 5 ad praedicandum necessaria. - Nemini ministerium praedicationis licet exercere, nisi a legitimo Superiore missionem receperit, facultate peculiariter data, vel officio collato, cui ex sacris canonibus praedicandi munus inhaereat 6.

Statuitur hoc canone necessitas missionis canonicae quam iam definierat Concil. Trid. can. 7, sessione 23 et c. 1, sess. 5, *de* re/. Est autem missio canonica « positiva deputatio ab auctoritate ecclesiastica facta ad docendam religionem Christianam »7.

Missio canonica distinguenda est ab aptitudiue seu idoneitate eius cui datur, aptitudo enim est praevia conditio ad obtinendam missionem; itemque distinguenda est a nominatione aut praesentatione praedicantis; generatim ipsa haec duo requirit: approbationem et licentiam ad praedicandum 8.

Requiritur autem missio canonica ad *'ministerium praedicationis,* quo nomine non quaelibet expositio doctrinae revelatae venire videtur, sed illa solummodo expositio quae ex officio seu late seu stricte sumpto fit 9 quaeque sit aliquo modo *publica 10.*

1 *Praedicate euangelium omni creaturae... Praedica verbum, insta opportune, importune...*
2 C. 1337, } 1.
3 Cfr. Cavagnis. Z. *c.,* vol. III. ŋ. 6, eqs.; Augustine, *l. c.,* VI, 338-339.
4 Cfr. Augustine, Z. *c.,* \ I, 339; Matthaeum a Coronata, *Dis publicum ecclesiaslieuM* n. 133. sq.
5 Cc. 1326, 1327, 5 1.
β C. 1327, § 2.
7 Cfr. Concil Trident, c. se·». 5 *de ref.* c. 4 et 7 sees. 24 *de rcj.*\ Wernz, *Ius dtcrtte Hum,* III, n. 34.

1 C, 15, X, 1, 31.
2 Santamaria, *l. c.,* IV, 183.
3 C. 1327, § 2; Wernz, *l. c.,* III, 34.
1 C. 1327, § 2.
s C. 1328; litter, enoycl. Bened. XV · *Humani generis* » 15 Iulii 1917, initio et normas 8. C. Consistorialis 28 Iimii 1917 pro sacra praedicatione, *A. A. S., IX,* 328, 335.
3 Moersdorf, *Die Hcchtssprache...* p. 249.
7 Wernz, Z. c., III, 26; De Mccster, Z. c., III, n. 1288 ita definit missionem canonicam: « Positiva deputatio ab auctoritate ecclesiastica facta ad docendam ex officio ct quasi publico modo religionem Christianam ».
8 Cfr. Wernz, Z. c.. III, 2G sq. in notis n. 7 ct 10; Santamaria, Z. *c.*. IV, 184, restrictive intellegit missionem canonicam quatenus nempe refertur solum ad praedicationem proprie dictam.
' C. 145, § 1. ■
!0 Wernz, Z. c., III; Hiat, Z. e., n. 202, pag. 248 praedicationem proprie sumptum ita describit: «exercitium adimplendi muneris Apostolis Iniuncti, atque ordinatum directe ct

Missio canonica necessaria omnino est omnibus ministerium praedicationis exercentibus nec ullo modo suppleri potest ordinatione 1; unus Ro. manus Pontifex, quod Superiorem a quo mittatur non habet in terris, canon indiget

Is qui missionem canonicam concessit, eam semper valide etiam sine causa revocare potest etiamsi agatur de beneficiate; contra iniustam revocationem datur recursus in devolutivo ».

S. R. E. Cardinalibus et Episcopis missio canonica generali modo a iure conceditur 4.

Idem videtur dicendum de religiosis religionis clericalis quod ad institutionem catecheticam puerorum attinet.

I APUT Γ.

De catechetica institutione 5

915. — I. De auctoritate competente circa catecheticam institutionem. - Ordinarii loci est omnia in sua dioecesi edicere quae ad populum in Christiana doctrina instituendum spectent; et etiam religiosi exempti, quoties non exemptos docent, eadem servare tenentur ·.

Potest igitur Ordinarius loci tempus praefinire quo institutioni catecheticae vacandum est; item textus libros quibus catecliismi magistri tam

immediate mi animarum salutem ·; unde ad praedicationem non referretur expositio do? ctriuae revelatae privatis personis facta, utpotc non constituens officium publicum deetndi. — Verum etiam ad institutionem catecheticam in scholis publicis requiri missionem canonicam putamus. Una institutio quae domi fiat eximi videtur (cfr. Haring, *Grundzilge...,* p. 343, nota 4, ubi inter alia citatur art. 5 Concordati austriacl a. 1855; cfr. etiam Sfigmiiller, *Lchrbuch des kntholischen K. Ii.* II, p. 4). Ideo missio canonica necessaria erit etiam pro magistrabus in scholis publicis catechismum docentibus. Cfr. etiam De Meester, *7. c.,* III, n. 1288, pag. 194.

1 Missio canonica sicut et ipsa praedicatio ad potestatem jurisdictionis referenda est non ad potestatem ordinis; Wernz, *l. e.,* III, 27, contra Hollweck, *Dic kirchliche Strafgcsetze,*^ 262, nota 3, pag. 322 et Blat, *Z.* c., 216, pag. 260.

2 Wernz, *Z.* c., III, 26.

3 Wernz, *Z.* c., III, 29.

4 Cfr. cc. 239. § 1, n. 3; 349, 5 1, n. 1, n. 1.; 215, § 2.

5 Pius XI, Motu proprio, 29 lunii 1923, apud S. C. Concilii instituit piculiare efficiinn catechismi cuius est in universa Ecclesia actionem catecheticam moderari. *A. A.* 6'., XV, 327. Cfr. etiam Litter. Pii XI, 12 Martii 1930, quibus innovantur indulgentiae pro catecheticam instructionem tradentibus; Litter. S. C. Concilii. 31 Maii 1920 de instructione catechetica in Italia; Epist. S. C. Concilii 23 Aprilis 1924 de eadem materia pro Italia: Decretum S. C. Concilii 1 Aug. 1931 de quibusdam formulis catechismi mutandis in Italia: Decretum S. C. Cone. 16 April. 1924, quo coetus eatechctlci indicuntur; Epist. S. C. Concil., 24 lunii 1921 dc religiosa iuvenum Instructione; Decretum S. C. Concilii, 12 lanuarii 1935 de impensius curanda instructione catechetica; Instruet. S. C. De religiosis, 25 Nov. 1929 et Litteras S. C. De Seminariis, 8 Sept. 1928 et 28 Augusti 1929 de catechetica instructione curanda

8 C. 1336.

in scholis qiuun in ecclesia uti debeant praescribere pro sua. dioecesi; item pro adultis, parochis tempus determinare, e. g., quatuor vel quinque annos, intra quod totus catechismus populo explanetur. Sua autem potestate uti potest praesertim invigilando per vicarios foraneos aut per *consilia scholastica tlioecceana* ad hoc, ubi fieri cum utilitate potest, constituta 1.

Normae speciales tum iure communi tum iure particulari datae pro concionibus per se. nisi expresse id dicatur, non sunt applicandae institutioni catecheticae 2; nec proinde regulares in suis ecclesiis ad instructionem catecheticam impertiendam sive pueris sive populo speciali Ordinarii loci approbatione indigent3, quamvis et ipsi ea servare debeant quae ad institutionem catecheticain ab Ordinario loci statuta sunt‘.

916. — II. De iis qui catecheticam institutionem curare debent. - 1° Obligatio pastorum animarum. - Proprium et gravissimum officium, pastorum praesertim animarum, est catecheticam populi Christiani institutionem curare 5.

Verba quibus hic canon conceptus est et ipsa rei natura eiusque momentum quod cuilibet consideranti apparet, gravitatem huius obligationis commendant; plurimorum enim causa malorum quae in societate Christiana lamentamur ex neglecta catechetica institutione quasi ex naturali causa promanant et magna pars Christianorum aeternis suppliciis ex ignorantia mystarum et praeceptorum fidei Christianae damnatur.

Obligatio ista gravissima pastores *praesertivi* animarum, quo nomine Episcopi, paroclii et praelati religiosi veniunt, obstringit, at etiam ad alios omnes sacerdotes aliquo modo, saltem ex caritate extendenda est; pastores vero animarum ex iustitia obligantur 6.

* Cfr. Haring, *Grundzïiye* etc., § 104, pag. 343, nota 1; Vermeersch, *Epitome,* II, 670.

2 Munus catechistae a Pio X, litt. « *Acerbo nimis·* 15 AprU. 1905 ita describitur: «Hoc scilicet catechistac mutius est, veritatem aUquam tractandam suscipere vel ad fidem vel ad Christianos mores pertinentem, camque omni ex parte illustrare: quoniam vero emendatio vitee fluis docendi esse debet, oportet catechistam comparationem instituere ea inter quae Deus agenda praecipit quaeque homines reapse agunt; post haec exemplis opportune usum, quae vel e scripturis sacris, vel ex ecclesiastica historia, vel e Sanctorum virorum vita sapienter hauserit suadere auditores eisque, intento veluti digito, commonstrare quo pacto componant mores; finem denique hortando facere, ut qui adstant horreant vitia ac declinent, virtutem sectentur». A. Wernz vero iuridice, *l. c.,* III, 41, ita definitur institutio catechctica' « Instructio catechetica intelligitur illa institutio simplex de praecipuis articulis fidei, inorum praeceptis, mediis solutis, quae datur statis diebus potissimum impuberibus pueris atque puellis sive in ecclesia sive in scholis elementarlbus aut rudibus vel provectiori inventât! universoque populo diebus dominicis et festis in publicis ecclesiis. Ad instructionem etiam illa institutio religionis catholicae revocari potest, quae pro diversitate regionum in scholis mediis sive gymnasiis Vel lyceis tradi solet »; clr. etiam Augustine, *Z.* c., VI, 343; Cocchi, *l. c.* VI, 21; Prhmmer, 7. c., 404.

3 Wernz, *l. c.,* III. 45; Piat, *Praelectiones iuris reaularis,* II, pag. 259; Ojetti, *Synopsis,* v. *Calechiemus,* n. 875; Bondini, *De privilegio exemptionis,* (1919), pag. 124.

4 Cfr. *Acta S. Sedis,* vol. II, pag. 151-157 et 189.

5 C. 1329.

* Cfr. liacc ct alia circa gravitatem et extensionem obligationis argumenta in litteris Encyclicis Pii X *'Acerbo nimis·,* 15 April. 1905, quae licet a Codice confirmatae non sint, quatenus obligationes positivas in Codice non relatas continent; sunt tamen valde utiles ad Colicis interpretationem; efr. Vermeersch, *Epitome,* II, 670.

Episcopi suae in hac re satisfacient obligationi, si advigilaverint ut parochi in catechetica instructione seduli sint et tempore praesertim visitationis ipsi etiam pueros puellasve interrogare non dedignentur h

Commendantur etiam a S. Congr. Concilii coetus ad aptiores rationes comparandas quibus Christi fideles doctrinam christianam facilius edoceantur; verum ne ex nimia varietate systematum abusus enascantur, exigit eadem S. Congregatio ut huiusmodi coetus si provinciales et nationales sint sine S. Sedis venia non habeantur. Pro coetibus vero dioecesanis id stricte non praecipitor, at commendatur s.

2° Obligatio parentum, herorum et patrinorum. - Non solum parentes aliique qui parentum locum tenent, sed heri quoque ac patrini obligatione adstringuntur curandi ut omnes sibi subiecti vel commendati catechetica institutione erudiantur 2

Heri ex iustitia concedere tenentur operariis etfamulis libertatem necessariam catecheticam institutionem sibi comparandi eos non impediendo; sed insuper et ipsi et alii in canone enumerati aut ex caritate aut ex pietate positive etiam curare tenentur ut revera de facto sibi subiecti erudiantur, eis onus frequentandae catecheticae institutionis sive in scholis, sive in ecclesia, uniuscuiusque aetati aptatae imponendo 4.

« Parochi, contionatores et confessarii, data occasione, ne omittant parentes, heros aliosque ad quos spectat, monere de gravi obligatione mittendi pueros ad catechismum »s.

Obligatio parentum iure naturali constituta iure etiam positivo divino et canonico confirmata est 0.

917. — III. Speciales parochorum obligationes. - 1° Obligatio praeparandi pueros ad sacramenta. - Debet parochus 7:

a) Statis temporibus, continenti per plures dies institutione, pueros ad sacramenta poenitentiae ct confirmationis rite suscipienda singulis annis praeparare 8.

Praeparatio ad sacramentum poenitentiae sicut et praeparatio ad SS. Eucharistiam singulis annis in singulis paroeciis est omnino facienda; non item

1 Cfr. Benedicti XIV Encycl. · *Etsi minime·,* 7 Februar. 1742, § 1-4; apud Gasparri, *Fontes,* I, 324.
2 S. C. Concilii, 16 April. 1916, *A. A. S.,* XVI, 431.
3 C. 1335; cfr. etiam cc. 1113; 1372, § 2; 769 et 797.
‘ Cfr. Encycl. Leonis XIII « *Rerum notarum ·, 15* Mali 1891 ; item Pii X « *Editae satpe* 26 Mali 1910; itemque Benedicti XIV ‹ *Cum religiosi ·,* § 4, 26 Iunii 1754, Gasparri, *Fontes* II, 429.
5 *Concilium -plenarium Siculum,* a. 1920, can. 15-16.
8 De Mecster, *l. c.*. III. ŋ. 1292.
7 Do vi huius obligationis cfr. c. 2182 sq.: quU sit parochus cfr. in cc. 161, 471. ? 1, 475, § 2, 176, § 6. Aliter ac in c. 1327, f 2, Codex iiic non dicit: *parochi per se ipsi. Cfr.* Staiiûl· Woywod, *A practical Commentary on the Code of canon law,* 1929, II2 pag. 99-100
8 C. 1330, n. 1; ex litteris « *Acerbo nimis·,* II, additis verbis: *singulis annis.*

necessario praeparat io ad confirmationem ubi hoc sacramentum non confertur singulis annis '.

b) Peculiari omnino studio, praesertim si nihil obsit, Quadragesimae tempore, pueros sic instituere ut sancte Sancta primum de altari libent2.

Tempus Quadragesimae, ut aptissimum, in ordinariis adiunctis indicatur, non stricte praecipitur.

Obligatio praeparandi ad SS. Communionem cumulari potest cum alia praeparandi ad confirmationem et ad poenitentiam, protracto opportune tempore ad utramque institutionem necessario.

Ab his autem obligationibus non censentur excusari parochi, quod in scholis aut in ecclesia ordinarie per annum institutio catechetica fiat; si tamen pueri ex ordinaria institutione iam sufficienter parati inventi fuerint; institutio a parocho facienda ad duos aut tres dies restringi poterit 3.

2° Obligatio curandi perfectiorem institutionem iuventutis. • Praeter institutionem puerorum praeparatoriam ad sacramenta primum suscipienda 4, parochus non omittat pueros, qui primam communionem recenter receperint, uberius ac perfectius catechismo excolere 5.*

Omnino corrigendus est error apud populum plerumque passim vigens quo institutio catechetica cessare debere æestimatui statim ac primam communionem pueri receperint.

Ab obligatione hac parochus se liberum considerare potest, si obtinuerit nt catechetica institutio, iuxta leges Ecclesiae communes et particulares, m scholis publicis tradatur atque ab omnibus scholae frequententur; item si pueri scholas catecheticas in ecclesia religiosorum frequentent.

Usque ad quamnam aetatem haec institutio protrahenda sit, iuris particularis est definire.

Instructio autem catechetica proportionata esse debet culturae litterariae et scientificae alumnorum et omnino curandum est nt in collegiis aliisque scholis gradatim alumni sic in catechismo instruantur ut suam fidem centra ea quae obiici vulgo consueverunt possint defendere et eandem aliis inculcare vel suadere °.

Lubet autem hic referre quae Pius X 7 praescripserat: «Maioribus in ur-

1 Vermeersch, *l. c.,* H, G65.
2 C. 1339, n. 2; ex litteris ‹ *Acerbo nimis·,* demptis: *feriis omnibus Quadragesimae et aliis...*
3 Cfr. Vermeersch, *l. c.,* II, 665.
4 C. 1330.
5 C. 1331.
6 Cfr. *Motu proprio* Pii XI · *Orbem catholicum* », 29 Iunii 1923; *A. S.,* XV, 327; cfr. etiam *Epistolam* S. C. Concilii 21 Iunii 1924 *De religiosa puerorum et adolescentium inslitvtiom: A.* J. .S'., XVI, 332, in qua quaestionarium Ordinariis locorum proponitur, ut habitis responsis S. Congr. speciales et eflicaciores de re normas practlcas dare possit.
5 *‘Acerbo nimis·,* ŋ. V.

bihns, inque iis praecipue ubi universitates studiorum, lycea, gymnasia patent, scholae religionis fundentur ad erudiendam fult i veritatibus vitaeque Christianae institutis inventam, quae publicas scholas etdobrat, ubi religiosae rei mentio nulla iuiicitur-; quaeque praesertim nostris regionibus ubi in scholn superioribus ulla religio et saepe errores contra religionem insinuantur quuiu maxime aptantur 1.

3° Obligatio catechismi pro adultis. - Diebus dominicis aliisque festis de praecepto, ea hora quae suo indicio magis apta sit ad populi frequentiam, debet insuper parochus catechismum fidelibus adultis, sermone ad eorum captum accommodato, explicare

Specialis hic obligatio statuitur distincta ab aliis obligationibus supra numeratis, cui satisfacere nequit parochus cumulando illas cum hac institutione 3.

Nec item parochus huic obligationi satisfacit per consuetam super Evangelium homiliam *.

Obligatio parochi est personalis, cui tamen si personaliter satisfacere nequeat, per alium satisfacere tenetur 5*

918. — IV. De adiutoribus parochorum pro institutione catechetica. - 1° Pro institutione puerorum. - Parochus in religiosa puerorum institutione potest, immo, si legitime sit impeditus, debet operam adhibere clericorum, in paroeciae territorio degentium, aut etiam, si necesse sit, piorum laicorum, potissimum illorum qui in pium sodalitium *doctrinae Christianae* aliudve simile in paroecia erectum adscripti sunt.

Presbyteri vero aliique clerici, nullo legitimo impedimento detenti, proprio parocho in hoc sanctissimo opere aduitores sunto, etiam sub poenis ab Ordinario infligendis ·.

Erectio sodalitii *doctrinae Christianae* de iure vigente7 commendatur quidem Ordinariis locorum, at stricto iure non praecipitur 8.

E contra S. Sedes hodie valde cupit ut in ecclesiasticis collegiis, dirigentibus Episcopis, scholae aperiantur delectis ex utroque sexu adolescentibus qui accommodato studiorum curriculo formentur·, iidemque, facto periculo scientiae suae, rite renuntientur habiles ad magisterium doctrinae. Christianae historiacque sacrae et ecclesiasticae obtinendum L

Parochus in catechetica puerorum institutione uti potest opera non solum virorum sed, si opus sit, etiam mulierum; talis enim institutio strictae praedicationis nomine non venit 2.

Codex presbyteros et alios clericos ad operam catecheticae institutioni puerorum praestandam cohortatur vehementer, atque Ordinariis locorum ius agnoscit id stricto iure praecipiendi. Poenas quibus uti debet in hac re Ordinarius loci non sunt censurae, sed solum remedia poenalia et, si de clericis inferioribus agatur, interdictio seu prohibitio ascendendi ad ordines superiores 3.

2° Pro adultorum instructione. - Si, Ordinarii loci indicio, religiosorum auxilium ad catecheticam populi institutionem sit necessarium, Superiores religiosi, etiam exempti, ab eodem Ordinario requisiti, tenentur per se vel per suos subditos religiosos, sine tamen regularis disciplinae detrimento, illam populo tradere, praesertim in propriis ecclesiis 4.

Hic canon ad solam populi scu adultorum institutionem catecheticam, non vero ad institutionem puerorum referendus videtur 5; quo tamen non negamus ius et opportunitatem instituendi scholas catechismi pro pueris etiam in ecclesiis religiosorum, praesertim si ecclesia paroecialis a regulari distet *longe* et in loco scholae catecheticae desinte.

Ordinarius, si necessitas habeatur institutionis catecheticae. eam petere debet, non a religiosis singulis, sed a Superiore vel maiore vel minore locali; Superior vero institutionem concedere tenetur, ad id autem poenis cogi nequit 7.

Eximuntur seu excusantur autem Superiores ab hac obligatione, si institutio concedi nequeat sine regularis disciplinae detrimento, cuius rei indicium ad ipsos religiosos Superiores pertinet 8. Detrimentum regularis disciplinae tunc censetur adesse cum regulae aut constitutiones huiusmodi bona opera positive excludant; aut etiam in casu quo generali modo permittant,

1 Cfr. etiam Decret. S. C. Sacram. · *Quam singulari* ·, 8 *Aug.* 1910, *A.* Æ S., Π. 582; *Concilium plenarium Siculum* a. 1920, can. 11; S. C. Concilii, 23 April. 1924, *A. A. S.,* XVI, p. 287, Epist. ad Ordinarios Italiae « *II ripristinumenlo* ».

! C. 1332; ex litteris * *Acerbo nimis*·, ɳ. VI. paucis immutatis et mitigatis; e. g. *dittos festis omnibus...*·, cfr. Augustine, *l. c.,* VI, 344-345.

3 Cfr. Encycl. Benedicti XIV « *Etsi minime* », 7 Februar. 1742, 5 5, apud Gasparri, *Fontes, I,* 324.

4 Cfr. c. 1344. § 1 et « *Acerbo nimis* », VI.

5 Cfr. Wernz, *l. c.,* III, 45; Vermeersch, *l.* e., II, GG6; cfr. etiam c. 1314, § 2.

4 C. 1333, § 1-2.

7 C. 711, § 2.

8 Aliter in litteris · *Acerbo nimis* ·, IV.

1 Cfr. *Molu proprio* Pii XI ‹ *Orbem catholicum* », 29 luuii 1923, J. *A. S.* 327; et Epistolam S. C. Concilii 1 Aug. 1924, *A. A.* S., XVI, 332.

" Cir. Const. Benedicti XIV « *Etsi minime* §7; Augustine, *l. c.,* VI, 346; Wernz, *l. c.,* III, 44.

3 Cfr. Constit. Benedicti XIV ‹ *Etsi minime* », § 6; Vermeersch, Z. c., II, 667; Augustine, I r., VI, 347; severius Blat, Z. c., 211, pag. 255.

4 C. 1331.

5 Ita Vermeersch, Z. c., II, 6G8; De Meestcr, Z. c., III, n. 1291, pag. 195, notu 6; Cocchi, L c., pag. 4G; aliter Blat, Z. c., 212, pag. 255.

6 Cfr. *Concilium plenarium Siculum,* a. 1920, can. 10; De Meester, Z. c.. n. 1291, p. 195, nota 6.

7 Augustine, Z. c., VI, 318; cfr. tamen causam a S. C. Concilii, 2 Mart. 1861 actam in *Jeta Sanctae Sedis,* v. II, pag. 184-188.

Notat autem recte Santamaria, Z. c., IV, 187, Episcopum ex iure Codicis non posse absolute praecipere institutionem catecheticam religiosis, sed debere circa ipsam petitionem faci re Superioribus qui in casu cam concedere tenebuntm·. Indicium autem de necessitate instructionis ad Ordinarium loci pertinet.

8 Blat, Z. c., 212, pag. 256.

si opera graviora, e, g.. chori obligatio, He holae etc, quae a regulis praecipiuntur eum catechetiva institutione componi nequeant, aut si vita communis damnum patiatur l.

Ut religiosi extra propriam domum institutionem dare teneantur, gravior causa requiritur, quia generatim in hoc casu detrimentum aliquod necessario patitur regularis disciplina; ideo Ordinarius loci id ordinario modo etigere nequit *

Haec quidem de obligatione; optandum autem est ut religiosi, antequam eis stricte imponatur ab Ordinario loci, cateeheticae institutioni incumbant. Nec ad hoc necessaria eis videtur Ordinarii loci aut parochi licentia 3.

CAPUT II.

De sacris concionibus.

919. — L Notio sacrae concionis. - Sacra concio hoc capite intellegitur oratio de re sacra ex professo habita coram populo seu multitudine aut communitate ad hoc convocata a sacerdote, diacono aut saltem clerico missione canonica munito, in hunc praecise finem ut ii qui in religione Christiana nati et educati sunt in eadem fide confirmentur et excolantur 4.

920. — II. De facultate concionandi. - 1° Terminologia. · Distinguenda est *facultas* a *licentia* et ab *assensu* 5.*

1 Cfr. Augustine, Z. c., VI, 348.

2 Cfr. Primimer, *L c.,* 104, 2; cfr. etiam cc. 608; 1345.

3 Cfr. supra et Insuper Melo, *De exemptione reuularixcm,* 1921, pag. 113; S. C. EE. ctRB. lG Mart. 1866 in *Acto S. Sedis,* vol. II, pag. 151-157 itemque alias causas in *Actu S. Sedis,* vuL II, pag. 189«

4 Cfr. Aichncr-Friedle, *Compendium iuris ecclesiasticil2,* § 149, 2. Auctores adl&borant in danda notione sacrae concionis specifice sumptae quatenus nempe a catechetica institutione differt. Wernz, Z. c., III, 30; Hinschius, *Das Kirchcnrcht der Kathotiken undProtestante^* IV, pag. 449; Cocehi. *L* c., VI, 31, talem notionem dare videntur quae facile etiam catecheticuc institutioni, quae tamen iuridicc a sacra concione differt, aptari potest. Melior videtur notio in qua non excluditur elementiun finis ad quem concio destinatur: certo aliqua distinctio inter sacram concionem et catecheticam institutionem est admittenda, quod ex Codice clan deducitur ex comparatis *rubricis* capitis II et III huius tituli: cfr. etiam Vermeersch, /. r.. II, 673; Prhmmvr, Z. c., 404-405; Blat. Z. c., 215, p. 259. Santamaria, Z. c., IV,,188, ita definit concionem: ‹ Oruciôn sagrada o sermon es la expllcaciôn o discurso con los quales losoyentti son eccitados a profesar y eiercitur la religiôn cristiana. Se distingue de la institution calcquistica en que éeta es la enseüanza sencilla accrca de los principales articulos de la fe, dc la? préceptes, de las costumbres y de los medios de salvaciôn. eiendo su fin principal instmir el entendimiento, mientras que el fin principal de la prcdicaciôn sagrada es mover la voluatad ›. (ïr. etiam Claeys Bouuacrt-Simenon, *L* c., 881; De Meestcr, Z. c., III, n. 1294. talem dat concionis definitionem quae certo modo etiam catecheticam instructionem comprehendat nccnon hoiuilius.

5 Distinctiones Istae certe iu Codice habentur; cfr. cc. 1337, 1338, § 3; 1339, § 2, etc,, ifl quo vero inter eas differentia consistat non tam clare patet ex Codice: cfr. Vermeersch *F.vl· tome,* II» 673; CocchL Z. c., VI, 21.

«) *Facultas* est ipsa missio canonica l quae necessario duos actus comprehendit: *approbationem* qua quis idoneus ad munus praedicandi reputatur et *deputationem* qua proprie ei munus concionandi committitur 2.

b) Licentia concionandi est specialis permissio a proprio Superiore petenda et concedenda, necessaria eis qui usum missionis canonicae expeditum non habent quia vel non sunt sui iuris, ut sunt religiosi qui ncc velle nec nolle independenter a suis Superioribus habent nec proinde missione canonica ab Ordinariis locorum accepta uti independenter possunt ab ipsis; vel missionem canonicam restrictam solummodo consecuti sunt, e. g., si Ordinarius aliquam restrictionem faciat parocho in collatione paroeciae, vel, quod facilius occurret, aliquam restrictionem apponat facultati concionandi aliis contionatoribus: tales ut ultra limites concessionis contionari possint indigent *nova* licentia, quam petere debent a Superiore a quo ipsi pendent 3.

c) *Consensus* vel *assensus ad concionandum* est conditio a iure aut ab eo apposita qui missionem canonicam concessit, necessaria ad expeditum exercitium ipsius missionis canonicae, relate ad determinatas personas. Dantur enim personae quibus praedicare non licet cum generali facultate. Itemque Ordinarius in generali facultate praedicandi excipere potest· determinatas personarum classes 4.

Licentia non habet *generatim* relationem ad eos quibus concionandum est, et si relationem habet id per accidens fit; assensus e contra solum relationem ad illos habet; licentia supponit in eo qui eam concedit superioritatem aut iurisdictionem super eum cui conceditur quique eam petit; assensus requirit solummodo superioritatem seu potestatem iurisdictionis aut dominativam in eos quibus concio dirigenda est. Utrumque licentiam et assensum ii solum recipere possunt qui iam habent missionem canonicam.

921. — 2° Quis facultatem concedere possit. - *a) Pro populo generatim.*

1 Cfr. c. 1328.

2 Cfr. c. 1338, § 1, ubi haec duo claie distinguuntur; Wernz, *l.* c., III, 27, 7; Benedicti XIV Encycl. « *Apostolicum ministerium* », 30 Mail 1753, apud Gasparri, *Fontes,* II, 425, i 8, quae, licet-de confessionibus loquatur, valet etiam de munere praedicationis; Santamaria, L *c.,* IV, 190; De Meester, *l. c., III,* n. 1294.

3 Utique potest loci Ordinarius aliquas conditiones apponere poti stati praedicandi etiam pro parochis; cfr. *Instructionem* · Ut quae » S. C. Consistoriolis, 28 luiiii 1917, n. 3; *A, A.* 6'., IX, 328 sq.; Santamaria, *l. c., IV, 190; De* Meester, Z. c., III, n. 1294.

4 Ctr. cc. 1338. § 3; et 349, § 1, n. 1. In Codice tamen terminologia ista non videtur bene definita nec uniformis. Ita e. g. in c. 1338, § 2 Codex exigit licentiam Superioris regularis: melius forte diceretur necessarius esse in illo casu assensus Superioris regularis; illa enim licentia aequivalero videtur assensui de quo in eod. c. 1338, § 3; unica differentia in hoc (.st quod vi § 2 potest Superior regularis quod vi § 3 potest Superior aut Superiorly pro religionibus non sublectis; Santamaria, /. c., IV, 199 permissionem et assensum habet ut species licentiae; De Meester, Z. c., III, n. 1294, docet assensum dari a Superiore potestatem iurisdictionis non habente, sed meram dominativam potestatem ad expeditum reddendum facultatis usum.

Tum clericis e clero saeculari tum religiosis non exemptis facultatem concionandi pro suo territorio solus concedit loci Ordinarius immo etiam religiosis exemptis, nisi agatur de concione habenda ad religiosos exemptos aliosque de exemptorum familia exemptionis aliquo modo participes 8, facultatem solummodo Ordinarius loci concedere valet.

Huius rei ratio haec est quia Ordinario loci de iure et *praecipuo* in universum populum non exemptum sui territorii cura animarum ciun iuribus et obligationibus adnexis incumbit; alii omnes de eius iuribus et officiis participant3.

Quod ad regulares attinet ius vetus in hoc reformatum est; ante Codicem enim regulares ut in propriis ecclesiis concionari etiam populo possent sola benedictione Ordinarii loci egebant, ad concionandum vero in alienis ecclesiis sola *licenlia* Ordinarii loci, missionem vero canonicam a suis Superioribus obtinebant. Haec privilegia primum Franciscains et Ordini Praedicatorum concessa, deinde aliis ordinibus extensa fuerant 4.

Codex ius antiquorum monachorum qui ecclesiasticis et saecularibus negotiis sine missione aut auctoritate Episcoporum sese immiscere (ἐπικοινωνεῖν) prohibebantur, in vim revocavit 5.

Solus Ordinarius loci facultatem concedit; his verbis excluditur quaelibet alia potestas sive civilis sive ecclesiastica, unde si aliquando alicui personae aut corporationi aliquod ius concessum sit, illud itis non qua ius concedendi facultatem, sed qua ius praesentationis aut nominationis interpretandum erit; ita si cui municipio ius agnitum sit praesentandi praedicatorem Quadragesimae.* Hoc tamen iure, si adhuc alicubi vigeat, personae laicae sive ecclesiasticae sive civiles uti debent ad normam Instruet. S. C. Consist, 2S Iim. 1917 n. -5, idest, nequeunt praesentationem vel invitationem ipsae per se facere, sed tenentur facere per personam ecclesiasticam quae in ecclesia in qua habenda est concio Ecclesiae auctoritatem repraesentat.

Illis verbis *solus Ordinarius concedit* id etiam significatur facultatem nempe ad Ordinario concessam sufficere, nec posse proinde parochum concionatorem ab Ordinario approbatum aut ab eodem missum quovis praetextu non admittere aut reicere 7, nisi forte parochus ipse se praedicaturum promittat et de facto praedicet 8.

1 C. 1337.
2 Cfr. cc. 1338, § 1 et 2; 514, i 1.
3 Cfr. rubricam tituli VIII. libri II: *De potestate episcopali deque iis qui de eadem participant,* quae sub se comprehendit omnia officia in dioecesi constituta. Cfr. etiam Concilium Trident, c. 4 et 7, sess. 24, *de re/,* et c. 2, sees. 5, *de re/.:* Encycl. Benedicti XV » *Humani gt· neris* », 15 lunii 1917, *A. A. S.,* IX, 305 sq.; Instruet. S. C. Consist. ‹ *bl quae* », 28 lunii 1917. *A. A. S.,* IX, 328 sq., n. 1-2.
4 Hoc ius pluribus RR. Pontificum documentis recognitum fuerat; cfr. Sügmüller, *Lehrbuch des katholischen Kirchenrechts,* 3 ed. (1914), II, pag. 2, nota 8; Wernz, Z. c., 111,36; Haring, *Grundzwje des katholischen Kirchenrechts* (1924), § 103, pag. 338 sqg.
5 Cfr» cc. 11 et 13. C. 16, qu. 1, in edit. 2 iYiedberg.
BRp 0 l³ A^ustine, L β.» VI, 352: Wernz, *l. c.,* III, 28, notn 10.
7 Cfr. Augustine, *l.* c., VI, 352.
8 Cfr. Ojetti, *Synopsis,* v. *Condonari,* n. 1398 et 1399.

Potestas tamen exclusiva Ordinarii non excludit, ut per se patet, potestateni Romani Pontificis aut eius delegatorum.

b) Pro religiosis religionis clericalis exemptae. - Si concio habenda sit tantum ad religiosos exemptos aliosque qui de exemptione participant 1 quia ad exemptorum familiam pertinent, facultatem concionandi in religione clericali dat eorum, religiosorum nempe exemptorum, Superior secundum constitutiones; qui in casu potest eam concedere etiam iis qui de clero saeculari vel de alia religione sunt, dummodo a proprio Ordinario vel Superiore fuerint idonei iudicati 2.

Quod antea ut privilegium regularium considerabatur, iam nunc ius commune omnium religionum clericalium exemptarum, facultas condonandi pro suis subditis, agnoscitur 3.

Constitutiones ius Superioris condonandi et alios ad idem munus delegandi impedire non possunt quia expresse illud a Codice conceditur 4.

Non potest Superior religiosus extraneo clerico aut religioso facultatem concionandi concedere eum examini subiiciendo, sed idoneo, qua tali a suo Ordinario aut Superiore 5 recognito solummodo facultatem concedere potest. Superior autem indicium de idoneitate ex aliorum testimonio sibi efformare potest 6.

Codex facultatem deputandi concionatorem concedit omnibus Superioribus secundum Constitutiones; *instructio* S. C. Consist, n. IS loquitur solummodo de Ordinariis religiosorum; si Constitutiones hanc facultatem expresse concedant etiam Superiori locali minori, ea uti posse Superiores putamus. Immo idem ius competere putamus Superiori locali minori etiam in casu quo Constitutiones nihil circa hoc statuant; verbum enim Codicis *Superior* verificatur etiam de Superiore locali minori.

c) Pro aliis religiosis. - Facultatem concionandi apud sodales religionis non exemptae, aut etiam apud sodales religionis laicalis quamvis exemptae, dat solus loci Ordinarius, sed concionator nequit facultate uti sine Superioris religiosi assensu.

Item facultatem concionandi ad moniales etiam regularibus subiectas, impertit omnibus, religiosis quoque exemptis, Ordinarius loci

1 Cfr. c. 514, § 1.
1 C. 1338, § 1.
3 Difficile intellegitur quod affirmat Augustine, VI, 353. regulam nempe a Codice hic statutam applicabilem esse omnibus religiosis clericalibus institutis sive exemptis sive non exemptis; nisi forte affirmaro velit facultatem concedi posse de iure vigente etiam religioso non exempto, dummodo concio habenda sit ad religiosos exemptos.
4 Blat, *l.* c., n. 218, pag. 262.
5 Quia Codex hic Superiorem ab *Ordinario* distinguit; videtur etiam Superior religionis clericalis non exemptae do idoneitate sui subditi indicium ferre posse: ciusque indicio Etare debere In casu Superiorem religionis clericalis exemptae, si tali religioso extraneo facultatem concionandi donaro velit.
* Blat, *l. c.,* 218, pug. 2G2.

in quo concio fit; contionator autem verba facturus monialibus exemptis, licentia Superioris regularis praeterea indiget 1.

Assensus Superioris religiosi requiritur semper etiamsi agatur de religione laicali non exempta 2 aut etiam de religione religiosarum mulierum, dummodo tamen Ordinarius coneionatorem non exemptis religiosis, ut fieri consuevit, stricte non imposuerit 3.

Superior vero religionis virorum, etiam laicalis, exemptae ooncioUatorem ab Ordinario loci missum recipere et admittere non tenetur 4.

Si moniales sunt regularibus subiectae, assensus 5 Superioris regulari requiritur, nec Ordinarius loci sine hoc assensu concinnatorem imponere potest, ut videtur,- habito autem hoc assensu, nullus alius assensus Superiorissae necessarius est; si vero moniales non sint regularibus subiectae, tunc requiritur assensus Superiorissae, e nisi concionator ab Ordinario impositus sit, quia tunc Ordinarii praeceptum assensmn supplet.

d) De licentia religiosis ad condonandum necessaria pradtr missionem canonicam. - Contionatoribus religiosis, ut facultate recepta uti liceat, opus est sui Superioris licentia 7.

Necessitas huius licentiae oritur ex dependentia religiosorum a suis Superioribus quae ex voto obedientiae originem habet.

Sufficere autem videtur licentia implicita quae data semel pro semper censetur in actu quo Superior Ordinario loci suum subditum pro munere cœcionatoris praesentat, nisi expressa deinde revocatio fiat. Parochus religiose nec sui Superioris nec Ordinarii loci indiget 8.

922. — 3° De examine concionatorum circa doctrinam et bonos mores. - Graviter onerata eorum conscientia, loci Ordinarius vel Superior religiosus facultatem vel licentiam contionandi cuiquam ne concedant, nisi prius constet de eius bonis moribus et de sufficienti doctrina generarim per examen 9.

Firmo hoc praescripto, Ordinarii locorum religiosis qui a proprio Superiore exhibeantur, facultatem contionandi ne denegent sine gravi causa, dummodo ceteroquin apti sint.

Hoc altero canone 133!) Ordinariis *praecipitur,* ne religiosos aptos a Superioribus praesentato» repellant sine gravi causa quae tamen eorum iudicio mensuranda relinquitur ;*

Ut medio ordinario ad se certiorandum de scientia et actione candidati Ordinarius loci3 examine utatur a candidato voce et scripto subeundo ‹ coram tribus examinatoribus, qui arbitrio Ordinarii possunt seligi vel inter examinatores synodales vel etiam inter sacerdotes extradioecesanos, aut etiam e clero regulari n.

Cognita autem idoneitate quod ad scientiam et actionem attinet, vel etiam in antecessum, haud minore studio irnmo etiam maiore, inquiret Ordinarius num idem candidatus pietate, honestate morum et publica aestimatione dignus sit qui verbum Dei evangelizet 4. Pro huiusmodi duplicis examinis exitu poterit Ordinarius candidatum declarare idoneum aut generatim aut pro aliqua solummodo praedicationis specie, ad tempus vel ad experimentum aut certis sub conditionibus absolute et in perpetuum 5, dando illi pagellam praedicationis, ea omnino ratione qua datur pro confessionibus, vel ei facultatem praedicandi simpliciter denegando.

Non prohibentur tamen Ordinarii, in casibus particularibus et per exceptionem, quominus aliquem ad praedicandum, sine praevio examine de quo supra, admittant, dummodo aliis iisque certis argumentis de eius idoneitate constet. Vetitum tamen absolute est *diplomata,* ut aiunt, *praedicationis* subditis non propriis impertiri, vel subditis etiam propriis, sed honoris titulo aut in aestimationis signum e.

* Cc. 1338, 5 2 et 3; 529; SchSfer, *Dae Ordensrecht,* pag. 300.

Codex expresso de religione clericali non exempta non loquitur at· certe quod conceditur religioni laicali etiani religioni clericali concedi censendum est.

3 Vermeersch, Z. c., II. 673; contra Augustine, Z. c., VI. 351 qui hoc generatim negat de Congregationibus mulierum. Certum ab omnibus ius Ordinarii loci agnoscitur imponendi omnibus religionibus laicalibus etiam virorum non exemptis nec non, ut videtur, etiam clericalibus non exemptis coneionatorem; cfr. Vermeersch ibidem et Augustine, Z. *c.,* VI, 354, nota IU.

Vermeersch, Z. c., II, 673.

5 Codex habet *licentiam;* cfr. supra.

5 1338, § 3.

7 1339,

8 S C. C. 13 Iulii 1669, apud Ojetti, *Synopsis,* v. *Condonari,* n. 1398.

a 1310, *i* 1.

1 C. 1339, $ 1.

1 Augustine, Z. c., VI, 335; Blat, Z. c., 219, pag. 263; quae interpretatio cum iuri antenori sit conformior probabilior videtur; cfr. Weruz, *I. c.,* III, 36; Vermeersch, *Epitome,* II, 674, *monitionem* non *praeceptum* admittit; cfr. tamen eundem Vermeersch in *Periodica,* IX, 38 · licentia est per se concedenda ›.

3 De Superiore religioso nihil expresse in Instructione « *VI quae* · dicitur; at sive ex canone 1310, J 1 sive ex principiis generalibus et ipsi examinare debent quos approbant aut quibus licentiam concedunt condonandi. Si tamen de facto religiosi ab Ordinario loci examini de doctrina sublidantur, Superiores religiosi examini Ordinarii loci stare possunt.

4 Haec examina Ordinarius loci generatim facere debet pro clericis saecularibus, nec facere prohibetur etiam pro clericis religiosis a suis Superioribus praesentatis; verumtamen pro istis circa honestatem vitae nisi graves obstent rationes, cfr. c. 1339, § 1, iudicio Superiorum deferre debet, et circa examen do doctrina examini a Superioribus forte iam dato defere prudenter poterit, cfr. Vermeersch, *Epitome,* II, 675, *Periodica,* IX, pag. 40.

Ante Codicem si de concione in propria ecclesia facienda ageretur, non potuisset Ordinarius regulares examini suo subiicere. Cfr. Ferraris, Z. *c.,* v. *Praedicare,* n. 81; id autem non tmpliuB sustineri posse videtur.

5 Cfr. Vermeersch, *Periodica,* IX, 37, 2 de errore qui habetur hoc loco in textu latino in *Ada Ap. Sedis*

* Instructio S. C. Consist. « *Ut quae* · cit. supra, n. 13-17 ; cfr. etiam Benedicti XV Encycl. *'Hurruini generis* ›, 2 Iui. 1917, ubi monentur Episcopi quod si in haere remisse neglegenterqne se gerant, *gravissime* delinquant. Monet tamen Haring, *Grundzüge..,* pag. 339, nota 6» kges de examine pro praedicatione plerumque in praxi mitiores evadere quia periculum pro praedicatione cumulatur cum examine pro confessione, et ideo facultas condonandi generatim ditur omnibus iurisdictione pro confessionibus pollentibus.

923. — 4° De suspensione aut revocatione facultatis concionandi. - *a)* Si, concessa facultate vel licentia, loci Ordinarius aut Superior religiosus compererint necessarias dotes in concionatore desiderari, debent eam revocare; in dubio de doctrina, debent certis argumentis dubitationem excutere, novo etiam examine, si opus fuerit; quod valet etiam de concionatore religioso aut regulari a suo Superiore praesentato aut commendato \

Concessam tamen facultatem coneionandi una simul universis doium religiosae sacerdotibus Ordinarii locorum ne revocent, nisi forte de singulorum religiosorum condonatorum defectu scientiae aut pietatis constiterit, quod difficile occurret* Sublatam tamen universis simul religiosis facultatem validam esse censemus, quia Codex clausulam irritantem non habet3.

Codex revocationis causam miam meminit, si *compererint necessarias dotes in concionatore desiderari;* constabit tunc dotes deficere si ea quae a S. Sede praescripta sunt circa modum aut materiam concionum a concionatore non serventur. Expresse autem praecipitur concionatoribus, ne sine Ordinarii loci consensu de rebus non sacris sermonem aut elogia funebria faciant 4; a rebus autem politicis tractandis omnino abstineant.

Praecipitur item ut concionem sacrae Scripturae et SS. Patrum verbs condiant; citationes incredulorum praesertim viventium evitent, itemque plausus plebiculae, non solum non quaerant diariis aut ephemeridibus, sed quantum ab ipsis pendet omnino declinent; in dictione et in ratiocinatione captui auditorum se accommodent; turpis lucri cupidinem fugiant; gu· vitatem et modestiam servent, ne argui possint quod opera sermonem con· fundant.

Concionatores qui in his servandis deficiant, in dotibus necessariis delicere censendi sunt, quamobrem si spem emendationis prae se ferant et graviter non deliquerint prima alterave vice ab Ordinario loci moneantur et reprehendantur Si vero emendationem neglexerint aut graviter cum fidelium scandalo peccaverint. Episcopus ad tramites Codicis c. 1340, § 2-3; *a)* si agatur de proprio subdito aut de religioso cui praedicandi facultatem ipse dederit, concessam facultatem, nullo hominum respectu aut ad tempus revocet aut omnino abroget ; *b)* si autem de sacerdote extradioecesano agatur vel de religioso cui non ipse *pagellam* impertiverit, praedicationem illi in dioecesi sua interdicat simulque de re moneat tam Ordinarium proprium, quam eum qui praedicationis pagellam eidem concessit; in casibus autem gravioribus ne omittat ad S. Sedem referre; c) poterit etiam Episcopus, immo et debebit pro diver-

1 C. 1310, § 2. Codex ad revocandam facultatem tali religioso requirit gravem causam, c. 1339, § 1, at gravis causa est certe defectus scientiae et pietatis, praeter alias etiam graves quae haberi possunt.

2 Cc. 1340, § 2 et 1339, § 1.

3 Cir. infra in nota.

4 Elogia funebria facere in ecclesia aut in via durante sacra functione omnino etiam laicis interdictum est; cfr. Vcrmeersch, *Periodica,* IX, 40; cfr. tamen apud Claeys Bouuaert-Si·menon. *Manuale* pag. 532, in nota 3, consuetudinem in Belgio vigentem qua in ecclcsU permittuntur elogia funebria clericorum. Ita etiam De Meester, *l. c* III, n. 1300, pag. 204, nota 2.

sitato casuum, concionatore graviter peccante, coeptam praedicationem ipsi intercipere.

«Interdici pariter praedicatione oportet, saltem ad tempus et pro aliquo loco, quicumque aut pro sua vivendi ratione, aut quavis alia de causa, etsi inculpabiliter publicam bonam existimationem amiserit, ita ut ministerium suum inutile vel damnosum evaserit.

« Ordinarii dioecesani commissionem vigilantiae pro praedicatione, unusquisque in sua dioecesi, instituent, quae iisdem sacerdotibus componi poterit ao commissio pro examine candidatorum.

« Quia vero nec Episcopi nec commissio vigilantiae adesse ubique in dioecesi poterunt; cum agetur de praedicationibus maioris momenti in locis dissitis, Ordinarii exigent bis desuper a vicariis foraneis vel a parochis informationes peculiares et tutas iuxta normas superius statutas « .*

Codex, ut Ordinarius ad revocationem facultatis et Superior ad revocationem licentiae procedere possint, requirit ut dotes in concionatore deesse *umpererint;* huic dispositioni instructio non contradicit; in dubio igitur antequam procedat Ordinarius vel Superior se certiorare debet[1].

Saeculis transactis, S. Sedes sat severa fuit contra Ordinarios facultatem condonandi una simtd universis domus religiosae sacerdotibus revocantes; eadem disciplina etiam in Codice substantialiter saltem retenta est [3].

b) Ob revocatam concionandi facultatem vel licentiam, datui' imus, sed non in suspensivo [4][5] ad Sacras Congregationes Concilii, vel de Religiosis, vel Propagandae Fidei [6].

924. — 5° De invitatione concionatorum extradioecesanorum.

a) De praemittendis invitationi. - Sacerdotes extradioecesani sive saeculares sive religiosi ad concionandum ne invitentur, nisi prius licentia ab Ordinario loci [6] in quo concio habenda sit, obtenta fuerit; hic autem, nisi eorum idoneitatem aliunde compertam habeat, licentiam ne concedat, nisi prius bonum testimonium super concionatoris doctrina,

1 Instructio cit. « *Ut quae* » n. 19-33; cfr. etiam Eucyel. Benedicti XV · *Humani generis* », iMtnon *Instruet.* S. C. EE. et RR., 31 Iulii 1894, in *Collectaneo* S. C. Prop. Fid. 1878.

2 Cfr. Vermeeisch, *Periodica,* IX, 41.

3 C>r. hac de rc S. C. EE. ct RR. 13 lanuar. 1610; 14 Dec. 1674 apud Bizzarri, 243 et 171-274 ubi citatur causa Scnonensls 28 Februer. 1651 ex qua colligitur revocationem facultatis concionandi, licet contra ius factam ab Ordinario validam tamen esse. Cfr. etiam Clementis X Const. <*Superna** 21 lunii 1670, § 3 apud Gasparri, *Fontes,* I, 246.

Notat insuper rcctc Santamaria, *l.* c., IV, 191, hoc c. 1339, § 1 aliter ac in can. 880, §3, non requiri consultationem Sanctae Sedis ad revocationem facultatis praedicandi sed sufficere gravem causam.

4 C. 1310, § 2.

5 *Cfr.* c. 1601.

1 Codex hic loquitur de *licentia* quae obtinenda est ab eo qui coneionatorcm invitat, qui fcxrssario erit Ordinarii loci, saltem circa hanc materiam, subditus; cfr. supra *Quid sit licentia.* Ordinarius autem loci licentiam invitandi concedens simul concedere censetur missionem canonicam seu facultatem concionandi pro suo territorio, nisi malimus dlcero missionem canonicam contineri in generali approbatione ad conciones a proprio Ordinario conce:sen vel conçedenda, ab Ordinario vero loci ubi concio fit solum *assensum* concedi.

pietate, moribus a proprio eiusdem Ordinario habuerit; qui, graviter onerata conscientia, secundum veritatem respondere tenetur

Haec ad maiorem huius paragraph! claritatem ex citata instructione addimus: Ordinarii, *onerata graviter eorum conscientia,* facul'atem concionandi nemini concedent, nisi prius ipsis constiterit de illius pietate, scientia et idoneitate, secundum praescriptiones quae sequenti capite tradentur; si vero agitur de sacerdotibus extradioecesanis vel de religiosis cuiuscunque ordinis, nisi prius respectivum Ordinarium et Superiorem interpellaverint et responsionem favorabilem habuerint 1.

« Ordinarius et Superior regularis, qui ab alio Ordinario de informationibus interrogati fuerint circa pietatem, scientiam atque idoneitatem ad praedicandum cuiuspiam eorum subditi, tenentur *sub gravi* eas pro veritate tradere, secundum scientiam et conscientiam prout in canone 1341, § 1 novi Codicis praescribitur. Ordinarius vero qui illas recipit, tenetur eisdem se conformare, secretum de acceptis notitiis absolute servando.

' Ordinarius qui, ob informationes ut supra acceptas aut aliam ob causam, censuerit in Domino concionandi facultatem alicui denegare, sufficit ut id ipsum petenti facultatem significet, quin aliud addat, *soli Deo rationem dt sim sententia redditurus* »

' Facultas praedicandi, quando agitur de concionatore extradioecesano, scripto tribuenda est, designato etiam loco et genere praedicationis, pro quibus concessa fuerit.

Quicunque, obligatione petendi facultatem posthabita, sacerdotem queEpiam ad concionandum invitaverit; itemque sacerdos quilibet, qui tali modo invitatus scienter acceptarit et concionatus fuerit, pruriendi sunt ab Ordinario poenis eius arbitrio statuendis, non exclusa suspensione a divinis »

Ordinarius potest etiam sacerdoti extradioecesano pagellam generalem praedicationis concedere 5.

b) De modo et tempore faciendae invitationis. - Invitationis licentia petenda est tempestive et modo a iure praescripto 6.

1 C. 1311, 5 i.

2 Licet hoc loco n. 10 in *Instructione* absolute praecipiatur Ordinariis locorum interpellatio proprii condonantis Ordinarii et Superioris, quia tamen Codex hoc c. 1341, § 1 clausuhtt habet: *nisi eorum idoneitatem* etc... interpellatio verificata clausula omitti poterit: cfr. Vermeersch, *Periodica.* IX, pag. 39.

3 Citat Instructio ‹ *Ut quae* », nn. 10-12. · Haec statuta videntur esse lata pro coucionibn» sollemnioribus et rarioribus; nam est nimis onerosum qualibet vice petere ab Episcopo licentiam ad invitandum aliquem sacerdotem extra dioecesanum pro concionibus ordinariis et frequenter occurrentibus. Quare tunc videtur esse sufficiens licentia Ordinarii habitualiter concessa». Ita Prttminer, *Manuale iuris canonici3,* 405, 4. et post ipsum Vcrmccrech, *Epitome,* II, 676; Cocchi. Z. *c.,* \ I, n. 23, pag. 56, ubi tamen monet standum esse praescriptionibus Ordinariorum. Atque haec cl. Auctores affirmant de toto c. 1341 et consequenter etiam de *instructione* · *Ut quae* » circa eandem materiam. Nec improbabilis videtur eorum interpretatio.

4 Instructio « *Ut quae* », n. S-9.

δ Vermeersch. *Epitome,* II, 676. Immo cl. De Meestcr, Z. r., III, η. 1296, *pag. 200-201, modo generali affirmat licentiae petitionem ad eundem praedicatorem invitandum non esse necessario singulis vicibus repetendam; idque admittit etsi ecclesia invitans non sit catkin quae licentiam semel petivit.

« C. 1341, §

Item melius determinat *instructio; tempestive* importat ut licentia petatur tempore utili et opportuno, ut Ordinarius commode queat informationes necessarias de concionatoris persona habere; hoc autem tempus, generatim, loquendo, haud erit inferius duobus mensibus; salva tamen Episcopi facultate, tempus aliud statuendi etiam brevius pro genere et gravitate praedicationis et pro qualitate concionatoris.

Qui facultatem postulat, debet tantum concionatoris nomen proponere, idque subordinate ad beneplacitum Ordinarii, qui «olus uti potest verbis *eligimus rt deputamus ad pusiHiationem* N'. N. etc. *

c) *Quis licentiam incitandi petere debeat.* - Licentiam invitandi coocioiiatoreni extradioecesanum petere debet parochus si agatur de ecclesia paroeciali aliave eidem subiect.a; rector ecclesiae, si de ecclesia parochi auctoritati non obnoxia ; prima dignitas de Capituli consensu, si de ecclesia capitulari moderator seu cappellanus eonfraternitatis, si de ecclesia eiusdem confraternitatis propria. Si ecclesia paroecialis sit simul capitularis aut confraternitatis propria, ille licentiam petat, qui sacras functiones iure peragit 3.

Si agatur de ecclesia religionis clericalis, licentiam petit Superior religiosus, nisi ecclesia sit simul paroecialis et de praedicatione paroeciali agatur·; pro omnibus aliis ecclesiis aliarum corporationum moralium non clericalium, aut religionum laicalium, monialium et privatorum, licentiam petit sacerdos qui in iisdem de iure sacras functiones peragit4.

925. — 6° De invitatione concionatoris dioecesani. - Codex de invitatione concionatoris dioecesani nihil habet et ipso suo silentio quemlibet approbatum invitari posse insinuat, dum e contra severas leges statuit pro invitatione sacerdotis extradioecesani.

Instructio vero « *Ut quae*» applicare videtur invitationi concionatoris dioecesani easdem normas quas Codex pro extradioecesanis statuit; id tamen clare non dicit, sed quasi supponere videtur 5.

1 Instructio ▮ *Ut quae* », n. 6-7.

2 Instructio · *Ut quae* », n. 5, *a,* habet, *audito Capitulo,* quae clausula cum sit inconci-Habllis cnm dictione Codicis, dictio Codicis praeferenda videtur; ita Vermeersch. *Epitome,* 11,271 et post ipsum Cocchi, Z. c.. VI, n. 23, pag. 55; nisi forte melius textus conciliemus dicendo *consensum* requiri pro invitatione concionatoris extradioccesani, *consilium* pro concio·Baton dioecesano. Ex eadem autem *instruet,* n. 5. *a* et *d* tunc solum ad primam dignitatem •Portât Invitationis licentiam petere cum agitur de praedicationibus quae ex lege vel volunUU Capituli fiunt in Ecclesia propria: si autem agatur de praedicationibus quae fiunt iu ea wkoia quatenus paroecialis simul ecclesia est. tunc licentiam petit parochus.

3 U. 1341. § 2-3.

4 Instructio · *Ut quae* ⁋ n. 5, b, /; paulo aliter Vermeersch, *Epitome,* II, 675; quem seqnntiBest Cocchi, Z. c., VI. 23, pag. 55; si agatur de ecclesia aut oratorio sororum ius petendi licentiam tribuit Superiorissae.

5 Cfr. *Instruet.* n. 1 sq. praesertim vero n. 7 ubi expresse etiam de concionatore dioeccnno a-rino est.

Ordinarius loci certe circa hoc specialibus normis potest rem melius definire; attamen tanta severitas pro invitatione sacerdotis dioecesani quand a Codice statuitur pro invitatione sacerdotis axtradioeoesani non videtur necessaria; praesertim cum ipsa *Instructio* supponat quandoque dari facul, tatem concionandi generalem pro tota dioecesi L

Sensus instructionis is esse videtur·, quod licentia requiratur etiam pro concinnatoribus dioecesanis quando agitur de concinnatoribus qui *pagtlkm generalem* non habent.

Optime tamen servabitur regula a Codice statuta pro extradioecesans etiam pro invitatione dioecesanorum condonatorum, quatenus regula ipsa determinat personas quae licentiam invitationis aut ipsam invitationem fawre debent. Codex hoc voluisse videtur ut ille qui invitationem concionatoris facit semper sit sacerdos in aliquo officio, saltem lato sensu accepto, constituta, nunquam vero in hoc negotio sese ingerere debeant laici. Id multo magis intendit *Instructio*.

Non improbatur tamen, ut videtur, sicubi vigeat ius quaesitum tertiis personis, ex g., municipiis, communitatibus etc., praesentandi concionatorem pro Quadragesima aut aliis forte sollemnitatibus 2. Attamen etiam in hoc ouu invitatio facienda erit a sacerdote cui ecclesiae cura est et ad quem de iure conium ius pertineret.

926. — 7° De capacitate ad officium concionatoris. - Concionandi facultas solis sacerdotibus vel diaconis fiat, non vero ceteris clericis, nisi rationabili de causa, iudicio Ordinarii et in casibus singularibus.

Condonari in ecclesia vetantur laici omnes, etsi religiosi 3.

Nec Ordinarius permittere potest ut laicus in ecclesia concionetur. Ecclesia autem hic formaliter accipienda est, scilicet, quatenus est locus sacer ad cultum Dei publicum destinatus omnibus fidelibus patens; si enim, de licentia Ordinarii, ecclesia ad alium usum non profanum aut sordidum, e. g., ad congressum catholicum adhibeatur, tunc etiam non clericis concionan in ecclesia permitti poterit. Attamen in casu non habetur concio proprie dicta. Verum etiam in casu congressuum eucharisticorum aut marialium etc. cavetur ne laici verba faciant e suggestu ubi praedicari solet fidelibus verbum Dei‘.

Nec videtur in oratoriis semi-publicis religiosorum prohiberi cohortatio familiaris solis religiosis aut familiaribus destinata, a Superiore laico vel etiam a Superiorissa facta; hae enim cohortationes nomine concionis stricte non veniuntδ.

1 Cfr. *Instruet.* n. 3 et 15.
2 Cfr. Augustine, Z. e., VI, 352; Wernz, Z. *c.t* III, 27, nota 10; Cocchi, Z. r., VI, u. 23, pag. 56; Ojetti, Z. c.. n. 1400.
3 C. 1342, § 1-2.
4 Cfr. Claeys Bonuaert-Simenon, *Manuale iuris canonici2,* 1926, n. 883’ De Meester. L c., III, n. 1297.
5 Cfr. Blat, Z. c., 223, pag. 269.

Institutio autem catechctica ad pueros, etiam in ecclesia mulieribus committi potest; at etiam ad hanc missio canonica necessaria est L

Primis Ecclesiae saeculis etiam laicos iu ecclesiis loquutos fuisse scimus, at id non ad munus docendi ordinarium, sed ad extraordinaria Dei charismata eet referendum 2.

927. — III. Iura Ordinarii loci et Episcopi circa praedicationem. - 1° Ius Ordinarii praedicandi ubique in suo territorio. - Ordinarii locorum ius habent concionandi in qualibet sui territorii ecclesia, quamvis exempta 3; ipsis quippe praecipue officium populo praedicandi in toto suo territorio incumbit; cui autem officium incumbit aequum est etiam ius agnosci; idemque reverentia quam Ordinario loci, ob eius dignitatem, etiam exempti religiosi debent, suadet.

2° Speciale quoddam ius Episcoporum. - Nisi agatur de magnis civitatibus, potest quoque Episcopus prohibere ne in aliis eiusdem loci ecclesiis verba fiant ad fideles, quo tempore vel concionem ipse habet vel corani se, ex causa publica atque extraordinaria, convocatis fidelibus, habendam curat 4.

lam nunc nisi prohibitio specialis Episcopi habeatur, nemo ne in eadem quidem civitate, nec eadem hora praedicare prohibetur 5.

Prohibitio ista dari nequit ab Episcopo si agatur de civitate magna: *magna* autem censetur civitas si ultra centum millia incolarum habeat, nec requiritur ut omnes incolae catholici sint aut soli catholici numerentur e.

Ut prohibitio haec locum habere possit, requiritur praeterea ut quando agitur de praedicatione quam coram se habendam curat Episcopus, specialius per ephemerides, per affixiones ad muros aut ad valvas ecclesiae, aut per contionatores, vel aliis modis de mandato Episcopi, populus ad concionem convocetur; itemque in casu requiritur· ut convocatio populi aut concio ex causa publica et extraordinaria fiat 7.

Si vero Episcopus ipse, in publica utique ecclesia, concionem habeat etiam in ordinariis contingentais et circumstantiis in parvis civitatibus aliorum concionem prohibere potest. In magnis autem civitatibus concionem ne iu paroecia quidem, in qua ipse praedicat, potest prohibere 8.

Hoc iure gaudent Episcopi residentiales, Abbates et Praelati *nullius,*

1 SagmiHIer, *Lehrbuch des k. K. Ii.,* II, pag. 4.
2 Santamaria, Z. c., IV, 195.
3 C. 1343, § 1.
4 C. 1343, § 2.
6 Cfr. S. C. EE. et RR. 7 April. 1579 apud Bizzarri, pag. 224.
c Vermeersch, *Epitome,* II, 678; De Meeeter, *l.* c., III, u. 1298, pag. 202, nota 1; contra Augustine, Z. *c.,* VI, 363-364 qui minus recte ut videtur solos catholicos computandos esse CCIL%t.
7 Cfr. Ferraris, *Bibliotheca,* v. *Praedicare.,* n. 25, *Additiones Cassincnses;* Wernz, Z. c.» III, 39; Vermeersch, *l. c,,* II, 678; Prüinmcr, Z. *c.,* 105, 5; Augustine» Z. *ct,* VI, 363; Ojetti, &z/-itoptis, v. *Concio,* u. 1396; Santamaria, Z. r.» IV, 196.
s Vermeersch, *ibid.*

Viearii et Praefecti Apostolici * non autem Vicarii Generalis et Capitalaris *.

30 **Quasnam praedicationes praecipere possint Ordinarii.** · *a)* Optandum ut in Alissis quae, fidelibus adstantibus, diebus festis de praecepto in omnibus ecclesiis vel oratoriis publicis celebrantur, brevis Evangelii aut alicuius partis doctrinae Christianae explanatio fiat; quod si loci Ordinarius id praeceperit, opportunis datis instructionibus, hae lege tenentur nou solum sacerdotes e clero saeculari sed etiam religiosi, exempti quoque, in suis ipsorum ecclesiis 3.

Lex hoc canone statuta est substantialiter nova, cuius tamen necessitas nostris praesertim diebus valde commendatur in nostris regionibus ubi cum progressu scientiae profanae crassa vel supina quandoque viget ignorantia religiosa. Vehementer igitur optandum est ut saltem, quod facile ab omnibus etiam indoctis obtineri poterit, textus evangelicus lingua vulgari legatur, aut aliqua pars doctrinae Christianae, quae in populo cliristiano aliquem sensum Christianae pietatis excitare possit. Utinam quod iam alicubi viget, apud nos generaliter introducatur 4.

Lex ista obligat etiam regulares exemptos, at solum in hypothesi quod Missa in eorum ecclesiis celebretur *fidelibus adstantib-us* 5.

b) Curent locorum Ordinarii ut tempore Quadragesimae, itemque, si id expedire risum fuerit, tempore Adventus, in ecclesiis cathedralibus et paroecialibus sacrae conciones frequentius ad fideles habeantur.

Canonici aliique de Capitulo huic concioni, si in propria ecclesia continuo post chorum habeatur, interesse tenentur, nisi iusto impedimento detineantur; et illos Ordinarius, poenis quoque adhibitis, ad id adigere poteste.

Ad concionem obligari poterunt non solum canonici ecclesiae cathedralis, sed etiam in iisdem circumstantiis canonici collegiatae, si in ecclesiis collegiatis locum habeat '.

Si concio, non statim post officium chorale, locum habeat, non tenentur canonici intéressé, sicut nec si concio sit in ecclesia non propria, nisi forte per accidens in illa ecclesia canonici chorali officio satisfaciant et ita velnt propria sit8.

1 Cfr. cc. 215, i 2, 291, i 1.
! Santamaria. *l. c.,* IV, 196.
3 C. 1315.
4 Aliquod vestigium huius canonis habetur in causa *I'isilatinnis Stttnni.m Liinimin.* 2 Mart. 1861; cfr. *Ada S. Sertis.* vol. II. pag. ISI sq.; cfr. etiam Constit. Bemdieti XIV *Ehi minime* 7 Februarii 1742. § 15 apud Gaspard, *Fontes.* I, n. 324.
5 Santamaria, *l. c.,* IV, 197-198.
6 C. 1346t § 1-2.
Vermcfrseh, *Epitena,* II, 080; Augustine, *Z. c.,* VI, 368.
S. R. 22 Mari. 1653, *Dnnt. auth.* 944; cfr. Augustine, *Z. c.,* VI, 367-368.

Non potest Ordinarius loci quo tempore concio fit in cathedrali, aut in paroeciali ecclesia, prohibere quo minus in alia ecclesia civitatis vel paroeciae habeatur I concio nisi forte casus c. 1343, § 2 verificetur.

1° **An cogi possint fideles ad conciones audiendas. - Monendi** et adhortandi diligenter fideles sunt ut sacris concionibus frequenter intersint *.

Obligatio igitur iuris positivi nulla eis imponi potest 3; licet utique ex iure divino ad id obligati esse possint, et de facto sint, si ignorantia religiosa graviter culpabili laborent quam aliis mediis repellere non possint.

928. — IV. De parochorum obligationibus circa praedicationem. - Diebus dominicis et ceteris per annum festis de praecepto proprium cuiusque parochi officium est, consueta homilia, praesertim intra Missam in qua maior soleat esse populi frequentia, verbnm Dei populo nuntiare.

Parochus huic obligationi nequit per alium habitualiter satisfacere, nisi ob iustam causam ab Ordinario probatam.

Potest Ordinarius permittere ut sollemnioribus quibusdam festis aut etiam, ex iusta causa, aliquibus diebus dominicis concio omittatur4.

Agitur hic, ut patet, de obligatione distincta ab obligatione explicandi cathechismum adultis 5, proinde nequit parochus utrique unica concione satisfacere obligationi.

Non praecipitur autem absolute tempus in quo utraque praedicatio est facienda; solum commendatur parocho ut praedicatio hora fiat populo commoda. Quam ob rem nihil vetare videtur quo minus, si necessitas catechismi maior sit et populus magis Missam frequentet quam vespertinas preces, ipsa catechismi explicatio in Missa fiat, vespere autem homilia. Materia de qua in homilia agi debeat non est iure definita; generatim de festi aut Dominicae Evaugelio erit; aut de mysterio seu de Sancto de quibus festum agitur·.

Obligatio parochi gravis censetur; damnant auctores de gravi parochum qui tribus mensibus concionem omittat etiam interruptis, aut etiam illum qui uno mense integro nullam concionem populo teneat ·.

S. C. Concilii 7 interrogata utrum parochi in quorum ecclesiis tempore Adventus aut Quadragesimae habentur sacrae conciones a concinnatoribus

' S. C. EE. ct RR. 7 Mart. 1579 apud Bizzarri, *l. c., 222.*
I *C.* 1318.
3 Cfr. S. C. Prop. Fid., 1 Innuar. 1798, in *Collcdanca.* n. 612.
* C. 1341, § 1-3. Cfr. Litt. circulares S. C. Concilii, 31 Mali 1920 de evangelii explica·Itone, *A. A. .S.,* XII, 299.
5 Cfr. c. 1332.
9 *Cfr.* Ojetti, *Synopsis,* v. *Condonari,* n. 1398.
7 27 Mart. 1817, apud Ojetti, *l. c.,* v. *Condonari,* 1402.

extraordinariis factae, sint soluti ab bonülia de Evangelic, quaestionem dirimere noluit *. Consuetudo concionem paroecialem omittendi non est rationalis nec proinde tolerari potest 1.

Potest Ordinarius loci generali modo sive in Synodo sive extra praefinire quibus diebus liceat parocho a praedicatione vacare 3; si Ordinarius nihil praefinierit et iusta habeatur causa, semel aut his sermonem seu homiliam omittere a culpa excusant aliqui4.

Parochus potest suo olficio praedicandi quandoque ex iusta causa per alium satisfacere, nec ad hoc licentia Ordinarii est necessaria; ad habitualem autem substitutionem interventus Ordinarii necessarius est, nisi forte de absoluta impossibilitate parochi agatur.

Parochus et Ordinarius loci nequeunt pro consueta praedicatione eleemosynam praetendere, nec titulo paupertatis; possunt tamen accipere spontanee oblatam 57

Aliis vero concinnatoribus generatim licet stipendium recipere et exigere ab eo solvendum qui concionatorem ad hoc mimus eligit seu potius praesentat; attamen si alicubi alia est consuetudo ut alius concionatorem eligat, alius stipendium solvat, servanda est e.

929. — V. De modo concionandi. - Iu sacris concionibus exponenda in primis sunt quae fideles credere et facere ad salutem oportet

Divini verbi praecones abstineant profanis aut abstrusis argumentis communem audientium captum excedentibus; et evangelicum ministerium non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis, non in profano inanis et ambitiosae eloquentiae apparatu et lenocinio, sed in ostensione spiritus et virtutis exerceant, non semetipsos, sed Christum crucifixum praedicantes.

Si, quod absit, concionator errores aut scandala disseminet, arceatur a ministerio praedicandi verbum Dei audiendive sacramentales confessiones et a quolibet docendi munere, salvis aliis poenis quas Ordinarius, post monitionem, necessarias ad reparandum scandalum forte

1 Augustine. *I. c.;* V(» 365 docet hac occasione parocho* dispensari non posse citutque S. C. G. 1 \j»rilis 1876 et *pluries A.* **J.** S'.. IX, 168 quae tamen quaestio in *Actis Sanctae SedÜ* loco citato non tractantur.

2 Cfr. Const. Innocenti! XIII « *Apostolici ministerii* › § 11, 23 Mali 1723 apud Gasparri, *Fontes,* I, n. 280, S. C. Concilii. 1 April. 1876, *A. A.* ›S., IX. 165-169.

3 Augustine, Z. c., VI, 365-366.

4 Ita Blat» *L c.,* 224» pag. 270.

5 S. C. EE. et RR. 30 lunii 1G15 apud Ojctti, *l. c.,* v. *Condonari,* n. 1402.

€ S. C. C. 21 Aug. 1784, cfr. Ojetti» Z. c., v. *Condonari,* n. 1397 et 1101.

7 Huc spectat Instructio S. C. Concilii dc fidelibus adhortandis ut Missae sacrificio frequenter et devote intersint, S. C. Concilii 14 Iulii 1941. *A. A. S.,* XXXIII, 389. S. Congregatio adhortatur sacerdotes ut fideles doceant dc excellentia Sacrificii Missae, de gravi obligatione audiendi Missam, de Missae vi propitiatoria ct impetratoria» de communione Sanotorum. qua vivi et defuncti de Missae sacrificio participant. In mentem revocat c. 711, § 2, de instituenda in singulis paroeciis confraternitate SS. Sacramenti.

statuerit, vel, si agatur de errore a Concilio Generali aut a 8. Sede iam damnato, quas sententia damnationis forte statuerit; si haereses disseminet, in eum praeterea, ad normam iuris, agatur x.

Concionatoris habitus est vestis talaris cum superpelliceo et, extra Urbem, stola; pro canonicis in ecclesia propria vestis canonicalis; pro regularibus vestis proprii ordinis, si sit distincta ab habitu clericali. Concionator, nisi agatur de oratione pro aliqua causa publica quae extra Missam facienda est, benedictionem ab Episcopo assistente petere debet et ante quam concionem incipiat *Ave Maria* recitare cum populo assistente et respondente 2. Feria sexta in Parasceve nec benedictio petitur, nec *Ave Maria* recitatur, nec salutationes Episcopo assistenti fiunt a concionatore. Coram SS. Sacramento exposito concio de iure non esset facienda; si tamen de consensu Ordinarii loci fiant, SS. Sacramentum velo obtegendum erit, audientes sedere utique poterunt, at capite non cooperto, sicut et concionator 3.

Reprobatur et impedienda est concionatori in ecclesia quaelibet oblocutio contra quamlibet particularem personam, multoque magis contra Ordinarium aut magistratum 4.

Concionator ante omnes salutat Ordinarium loci; deinde si adsit Capitulum et ultimo loco magistratum 5.

Caput III.

De sacris missionibus.

930. — I. **De missionibus internis. - 1° Notio. - Missiones in**ternae seu *populares* sunt speciales extraordinariae praedicationes verbi Dei populo Christiano determinatis temporibus per unam alteramve hebdomadam protractae sub auctoritate Ordinarii loci ad populum

1 Co. 1347, § 1-3 et 2317; ut procedi posait non est necessarium ut error sit damnatus ut haereticus, nec ut publice doceatur, at requiritur ut *pertinaciter* doceatur aut defendatur five in publico Rive privatim. Circa hunc canoncm utiliter Tideri potest Instructio ‹ *Ut Quae* ·, n. 19-33, cuius tamen praccipuae dispositiones iam supra ubi *Dc suspensione et revocatione* facultatis condonandi relatae sunt. In eadem *instructione* n. 34-10 dantur normae ab Ordimriis ct a Superioribus religiosorum servandae circa praeparationem clericorum ad ministerium praedicationis. Nonnas et poenas ad procedendum contra haereticos cfr. in cc. 2314-2316.

2 Si concionator sit Episcopus, licet assistat *Ordinarius Cardinalis,* non decet ut Episcopus concionator benedictionem petat: S. R. C. 28 April. 1607, *Decret, auth.* n. 230; apud Ferraris, I. *c,,* v. *Praedicare, Additiones Cassincnscs.*

3 Cfr. Martinucei-Menghini, *Manuale sacrarum caeremoniarum3,* part. I, vol. I, (1911), pag» 397-400.

4 Ferraris, Z. *c,,* v. *Praedicare,* n. 99-100.

* Cfr. S. R. C. 23 lanuar. 1700, *Decret, auth.* 2015; Martinucci-Mcnghlni, Z. c., pag. 399, n. 20 docet inclinationem solummodo ad proprium Episcopum faciendam esse a concionatore.

efficaciori modo ad conversionem et poenitentiam excitandum, ad Deum placandum et vitam Christianam instaurandam, adiectis etiam aliis spiritualibus exercitiis \

Affines quidem sunt *Jfissiones populares exercitiis spiritualibus* at ab eis differunt quia populo alicuius territorii non determinatis tantum personis fiunt; quia a pluribus simul concionatoribus dantur nou ab unico.

Usus missionulu popularium solummodo a saeculo xvi in Ecclesiam introductus est 4.

931. — 2° Ius vigens. - Ordinarii advigilent ut, saltem decimo quoque anno, sacram, quam vocant, missionem, ad gregem sibi commissum habendam parochi curent.

Parochus, etiam religiosus, in hic missionibus instituendis mandatis Ordinarii loci stare debet 34

Missiones sacras populares valde utiliter a catholicis frequentari definiti iuris est4.

Vi huius canonis parochi decimo saltem quoque anno ad procurandam suo populo missionem tenentur, licet id directe ipsis non praecipiatur; aut etiam frequentius, si id ius particulare aut singulare praeceptum Ordinarii exigat.

Tempus, modum, locum, durationem, numerum missionariorum seu condonatorum, exercitia peragenda in sacris missionibus ius particulare definire debet. Generatim tamen non minus sex nec plus quindecim diebus durare debent. Concinnatores e non residentibus ordinarie in loco sunt seligendi et ab Ordinario sint approbati oportet; plures, saltem duo vel tres sint; possunt esse e clero saeculari aut e clero regulari. Parochus antequam missionem indicat licentiam Ordinarii requirere debet5.

Si Ordinarius necessarium putet, potest parochis, etiam religiosis exemptis, motu proprio missionem imponeree.

1 CIr. Пinscitius, *Dux Kirclwnncht <br Kutholikcn und 1'rofcs!.,* IV. png. 486: Wernz, /'w *decretalium.* III, 52; Mario Falco, *hdroduzione alio studio del Codex Juris canonici,* 1925, pag. 208; Santamaria, *l. c.,* IV, 201.

2 Wernz, *l. c.,* ILE, 56-57.

3 C. 1349, § 1-2.

4 Wernz, *l. c.,* III; Hiuschius, *l.* c.. IV. 487. Pius VI · *Auctorem fidei* . 28 Aug. 1794 edixit: ' Propositio enuntians, *irregularem strepitum novarum institutionum quae dictae sunt exercitia ecl missiones... forte nunquam aut saltent perraro eo pertingere ut absolutam eonrersioimn operentur; ct exteriores illos commotionis actus, qui apparuere, nil aliud fuisse, quant Iransetirtin naturalis concussionis fulgura:* — temeraria, male sonans, perniciosa, mori pie uc solutaJitcr per Ecclesiam frequentato et in Verbo Dei fundato iniurlosa ». Denzinger-Bannwart, *l. c.,* 1565. · *Parochus qui missionem non curat suspicionem ingerit suorum morum* ». S. Alphonsus apud Wernz, *l. c.,* III, 59.

5 Cfr. Wernz, *l.* c., 56 sq.; Hinschiue, *l. c.,* IV, pag. 486-189.

9 S. C. EE. et RR. 23 Iulii 1691; Bizzarri, *l. c.,* pag. 281; Wernz, *l. c.,* III, 59.

932. — II. Do missionibus exteris - 1° Notio. - *MMones exterae-* sunt sacrae expeditiones operariorum evangelicoram ad haereticorum et infidelium conversionem destinatae z.

Ecclesiam ius habere ad omnes gentes operarios evangelicos mittendi hd Christi Evangelium praedicandum in iure publico demonstratur 3.

Primis temporibus, cum territoria ecclesiastica nondum bene définira fuissent, officium populis paganis praedicandi Evangelium Episcopis tacita R. Pontificie delegatione commissum fuit. Romanus Pontifex in hoc negotio convensionis gentilium inde a saeculo vi directe intervenit. Saeculo χvπ (a. 1622) ad providendum necessitati novarum regionum trans Oceanum et. aliarum dissitarum. S. C. De Propaganda Fide instituta est 4.

933. — 2° Ius vigens. - *a)* Ordinarii locorum et parochi acatholicos, in suis dioecesibus et paroeciis degentes, commendatos sibi in Domino habeant6.

Hoc esse gravissimum Ordinariorum locorum ct etiam parochorum officium ex iure divino constat 6.

Ordinarii autem locorum id attingere poterunt variis modis sive praedicatione, sive librorum et ephemeridum pervulgatione etc. 7.

&) In aliis territoriis universa missionum cura apud acatholicos Sedi Apostolicae unice reservatur 8.

Nostris diebus rebus iam melius definitis et religione Christiana ad omnes fere gentes dilatata, nulla amplius generatim adest necessitas permittens Ordinariis locorum extensionem propriae iurisdictionis ad populos finitimos.

Si quae tamen sit regio nulli Ordinario locorum adhuc a R. Pontifice assignata, consensus tacitus videtur adhuc praesumi posse a S. Sede concessus Ordinariis vicinioribus et missionariis, dependenter utique a S. Sede, ad praedicandum Evangelium.

1 Cfr* Motu proprio Benedicti XV, 11 Martii 1919, de missionibus Terrae sanctae iuvandls. (d. *A. S.,* XI, 108); Epist. Apost. Benedicti XV, 30 Nov. 1919, de fide propaganda, (4. *A. S.,* XI, 410); Motu proprio Pii XI, 3 Mali 1922, de opere propagationis fidei, *(A. A. S.,* XIV, 321); Litt. Apost. Pii XI, 25 Mart. 1924, quibus gratiae conceduntur pio operi *(A. A.S.,* XVI, 220); Litter, encycl. 28 Februarii 1926, de sacris missionibus. *(A. A. S.,* XVIII, 65); Motu proprio 24 lunii 1929, de operibus missionalibus, *(A. A. S.,* XXI, 342); Motu proprio Pii XI, 24 lunii 1929 de pio opere S. Petri, *(A. A. S.,* XXI, 345); Epist. S. Congreg. de Propag. Fide 20 Mail 1923. quibus Superioribus religiosis missionariis quaedam commendantur *(A. A.* S„ XV, 369); S. Poenitentiaria 15 Nov. 1918, de unione missionaria cleri, *(A. A. S.,* XI, 20); dn-reta S. C. de Prop. Fide, 20 Mari. 1919, 2 Dec. 1921, 4 April. 1926, de eadem unione *(A. A.* 8.. XI, 179; XIII, 565, XVIII, 230).

2 Vermeersch, *l. c.,* II, 682: Wernz, *l. c.,* III, 52.

3 Cfr. Matthaeum a Coronatu, *Itis publicum ecclesiasticum.* (1924). n. 94.

4 Wernz, *l. c..* III, 53; Santamaria, 7. e., IX, 201.

s C. 1350, § 1.

4 Cfr. Litt. eneyclicas S. C. De Prop. Fid. 1879, sine die et mense in *Collectanea,* ŋ. 1507; Wernz. *l. c., III,* 52.

7 Cfr. Augustine, *l. c.,* VI. 371.

* C. 1356, § 2.

Missionarii apostoliei vocantur operarii evangelici in missionibus exterij adlaborantes; hi possunt esse e clero saeculari aut. religioso; canonica musione et ipsi indigentI. -

c) Ad amplexandam fidem catholicam nemo invitus cogatur[1].

Haec regula ex S. Augustino in *Decretum* translata [3] inde excerpta et in Codicem introducta, semper in Ecclesia admissa est [4].

Negari tamen nequit principes civiles cluistianos in fovenda infidelium conversione non semper iuxta hanc regulam recte se gessisse [5].

Regula tamen non valet nisi de iis qui nullo modo Ecclesiae adhuc subduntur, quique proinde absolute adhuc foris sunt; qui enim Ecclesiam per validum baptisma semel ingressi sunt, licet deinde in errores aut haereett prolapsi, potestati ecclesiae etiam coactivae per se subduntur [e].

Immo infideles cum Ecclesiae nullo modo subsint, nequeunt ab Ecclesia nec ad audiendam praedicationem Evangelii cogi; possunt vero ad id coarctari a potestate civili cni subsunt: utrum autem tali modo eos cogi congruat, videant sapientiores. S. Gregorius M. [7] id dissuadere videtur: « Qui sincera intentione extraneos a Christiana religione ad fidem cupiunt rectam adducere, blandimentis debent, non asperitatibus studere, ne quorum mentem reddita a plano ratio poterat provocare, pellat procul adversitas. Nam quicumque aliter agunt, et eos sub hoc velamine a consueta ritus sui volunt cultura removere. suas illic magis, quam Dei probantur causas attendere » \

Iure autem divino, ut per se patet, tenentur utique infideles praedicationem Evangelii audire atque religionem catholicam amplectii[8].

1 C8r. Wernz, *l. c.*. III, *51:* utiliter adbibetur etiam opera lalcorum eatechistanun ct serorum congregationum religiosarum.

2 C. 1301.

3 C. 33, C. 33, qn. 5.

4 Cfr. c. 1, D. 45, qui est S. Grcgorii M. · Nova vero atque inaudita est. ista praedicatio quae verberibus exigit iJdcm ».

5 Cfr. Wernz, *l. c.*. III. 53; Santamaria, *l. c.,* IV, 202; Claeys Bouuaert-Simenon. *l.l.,* n. 891.

« Cfr. c. 5, D. 45.

8 Cfr. Wernz, Z. c., III, 54. Huc spectant etiam: Instructio S. C. De Propaganda Fide, 6 lanuarii 1920, *De ahilciendis a Missionariis rerum saecularium curis.* (Haec Instructio in *A. A. 8.»* non est promulgata. Eam legere poteris in *Sylloge praecipuorum documentorum rtcenlium Sum. Poniif.* etc. n. 77, p. 133 M. a Coronata, *Interpretatio,* can. 138); Itemque *Indictio* eiusdem S. C. 9 lunii 1939, de prudentiore modo tractandi de rebus mlesionalibus. J. *A. S.*9 269 sq.

9 Wernz. Z. C., III, 54.

TITULUS XXI.

D e

934. — Ad magisterium ecclesiasticum refertur non solum ipsa verbi Dei praedicatio de qua in titulo praecedente, sed etiam eiusdem verbi praeconum praeparatio, quae praesertim bene ordinatis clericorum Seminariis obtinetur.

I. Praenotionibus. - 1θ Notio. - Seminaria sunt loca pia in quibus pueri et adolescentes ad normam legum canonicarum aluntur, educantur et disciplinis ecclesiasticis instituuntur [*].

Seminarium ad modum collegii seu pii operis in quo pueri et adolescentes instituuntur et educantur constituitur et ex ipsa eius constitutione persona moralis efficitur; licet autem ad modum collegii constituatur, persona tamen non collegialis est.

2° Divisio. - «▮) Seminarium maius vel minus est: maius est in quo disciplinae theologicae et philosophicae traduntur; minus in quo inferiora studia florent [3].

b) Ratione ambitus Seminalium est *dioecesanum,* si uni dioecesi; *interdioecesanum* seu *regionale,* si pluribus eiusdem regionis dioecesibus; *centrale,* si pluribus eiusdem reipublicae aut etiam diversarum rerumpublicarum eiusdem linguae dioecesibus destinatum sit [4].

c) Ratione alumnorum qui in ipso instituuntur: *purum* dicitur Seminarium si solis clericis aut clericatui destinatum, *mixtum* si aliis etiam alumnis patet[5].

1 Cfr. Eplstol. Apostolicam Pii XI *De Seminariis et studiis clericorum,* 1 Augusti 1922, J. J. *S.,* XIV, 419-458; Motu proprio Pii XI, 24 April. 1931, de canonica visitatione Seminariorum, J. *A. S.*9 XXIII, 151; Decret. S. Congr. de Seminariis 2 Februarii 1924 de relatione circa Seminaria transmittenda cum adiecta formula, *A. A. S.,* XVII, 547; Epist. Benedicti XV, 30 Nov. 1921, de institutione cleri in Cechoslovachia, *A. A. S.*9 XIII, 554. Pro Seminariis in Ecclesia Orientali cfr. Decretum S. Congregationis pro Ecclesia Orientali, 27 lanuarii 1940, *A. A. S.,* XXXII, 152-157, *De recta cleri Orientalis institutione in territoriis pairiarchalibus.*

2 Wernz, *Ius Decretalium,* III, 90; Santamaria, *l.* c., IV, 205.

3 C. 1354, § 2; advertit Vermeersch, *Epitome,* II, 685, alicubi iu minore seminario dari operam etiam philosophiae.

4 C. 1354, 5 3; Vermeersch, *l.* c., II, G85; Wurnz, Z. c., III, 91.

5 Vermeersch, Z. c., II, 685; certe Seminaria *mirta* non sunt conformia menti Sanctuo Sedis; cfr. Micheletti, *Constitutiones seminariorum clericalium,* 1919, pag. xv; Augustine, *l.c.,* VI» 374 in nota; *Instructio* S. C. Seminar, et Univers. Stud, ad Ordinarios Italiae, 26 Apiil. 1930 apud *Monitore ecclesiastico,* vol. 33, pag. 143-146: Clacys Bouuaert-Simenon, Z. c., n. 894.

d) Notae historicae. · Primis tribus saeculis nulla clericalium Seminariorum vestigia inveniuntur 1; nec his temporibus, cum nonnisi seniores presbyteri ordinarentur, qui iam multos annos generatim in inferioribus hierarchiao gradibus transegerant, eorum necessitas apparuit; praesertim cum minor quam nostris temporibus scientia profana in sacerdotibus et in populo requireretur.Vestigia Seminariorum habemus in institutione vitae communis quam S. Augustinus suis clericis statuit. Saeculis sequentibus praesertim vi et vn Seminaria proprie dicta praeformata sunt 2. Carolus Magnus educationi cleri valde favit; item regula Chrodegangi, deinde, saeculo xn. catholicae universitates.

Postquam Card. Capraniea (f 1458) collegium Capranicense et S. Ignatius, Romae, collegium germanicum instituerunt temporibus modernis magis accommodata. Concilium Tridentinum 3 primas leges de Seminariorum proprie dictonun constitutione tulit; quae leges substantialiter integrae usque ;ul Codicem viguerunt et in Codicem cum variis modificationibus receptae sunt4.

3° Principia retinenda. - *a)* De iure Ecclesiae in genere et in specie. - Ecclesiae ius est proprium et exclusivum eos instituendi qui ecclesiasticis ministeriis sese devovere cupiunt 5.

Hoc ius liquido profluit ex perfectione iuridica a Statu plene independent! Ecclesiae, quam in iure publico probavimus: institutio enim clericorum elementum necessarium est ad finem Ecclesiae obtinendum 6.

Medium autem optimum clericos ins ituendi habiles ad ministeria sacra, etsi forte non absolute et semper necessarium, sunt Seminaria clericorum. Hinc Pius IX in Syllabo damnavit has propositiones, nempe 33 et 46: « Xou pertinet unice ad ecclesiasticam iurisdictionis potestatem proprio ac nativo iure dirigere theologicarum rerum doctrinam. — Immo in ipsis clericorum Seminariis methodus studiorum adhibenda civili auctoritati subiicitur e ».

b) De curanda ecclesiastica vocatione. - Dent operam sacerdotes, praesertim parochi, ut pueros, qui indicia praebeant ecclesiasticae vocationis, peculiaribus curis a saeculi contagiis arceant, ad

1 Vestigia S-minariorum in Oriente considerari noesunt scholae theologicae saeculo n-in Antiochiae et Alexandriae erectae; Augustine, Z. *c.,* VI, 373.

2 C. 5. D. 28 = c. 2' Concilii Toletani II, a. 527; c. 1, C. 12, qu. 1 = cc. 23-24 Concilii Tolet. IV, a. 633.

3 C. 18, sese. 23 *de ref.*

4 Cfr. Wernz, *l. c.,* III, 92: De Meester, *l. e.,* III, n. 1308: Dinschlus. 7. c., IV, paginis 491-525. ubi etiam de historia collegiorum Urbis. Ante Codicem, Romani Pontifices decreti Concilii Tridentlid exsecutionem urgere non destiterunt, ut ex documentis ad calcem c. 1354, § i citatis videri potest. Post Codicis promulgatIonem S. C. De Seminariis et I'n versitatlbns Studiorum edidit. 26 April. 1920. *instructionem* ad Ordinarios Italiae quam invenire poterie in *Monitore ecclesiastico,* vol. 33.

4 C. 1352.

8 Cfr. Cavagnis, *l. c.,* vol. IIIl, ŋ. 77-89; Wernz. Z. *c.*. III, 93; Santamaria. 7. *c.,* IV, 2"2; Claey.·; Bouuaert-Simenon, Z. c., n. 892: De .Meester, 7. c.. III, n. 1310.

7 Deiizingcr-Bannwart, Z. *c.,* 1733 et 1746.

piotatem informent, primis litterarum studiis imbuant divinaeque in eis vocationi» germen foveant *.

Cum nulla extraordinaria vocatio necessaria sit ad sacerdotium, sed sufficiat nt is qui vocatus est aptus sit, nec ullo impedimento ligetur, per se patet disciplina studiorum et pietatis ipsam vocationem excoli posse; hinc Codicis admonitio. Prudenter tamen hac in re procedendum est, nec solum ad clerum saecularem, sed etiam ad religionem hoc canone commendatur vocationis fomentum -.

Commendatur Ordinariis locorum institutio pii *operis vocationum, sacerdotalium* ad canonem facilius observandum 3.

935. — II. De constitutione et erectione Seminariorum. - 1° De obligatione erigendi Seminarium dioecesanum. - Unaquaeque dioecesis in loco convenienti ab Episcopo electo Seminarium seu collegium habeat in quo, pro modo facultatum et dioecesis amplitudine, certus adolescentium numerus ad statum clericalem instituatur.

Curandum ut in maioribus praesertim dioecesibus bina constituantur Seminaria: alter minus, scilicet, pro pueris litterarum scientia imbuendis, alter maius pro alumnis philosophiae ac theologiae vacantibus.

Si constitui Seminarium dioecesanum nequeat, aut in constituto Seminario conveniens institutio, praesertim in philosophicis ac theologicis disciplinis, desideretur·, Episcopus alumnos in alienum Seminalium mittat, nisi Seminarium interdioecesanum vel regionale, auctoritate apostolica, constitutum fuerit 4.

Ordinariis locorum erectio Seminarii dioecesani praecipitur, at tum paragraphs prima tum paragraphs tertia, casum impossibilitatis aut magnae difficultatis excusantis considerant5.

Seminarium erigitur decreto Episcopi quo persona moralis non coIlegialis constituitur 6 aut etiam, ut videtur, sine decreto, simplici deputatione officialium cum facultate alumnos admittendi 7.

Duo Seminaria ut erigantur suadet Codex omnibus dioecesibus, praesortim vero maioribus, quae scilicet maiori numero clericorum seu sacerdo-

1 C. 1353.

2 Cfr. *Litteras Sccrctariac Status,* 2 Iulii 1912, *De rocationc sacerdotali.* in .1. J. 6'., IV 185; Mons. Francesco Mennini, *lieclutiamo le rocazioni: esortuzioni c consijli secundo it nvoro Codice di Diritlo Canonico,* Marietti, Torino; Vcrmecrscb, *l.* c., II, G87; Santamaria, *l.* c., IV, Î03-SQL

3 Cfr. Epist. Pii XI * *Officiorum omnium**, 1 Aug. 1922, *A.* -I. *S.,* XIV, 450; Decret. 8. C. De Seminariis ctc., 2 Februor. 1924, *De triennali relatione,* n. 11; apud Vermeersch. *Periodica,* XIII, 186 sq.

‘ C. 13.54, § 1-3.

5 Cfr. Augustine, *I. c.,* VI, 378.

Λ Cfr. c. 10U, § 1.

7 Cfr. Vermeersch, *Epitome,* II, 702; nec domus emptio in qua alumni recipiantur do iure rigente requiri videtur. Aliter Rota apud Ferraris, *l. c.,* v. *Seminarium,* 129,

turn ob magnum numerum paroeciarum erectarum et incolarum catholicorum indigentl; attamen strictum praeceptum etiam pro dioecesibus maioribus non exsistits.

Si exsistat Seminarium regionale et Ordinarii locorum dioecesannm non habeant aut insufiieiens ad normam iuris habeant, alumnos theologiae et philosophiae ad regionale mittere tenentur, et solum si regionale deficiat ad aliud Seminarium alumnos mittere poterunt 34

Seminarium interdioecesanum aut regionale ab Ordinariis locorum quibus constitutum est, ut proprium Seminarium maius considerari potest et debet, in quo ipsi eadem iura eademque officia singuli habeant

Erectio Seminarii interdioecesani seu regionalis auctoritate Sedis Apostolicae facienda est; S. Sedes autem vel *directe* intervenit decretum erectionis ipsa concedens5* vel indirecte erectionem huiusmodi in Concilio provinciali factam ratam habens ·.

Si Seminarium interdioecesanum erectum sit. Ordinarii locorum pro quibus erectum est, Seminarium maius in suis dioecesibus amplius erigere non tenentur, et si in Seminario interdioecesano etiam inferiora studia habeantur, nec Seminarium minus; quippe Seminarium interdioecesanum ut proprium Seminariam omnes dioeceses pro quibus constitutum est considerare possunt

Licet Codex de Episcopis et de dioecesibus solummodo loquatur, certe tamen, quantum adiuncta permittunt, praeter Abbates et Praelatos eadem obligatione tenentur etiam Vicarii et Praefecti Apostolici9.

936. — 2° De modis providendi reditus necessarios ad constitutionem aut conservationem Seminariorum. - Pro constitutione Seminarii et alumnorum sustentatione, si proprii reditus deficiant, Episcopus potest10:

u) Parochos aliosve ecclesiarum etiam exemptarum rectores

1 Cfr. Augustine,

2 Instructio S. C. Dc Seminariis et Universitatibus Studiorum, 26 April. 1920, in *Munitore ecclesiastico,* vol. 33, pag. 116.

3 Instructio cit. u. 1920. Jfonfiore *ecclesiastico,* v. 33, pag. 116-147; Augustine, Z. c., VI, 378-379; contra Vermeersch, *Epitome,* II, 688, 3.

4 Cfr. Epistolam Apost. Pii XI · *Omnium officiorum**, 1 Aug. 1922, *Dc Seminariis (l studiis clericorum* ad E.mum Card. Bisleti, J. *A. S.,* XIV. 450 sq. sub fine.

5 Cfr. e. g. Bullas Pii X · *Iu praecipuis* », 29 Innii 1913, pro Seminario maiori ri minori latcranensi, *A. A. S., V,* 297; · *Susceptum inde* », 25 Mart. 1911, pro Seminario maiori calabro Catacii erecto, cfr *Monitore ecclesiastico,* vol. 26. pag. 98-103.

° Cfr. S. C. De Propag. Fide, 18 Oct. 1883 in *Collectanea,* n. 1606, IV, 28 Aug. 1893 in *CoUectanea,* n. 1818; cfr. Augustine, Z. c., VI, 379; Blat ex hoc c. 1354, § 3 directum interventum S. Sedis, aliter ac ex iure tridentino, requirit: cfr. Blat, Z. *c.,* n. 236, pag. 286.

7 Cfr. *Epistolam Apost.* Pii XI *'Officiorum omnium* », 1 Aug. 1922, in *A, A, S.,* XIV, 450 sq. sub fine; item litt. Benedicti XV « *Saepe nobis*^ ad Episcopos Czccoslovachiae, 30 Nov. 1931.

8 Cfr. c. 215, § 2.

8 Cfr. S. C. De Prop. Fide, 23 Nov. 1845 in *Collectanea,* I, n. 1002, pag. 2; 18 Oct. 1883 in *Collectanea,* II, n. 1606, IV; *Litteras circulares* S. C. Dc Propag. Fide dic Paschatis ideet 16 April. 1922, n. 42 sq., *A. A. S.,* XVI, 287 sq.

10 Codex clausulam ponit, *si reditus deficiant Tprcrprii;* quam ob reni si reditus habeantur, ad media in canone enumerata recurri non potest; Blat, Z. c., n. 237, pag. 287.

inhere ut etatie temporibus in ecdeBia ad hiiuc linem stipem exquirant ⁋.

Superiores regulares ecclesiam domui regulari adnexam, in qua divina ofllcia communitas religiosa celebrat, regentes non veniunt in iure nomine rectorum ecclesiarum 2, quam ob rem ipsi non tenentur collectam ab Ordinario praeceptam facere in sua ecclesia, licet teneantur aliarum ecclesiarum etiam exemptarum rectores ».

b) Tributum, quod *seminaristicurn* vocant, seu *taxam* in sua dioecesi imperare.

a) Huic tributo obnoxia sunt, quavis appellatione remota û, reprobata qualibet contraria consuetudine ° et abrogato quolibet contrario privilegio, mensa episcopalis, omnia beneficia etiam regularia aut iurispatronatus, paroeciae aut quasi-paroeciae, quamvis alios reditus, praeter fidelium oblationes, non habeant, domus hospitalis auctoritate ecclesiastica erecta, sodalitates canonice erectae et fabricae ecclesiarum, si suos reditus habeant, quaelibet religiosa domus, etsi exempta, nisi solis eleemosynis vivat aut in ea collegium discentium vel docentium ad commune Ecclesiae bonum promovendum actu habeatin·7.

Clausulis praegnantibus quibus Codex hac paragraphe) loquitur valde commendatur omnibus erectio et conservatio Seminariorum.

Mensa episcopalis constituitur omnibus bonis beneficialibus quae Episcopo obveniunt, non excluso cathedratico, et oblationibus vel taxis fidelibus impositis quatenus haec bona beneficium episcopale constituunt 8.

Paroeciae et quasi-paroeciae nondum bene organizatae et definitae non videntur taxae obnoxiae 9.

Hospitalis domus quae non sit persona ecclesiastica aut quae licet sit persona moralis ecclesiastica solis tamen eleemosynis subsistit, licet forte a religiosis mulieribus aut viris administrata, sicut et domus hospitales civiles ad seminaristicum tributum non obligantur 10.

1 C. 1355, n. 1.

2 C. 479, § 1.

3 Cfr. c. 615, *praeterquam in casibus a iure expressis,* ut noster casus a iure non exprimitur. Melo, *De exemptione regularium,* pag. 161.

4 C. 1355, n. 2.

5 Vis huius clausulae ea esse nequit ut recursum in devolutivo absolute excludat, sed solani ut indicet hunc etiam recursum difficilius admitti et admissum difficilius bonum exitum pro appellante seu recin-rcnte habiturum; ceterum ad S. Sedem recursus ex iure divino cuilibet semper patere debet; cfr. Vermeersch, Z. c., II, 690; Augustine, Z. c., VI, 382.

6 Cfr. c. 5; igitur consuetudo in hac re irrationabilis et impossibilis declaratur.

7 C. 1356, § 1.

8 Augustine, Z. c., VI, 383; Vermeersch, Z. c., II, 690; cfr. etiam utiliter *Instructionem* demandato Benedicti XIII editam 3 Mort. 1726, § 1, quam invenire poteris apud Ferraris, *Biblinthcca,* v. *Seminarium,* n. 181.

9 Augustine, Z. c., VI, 383.

10 Augustine, Z. c., VI, 383; Instructio a. 172G cit., § 5; cfr. Ferraris, Z. c., v. *Seminarium,* n. 31-35 et 89.

Domus monialium non tenentur ;id seminaristicum tributum niri hénetlcia adnexa habeantl.

Quia solis eleemosynis vivunt, eximuntur a taxa omnes domus mendicantium licet aliquos parvos reditus habeant; non tamen ut per se patet paroeciae mendicantium s.

Collegium docentium vel discentium ad commune Ecclesiae bonum constituunt non solum Seminaria proprie dicta, sed etiam collegia sive interna sive externa religiosorum 3.

Nulla autem religiosa domus per se excusatur praetextu quod collegiis suae religionis subvenire debeat.4.

Sodalitates canonice erectae sunt sive piae uniones quae decreto erectionis personalitatem moralem consecutae sunt, sive confraternitatesproprie dictae5* Idem ridetur affirmandum de sodalitatibus tertiariorum ° legitime erectis; ad hoc autem ut haec sodalitia ad *seminaristicum* teneantur proprios reditus habeant oportet; si enim solis sodalium contributionibus aut fidelium eleemosynis finem suum prosequantur, obligari nequeunt; idemque de fabricis ecclesiarum valet 7. Sodalitates erectae quidem in personam moralem, sed non ad modum organici corporis in ecclesiis regularium si sint propriae religionis ad taxam teneri non ridentur quia specialis licentia Ordinarii loci ad earum erectionem non requiritur s.

β) Hoe tributum debet esse generale eiusdemque proportionis pro omnibus, maius vel minus secundum Seminarii necessitatem, sed quinas quotannis centesimas partes (5%) reditus vectigalis non excedens, minuendum prout reditus Seminarii augentur.

Eeditus tributo obnoxius is est qui, deductis oneribus et necessariis expensis, supersit in anno; nec in eo reditu computari debent distributiones quotidianae, vel, si omnes beneficii fructus distributionibus constent, tertia earundem pars; nec fidelium oblationes, nec, si omnes paroeciae reditus coalescant fidelium oblationibus, tertia earundem pars 9.

Ante Codicem Episcopi quorum Seminaria reditibus indigebant, ad taxam determinandam duorum de Capitulo et totidem de clero consilio iudi-

1 Ferraria, *L c.,* v. *Seminarium,* n. 32.

2 Augustine, *l. c.,* VI, 384, nota 20; Melo, *L c.,* pag. 161; Ferraris, *l. c.,* v. *Seminarium,* n. 35.

3 Vermeersch, *l. c.,* II, 690; Augustine, *l. c.,* VI, 384-385 qui tamen excludit ab exemptione collegia interna religiosorum pro religiosis erecta, circa quae cfr. etiam *Instructionrm* a. 172G, § 4, supra cit.; Melo, *l. c.,* pag. 161.

4 S. C. Concilii 7 Sept. 1711 apud Augustine, 7. e., VI. 385; Vermeersch, 7. *c.,* II, 690; cfr. tamen Ferraris, *l. c.,* v. *Seminarium,* n. 90.

5 Cfr. c. 707.

• Cfr. cc. 702-703.

7 Cfr. Instruet, cit. a. 1626. § 5; Constit. Benedicti XIII . *Creditae nobis* » cit., § 2: Augustine. *L c.,* VI, 384.

8 Cfr. S. C. EE. et RR. 1 Mart. 1805 apud Bizzarri, *l. c* 404-407

9 C. 1356, § 2-3.

gobant, nec taxa vim obligandi obtinebat nisi post approbationem S. Sedis ;* de iure autem vigente neutrum requiri amplius videtur.

Praeter maximum punctum quod taxa attingere potest, nisi specialis a S. Sede facultas obtineatur, nequit ah Ordinario beneficiis etiam pinguioribus alia taxa pro Seminario imponi in beneficii collatione 2.

Reditus vectigalis de quo in paragraphe secunda idem est ac reditus censuarius, seu reditus tributarius seu reditus qui vectigali subiacet, et appellatur talis reditus in paragrapho tertia *reditus* tributo obnoxius, ibique determinatur qualis debeat reputari reditus vectigalis seu tributarius. Talis reditus certe non est reditus totalis beneficii, domus hospitalis, domus religiosae etc., sed solum reditus qui remanet post deductionem onerum et expensarum necessariarum. Nomine autem *onerum et expensarum necessariarum* veniunt ante omnia expensae quas persona quam taxa gravat, sustinere debet pro fructuum collectione 3; non vero expensae quas persona beneficiata pro sua re familiari et sua sustentatione sustinere debet4.

Inter *onera mensae episcopalis* a reditu vectigali deducenda computari praeterea possimt expensae omnes quas Ordinarius loci praecise sustinere debet ut suis satisfaciat obligationibus, e. g., expensae pro visitatione dioecesis sustinendae etc. 5.

Eadem regula, quae pro mensae episcopalis expensis necessariis et oneribus statuitur, applicari debet etiam aliis omnibus beneficiise.

Tributum si imponatur debet esse *generale,* i. e., omnibus personis physicis aut moralibus a iure expressis 7 impositum, seposita qualibet personarum acceptione 8; ideo nequit Ordinarius loci aliquem a tributo solvendo dispensare: debet esse eiusdem proportionis pro omnibus, unde nequit Ordinarius tributum trium centenarum partium pro ima, quatuor pro altera, quinque pro tertia persona imponere, sed vel trium vel quatuor vel quinque, at pro omnibus aequali taxatione °.

Inter onera deducenda domus hospitalis, confratemitatum et fabricarum ecclesiarum sunt computandae expensae quae sunt necessariae ad infirmos curandos, ad finem confraternitatis aut sodalitatis obtinendum, et ad ecclesiae

1 Cfr. Constit. cit. « *Creditae nobis* », Bened. XIII. § 2 et 8.

2 C. I. 16 Oct. 1919, *A. A. S.,* XI. 176 sq. ad 16; cfr tamen *Monitore ecclesiastico,* vol. 36 (1924), pag. 272-273, ubi id permittitur cum aliqua limitatione.

3 Cfr. Instruet, a. 1726, § 1, n. 5; S. C. EE. et RR. 1 Mart. 1805 apud Bizzarri, Z. c., p. 404-407,

4 Cfr. Const. « *Creditae nobis* » cit., § 2 et 9; Augustine, Z. c., VI, 386; *Monitore ecclesiastico,* vol. 35, pag. 220, n. 7 ; Blat, Z. *c.,* 238, pag. 290 ubi inter expensas necessarias comprehendere' videntur etiam quae ad ipsius bénéficiât! sustentationem necessaria sunt, quod non recte affirmari videtur.

5 Ita Augustine, Z. c., VI, 386, mitiori sensu antiquas decisiones nostris temporibus applicans.

6 S. C. EE. et RR. 1 Mart. 1805; *Instructio,* a. 1726, § 1, n. 6: ideo, e. g., inter expensas necessarias deducendas parochus computare potest· partem praebendae quam ex pacto vel de mandato Ordinarii loci suo vicario cooperatori dare debet et eiusdem vicarii sustentationem: *Monitore ecclesiastico,* vol. 35, pag. 220, n. 7.

7 C. 1356, § 1.

Augustine, Z. c., VI. 385.

9 Augustine, Z. c., VI

reparationem eiusque inanutentionero. Onera Missarum sive legatarum sive manualium sunt semper deducenda *.

Inter onera domus religiosae subiectne taxae, taxationi deducendae sunt, praeter eas expensas quas ipsa domus ad sui sustentationem sustinere debeat, etiam expensae quas domus religiosa sustinere debet pro scholis suae religionis ex regula aut statutis taxatae 3.

Notari autem praestat tributum seminaristicum imponi solum posse super reditus ab oneribus et expensis liberos; quam ob rem nostris diebus, nostris in regionibus, ubi pinguia antiqua beneficia et fundationes non amplius, usurpatione societatum civilium, exsistunt, tributum ipsum vix erit practici momenti.

Distributiones quaelibet quotidianae sicut et fidelium oblationes nunquam computantur inter reditus vectigales seu tributo obnoxios nisi ipsae exclusive omnes fructus beneficii constituant; et tunc in illo casu distributiones inter reditus vectigales computantur, detracta earum tertia parte, quae semper libera remanere debet ab omni vectigali seu taxa; aliae vero duae partes vectigales quidem sunt, at etiam ex ipsis detrahi debent onera et expensae necessariae beneficium gravantes sicut de aliis beneficiis diximus3,

c) Si haec non sufficiant, attribuere Seminario aliqua bene, ficia simplicia *.

Ad hoc medium Ordinarius recurrere potest solum si fluo priora media enumerata non sufficiant, ut clare statuitur a Codice.

Beneficium Seminario attribuere idem est ac beneficium Seminario unire seu incorporare 5 sive pleno sive semipleno iure 6.

Ante Codicem haec incorporatio fieri non poterat sine consilio Capituli et deputatorum Seminarii, nec item antequam Seminarium de facto exsisteret 7; Codex videtur admittere unionem fieri posse in ipsa Seminarii constitutione 8.

Incorporari autem possunt Seminario solummodo beneficia quaelibet simplicia ·, cuiuscumque qualitatis et dignitatis fuerint, etiam iurispatronatus ecclesiastici, aut quomodocumque affecta aut S. Sedi reservata, sine tamen ullo cultus divini aut Hia obtinentium praeiudicio. Incorporatio fieri debet ab Ordinario loci ante vacationem, effectum vero sortietur incorporatio, vacatione obveniente. Excipiuntur solummodo quaedam beneficia Cardinalibus et Praelatis Curiae Romanae conferri consueta 10.

1 Cfr. Augustine, *l. c.,* VI, 387.
2 Cfr. Ferraris, L c., v. *Seminarium,* n. 90 ex PignatelU; Augustine, *l. c.,* VI, 387.
3 Blat, *l. c.,* 238, pag. 290; Augustine, *l. c.,* 387-388; S. C. EE. et RR. 1 Mart. 1805, Bizzarri, 404-407.
4 C. 1355, n. 3.
5 Cfr. infra ubi dc c. 1419.
0 Vermeersch, l. c., II, 689; August'ne, *l. c.,* VI. 380-381.
7 Cfr. August'ne, l. c., VI, 380-381, ubi id etiam nunc valere putat.
8 Cfr. c. 1355. initio.
3 Cfr. S. C. EE. et RR. 15 Mart. 1580. Bizzarri. *I. c.,* 229.
10 Cfr. Coustit. Benedicti XIII « *Creditae nobis* · cit., s 5-7; Ferraris, *l. c., v. Seminarium,* u. 100.

Si in incorporatione onera cultus divini reducenda sint ad S. Sedem, pro reductione recurrendum erit1.

d) Reditus legatos pro clericis instituendis tribuere alumnis in Seminarium sive maius sive minus rite receptis, licet nondum clericali tonsura initiatis, nisi aliud in tabulis fundationis expresse caveatur *.

Habetur hic authentica interpretatio voluntatis fundatorum qua clericis ordinatis aequiparantur pueri aut adolescentes in Seminario ad clericatum tendentes 3; quia tamen clara intentio interpretationem non admittit, si fundator expresse requisierit clericatum, tunc huic voluntati standum erit.

Quandoque aliis omnibus mediis deficientibus, speciali facultate a S. Sede permittitur Ordinariis locorum ut Seminario subveniant stipendiis Missarum limatarum, aut pro populo dierum festorum suppressorum applicandarum. Hae facultates Ordinariis postulantibus sat faciliter concedi solent. Difficilius conceditur facultas applicandi ad mentem Ordinarii pro Seminario Missas quae pro populo applicari debent diebus festis vigentibus 4.

937. — III. De auctoritate Ordinarii loci in suum Seminarium. - 1° De potestate Episcopi decernendi, vigilandi, visitandi. - Episcopi est omnia et singula quae ad rectam Seminarii dioecesani administrationem, regimen, profectum necessaria et opportuna videantur, decernere, eaque ut fideliter observentur curare, salvis praescriptionibus a Sancta Sede pro casibus peculiaribus latis.

Potissimum studeat Episcopus frequenter Seminarium ipse per se visitare, in institutionem quae alumnis traditur sive litterariam âve scientificam sive ecclesiasticam sedulo vigilare, et de alumnorum indole, pietate, vocatione ac profectu pleniorem sibi comparare notitiam, maxime occasione sacrarum ordinationum 5.

His duabus paragraphes non solum iura et auctoritas absoluta respectu aliorum officialium commendantur, sed etiam eorum obligationes erga Seminarium, quod saepe iam auteactis temporibus factum est, Episcopis in memoriam revocantur °.

Omnes igitur quicumque illi sint qui in Seminario auctoritatem aliquam exercent, sciant se Ordinario loci in sui officii exercitio subesse eique in om-

1 s. C. EE. et RR. 14 Mart. 1839, Bizzarri, *l. c.,* 439-140.
2 C. 1362.
3 Cfr. Litteras apost. Pii X « *La ristorazione* ·, 5 Mali 1904 ad Card. Vicar.
4 Cfr. *Rinisla dioccsana,* Genova, 1923, vol XIII, pag. 347, ubi refertur facultas u S. Sede concessa applicandi pro Seminario etiam Missas dominicales, aliquibus tantum diebus exceptis per annum.
s C. 1357, § 1-2.
* Videri possunt documenta in calce harum duarum paragraphorum a Card. Gasparri citata.

LSI»

nibus parere debere. Idque valet praecipue do rectore cui alii onmto subordinantur

2° De legibus singulis Seminariis dandis. - Unumquodque Seminarium suas leges habeat ab Episcopo approbatas, in quibuj quid agere, quid observare debeant, doceantur tum qui in eodem Seminaiio in spem Ecclesiae instituuntur, tum qui in horum institutionem operam suam impendunt ·.

Ad has leges dandas Episcopus, adhibit»» etiam consilio deputatorum l, normas et instructiones a Sancta Sede ante et post Codicem datas qua normas directivas 4 sequetur in iis quae Codici non opponuntur 5.

3° De auctoritate in Seminariis interdioecesanis et regionalibus. - Seminarii interdioecesani vel regionalis regimen universum et administratio regitur normis a Sancta Sede statutis 6.

Generatim autem his normis regimen supremum committitur, sicut in Seminario dioecesano Episcopo, in istis collegio Episcoporum quorum dioecesibus Seminarium interdioecesanum aut regionale destinatur 7.

938. — IV. De officialibus Seminarii. - 1° Quot officiales constituendi sunt in Seminario. - Curandum ut in quolibet Seminario adsint rector pro disciplina, magistri pro instructione, oeconome pro curanda re familiari, a rectore distinctus, duo saltem confessant ordinarii et director spiritus 8.

Non datur strictum praeceptum; indicatur tamen minimus numerus officialium qui in quolibet bene ordinato etiam minori Seminario omnino necessarii Hunt. Praeter lh»h autem multi alii ɨnferiore ȍfficiale praesertim in Seminariis maioribus ubi magnus habetur ninnenm alumnorum, necessarii erunt

Officiales omnes Seminarii, auditis deputatorum coetibus, pro rei gravitate 2 libere nominat Ordinarius loci 3.

Quaenam sint singulorum officialium munera ex legibus cuique Seminario ab Ordinario loci dandis praecipue eruendum est. Optime Ordinarius in singulorum munerum partitione normis a S. Sede datis sese conformabit 4.

2° Quinam deputari possint. - Ad munus rectoris, directoris spiritus, confessariorum et magistrorum Seminarii eligantur sacerdotes non doctrina tantum, sed etiam virtutibus ac prudentia praestantes, qui verbo et exemplo alumnis prodesse possint 5.

Ad officia in Seminario deputari generatim debent clerici saeculares, ex necessitate admittuntur etiam religiosi e.

Excluduntur absolute ab his officiis religiosi a votis dispensati aut quomodolibet ad saeculum regressi itemque clerici qui aliquando professi sunt vitam communem 7; itemque clerici modernismo quomodocuuque faventes 8.

3° De muneribus singulorum officialium. - Munera singulorum officialium legibus episcopalibus, aut in Seminariis interdioecesanis, legibus specialibus Sanctae Sedis definiuntur.

Hoc autem firmum semper tenendum est: Rectori omnes immediate subiacere eique proinde in propriis muneribus implendis obtemperare omnes debere 9.

Omnino autem meminerint oportet omnes officiales suorum suffragiorum vim non deliberativam, sed consultivam esse 10.

1 Cfr. Eplst. S. C. EE. et RR. 18 lanaar. 1908 * *Con Γintento* ›, art. 1 sq. et art. 2G aped Micheletti. *Ius pianum.* 1911, pag. 767 sq.; itemque Micheletti, *Constitutiones Seminariorum clericalium,* 1919, art. 72, pag, 31.

2 *C.* 1357, i 3.

3 C. 1359, § 4.

1 Vim legis stricte obligantis talibus legibus et normis a S. Sede ante Codicem datis post Codicem tribuere non possumus, quia In Codice non reportantur, vim tamen directivam et nunc, in iis quae Codici non opponuntur, retinere videntur; cfr. Micheletti, *Constituticma Seminariorum clericalium,* 1919, in praefatione *ad lectorem,* pag. x-xi.

u Plurimae praesertim pro Italia hac de re habentur instructiones Sanctae Sedis; praecipuas, moderniorcM et maioris momenti invenire poteris apud Micheletti, *Ius pianum,* 1911, v. *Seminarium,* pag. 765, sq. Maiori vi gaudet pro Italia instructio S. C. De Seminariis et Universitatibus Studiorum die 26 April. 1930 edita quam invenire poteris apud *Monitore, ecdtsiastico,* vob 33, pag. 112 sq. Micheletti suis operibus circa Seminaria editis ante et post Co«licem, praesertim vero opere *Constitutiones Seminariorum clericalium,* a. 1919 edito, tum Ordinariis tum deputatorum coetibus viam faciliorem in hoc negotio aperuit.

e C. 1357, § 4.

7 Cfr. Bullam Pii X · *Susceptum inde* ·, 35 Mart. 1914; Epist. S. C. EE. et RR. 18 lanwii 1918, art. 2 sq. apud Micheletti. *Ius pianum, v. Seminarium;* item *Constitutiones Seminariorum clericalium,* x v iii; Epistolam Apostol. Pii XI, 1 4ug. 1922, De Seminariis et studiis cir vicorum incipientem: · *OtJici/yrum omnium* », sub hue; **J**. *A. b'* XIV, 450 sq.

8 C. 1358.

1 Cfr. tales alios officiales in Micheletti. *Consiilutiones Seminariorum clericalium,* art. 1 sq., pag. 3 sq. Tales sunt: Vicerector, contuberniorum Praelecti. ɨacfcetus ecclesiae, Cue· Mnoniarius, Repetitores, Bibliothecarius, etc.

2 Cfr. cc. 1359, § 4 et 1366, § 1.

3 Cfr. c. 1357; Micheletti, *Constitutiones Seminar, cleric.,* art. 5.

4 Cfr. Micheletti varia volumina de singulis officialibus tractantia, e. g. *De rectore, De tàtrcclore, De spiritus moderatore, De contuberniorum praefectis, De ratione pietatis, Dc oeconomo* etc. vel si mavis *Constitutiones Seminariorum clericalium,* ubi dc singulis disseritur iuxta Sanctae Sedis documenta.

5 C. 1360, § 1; Superior autem Seminarii confessiones suorum alumnorum in eadem domo commorantium ne audiat, nisi alumni ex gravi et urgenti causa in casibus particularibus sponte id petant; c. 891; de qua prohibitione eadem valent quae dc magistro novitioruni diximus relate ad novitios.

Nomino autem Superioris Seminarii certe venit rector, at etiam alii omnes qui in Seniinx-iom dominativam exerceant potestatem. Professores pei se non veniunt nomine Superioris; cfr. Santamaria, *l. c.,* IV, 209.

6 Micheletti. *Constitutiones Seminarior. clerical.,* art. 2, pag. 4.

7 Cfr. c. 612, § 1, n. 2 et § 2.

8 Pius X, Motu proprio « *Sacrorum Antistitum* ·, 1 Sept. 1910, n. 2, *A. A.* II, 669 sq.

• C. 1360, § 2.

10 Micheletti. *Constitutiones Seminar. clerical.,* art. 14, pag. 7; generalia omnium officialium officia et singulorum succincte cfr. ibidem art. 9-321, pag. 6-89.

40 De confessariis extraordinariis. - Praeter eonfessarios ordinarios, alii confessarii designentur ad quos libere alumni accedere possint.

ii confessarii extra Seminarium degant, et alumnus aliquem eorum acciri postulet, illum rector arcessat, nullo modo petitionis rationem inquirens neque se aegre id ferre demonstrans; si in Seminario habitent, ipsos alumnus libere adire potest, salva Seminarii disciplina.

Quando agitur de alumno ad ordines admittendo vel e Seminario expellendo, nunquam confessariorum votum exquiratur L

Sunt igitur aliqui designandi quos alumni *libere* omnino eligere valeant, et per Rectorem, si absint, advocare; attamen etiam aliis confessariis non designatis data occasione possunt clerici et alumni confiteri 2.

Mos alicubi viget extraordinarios eonfessarios quater in anno, eodem fere modo quo concedi solet novitiis religiosis, alumnis Seminarii concedendi '.

5° De coetibus deputatorum. - Dioecesanis Seminariis bini constituantur coetus deputatorum, alter pro disciplina, alter pro administratione bonorum temporalium.

Utrumque deputatorum coetum constituunt bini sacerdotes, ab Episcopo, audito Capitulo, electi; sed excluduntur Vicarius Generalis, familiares Episcopi, rector Seminarii, oeconomus et confessarii ordinarii.

Munus deputatorum per sexennium durat, nec electi sine gravi causa amoveantur, sed rursus eligi poterunt.

Episcopus debet consilium deputatorum in negotiis maioris momenti petere *

Duo coetus deputatorum a Tridentino 5 praecepti confirmantur eorumque constitutio et in munere duratio favore Episcoporum reformatur et expeditior redditur. Antea enim coetus pro disciplina *duobus canonicis* constare debebat ab Episcopo electis; coetus pro administratione quatuor sacerdotibus, nempe duobus canonicis et duobus de clero civitatis ab Episcopo, a Capitulo et a clero designatis; nunc autem uterque coetus libere designatur ab Episcopo, nec necessario constare debet canonicis aut presbyteris e clero civitatis.

Coetus deputatorum nequit Episcopus supplere consilium petendo ab aliis personis prudentibus aut etiam a Capitulo, aut singulis vicibus quibus consilium netendum est novum coetum constituendo; sed coetus debent modo stabili in dioecesi constitui6.

c. 1361, § 1-3.
Vermeersch, *Epitome,* II. ces.
Cfr. Micheletti, *l. c.,* art. 262. C. pag. 77; Augustine, *l. c.,* VI, 393.
C. 1359, 5 1-4.
[5] Cap. 18, *sens.* 23, *de* re/.
[6] Cfr. Augustine, *l. c.,* 391; Wernz, */. c.,* HI, 91, V.

Munus deputatorum est ad sexennium a singulorum deputatione, ut. videtur, computandum; sexennio transacto, ipso iure a munere cessare videntur, nisi expresse iterum eligantur; ante expletum sexennium possunt removeri solummodo ex gravi causa; at nec ullum delictum, nec ullus processus ad remotionem requiritur; gravis causa potest haberi sine delicto aut alia culpa, e. g., infirmitas, senectus vel similis alia *

Licet officium deputatorum sit ad sexennium, videtur tamen Ordinarius loci, si aliquis ante expletum sexennium deficiat ex deputatis, posse de consilio Capituli alium loco deficientis deputare cuius tamen munus cesset eo tempore quo a munere cessare debuisset is in cuius locum electus est; quod analogia legali2 videtur servari posse ne coetus deputatorum progressu temporum omnino fluctuans evadat.

Licet Codex hoc c. 1359 semper loquatur de Episcopo, tamen normae ibidem statutae circa necessitatem adhibendi deputatorum consilium etiam a Vicario Capitulari aut Vicario Generali, servandae sunt; nec videtur Vicario Generali aut Capitulari regimen Seminarii interdictum 3.

In *negotiis* autem *maioris momenti* consilium deputatorum Ordinarius loci requirere omnino debet et quidem, iuxta plures auctores, *ad calorem* actuum pro quibus requiritur 4.

Negotia maioris momenti in quibus coetus pro disciplina constitutus audiendus est, sunt admissio et dimissio alumnorum, electio magistrorum, confessariorum et rectoris, selectio librorum scholarium, et his similia 5.

Coetus vero deputatorum pro administratione audiendus est in tota administrationis temporalis gestione, in unione beneficiorum ad Seminarium e, necnon in nominatione et mutatione officialium etiam inferiorum quotiens id administrationis temporalis intersit 7.

Si duo sint Seminaria in eadem dioecesi, non necessario duo coetus pro unoquoque Seminario deputandi sunt8.

Quia coetus deputatormn destinantur ad auxilium suo consilio praebendum Ordinario loci in Seminarii universo regimine; ne hoc consilium suo fine frustretur quia ab Ordinario iam aliquo modo dependens et inutile evadat, ab utroque coetu excluduntur Vicarius Generalis, Rector, oeconomus et familiares seu omnes sacerdotes commensales Episcopi seu qui in Episcopali domo

1 Cfr. Bouix, *Tractatus de Capitulis2,* 1862, pag. 428; Ojetti, *Synopsis,* v. *Seminarium,* 3673.
! Cfr. c. 426.
3 Cfr. Blat, *l. c.,* n. 241, pag. 294-295.
1 C. 105, n. 1; non tenetur tamen illud requirere collegiallter. Necessitatem consilii *id rcLjrem* negat Vermeersch, ex c. 11, quem sequitur Cocchi, *l. c.,* n. 39, pag. 95 ct moderniores; contrarium tamen videtur sufficienter probari ex c. 105, n. 1 cui lus vetus, cfr. c. 6, n. l, et veterum auctorum doctrina concordat; cfr. Wernz, *l. c.,* III, 94, V; Ojetti, *l. c.,* v. *Seminarium,* n. 3673; Bouix, *Z. c.,* pag. 429; Ferraris, *Z.* c., v. *Seminarium,* n. 11; Santamaria, *l.* c„ IV, 210: Cappello, *Summa iuris canonici,* I, 1928, n. 212; De Meester, *Z. c.,* III, n. 1315; Blat. *l.* c., 241, pag. 213; *Litteras circulares* S. C. Concilii ad Ordinarios American latinue 15 Mart. 1S97, in *Appendice ad Concilium plenarium Americae latinae,* pag. 603 sq.
5 Cfr. Augustine, *Z.* c., VI, 390-391; Blat, *Z.* c., 241; Bouix, *l. c.,* 430-133 et documenta ibidem citata: Santamaria, *Z.* c., IV, 210.
' Augustine, *l. c.,* VI, 381.
7 Cfr. Bouix, *Z.* c., pag. 437 140.
8 Bouix, *Z.* c., 440.

degunt atque ab ipso dependent eiusque mensae participant, quia ob dependentiam quam habent ab Ordinario loci, vel ob potestatem quam exercere debent in Seminario suspectum consilium dare possunt 1.

Confessarii autem excluduntur ob periculum violandi sigilli.

Xihil vetat quo minus duo sacerdotes qui coetum constituunt pro administratione, iidem deputentur ad coetum pro disciplina constituendum, dummodo munerum distinctio servetur 2.

6° De Seminarii magistris. - Ad magisterii munus in disciplinis philosophicis, theologicis et iuridicis, ii, ceteris paribus, iudicio Episcopi et deputatorum Seminarii, praeferantur, qui laurea doctorali potiti sint in Universitate studiorum vel Facultate a Sancta Sede recognitis, aut, si agatur de religiosis, qui simile testimonium a suis Superioribus maioribus habeant 3.

Curandum ut saltem sacrae Scripturae, theologiae dogmaticae, theologiae moralis, et historiae ecclesiasticae, totidem habeantur distincti magistri 4.

Commendantur quidem ut saltem quatuor professores speciales seu magistri in cursu theologico habeantur; at id stricte non praecipitur; sicut nec stricte praecipitur ut magistri laurea doctorali sint insigniti. Gradus academic! de quibus Codex sunt gradus in Facultate aliqua theologica facto periculo obtenti5.

Pro religiosis gradus supplet attestatio Superiorum maiorum; ex quo deducitur Superiores maiores posse magistros constituere etiam pro Seminariis si ab Ordinariis locorum requirantur.

Pius XI § stricte praecepit ut nullus sacrae Scripturae magister deinceps designetur qui gradus academicos saltem *baccalaureatus* apud *Commitsionem bibiicam,* aut *Institutum biblicum* non sit consecutus.

Clausula vel dictio *ceteris paribus,* aestimanda et diiudicanda est ad normam c. 1361, § L i. e., ceteris paribus non doctrina tantum, sed etiam virtutibus et prudentia attentis; de quibus indicium pertinet ad Ordinarium loci, audito coetu pro disciplina et. si casus id ferat, etiam coetu pro administratione.

939. — V. De cura Seminarii committenda religiosis viris. — 1° *Cuius auctoritate commissio ista facienda est.* - Si Ordinarius Ordini aut Congregationi religiosae Seminarii curam committere velit,

1 Cfr. Aiuustine, *l· e.,* VI. 391.
2 Cfr. Litter, circul. S. C. Concilii « *De clericorum Seminariis* », 15 Mart. 1897 ad Ordinarios Aincrlcac Merldion. in *Appendix ad Concilium plenarium Americas latinas,* a, 1899, pag. 603 sq.
3 C. 1366, 5 1.
C. 1366, § 3.
5 Vermeersch, *l.* <?., II. 700.
β Motu proprio « *BUdiorum sacrorum* \ 27 April. 1924, *A. A. S.,* XVI, 180 sq.

auditis prius Capitulo et deputatorum coetibus, rem ad S. C. De Seminariis et Universit. Studiorum referat oportet L

2° *Servanda in committenda cura Seminarii religiosis viris.* - Si Sancta Sedes consilium Ordinarii religiosis viris committendi curam Seminarii probaverit, Ordinarius loci conventionem cum supremo aut maiori religionis Superiore inibit in qua ad futuras discordias vitandas omnia religionis et Ordinarii iura bene definienda erunt.

Si in his conventionibus aliquid iure communi statutum servari non possit, S. Sedis interventus pro dispensatione obtinenda iterum necessarius erit nisi iam praevie requisita dispensatio et obtenta fuerit, lura tamen Episcopi in Seminario semper firma tectaque remanere debent, ita ut Episcopus semper possit Seminarium visitare eique in ipsius Seminarii directione generali Officiales obedire teneantur, salvis peculiaribus conventionibus 2.

940. — VL De admissione alumnorum. - 1° Quinam admitti possint. - In Seminarium ab Ordinario loci ne admittantur, nisi filii legitimi quorum indoles et voluntas spem afferant eos cum fructu ecclesiasticis ministeriis perpetuo inservituros 3.

Hac paragraphe videntur reprobari absoluto modo Seminaria mixta in quibus nempe indifferenter alumni ad statum clericalem tendentes et alii promiscue recipiuntur 4.

Legitimi sunt non solum filii ex vero matrimonio nati, sed etiam légitimât!5.

Si agatur de admittendis iis qui ad aliquam familiam religiosam pertinuerint ab eaque dimissi fuerint vel sponte exierint dispensatis votis, admitti in Seminarium nequeunt sine recursu ad Sanctam Sedem, idest ad S. Congregationem de Seminariis, quae de indicio suo Ordinarium certiorem faciet e.

1 Wernz, Z. c., III, 94, III; Micheletti, *Constitutiones Semin. cleric.,* art. 3, pag. 4-5; Vermeersch, *l. c.,* II, 708, una cum Bouix, *Tractatus de capitulis2,* pag. 443, S. Sedis interventum non requirunt nisi in hac traditione iuri coiumuni praesertim circa coetus deputatorum derogandum sit.
2 Cfr. Micheletti, *l. c.,* art. 3, pag. 4-5; Bouix, *Tractatus de Episcopo,* II, 1859, pag. 73; id., *Tractatus De Capitulis2,* pag. 443-447, ubi etiam exempla regiminis Seminariorum Regularibus commissorum afferuntur. S. C. De Propaganda Fide, 27 Aprilis 1934, approbavit nonnas pro Seminariis regionalibus Institutis religiosis vel inissionalibus commissis. Sartori, *Enchiridion,* can. 1357.
|M C. 1363, § 1.
4 Haec interpretatio omnino retinenda videtur iuxta plura Sanctae Sidis documenta: cfr. Leonis XIII Encycl. *Fin da principio* », 8 Dec. 1902; item Encycl. ‹ *Paternae* ·, IS Sept. 1899; PH X Encycl. ‹ *Picno Vanimo* », 28 Iulii 1900; litt. circul. S. C. Consist. 16 Iulii 1912; *Instruet,* S. C. Dc Seminariis etc. 26 April. 1920 apud *Monitore ecclesiastico,* vol. 33, pag. 142 sq.; Pii XI Epist. Apost., 1 Aug. 1922 ‹ *Officiorum omnium* », 7 Aug. 1922, A. A. S., XIV, 450 sq.; Micheletti, *I. c.,* pag. xv; Augustine, *l. c.,* 374, nota 3, et pag. 406, nota 55. Putat tamen Vermeersch, *Epitome,* II, 702 essentiale non esse Seminario ut solum clericos aut ad clericatum tendentes admittere possit.
5 Cfr. cc. 1114, 1116, 1117; De Meester, Z. *c.,* III, n. 1317. C. I. 13 Iulii 1930, J. *A. S.*. XXII, 365.
e Dccr. SS. CC. De Rclig. et de Seminariis etc. 25 Iulii 1911. *A. A. S.,* XXX11I, 371. Decretum comprehendere non videtur nisi religiosos, exclusis convictoribus et famulis. Cn-uscn. lu *Periodica,* XXXI, 74 sqs,

9o Quinam absolute aut relative excludantur. - Dimissi ex aliis Seminariis vel ex aliqua religione ne admittantur, nisi prius Episcopus, etiam secreto, a Superioribus aliisve notitias requisierit de causa dimissionis ac de moribus, indole et ingenio dimissorum, et certo compererit nihil in eis esse quod sacerdotali statui minus conveniat; quas notitias, veritati conformes, eorum conscientia graviter onerata, suppeditare Superiores debent x.

Ohligutio Ordinarii inquirendi a Superioribus, item iuridicu obligatio Superiorum respondendi videtur solummodo exsistere, si de dimissis agatur, non si de aliis qui vel dispensati fuere a votis, vel sponte e Seminario discesserunt. Ordinarius tamen etiam in hoc casu certas notitias de vita, indole et moribus sibi procurare debet ut prudenter procedat. Insuper consilio utatur oportet coetus deputatorum pro disciplina a.

Mitigata fuit hoc canone maior severitas decreti 22 Dec. 1905, quo prohibebatur absolute admissio alumni ab alio Seminario dimissi 3.

3° Documenta ab alumno afferenda. - Antequam recipiantur alumni, documenta exhibere debent de legitimitate natalium, de susceptis baptismate et confirmatione ac de vita et moribus 4.

Rector Seminarii aut Ordinarius loci potest praeter haec, alia documenta exigere, ut, e. g., testimonium medici 5.

941. — VII. De servandis in scholis Seminariorum. - 1° De disciplinis in scholis inferioribus docendis. - In inferioribus Seminarii scholis:

a) Praecipuum locum obtineat religionis disciplina, quae, modo singulorum ingenio et aetati accommodato, diligentissime explicetur,

b) Linguas praesertim latinam et patriam alumni accurate addiscant ·.

c) Ea in ceteris disciplinis institutio tradatur quae conveniat communi omnium culturae et statui clericorum in regione ubi alumni sacrum ministerium exercere debent :*

Recte hic notant auctores 2 prudentissime canonem istum conscriptum fuisse, ita ut aptari facile possit diversarum nationum usibus et programmatibus. Minimo derogatur principio generaliter admisso quod scilicet programmata scholastica Seminariorum generali modo aptentur programmatibus scholarum civilium regionis ubi exstat Seminarium 3.

Inculcatur autem modo absoluto studium linguae patriae et latinae necnon religionis independenter a programmatibus scholarum civilium. Is igitur sensus genuinus huius canonis esse ridetur: *gymnasia* Seminariorum programmatibus scholarum civilium regionis aptentur ita ut cultura cleri non sit minor cultura laieoruin eiusdem regionis; sed praeterea eadem Seminariorum gymnasia magni laciant, etsi id non faciant gymnasia civilia, religionis scientiam et studiuir linguae patriae et latinae, quae studia maxime necessaria sunt ad clericorum institutionem, tum ad veritates revelatas addiscendas, tum ad eas docendas et exponendas. Atque in hoc proprie videtur consistere *character specialis* quem S. Sedis instructiones recentes dicunt habere debere scholas etiam inferiores Seminariorum prae aliis scholis civilibus eiusdem generis atque eiusdem regionis; scholae scilicet ecclesiasticae prae aliis distingui debent speciali studio linguae patriae et latinae et religionis: aliis tamen materiis scholarum cirilium minime omissis 4.

Inferiores scholae a Codice appellantur hoc loco omnes scholae in quibus studium philosophiae rationalis et theologiae non habetur.

Quot horis singulis diebus lectioni in schola vacandum sit; ad quantum temporis scholae et vacationes protrahendae; qua ratione ad cursus superiores admitti debeant alumni; singularum materiarum addiscendarum determinationem; haec omnia, inquam, et alia minoris momenti pro exsecutione legum ecclesiasticarum determinant melius instructiones a S. Sede variis occasionibus datae, ad quas pro praxi recurrendum erit5.

C. 1363, § 3.

Cfr. C. 1359, s 4.

3 Claeys Bouuaert-Simenon, Z. c., n. 897; De Meeetcr, *l. c.,* Ili, n. 1317, pag. 219, nota 3.

C. 1363, § 2.

5 Cfr. Nonnas editas a S. C. EE. et RR. « *Con Vinttnto* », 18 lanuar. 1908, apud *Monitore ecclesiastico,* vol. 20, pag. 30 sq., art. 80; plurima alia pro praxi utilia cfr. apud Micheletti, *l. c.,* art. 322 sq., pag. 90 sq.

e Libet hic quaedam dc linguae latinac studio ex Epist. Apost. Pii XI, ‹ *Officiorum omnium* », 1 Augusti 1922, transcribere et referre: «Primum est de linguae latinae studio in litterariis clericorum ludis omni cura fovendo atque provehendo, quam linguam scientia et usu habere perceptam, non tam humanitatis et litterarum, quam religionis interest. Etenim Ecclesia, ut quae et nationes omnes complexu suo contineat et usque ad consummationem saeculorum sit permansura, et prorsus a sui gubernatione vulgus arceat, sermonem suapte natura requirit universalem, immutabilem, non vulgarem. Uniusmodi cum sit sermo latinus, divinitus provisum est ut is mirifico esset usui Ecclesiae docenti, Idemque Christifldelibus doctioribus ex omni gente magnum ministraret vinculum unitatis; ile dando scilicet non solum nmte, vel locorum intervallo disiuncti, vel in unum locum congregati facile inter se sensa mentis et consilia conferrent sed etiam, quod maius est, unde, quae Ecclesiae matris sunt, altius cognoscerent et cnin Ecclesiae capite arctius cohaererent. Utraque de causa, ut cetera omittamus, liquet clerum, ante alios, latinae linguae perstudiosum esse oportere; neque enim hic laudes persequimur quibus hoc commendatur loquendi genus pressum, locuplex, nu-mrrijtrm. maiestatis plenum et dignitatis, quod iure dixeris comparatum ad serviendum Romani Pontificatus gloriae, ad quem ipsa Imperii sedes tamquam hereditate pervenerit... ». Cfr. *A. A. S.,* XIV, 450 sq.

1 C. 1364, n. 1-3. Huo spectant normae datae a S. Congregatione De Seminariis circa programmata aptanda ad studia scholae mediae Status civilis. S. C. De Seminariis 11 Februarii 1911 apud *II Monitore ecclesiastico,* vol. 53, (1941) 291 sqs.

2 Cfr. Augustine, VI, 397; Vermeersch, Z. c., 11,698.

3 Cfr. Litteras circul. S. C. Consist., 16 Iulii 1912, n. 8; cui principio neo per *instruet.* 8. C. De iSemlnariis etc. 26 April. 1920, derogatum est.

4 Cfr. Instruet. S. C. Dc Seminariis etc. 26 Aprilis 1920, *Monitore ecclesiastico,* vol. 33, pig. 169 sq.; quae *instructio* licet pro Italia directe data sit, commendatur tamen a S. Sede etiam aliis nationibus; cfr. litteras Benedicti XV « *Saepe nobis* », 30 Nov. 1921, *A. A. S.,* XI, 554 sq. ad Ordinarios Czccoslovachiae.

5 Cfr. Nonnas S. C. EE. et RR. a Pio X approbatas, litteris « *Con Vintcnto* », 18 Januarii !M editas; *ilalicc* in *Monitore ecclesiastico,* vol. 20, pag. 30 sq., praesertim vero, pag. 76. art. 08 sq.; easdem latino editas apud Micheletti, *Ius pianum,* v. *Seminarium;* item Instruct. 3. C. De Seminariis supra cit. a. 1920; quas normas codiflcatas invenies apud Micheletti, *Cfm·*

Iure ante Codicem vigente prohibitum erat clericis in Seminario legere diaria; Codex hanc prohibitionem non meminit, ex quo tamen ne deduxeris hanc lectionem indiseriminatim permittil.

2° De disciplinis cursus philosophici. - In philosophiam rationalem cum affinibus disciplinis alumni per integrum saltem biennium incumbant.

Verbo *saltem* minimum tempus determinatur quod studio philosophiae dicandum est et simul insinuatur Ordinarium loci posse maius tempus praefinire *.

Etiam cursui philosophico applicanda sunt quae c· 1364, § 1 et 3 dicuntur ;* attamen quae dicuntur de aptandus programmatibus scholarum Status ad scholas Seminarii, non de servili aptatione intellegenda sunt, sed solum de generali quadam conformitate 5.

Disciplinae affines, de quibus in Codice, quaeque in cursu philosophico sunt addiscendae hae enumerari possunt: disciplina religionis seu potius apologetica, linguae patriae, latinae et graecae profundior illustratio, historia civilis, mathesis superior, historia naturalis, physica et chemia 6.

3° De disciplinis cursus theologici. - Cursus theologicus saltem integro quadriennio contineatur, et praeter theologiam dogmaticam et moralem, complecti praesertim debet, studium sacrae Scripturae, historiae ecclesiasticae, iuris canonici, liturgiae, sacrae eloquentiae et cantus ecclesiastici.

Habeantur etiam lectiones de theologia pastorali, additis praeficis exercitationibus praesertim de ratione tradendi pueris aliisve catechismnm 7, audiendi confessiones, visitandi infirmos, assistendi moribundis 8.

Disciplinae principales (piae proinde omnino addiscendae sunt in cursu theologico sunt: theologia dogmatica et moralis ad quam etiam theologia pastoralis et sociologiu necnon theologia ascetica et mystica referunturx, sacra Scriptura, ius canonicum, historia ecclesiastica; disciplinae e contra secundariae sunt: lingua graeca biblica, lingua hcbraica, ars sacra, archaeologia, patrologia, praeter alias scientias a Codice memoratas 1.

Disciplinarum principalium studium omnino praecipitur ad legitimam ordinationem cursus theologici, subsidiariarum seu secundariarum vero commendatur quidem, stricte tamen non praecipitur in omnibus Seminariis. Omnino autem curandum est ut saltem omnium scientiarum summa, principia in cursu theologico dentur 3.

Tractatus introductorii in theologia morali et dogmatica, necnon in iure canonico et sacra Scriptura primo cursus theologici anno videndi sunt4.

Circa quadriennii, ad quod extendi debet theologiae cursus, computadonem eadem valent quae de religiosorum studiis diximus 5.

4° De doctrina sequenda in studio theologiae et philosophiae. - Philosophiae rationalis et theologiae studia et alumnorum in his disciplinis institutionem professores omnino pertractent ad Angelici Doctoris rationem, doctrinam et principia, eaque sancte teneante.

Ratio Doctoris Angelici, de qua in Codice, refertur praecipue ad methodum scholasticam, quae optima semper fuit ad cuiusvis generis errores refutandos, 7 quae tamen methodus non est exclusiva S. Thomae sed omnibus doctoribus saeculi ni communis, quaeque nostris diebus harmonizanda est cum methodo *positiva* quae utitur praecipue subsidiis historiae ecclesiasticae et S. Scripturae 8.

Doctrina refertur praecipue ad theses seu sententias metaphysicas D. Thomae; *principia* vero sunt theses principaliores 9 item metaphysicae quibus

stUulianes Seminariorum clericalium, arU 478 pHtf. 126 sq.; praecipuo vero arL 573-5SS; pag. 144-148.

1 Cfr. forniul. triennalis relationis n. 26; De Meester» *l. c.,* III, n. 1320.

2 C. 1365, 5 1.

3 Litteris circuL S. C. EE. ct RR.. 10 Mail 1907, apud *Monitore ecclesiastico,* vol. 19, pag. 161 sq. tres anni assignati fdurant studio pliilosophiae et praeterea alter annus seu melius quartus annus, qui tamen obligatorius non init, praeparatorius ad sacram theologiam. Epistola S. C. Consist. 12 Lilii 1912 n. 9, dicitur annus praeparatorius ad sacram theologiam non esse necessarius ubi cursus philosophicus tribus annis conficitur; *instructio S.* Congr. De Seminariis, pro Italia data aliis vero regionibus commendata, statuit cursum philosophicum minus tribus annis scholaribus constare non debere, cfr. cit. Instruet. 26 April. 1920 ad VIU, cuius dispositionibus Ordinarii locorum sese accommodare debent in nostris regionibus.

4 Cfr. Litter. S. C. EE. et RR. cit. 10 Mali 1907, III, c; Epist. S. C. Consist. 12 Iui. 1912, η. 9; *instruct.* S. C. De Seminariis etc., 26 April. 1920 ad VIII.

5 Cfr. Micheletti, *Constitutiones Seminariorum clericalium,* art. 180, pag. 123 et art. 606, pag. 152.

6 Cir. Epist. S. C. Consist, a. 1912 ad 9 et instruct, a. 1920 ad VIII, Micheletti, l.e., art. 589-607, pag. 149-153.

7 S. C. Semin, et Stud. Univ, praeposita enixe commendat Ordinariis ut praeceptum excolendi disciplinam catecheticam ad praxim deducant. S. C. Seni. etc. 8 Sept. 1926, J. J. S.» XVIII, 453. Cfr. etiam Litt, eiusdem S. Congr. 28 aug. 1929. *A. A. S.,* XXII, 146.*

8 C. 1365, § 2-3. Iu Seminariis regionalibus Italiae instituendus est' cursus' spécial^ dr Psalmorum· explicatione. S. C. De Seminariis, a. 1911, apud *Periodico,* XXX, 385-386.

1 Codex de theologia mystica nou loquitur; eam commendat *instructio* a. 1920, IX, *c:* non necessario ea in scholis docenda aut addiscenda est; sufficere videtur ut in confcrentiis spiritualibus hebdomadariis alumnis haberi solitis exponatur: c. 1367, n. 5; cfr. *Litteras circulares* P. Ministri Generalis Ord. Capuc. *De studiis* in *Analecta Ordinis Minorum Capuccinurum,* vol. 36, a. 1920, pag. GG.

2 Cfr. Epist. cit. a. 1912, n. 11-12 et instruet, a. 1920, IX.

3 Cfr. Instruet, a. 1920, IX.

1 Instructio a. 1920, IX; qua autem ratione haec ad praxiiu deducenda sint cfr. apud Micheletti, *Constitutiones Seminariorum clericalium,* art. 608-637, pug. 154-166.

5 Cfr. vol. I, u. 598.

6 C. 136G, § 2.

7 Augustine, *l. c.,* VI, 401-402: Vermeersch, *l. c.,* II, 700; cfr. Micheletti, *Z. c.,* art. 594, pag. 150.

8 Cfr. Epist. a. 1912, n. 11: Instruct, a. 1920, IX, a; Augustine, Z. c., VI, 402.

9 Tales considerari possunt 21 theses a. S. C. Studiorum 27 Iulii 1914 probatae, quae tamen in scholis non stricte imponi, sed veluti normae tutae proponi debent, ut S. C. De Seminariis etc. 7 Mart. 1916 edixit. Cfr. *A. A. S.,* VI, 383 et VIII, 15G; cfr. etiam Vermeersch, *Periodtea,* vol. 8, pag. 288.

Summus autem Pontifex Benedictus XV hac in re mentem suam Praeposito Generali Societatis Iesu aperuit: « Velle quidem se omulno, ut S. Thomae doctrinam sequeremur, at nullo pacto ut libertas opinandi restringeretur in iis quoque rebus ct quaestionibus, de quibus disputaretur inter catholicos, et. quae disputabiles essent, qualis esset, e. g., disceptatio de distiactione real! inter essem iam et exsistentiam aliaque id genus quae in deposito Ildei nullo

aliae sententiae suo vehit i cardine nituntur et moventur. Quibus tamen minium affirmatur omnes S. Thomae theses admittendas ease etiam illas quae forte a communi doctorum doctrina relictae sunt x.

Summa S. Thomae, alio tamen textu integrata, textus officialis scholae esse debet in Seminariis quae gradus academicos facilitatis theologicae conferre ex privilegio apostoiico | ssmit

In aliis autem scholis cursus theologici nec methodus, nec doctrina S. Thomae sequenda praecipitur; de se tamen patet doctrinam tanti doctoris magni semper esse faciendam.

942. — VIII. De disciplina proprie dicta curanda in Seminario 3. - 1° De exercitiis pietatis. - Curent Episcopi ut alumni Seminarii:

a) Singulis diebus communiter matutinas et serotinas preces recitent, per aliquod tempus mentali orationi vacent, sacrificio Missae intersint;

b) Semel saltem in hebdomada ad sacramentum poenitentiae accedant et frequenter, qua par est pietate, Eucharistico pane se reficiant;

c) Dominicis et festis diebus sacris Missarum et Vesperarum sollemnibus adsint, altari inserviant sacrasque caeremonias exerceant, praesertim in ecclesia cathedrali si id, indicio Episcopi, sine disciplinae et studiorum detrimento fieri possit;

d) Singulis annis per aliquot dies continuos exercitiis spiritualibus vacent;

c) Semel saltem in hebdomada adsint instructioni de rebus spiritualibus quae pia exhortatione claudatur 4.

Nota in hoc canone nullum *directe* dari praeceptum alumnis, sed nec Ordinario, cui tamen commendatur ut *curet* enuntiata pietatis exercitia in Seminario fieri. Sufficit ut Ordinarius haec praecipiat specialibus praeceptis aut legibus pro ipso Seminario datis, de quarum observatione curam commodo continentur; timere se potius, ne, hac libertate praecidendo alae simul ingeniorum Inciderentur cum damno profundioris studii theologici ·. Cfr. Epist. P. Wlad. Ledochowski, *De S. Thomae doctrina magis magisque in Societate fovenda,* 1917, pag. 39; cfr. etiam P. Jeao-Baptiste du Petit Bornaud, *Sur ia Primauté de Notre Seigneur Jésus Christ,* 1922, Paris pag. 67 sq.

1 Augustine, Z. c.» VI, 402; quod multo magis affirmandum est de sententiis aliquorum thomistarum.

§ Ctr. Motu proprio Pii X ▮ *Doctoris Angelici* » 29 lunii 1914; Decret. S. C. Do Seminariis etc., 7 Mart. 1916: Instruct, a. 1920, IX, a.

3 Huc spectat Instructio ad Ordinarios Italiae de disciplina tutanda et de studiis disponendis, a S. C. De Seminariis data 26 Aprilis 1920. Cfr. *II Monitore ecclesiastico* vol 33 (19 '1) p. 142-151 et 169-130 et 201-210.

4 C. 1367. n.1-5.

mittat in ordinariis adiunctis Rectori Seminarii aliisque officialibus '. Valde tamen etiam commendatur Ordinario, ut, quandoque saltem, ipse per se certiorare se non omittat 2.

Modus autem servandus ad obtinendam observantiam huius canonis varius erit pro diversitate exercitiorum; quaedam enim quae externa absolute sunt, omnibus mediis quibus uti possunt Superiores, ut praeceptis, statutis, poenitentiis etc., imponi possunt alumnix, e. g., precum in communi recitatio, assistentia orationi mentali, instructioni hebdomadariae etc.; alia vero quae ad forum stricte sacramentale pertinent prudentiori ratione attingenda et exsecutioni mandanda sunt, praecipue per frequentes opportunas adhortationes 3.

2° De curanda disciplina Seminarii universim sumpta. - Seminarii rector et alii omnes moderatores sub eius auctoritate curent ut alumni statuta ab Episcopo probata studiorumque rationem adamussirn servent ac spiritu vere ecclesiastico imbuantur.

Saepius eis verae et Christianae urbanitatis leges tradant, eosque exemplo suo ad illas excolendas excitent; hortentur praeterea ut praecepta hygienica, vestium et corporis munditiam et quandam in conversando comitatem cum modestia et gravitate coniunctam iugiter servent.

Sedulo vigilent ut magistri suo munere rite fungantur 4.

Hoc canone *commendatur* moderatoribus et alumnis observatio regularum Seminarii. Moderatores de quibus in canone sunt, praeter rectorem, vicerector, conturberniorum praefecti, praefectus studiorum, director spiritualis, et pro tempore scholae Magistri singularum disciplinarum 5.

3° De alumnis extra Seminarium commorantibus. - Curandum ut ad sacros ordines adspirantes inde a teneris annis in Seminario recipiantur; sed omnes ibidem commorari tenentur saltem per integrum sacrae theologiae curriculum, nisi Ordinarius in casibus peculiaribus, gravi de causa, onerata eius conscientia, dispensaverit.

Qui ad ordines adspirant et extra Seminarium legitime morantur, commendentur pio et idoneo sacerdoti, qui eis invigilet eosque ad pietatem informetc.

Atque haec servanda sunt non solum in casu quo aliquis alumnus

1 Cfr. etiain responsum C. I. 12 Nov. 1922, *A. A. S.,* XIV, pag. 663 ad VI, ubi in cusu analogo explicatur vis iuridica verbi *curare.*

1 Cfr. c. 1357, § 2.

3 Cfr. Augustine, Z. c., VI, 405-406.

4 C. 1369, § 1-3.

5 Qua ratione suo quisque munere cum fructu fungi debeat, cfr. apud Micheletti, *Constibitimus Seminariorum,* toto fere volumine passim, vel in separatis voluminibus pro singulis officialibus editis ab eodem auctore: *De rectore Seminariorum clericalium; De Vicerectore; Dc Praefecto studiorum; De contuberniorum Praefectis;* etc. Cfr. etiam Instruet, a. 192· IV. V.

' C. 972. 4 1-2.

a commoratione in Seminario dispensetur ab Ordinario loci, sed etiam ob quaslibet alias extra Seminarium moras licet ad breve tempus protractas. aut ex quavis causa concessas

Commendat autem vehementer Sancta Sedes Ordinariis locorum ne etiam occasione feriarum autumnalium concedant alumnos apud paternam domum diutius commorari, sed summum permittant familiae propriae, visendae causa domum paternam decem aut quindecim dies adire a.

Si ob defectum domus *rusticationis,* quam procurare pro viribus debent Ordinarii locorum, alumni in domo paterna totum feriarum tempus transigere debeant, commendatio alumnorum pio sacerdoti qui parochus loci esse potest omitti nou debet 25 Si alumni servitium militare obire cogantur, cautelae adhibendae sunt ut dum militant honestam vitam agant. A militiae autem stipendiis dimissi nonnisi post debitam et maturam probationem ad sacros ordines promoveantur *

943. — LX. De alumnorum dimissione. - E Seminario dimittantur dyscoli, incorrigibiles, seditiosi, ii qui ob mores aut indolem ad statum ecclesiasticum idonei non videantur; itemque, qui in studiis adeo parum proficiant ut spes non affulgeat eos sufficientem doctrinam fore assecuturos; praesertim vero statim dimittantur qui forte contra bonos mores aut fidem deliquerints.

Negotium dimissionis alumnorum utpote res maioris momenti, ad loci Ordinarium, audito rectore Seminarii et coetu deputatorum pro disciplina, pertinet. Poterit tamen Ordinarius statutis aut speciali mandato, praevio deputatorum consilio, rem totam rectori Seminarii remittere, salvo iurenotificationis, praesertim quando agitur de culpis gravioribus quae ex ipsa mente Codicis expeditam expulsionem seu dimissionem exigant ut, ex. g., si alumnus circa mores et fidem deliquerite.

Dyscoli sunt indiscreti, indole difficiles qui duram prae se ferunt cervicem, quique difficillime, etiam cum de re evidenti agitur, suae opinioni renuntiare valent.

Incorrigibiles habendi sunt illi qui, neglectis studiosis et opportunis monitis, nullam spem referunt sese ad meliorem frugem recipiendi; seditiosi vero sunt illi qui suo malo exemplo alios ad defectiones, transgressiones et arrogantiam excitant ’.

Delinquentes contra bonos mores non sunt statim diiudicandi illi qui forte

1 C. 1370.
2 Cfr. Leonis XIII Encycl. · Paternae · 18 Sept. 1899; Epist. S. Congr. Consist, a. 1912, n. 3; Instruet. S. C. De Semin, a. 1920, V.
* Cc. 1370; 972, i 2; cfr. etiam Micheletti, *Constitutiones Seminar.,* art. 359, pag. 100 sq. Cfr. Decret. S. C. De Seminariis etc. 2 Februar. 1921 cum formula adnexa n. 29, apud Vermeersch, *Periodica,* XIII, 186 sq.
5 C. 1371.
° Cfr. Micheletti, *Constitutione* Seminariorum clericalium* art. 339 pag. 91.
7 Cfr. Nonnas liti. S. C. EE. et RR. « *Con l’intento* » a. 1908, editas n. 1G8.

winel vel bis solitarie contra puritatem deliquerint eeu potius occulte peccaverint: quodsi culpa etiam occulta non emendetur, prudens confessarius poenitentern monere debet de obligatione statum clericalem relinquendi *

Quodsi agatur de gravi externa in mores transgressione, alumnus immediato expellatur iuxta rectam hac de re sententiam S. Alphonsi: *Tutius consilium esi eum statim e Seminario expellere, quia talis ovis inquinata cantagione potens est totum Seminarium coinquinare* 1.

Maxima autem prudentia negotium dimissionis agendum est, ita ut minimum damnum ex dimissione eveniat Seminario, alumno eiusqne parentibus. Inuno quantum fieri potest alumnus consilio, monitis, et commendationibus opportunis adiuvandus est ne in desperat ionem deveniat, et inimicus religionis fiat3.

Mitius adhuc agendum erit, cum sponte e Seminario discedentibus ob defectum vocationis; talium sanctum propositum moderatores laudent et adiuvent4.

944. — *x*. De exemptione Seminarii. - Exemptum a iurisdictione paroeciali Seminarium esté; et pro omnibus qui in Seminario sunt, parochi officium, excepta materia matrimoniali, obeat Seminarii rector eiusve delegatus, nisi in quibusdam Seminariis fuerit aliter a Sede Apostolica constitutum. Hector tamen confessiones suorum alumnorum secum in eadem domo commorantium ne audiat, nisi alumni ex gravi et urgenti causa in casibus particularibus sponte id petant 5.

Vi huius canonis Seminarium quodvis, sive maius sive minus, sive regionale sive interdioecesanum sive centrale *legitime eredum* a jurisdictione paroeciali eximitur; nec ulla Ordinarii loci declaratio requiritur; exemptio enim a Codice conceditur, immo nec posset, sua auctoritate, Ordinarius loci rem aliter disponere, exemptionem denegando. Censetur autem legitime erectum Seminarium cum Ordinarius vel respective Sancta Sedes decretum erectionis formaliter dederint6,7 vel aequivalenter, scilicet, Seminarium de facto constituentes electione Rectoris et aliorum officialium cum mandato alumnos ibi recipiendi ’.

Mens utique Ecclesiae est, ut supra vidimus, Seminaria solis clericis destinari; attamen id non ita essentiale est Seminariis ad hunc effectum, ut

1 Cfr. circa hoc Vermeersch, *Epitome,* II, 705.

7 Cfr. Nonnas mox citat, n. 169.

3 Cfr. Micheletti, *l. c.,* art. 343 sq., pag. 95-96, ubi monita, plena sapientiae dantur: « Hac enim, paterna ratione habiti, Seminario ac fortasse ipsi religioni infensi, ut passim Heri deploramus, nonovudent, sed potius studium bonamque aestimationem fovebunt. Caute, tamen, p-rrnittendum est eos cum ex-condiscipulis sermonibus eplstolisquo iungi ». Micheletti, *ibidrm,* uri. .144.

4 Micheletti, *ibidem,* 314, C.

6 Cc. 1368; 891.

« Cfr. c. 100, § 1.

7 Cfr. Vermeersch, *De fxemptume Seminariorum,* in *Ius Poniiflcium,* vol. II, pag. 68-69. Verme.-rech coetuum deputatorum constitutionem essentialiter requiri ad legitimam erectionem tfegat. .

Seminarium mixtum verum Seminarium dici nequeat nec proinde exemptione gaudeat L

Attamen inter *Seminaria mixta* considerari non debent, et ideo certo exempta sunt Seminaria, quae solis clericis destinantur, licet ad scholas aliqui etiam alumni externi, ad statuin clericalem non tendentes, admittantur *

Licet Codex loquatur solummodo de Seminario dioecesano aut de aliis locorum iuri communi subiectorum, exemptio tamen etiam Seminariis Vicariatuum aut Praefecturarum Apost. competere videtur.

Certe autem non eximuntur Seminaria quae propria religiosorum sunt, nisi specialia habeantur privilegia aut decreta eximentia quae et Ordinarius loci dare potest

Seminarium autem extendi censetur etiam ad *domum rusticationis,* quam constituere Sancta Sedes adhortatur Ordinarios locorum 3.

Concessione exemptionis territorium ubi Seminarium erectum est non praeciditur a paroeciae territorio, ideoque potest parochus ibidem valide et licite, de licentia tamen rectoris quod ad liceitatem pertinet, matrimonio assistere, aut alios ad ibi assistendum, servatis servandis, delegare 0.

Cetera vero omnia officia et iura paroecialia 0, pro omnibus qui in Seminario *sunt,* Rectori ipsius Seminarii competunt. Quae iura et officia illi competunt iure *ordinario* eaque proinde aliis delegare potest, excepta delegatione ad confessiones audiendas, quae nec parocho conceditur '. Dicitur in Codice Rectori officium, iura et officia complectens, parochi competere pro omnibus qui in Seminario *sunt;* quo verbo *sunt* solummodo praesentia physica, minimae etiam durationis designatur 8.

Ea autem videtur esse natura exemptionis Seminariorum ut in eodem Seminario nullum ius. excepta materia matrimoniali, retineat parochus; alioquin non verificaretur clausula seu dictio Codicis: *parochi officium pro* iu *qui in Seminario sunt rector obeat;* parochi enim in suos paroecianos exclusive iurisdictionem exercent. Est tamen differentia inter parochum et rectorem Seminarii quae in hoc consistit, quod parochus in solos suos subditos qui in

1 Itu Vermeersch, *l. c.,* pag. 68; cui assentitur Augustine, *l. c.,* VI, 406-407, nota 55, cfr. tam-.-n ibidem pag. 371, nata 3. Certe rem dirimere potest Ordinarius loci Seminarium mixtum eximendo, si exemptum non sit, vi c. 461, § 2. Cfr. etiam de Seminariis mixtis in Belgio Claeys Bounaert-Simenon, *l.* c., n. 894, 898, 900, 902.

- Tales alumnos expresse ad scholas Seminarii, penitus qualibet communicatione cum alumnis internis prohibita, admitti posse concedebant cit. *Normae,* a. 1908, n. 100 et 114 Itemque Epist. S. Cong. Consist, a. 1912: nec contradicere videtur *Instructio* a. 1920, ŋ. II; cfr. etiam Micheletti, *Constitutiones Seminariorum clericalium,* n. 436.

3 Augustine, *l. c.,* VI, 407.

4 Cfr. Epist. cit. a. 1912, n. 3; Instruet, a. 1920, ŋ. V; Ita etiam Augustine, *l. c.,* VI, 407.

5 Vermeersch, l. c., 71.

° Nescimus cur aliqui auctores, cfr. Vermeersch, *l. c.,* pag. 69-70, dubitarint de facultate ordinaria rectoris Seminarii confessiones in Seminario degentium aut praesentium audiendi, eum eadem facultas clare a Codice supponatur competere Rectori cc. 891 et 1368 et solummodo restrictio ponatur, liceitatem, non valorem, respiciens et restrictive ad alumnos in eadem domo commorantes, non altas quasvis personas ibi degentes aut praesentes.

7 Vermeersch, *l. c.,* pag. 70.

8 Blat, I. c., 250, pag. 309 commorationem diu noetuque requirit; i<l tamen Codex nuu exigit; cfr. Vermeersch, *l. c* pag. 70, in nota.

paroecia domicilium aut quasi·domicilium habent plenam suam iurisdictionem exercet, rector vero in omnes qui ibi de facto *eunt,* independenter a domicilio aut quasi-domicilio. Atque haec videtur recta idea exemptionis qua aliquod opus pium a imisdictione parochi subtrahitur, prout etiam in aliis institutis vigetl.

Exemptio igitur ista rectori maiora iura in eos qui in Seminario sunt concedit quam officium parochi in eos qui in paroecia sunt, minores vero obligationes; rector enim nec. ad applicationem Missae obligatur, nec aliis parochorum oneribus ligatur 8.

Distinguunt tamen auctores inter personas in Seminario habitualiter degentes et ibi velut domicilium aut quasi-domicilium habentes 3 et. eas quae ibi actu transeunto sine ulla stabilitatis specie sunt; in illas docent posse rectorem iurisdictionem et iura paroecialia exercere etiam cum extra Seminarium versantur, non autem in istas nisi cum de facto in Seminario *sunt 4.*

Aliquod dubium oriri potest circa iura rectoris in sorores servitio Seminarii addictas. Etiam circa ipsas rector munere parochi fungitur et in easdem eandem quam paroolius in sua paroecia iurisdictionem habet. Religiosae lumen suo iure speciali circa confessiones reguntur 5.

Speciatim si quaestio fiat de *iure funerandi* difficultas oriri potest, si agatur de determinandis ecclesia et ministro funerum circa personas quae independenter a Seminario iam iure speciali reguntur, e. g., de canonicis aut de religiosis quibus cura Seminarii commissa fuerit6. Ad difficultatem solvendam videndum erit quodnam ius respectu alterius specificum dici possit, aut quodnam inter varia iura specialia praevalere debeat. Res tamen difficultate non caret; in duobus casibus allatis ius speciale canonicorum et ius speciale religiosorum praevalere videtur super ius quo regitur Seminarium, hoc enim ad quaslibet personas, illud ad determinatas solummodo, canonicos nempe aut religiosos extenditur 7.

1 Cfr. Card. De Luca. *De parochis,* diseurs. XXI, n. 3 et 15, diseurs. XXIII, n. 11. 12. Cfr. R. Rota 9 Mart. 1915, S. *Romanae Rotae decisiones ct sententiae* a. 1915, vol. VII, pag. 9G.

2 Vermeersch, /. c., pag. 71, docet funera personae quae casu in Seminario moritur regi c. 1218, et ad propriam paroeciam deterendam esse si id commode fleri possit aut onus translationis parentes aut ii quorum interest sustinere velint et nullum ius circa talem defunctum aut funera rectori competere nisi in casu quo revera de fucto ibi iuxta illum eanonem 1218 sepeliatur: haec solutio praescindere videtur a notione *exemptionis* eamque aliquantulum confundere cum *vero officio parochi.* Item Vermeersch, ibidem affirmat posse parochum dispensare degentes in Seminario, non exclusis alumnis, quia, ait cl. auctor, *nulla sua potestate erga suos parochus privatur* per exemptionem Seminario a iure concessam; id autem verum absolute non videtur, exemptione enim locus aut persona exempta, nisi exceptio probetur, ut fit de matrimoniali materia, iurisdictioni parochi revera subducitur; cfr. c. 464, § 2.

3 Quia Seminarium proprie paroecia non est, sed in aliqua paroecia est, absolute loquendo de domicilio aut quasi domicilio in Sr-minarin sermo esse nequit; commoratio autem stabilis in Seminario domicilio paroeciali assimilait potest.

4 Ita Vermeersch. *l. c.,* pag. 70-71; Cocchi, *l. c.,* 43, pag. 107. Ratio iuridica discriminis sat clara apparet; non eadem autem claritas habetur in littera Codicis, ubi sine ulla distinctione docetur rectorem posse ofllcio parochi fungi solum erga eos qui in Seminario *sunt.* At forte qui ibi habitualiter degunt ibi esse dici poterunt, etsi de facto aliqua in circumstantia extra sint,

5 Minutiora cfr. apud Micheletti, *l. c.,* art. 138-139, pug. 40; Augustine, *l. c.,* VI, 407-408.

' Cfr. c. 1220-1221.

7 Cfr. etiam circa hoc *Monitore ecclesiastico,* vol. 36, pag. 178-181.

De triennali relatione circa Seminaria. - Decreto «Quo *uberiore* >l et adnexa *formula* omnes Ordinarii locorum S. U. Do Seminariis subieoti tenentur, singulis trienniis, relationem super Seminarii statu eidem Congregationi transmittere. Eandem ielationem si de interdioecesano Seminario agatur facere debet Ordinarius qui Seminario praeest. Triennia computantur a die prima lanuurii 1924; primo triennio relationem mittere debent Ordinarii Italiae. Galliae. Hispaniae insularumque adiacentium; in altero ceteri Europae Ordinarii, in tertio Ordinarii Americae. Relatio lingua latina fiat, et, adiectis die, mense et anno, subsignanda est ab Ordinario loci. Si durante triennio quod relationem sequitur liber textus praelectionum philosophiae. theologiae, iuris canonici aut sacrae Scripturae mutetur, id statim ad S. Congregationem De Seminariis referendum est.

Relatio ista non derogat obligationi referendi S. G. Consistorial! vi c. 340

De scholis[3]

946. — Praeterquam in praedicatione verbi Dei et suorum ministrorum institutione potestatem magisterii Ecclesia exercet etiam in scholis a se erectis potestate directa, in scholis ad fines temporales ab aliis et etiam a societate civili erectis, sua potestate indirecta interveniens, quotiens id sui finis spiritualis assecutio requirit.

I. Principia iuris naturalis aut positivi divini circa scholas.· 1° Iura et officium parentum. - Ius et officium educandi filios, *iure exclusivo proprio et nativo* pertinet ad parentes; ad ipsos enim prius quam ad Statum et potius quam ad Statum pertinent filii 4.

Educatio autem filiorum intellegenda est completa, non dimidiata, comprehendens scilicet intellectualem institutionem simul et moralem seu se extendens ad intellectum et voluntatem; cuius assertionis ratio haec est, quod persona humana non duplex, sed unica est et nonnisi cum violentia in duas partiri potest5.

* 8. C. De Seminariis etc. 3 Februar. 1021, apud Vermeersch, *Periodica,* XIII, p. 186 sq.

2 Ita in cit. decret. 2 Februar. 1921.

3 Cfr. Litt. encycl. Pli XI, 31 Dee. 1929, de Christiana educatione Juventutis, *(A. A. S.,* XXII, 19); Motu proprio Pii XI, 20 Mart. 1921, de oratorio S. Petri constituendo, *(A. A. S.,* XVI, 177); chirographum Pii XI, 21 lanuurii 1927, de *Opere nationali Batilla, (A. A. .S'.,* XIX. 41); Chirographum Pii XI, 2 Mail 1928, de conventu gymnico puellarum in Urbe, *(A. A. S..* XX,135); Decretum S. C. S. Officii 21 Martii 1931, de educatione sexuali, *(A. A. S'.,* XXIII, 118); Instruet. S. C. Concilii, 21 lunii 1930, de institutione religiosa in scholis pro Italia. U. xi. S. XXII, 325).

4 Cfr. Litt. encycl. Pii XI, « *Itapprr.seiitanti in terra* ·, 31 Dec. 1929, *A. A. S.,* XXI, 723.

5 Leonis XIII Epist. · *In mezzo* » 26 lunii 1878, .Icia *Leonis* ΛΥ/J.'vol. I, p. 28 sq.; Cavagnis. *Institutiones iuris publici ecclesiastici* ***III',*** n. 19 flq.; Cappello, *Sultana iuris publici*

Iioo iure parentes uti valent per ao vel per alios loco sui constitutos, scholaiu *domesticam,* seu propriae familiae destinatam, aut *'privatam,* pro pluribus simul familiis, instituendo. Tenentur autem, ut per se patet, sive per se suos filios educent sive aliis educandos committant, completam, non exclusa instructione religiosa et morali, ut supra diximus, educationem filiorum curare. Ex quibus iam patet scholarum privatarum aut domesticarum magistros non Statum substituere, sed paterfamilias, et a patribusfamilias mandatum accipere educandi et instituendi, non a Statu x.

2° Iura et officia Status circa scholas. - *Subsidiarie* Status seu societas civilis suprema potest quandoque in educatione civium intervenire; ipsius enim, non solum parentum, maxime interest ut sui subditi seu cives bene instituantur 1.

Intervenire autem potest:

a) Negative reprimendo abusus, et etiam scholas privatas in quibus ad delicta· aut seditiones cives educantur 3.

b) Positive: a) Curando institutionem scholarum ad supplendum parentum negligentiae aut ad facilius ipsis reddendum adimplementum suorum iurium aut obligationum 4.

β) Parentibus obligationem imponendo ut filios suos ad certum gradum scientiae et educationis perducere curent 5.*

Ex his iam patet ius Status circa scholas non esse ius *proprium* et *nativum,* sed potius ius *subsidiarium, suppletivwn, delegatum, devolutivum;* ius vero proprium et nativum, immo et exclusivum eo sensu quod invitis auferri legitime non possit, parentibus competere °.

Monopolium igitur, quod vocant, scholarum sine usurpatione iurium patrumfamilias Status sibi iure nativo vindicare nequit; nec etiam ius cogendi parentes ut filios suos ad scholas publicas mittant, si ipsi parentes aliter educationi eorum providere possint et velint7.

De iure naturali omnibus, qui capacitate necessaria gaudent, ius est scholas pro bono populi aperire, quod quidem ius Status violare nequit; potest tamen huius iuris exercitium suae submittere vigilantiae, moderari et, si bonum publicum id exigat, limitare aut etiam suspendere 8.

3° luris naturalis limitatio positiva circa institutione m religiosam. - Quae hucusque diximus de iure parentum Status, aut pri-

ti'cksiaslici2, 192S, n. 395; Wcrnz. *Ius Decretalium,* III, 71; Ottaviani, *Institutiones iuris publici ecclesiastici^* II, 342 ct sqs.

1 Cavagnis, *l. c.,* III, n. 10 sq. et 117 sq.; Wernz, *l. c.,* III, 71.

! Cfr. Cavagnis, *l. c.,* n. 97 sq.; Cappello, *l. c.,* n. 397 sq.

3 Cavagnis, *l. c.,* 97.

4 Cfr. Cavagnis, Z. *c.,* ILI. 112-113.

5 Cavagnis, *l. c.,* 111, 120 sq.; Wernz, *l. c.,* III, 69, δ-

4 Cappello, *l. c.,* η. 397; Cavagnis, Z. c., III, 112.

7 line pertinet propositio 15 Syllabi a Pio IX damnata; cfr. 1*euzinger-Baiiinvart. Z. c., n. 1745.

8 Cfr. Cavagnis, Z. c., III, 114 eq.; Ottaviani, Z. *c.,* II, 343 et 345.

vatorum scholas publicas aut privatas instituendi et moderandi valent solummodo, si de institutione religiosa sermo sit, in hypothesi, quae non verificatur, naturae purae, si Ecclesia nempe non fuisset instituta. De facto autem Ecclesia a Deo instituta est eique positive ea omnia commissa sunt quae ad finem spiritualem pertinent, cuiusmodi est etiam institutio Christiana non solum publica, sed etiam privata, immo et domestica.

Intervenire autem in scholis domesticis Ecclesia non solet, nisi *negative* vigilando ne errores subrepant; *positive* vero solummodo exhortando parentes eosque de suis obligationibus admonendo.

Xec parentes, ut institutionem religiosam dent suis filiis, nec etiam alii qui eorum vices in schola stricte domestica gerunt, missione canonica Ecclesiae indigent1.

947. — II. Obligationes fidelium circa institutionem religiosam iuventutis. - 1° Principia generalia. - Fideles omnes ita sunt a pueritia instituendi ut non solum nihil eis tradatur quod catholicae religioni morumque honestati adversetur, sed praecipuum institutio religiosa ac moralis locum obtineat 2.

In qualibet elementaria schola, pueris 3 pro eorum aetate tradenda est institutio religiosa.

Iuventus, quae medias vel superiores scholas frequentat, pleniore religionis doctrina excolatur, et locorum Ordinarii curent ut id fiat per sacerdotes zelo et doctrina praestantes 4.

Obligatio ista instituendi pueros in doctrina catholica incumbit primo loco puerorum parentibus ex ipsa lege naturali quae docet parentes suos filios diligere eorumque bono spirituali et temporali providere debere; secundario autem omnibus qui eorum locum tenent, sive ex iure naturali, ut alii puerorum consanguinei vel affines proximiores in defectu parentum, sive ex lege civili, ut tutores, sive ex contractu aut speciali conventione saltem implicita, ut magistri aut alii puerorum superiores. Est autem haec obligatio gravissima, cum ex ea plerumque salus aeterna pueri dependeat necnon bonum commune ipsius societatis civilis et ecclesiasticae. Qu;,e gravissima obligatio *ius* etiam importat quo freti parentes aliique, qui eorum vices tenent, non debeant impediri quo minus suo officio fungantur 5.

Ius tamen parentum, supposita Ecclesiae ex iure positivo institutione, subiioitur directe potestati Ecclesiae, externae et sociali. Ecclesiae enim ex iure positivo ius et potestas competit exclusive dirigendi fideles ad finem supernaturalem x.

Praecipuum autem *locum* institutio religiosa in generali puerorum institutione obtinere debet et praecipue in qualibet elementaria schola, nec sufficit ut disciplina religionis in talibus scholis sicut et in scholis mediis *liberae* parentum voluntati relinquatur, dum aliae materiae seu disciplinae obligatoriae sunt, ne pueris idea ingeratur religiosam disciplinam parvi faciendam esso

Ius autem quod paragraph© prima huius c. 1372 affirmatur, quodque omnibus hominibus competit, est ius naturale quod nemo renuutiare potest et quod nemo potest impedire, quia ad finem supremum obtinendum necessarimn est3.

2° De frequentatione scholarum neutrarum. - Pueri catholici scholas acatholicas, neutras, mixtas, quae nempe etiam acatholicis patent, ne frequentent. Solius autem Ordinarii loci est decernere, ad normam instructionum Sedis Apostolicae, in quibus rerum adiunctis et quibus adhibitis cautelis, ut periculum perversionis vitetur, tolerari possit ut eae scholae celebrentur-4.

Consequenter ad ea quae supra dicta sunt de necessitate disciplinae religionis in prima institutione et praecipue in scholis tradendae, et praecipuum locum occupantis, Codex plurima Sanctae Sedis documenta anteriora confirmans 5 hic corollarium ponit, nefas esse fidelibus filios aut alias personas suae curae, commissas ad scholas mixtas, neutras aut acatholicas mittere.

Istis scholis omnibus convenit notio a Codice data quod scilicet omnibus patent; inter se tamen differunt: *neutrae* e eae dicuntur scholae in quibus nullus de religione sermo est; *mixtae* illae quae omnibus patent et forte institutionem quondam christianam genericam admittunt, omissis differentiis inter varios Christianos vigentibus; *acatholicae* sunt quae institutionem religiosam admittunt religioni catholicae adversam 7.

Codex remittit prudenti indicio Ordinariorum locorum practice determinare quibus in circumstantiis frequentatio talium scholarum ex parte catho- Deorum tolerari possit, attentis tamen Sanctae Sedis instructionibus. Sancta Sedes pluries de hac quaestione interrogata, generalem et absolutam résolulionem dare noluit pro omnibus casibus frequentiam talium scholarum prohibentem. Praesertim voro pro casu quo periculum perversionis satis remotum

1 Cavagnis, Z. c., III, 47-48; SügmüHer, *Lehrbuch des kailiDlischen K. R.* 3, II, pag. 4; Haring. *Grunfcü'jc* etc., pag. 343, nota 4. Aliqui docent missionem canonicam in hoc casu ae qulvalenter concedi parentibus in celebratione Christiani matrimonii; cfr. Cannello Z c n 396· De Meestcr, L c., III. n. 1326.

2 C. 1372, § 1.

4 S® 7.^ v. Ioí 3, 5 I-J. in hoc can· 1373· cfr. Vermeersch, in *Periodica,* XVII, p. 135-148·.

5 Cc. 1372, 5 2 et 1113.

1 Cfr. De Meestcr, Z. *c.,* III, n. 1336.

2 Cfr. Epist. Leonis XIII · *In mezzo* » 26 lunii 1878, *Acta Leonis XIII,* vol. I, pag. 28 sq.; Cavagnis, Z. c., III, n. 22 sq.; S. C. Prop. Fid., 14 Mart. 1895, ad Episcopos Cunad., in *CMectanea,* π. 1890.

3 Cfr. De Mcestcr, Z. c., III, n. 1325.

1 C. 1374.

5 Videri possunt litt. Encycl. S. C. do Prop. Fid. 18 Sept. 1819 in *Collectanea,* n. 738; 7 April. I860 in *Collectanea,* n. 1190; S. C. S. Officii 12 Mart. 1866 in *Collectanea*; S. C. S. Offlc. 21 Nov. 1875 in *Collectanea,* 1449 etc.

5 Termlnologiam Codicis cfr. apud Moersdorf, *Hie. Rechtssprachc,* p. 255.

7 Cfr. Santamaria. Z. c., IV, 220.

fieri possit tolerantiam admisit; simul tamen in hoc casu consilia Ordinariis locorum dare non omisit. Debent igitur Ordinarii locorum hoc casu tolerantiae eveniente curare ut libri acatholicorum e manibus catholicorum scholarium seu discipulorum amoveantur; praeceptores catholicis destinati a catholicis instituantur; in scholis mixtis nulla religio doceatur, ne generalia quidem principia Christianae religionis, sed institutio religiosa detur seorsim seu separarim, immediate ante aut post scholas, a catholicis magistris; parochi et Ordinarii sedulo invigilent ne abusus enascantur I. Severior tamen Sancta Sedes semper fuit in permittenda frequentia catholicorum Universitatum acatholicarum 2.

3° De practica actione fidelium pro scholis catholicis. - Fideles ne omittant adiutricem operam pro viribus conferre in catholicas scholas condendas et sustentandas 3.

Peropportunum monitum, nostris praesertim diebus necessarium; inutiliter enim plerumque inculcabitur fidelibus prohibitio frequentandi scholas acatholicas neutrasve si simul non adlaboretur ut scholae catholicae condantur.

Adiutricem operam conferre debent catholici omnes vario tamen modo. In regionibus democratica forma rectis omnes catholici ad leges catholicae institutioni faventes condendas concurrere debent; si catholicae scholae publicae, a Statu etiam erectae obtineri nequeant, subsidia saltem a Statu obtinenda sunt pro scholis ab Ecclesia aut a privatis personis erectis spiritu catholico; deinde semper in populo christiano recta principia circa necessitatem catholicae institutiones diffundenda sunt, ut saltem recta doctrina salva maneat; omnes fideles et praesertim divites adhortandi sunt ut sua pecunia concurrant ad novas Christianas catholicas scholas condendas aut sustentandas 4.

948. — III. Iura Ecclesiae circa scholas. - 1° De potestate Ecclesiae circa institutionem religiosam. - Religiosa iuventutis institutio in scholis quibuslibet auctoritati et inspectioni Ecclesiae eubiicitur 5.

Item ius et officium est Ecclesiae vigilandi ne in quibusvis scholis quidquam contra fidem vel bonos mores tradatur aut fiat; quod otfieium et ius Ecclesia per Ordinarios locorum exercet.

Per eosdem item Ordinarios locorum utitur generatim Ecclesia iure, sibi divinitus concesso, approbandi libros et magistros religionis, necnon iure ex-

1 S. C. Prop. Fid. 7 April. I860 in *Collectanea,* 1190.
2 Cfr. S. C. Prop. Fid. 7 April. I860 et 16 Aug. 1867 in *Collectanea,* 1199 et 1312.
3 C. 1379, 5 3.
* Cfr. S. C. Prop. Fid. Encycl. 18 Sept. 1819 et 8 Sept. 1869 in *Collectanea,* 738 ct l.Hti a«l 37-38; 9 Oct. 1847 in *Collectanea,* sub n. 1190.
5 C. 1381. § 1. Omnia catholica instructionis et educationis instituta, sive pro viris sive pro mulieribus sive dioecesana sive religionis alicuius propria pendent a S. Congregatione De Seminariis etc... S. C. De religiosis, 24 Aprilis 1932, *A. A. S.* XXIV, 149.

igendi a Christiana qualibet auctoritate ut tum rnagintri tum libri, religionis morumque causa, removeantur 2.

Ius institutionem catholicam impertiendi in qualibet schola pro Christianis instituta est Ecclesiae ius proprium et nativum ex potestate directa sibi a Christo concessa profluens; ipsi enim quidquid ad religionem pertinet inter Christianos statuendi et determinandi ius concessum est. Quod ius Ecclesiae non ita restringendum est quasi sit ius postulandi aut supplicandi ut in scholis etiam a Statu aut a privatis erectis institutio catholica introducatur aut conservetur; sed ius est *exigendi* stricto iure ut institutio fiat et praeterea etiam ius libros in hac institutione adhibendos praescribendi et magistros independenter a Statu nominandi -.

Haec quidem de iure divinitus accepto, cui proinde Ecclesia renuntiare non potest. Circa usum tamen talis iuris Ecclesia sese obligare potest et revera in Concordatis quandoque se ligat, ad maiora mala vitanda, aut ad aliquod speciale bonum obtinendum 3.

/Uterum vero ius vigilandi in quibusvis scholis etiam circa alias disciplinas et exigendi ut etiam libri et magistri aliarum disciplinarum removeantur religionis morumve causa est utique ius divinitus acceptum et proprium cui proinde nequit renuntiare, sed ex potestate indirecta profluens 4.

His autem iuribus gaudere Ecclesiam constat ex eius iuridica perfectione, qua in rebus ad suum finem necessariis a Statu prorsus independens est; et ex eius in Statum potestate indirecta 5.

Codex hanc materiam, quae contactus saepe habent cum auctoritate locali societatis civilis, Ordinariis locorum remittit; nihil tamen vetat quo minus Ordinarii locorum, opportunis instructionibus aut statutis vel mandatis praeficam exsecutionem huius canonis ad vicarios foraneos aut ad parochos remittant ·.

1 C. 1381.
2 Wernz, *Ius Decretalium,* III, 68, *a,* 69, *a,* 72, *a;* Cavagnis, *l. c.,* 56-63, pag. 33-37.
3 Cfr. e. g. art. 3 Concordati Bavariensis a. 1924-1925 ‹ La nomina o l'anuissione dei professori o dei docenti nolle facoltà teologiche delle Universita, e nelle Accademie filosofico-teologlche, como pure dei maestri di religione nelle scuole superiori avrà luogo da parte dello Stato soltanto se contro i relativi candidati non sia stata sollevata alcuna obiezione da parte dei competente Vescovo diocesano ». Hic renuntiat S. Sedes usui iuris nominandi per æ magistros; reservat tamen sibi ius vigilandi et pericula avertendi; cfr. etiam alios articulos usque ad 10 eiusdem Concordati. Melius haec quaestio definitur in Concordato Italico art. 36: «Tale insegnamento (religioso nelle scuole medie) sarà dato a mezzo di maestri e professori, sacerdoti 0 religiosi, approvati dall'autorità ecclesiastica, e sussidlariamente a mezzo di maestri e professori laici, che siauo a questo fine muniti di un certificate di idoneità da rilasciarsi dallOrdinario diocesano. La revoca del certificate da parte dell'Ordinario priva senz'altro l'insegnante della capacità di insegnare. Nel detto insegnamento religioso nelle scuole pubbliche non soranno adottati che i libri di testo approvati dall'autorità ecclesiastica ».
4 Cfr. Wernz, *l. c.,* III, 68, *b,* 69, *b,* 72, *b-,* Cavagnis, *l. c.,* III, 17 et 32; De Meester, l. *e.,* III, n. 1331. Hoc ius expresse non agnoscitur Ecclesiae in Concordato Italico.
5 Cfr. Wernz, *l. c.,* III, 72, *a, b.*
8 Wernz, *l. c.,* 69. Lubet hic referre art. 8 oit. Concordati Bavariensis ex quo patet quum sedulo S. Sedes Insistat in suis iuribus vindicandis: » Sono garantlte alla Chiesa la sorveglianza e h direzione delTistruzione religiosa nelle scuole elementari, medie e superiori. — Verifleun-‹losi inconvenienti nella vita religiosa o morale degli studenti cattolici oome anche influeuze perniciose od indebite sui medesimi nella scuola. ed in particular modo eventuali otTcse alia lero fede od ai loro sentiment! religiosi nelTinsegnamento, il Vescovo ed i suoi delegati hanno il diritto di licorrere aile Antorltà scohisticlie dolio Stato le quali avrunno cura di mettervi conveniente rlparo ·.

2o De potestate Ecclesiae condendi scholas cuiusvis disciplinae. - Ecclesiae est ius scholas cuiusvis disciplinae non solum elementarias, sed etiam medias aut superiores condendi 1.

Scholas condere seu instituere sensu luto significat scholam, civilibus legibus regionis servatis et dependenter ab auctoritate civili, aperire. — Sensu vero stricto scholas condit is qui independenter a legibus civilibus disciplinas iu schola quam aperit tradendas designat, personas docentes seu magistros independenter a qualibet auctoritate humana constituit seu nominat, dirigit. corrigit et removet, licet forte aliqualis ingerentia, pro negotiis alterius generis, potestatis alterius ordinis in iisdem scholis admittatur 2.

Cum dicitur in Codice ius esse Ecclesiae condendi scholas intellegitur de iure condendi scholas sensu stricto. Hoc autem ius Ecclesiae competere multiplici ex titulo probari potest. Praecipue vero ex ea ratione probatur quod Ecclesiae ipsius, sicut Status, valde interest ut fideles etiam in scientiis naturalibus bene instituantur; qui enim bene instituti sunt in naturalibus habiliore» sunt ad res etiam divinas intellegendas. Quandoque etiam iure devolutivo ius competit Ecclesiae, quia scilicet Status et familia obligationes suas neglegunt 3.

Ius tamen ezclusiruzn circa has scholas instituendas Ecclesia sibi nunquam attribuit 4.

Scholae autem ab Ecclesia erectae non inter scholas mere privatas, sed inter scholas publicas sunt computandae, utpote non a privata persona, sed a publica Ecclesiae auctoritate fundatae 5.*

949. — IV. De Universitatibus catholicis 6. - 1° Quis Universitates catholicas condere possit. - Canonica constitutio catholicae studiorum Universitatis vel Facultatis Sedi Apostolicae reservatur.

Universitas vel Facultas catholica etiam religiosis familiis quibuslibet concredita, sua debet habere statuta a Sede Apostolica probata

* C. 1375.
2 Cavagnis, *l. c.,* III, 90-93, pag. 50.
3 *Ctr.* Cavagiils, *l.* c., III, n. 96 sq., pag. 53 eq.; Wernz. *I. c.,* III, 68 c, 72 *c;* Cappello, *I. c.,* 403; Santamaria, *l.* c.. IV, 221.
4 Cavagnis, *l. c.,* III, 95; Wernz, *l. c.,* 68, e; Santamaria, *l. c.,* IV, 221; De Meester, *I.C., III, n.* 1328.
s De Meester, *I. c„* III, n. 1324.
6 *Ctr.* Const. Pii XI, · *Deum scientiarum* ·, 24 Mail 1931, De universitatibus et Facultatibua studiorum ecclesiasticorum *(A. A. S.,* XXIII, 241), una cum *Ordinationes* datis 12 lunii 1931 *a S. C.* De Seminariis et Studiorum Universitatibus ad eandem Constitutionem exsequendam *(A. A. S.,* XXIII, 263); Motu proprio Pii XI, 27 April. 1921 de magisterii gradibus in S. Scriptura *{A. A. S.,* XVI, 180); Decretum S. C. De Seminariis... 7 Aug. 1917 de novo Codice iu scholis proponendo *(A. A.* IX, 439); Decretum S. C. De Seminariis... 31 Oct. 1918 de modo faciendi periculum ad consequendos gradus in iure canonico *(A. A. S.,* XI, 19); dubia S. C. De Seminariis... 29 Aprilis 1927 et 11 April. 1928 de necessitate curriculi pliilosophlci et theologici ad gradus consequendos in iure canonico aut in theologia *(A. A. S„* XIX, 194, XX, 157); Declaration. Commissionis de re biblica, 26 Februar. 1927 de laurea theologica necessaria ad lauream in rc biblica *(A. A.* XIX, 160); itemque responsum Commis·slouis de re biblica circa experimentum ad prolytatum, 6 Iulii 1912. *A. A. .b'.,* XXXIV 232.

Universitas, quae antiquitus *«tiulium generale* saepe appellabatur, est schola ordinis supremi in qua omnes vel praecipuae quaedam scientiae altiori ratione docentur 2.

Facultas est idem ac Universitas, sed pro una tantum scientia determinata, e. g., Facultas iuridica, Facultas theologica 3.

Ecclesiam posse Universitates condere et suis legibus regere constat ex potestate quam habet scholas cuiusvis generis constituendi.

Primae Universitates medio aevo conditae sunt, saeculis ix-xn, atque prius de facto, ad modum corporationum, quam de iure exsistentiam obtinuerunt. Inde a saeculo xm, plures Universitates aequo fere iure a Romanis Pontificibus et a principibus civilibus erectae aut approbatae fuerunt. Gallica revolutio Ecclesiam ab Universitatibus penitus exclusit; ipsa tamen Ecclesia sua iura sibi vindicare et etiam, quantum fieri potuit, exercere non destitit, in nova Universitatum catholicarum fundatione aut in antiquarum restauratione 4.

De iure vigente si agatur de Universitate aut Facultate catholica erigenda, quae scilicet bonis ecclesiasticis dotetur et Ecclesiae auctoritati obsequens sit, requiritur et sufficit una auctoritas R. Pontificis ad eam erigendam; si vero dotatio fiat a republica civili tunc et ipsa una cum R. Pontifice concurrit in erectionem. Praeterea una S. Sedes competens est ad condendas Universitates aut Facultates stricte ecclesiasticas, nempe: Theologiae, philosophiae, iuris canonici, et S. Scripturae 5.

2° De collatione graduum academicorum. - Gradus academicos qui effectus canonicos in Ecclesia habeant, nemo conferre potest nisi ex facultate ab Apostolica Sede concessa 6.

Sancta Sedes potest ipsa directe per se gradus academicos conferre; id tamen generatim non facit nisi per Universitates aut per Facultates legitime erectas.

Eo autem ipso quod aliqua Facultas erigitur legitime, videtur iure gaudere gradus academicos conferendi 7.

Quandoque Sancta Sedes gradus confert *ad honorem;* huiusmodi collatio iisdem iuribus et privilegiis seu iisdem effectibus gaudet ac collatio per Universitates facta 8.

Universitas auctoritate civili erecta potest utique gradus academicos

1 0. 1376, § 1-2.
2 Wernz, *l. c.,* III, 83; Clacys Bouuaert-Simenon, *l. c.,* n. 908.
3 Augustine, *l. c.,* VI, 420.
4 Wernz, *l. c.,* III. 85; Santamaria, *l. c.,* IV, 222-223; Harlng, *Grimdoüge.,.,* pag. 354 et sq.
s Cfr. Wernz, *l. c.,* III, 86-87.
* C. 1377.
7 Cfr. tamen Augustine, *l. c.,* VI, 421.
8 S. C. Stud. 19 Dec. 1903.

non sacros aut non stricte ecclesiasticos conferre; stricte vero ecclesiasticos, scilicet, gradus theologiae, philosophiae Christianae, iuris canonici, et S. Scripturae, nisi potestatem has Facultates ibi condendi a S. Sede obtinuerit, conferre nequit [1].

Si tamen gradus etiam scientiarum ecclesiasticarum effectus mere civiles habere, debeant, illi effectus a Statu approbandi et recognoscendi eruat [2].

3° De îuribus et privilegiis doctorum. - Ius est doctoribus rite creatis deferendi extra sacras functiones, annuluin etiam cum gemma, et biretnm doctorale, firmo praeterea praescripto sacrorum canonum, qui in collatione quorundam officiorum et beneficiorum ecclesiasticorum statuunt eos, ceteris paribus, indicio Ordinarii, esse praeferendos, qui lauream vel licentiam obtinuerint [3].

Gradus academici sunt publica testimonia de studiis factis et periculw superatis in aliqua Universitate aut Facultate. De iure vigente tres generatim in Universitatibus catholicis conferri solent gradus: *baccalaureatus* quo alumnus dignus declaratur qui possit ad gradus superiores scholae promoveri; *Licentiatus* seu *prolytutu* quo alumnus habilis renuntiatur ad doctoratuin consequendum; *doctoratus* seu *magistratus* quo quis habilis publico testimonio declaratur qui, servatis servandis, accedente nempe missione canonica, possit publice docere [4].

De iure vigente [5] facultatem docendi, quae missione canonica datur, doctoratus non continet [6].

Officia et beneficia quae gradum doctoratus requirunt enumerat Codex [7].

Bireto cum quatuor apicibus, quod *doctorale* est, uti nequeunt doctores in functionibus ecclesiasticis itemque annuluin gestare nequeunt dum Missam celebrant [8].

Ad consequendam lauream in theologia vel in iure canonico requiritur ut praemittatur curriculum scholasticae philosophiae [9].

Quod tamen in suo rigore urgendum est solum pro clericis, non pro laicis [10].

Ad consequendos gradus academicos in S. Scriptura requiritur ut prae-

1 Wernz, Z. c., III, 86 et 89; cfr. etiam Hinschius, Z. *c.*, IV, 677 de necessitate *missionis canonicae* ad magisterium in Universitate exercendum.

2 Cfr. Hinschius, Z. r., IV, 689, qui tamen inter effectus mere civiles, enumerat effectus qui de se ecclesiastici sunt et solum ex iure Concordatorum aut ex privilegio ab Ecclesia codceaso civiles evaserunt; cfr. etiam Cavagnis, Z. c.. vol. III, 139-145.

3 C. 1378.

4 Wernz, Z. c., III, 88, II; Santamaria, Z. c., IV, 224.

6 J)e iure antiquo cfr. Hinschius, Z. c., IV, 652.

€ Cfr. Eichmann, *Lehrbuch des Kirrhenrtchte,* pair. 439; Vermcersch, Z. r., II, 714; Wernz, Z. c., III, 88, nota 139: Ojetti, Z. c., v. *Doctoralus,* 1871.

7 Cfr. cc. 331. U. 367, § 1; 434, § 2 ubi laureae doctoral! licentia acquipurutur: c. 399, § 1; 404, § 2; 1573, § I; 1589 in quibus tamen gradus acadcmlcus non est absolute necessarius; c. 1598, § 2 absolute gradum requirit; cfr. etiam *Motu proprio* Pii XI · *Bibitorum scientiam* » 27 April. 1924, *A. A.* S'., XVI, 180.

® Cfr. Ojetti, Z. c., v. *Doctoratus,* n. 1873. Alia circa iura et privile gia *cfr.* apud Tronibetta. *De iuribus ct privilegiis doctorum ecclesiasticorum,* 1900.

9 S. C. Seminar. etc. 27-29 April. 1927, *A. A. S.,* XIX, 194.

10 S. Congr. Seminar, etc. 11 April. 1928, *A, A. 8.,* XX 157.

mittatur consecutio laureae in theologia in aliquo athenaco vel Universitate obtentae l.

950. — V. **Obligationes Ordinariorum circa scholas.** - 1° **De curanda erectione scholarum catholicarum.** - Si scholae catholicae, ideet, cum institutione religiosa catholica mentibus alumnorum aptata, sive elementariae sive mediae in regione aut provincia desint, curandum, praesertim a locorum Ordinariis, ut condantur.

Itemque si publicae studiorum Universitates doctrina sensuque catholico imbutae non sint, optandum ut in natione vel regione Universitas catholica condatur 2.

Publicae Universitates hoc canone ajipellari videntur quae a Statu erectae stmt ab eoque pendent; etiam tales Universitates principiis catholicis et doctrinae sensuique catholico conformari debent 3, si tamen id iniuria non fiat, tunc aliae Universitates catholicae, si fieri potest, instituendae sunt ab Ordinariis de facultate S. Sedis; quae Universitates catholicae si erigantur nequaquam privatae, sed et ipsae publicae sunt habendae, quippe quae ab auctoritate publica Ecclesiae erectae sunt 4.

Dicitur in canone *'praesertim curandum a locorum Ordinariis,* quo significatur officium hoc esse non solum Ordinariorum, sed etiam omnium aliorum pastorum animarum; immo et omnium fidelium s.

2° **De clericis ad Universitates mittendis.** - Optandum ut locorum Ordinarii, pro sua prudentia, clericos, pietate et ingenio praestantes, ad scholas mittant alicuius Universitatis aut Facultatis ab Ecclesia conditae vel approbatae, ut inibi studia praesertim philosophiae, theologiae ac iuris canonici perficiant et academicos gradus consequantur 6.

Hortatur Codex Ordinarios locorum ut clericos mittant ad Universitates, at praesertim pro scientiis sacris stricte ecclesiasticis 7 et dummodo de Universitate doctrina et sensu catholico imbuta et saltem approbata agatur·. Id iam antiquo iure praeceperat Honorius III 8.

1 S. C. Seminar. 26 Febr. 1927, *.1. S.,* 16(1.
2 *C.* 1379, § 1-2.
3 Cfr. cc. 1372; 1373, § 2; 1381; 1382.
4 Cfr. Wernz, Z. *c.,* **III,** 73.
5 Cfr. c. 1379, § 3 ct 1372, § 2.
' C. 1380. Une spectant normae datae a S. C. Dc Seminariis 20 Augusti 1912, pro sacerdotibus qui studia academica complere desiderunt apud aliquam Universitatem dc Urbe. Requiritur autem inter alia ut candidatus sibi piocurct *nihil obstat* a S. Congregatione De Seminariis. Quamvis autem hae normae etiam pro religiosis valere dicantur, non constat tamen hoc *nihil obstat* iisdem necessarium esse. Cfr. Normas apud *Perfice munus* a. 1942, 510-518: *Commentarium pro religiosis,* XXIV, (1943) p. 15.
7 Cfr. etiam *Motu proprio* Pii XI « *Bibitorum scientiam* » 27 April. 1924, *A. A.* XVI, 130.
8 Cir. c. 5, X. V; cfr. etiam c. 421, § 1, n. 2,

Ad Universdtates vero laieas Ordinarii locorum possunt utique pro sua prudentia clericos mittere aut eis ut adeant permittere, sequentibus tamen normis a S. Sede datis servatis L

Tota haec materia de permittendo clericis accessu ad laicas Universitates iuri et potestati Episcoporum remittitur. Ordinarii autem neminem mittant aut adire permittant qui non sit sacerdotio insignitus et bonam spem ingerat ut sua agendi ratione ordini sacro honorem adiiciat. In clericis mittendis Ordinarii non habeant prae oculis bonum privatum clericorum, sed necessitatem et utilitatem suae dioecesis.

Clerici iuniores Universitates adeuntes non dispensentur a periculis triennalibus 2. Gradus academicos adepti meminerint se non esse ex hoc soluti a suorum Superiorum obedientia, et si magisterium quodvis contra Superiorum suorum voluntatem exercuerint, congruis pœnis puniantur. Quae normae valent etiam pro religiosis qui in hoc a suo Superiore maiore 3 pendent4. Praeterea clerici et sacerdotes qui catholicae cuipiam Universitati vel Instituto item catholico nomen dederint, disciplinas, de quibus magisteria in his fuerint, in civili Universitate ne ediscant 5. Accessus ad laicas Universitates non debet omnibus clericis licitus considerari, sed solum iis qui necessitate, iudicio Ordinarii, cogantur e.

Si lex civilis admittat ad examina in Universitate etiam alumnos qui alibi studia compleverunt et aha in loco catholica instituta habeantur, Ordinarii alumnos ad hniusmodi instituta mittant, cui regulae solum ex gravi causa contraire Ordinarii possint. Curent Ordinarii ut clerici Universitatem celebrantes in Seminario morentur vel in aliqua religiosa domo, vel saltem apud aliquem probatum sacerdotem saecularem, nisi forte habeant ibi parentes in quorum domo habitare possint. Si Universitas sita est extra dioecesim, Ordinarii alumnos commendent Episcopo loci, cui alumni se sistere debent et statis temporibus obsequium praestare. Ordinarius a suis alumnis epistolas frequentes exigat et ipse epistolari frequenti commercio eos monitis et consiliis instruat, excitet et confirmet. Curent Ordinarii ut alumni ad Universitates mittantur quae minoris sunt pro alumnis periculi. Alumni, quantum fieri potest, libros errores contra catholicam doctrinam continentes devitent, et si evitare omnino non possint, optimis libris, antidoti instar etiam utantur; comitiis alumnorum contra moderatores nunquam intersint; erga professores cum dignitate obsequentes sint, condiscipulos urbane sine familiaritate tractent. Constituantur, si magnus sit ecclesiasticorum studentium numerus, circuli studentium sub directione sacerdotis, munere Assistentis ecclesiasticis fungentis. Ordinarii enixe alumnos suos hortentur ad perseverantium et ad spiritualia exercitia pietatis praesertim ad quotidianam orationem mentalem, examen conscientiae et spiritualem lectionem. Tempore vacationum alumni spiritualibus exercitiis vacent. Si quis ex alumnis e recto tramite declinaverit, a suis Superioribus statim revocetur nec amplius ei permittatur Universitatem frequentare; profecto praestat studia abrumpere quam animae detrimentum patil.

1 Ctr. S. C- Consistorial. Decret. 30 April. 1918, *A, A. S.,* X, 237.
2 Cc. 130 et 590.
3 Ita Vermeersch, Z. c., II. pag. 387, in nota 2; contra Prümmer, Z. c., 413, I. *a,*
4 Decret. S. C. Consist. 30 April. 1918 cit., n. 1-5.
5 Encycl. Pii X « *Pascendi* » 8 Sept. 1907, ad II.
6 Instructio S. C. EE. et RR. 21 Iulii 1896, apud Ferraris. *Bibliotheca, Supplementum* u P. Bucceroni edit., pag. 199; *Monitore ecclesiastico,* vol. X, part. II, pag. 171; cfr. etiam

3° De vigilantia adhibenda circa scholas. - Ordinarii locorum sive ipsi per se sive per alios possunt scholas quaslibet, oratoria, recreatoria, patronatus, etc., in iis quae religiosam et moralem institutionem spectant, visitare; a qua visitatione quorumlibet religiosorum scholae exemptae non sunt, nisi agatur de scholis internis pro professis religionis exemptae 2.

Si de collegio iu quo alumni habitualiter degunt agatur, servandus est canon 891, quo rector collegii prohibetur ordinario modo confessiones suorum alumnorum secuui in eadem domo commorantium audire 3.

Non est necesse ut scholae, recreatoria etc. sint ab ecclesiastica auctoritate erecta aut approbata ut vigilantiae Ordinarii loci subsint; sufficit ut pro Christianis erecta sint. Practice tamen ob usurpationem potestatis civilis in nostris regionibus haec vigilantia ultra scholas etc. ab ecclesiastica auctoritate aliquo saltem modo directe dependentia extendi non poterit. Nec excludi possunt ab hac Ordinar ii loci vigilantia scholae publicae reipublicae, aut scholae privatae nec ipsae scholae domesticae. *Oratoria* et *recreatoria* idem fere significare videntur, seu sunt loca in quibus pueri aut adolescentes conveniunt animi relaxandi causa; in *oratoriis* tamen alia exercitia praesertim pietatis aut intellectualia fiunt; in *recreatoriis* praesertim animi relaxatio intenditur. Patronatus sunt idem ac oratoria quibus fimis determinatus non est 4.

Cum Codex ab Ordinarii visitatione eximat solum scholas internas pro professis religionis exemptae, ex littera Codicis videtur dicendum omnes scholas religiosorum pro non professis a visitatione Ordinarii loci non eximi 56

Verum tamen cum idem Codex hic contraria privilegia non abroget et aliunde constet hniusmodi privilegia pro scholis internis ante Codicem concessa fuisse et viguisse, ordines religiosi qui his privilegiis antea gaudebant etiam post Codicem gaudere Addentur e.

1 Ita instructio cit. a. 1896, cuius observantiam exigit decretum S. C. Consistor. 30 April. 1918, *J. A. S.,* X, 237; cfr. otiamresponsum Card, α secretis Status, 5 Nov. 1907 apud Ojetti *Synopsis, v. Universitates regiae,* n. 4010 et n. 1009 ubi *instructio* a. 189G affertur.
: C. 1383.
3 C. 1383.
1 Paulo aliter recreatoria describit Augustine, I. c., VI, 426, nota 31.
5 Ita Augustine, *l.* c., VI, 426.
4 Cfr. circa hoc Vermeersch, in *Periodica,* vol. XV, pag. (57-61), ubi perseverantiam privilegiorum hac in re defendit una cum Blat, Prümmer et Fanfani.

TITULUS XXIIΓ.

De praevia censura librorum eorumque prohibitione

951. — Magisterium ecclesiasticum praeter naturalem extrinsecationem quae praesertim Verbi Dei praedicatione fit nec non scholarum institutione, nostris praesertim diebus explicatur etiam per librorum diffusionem. Quia autem filii tenebrarum prudentiores filiis lucis sunt, fit ut librorum impressio quae de se bona est, plurimorum tamen malorum et errorum contra fidem causa seu melius occasio fiat. Hinc necessitas huic malo obviandi cui hoc titulo providet Codex, *praevia censura* et *prohibitione librorum*.

ft

PRAEMITTENDA

I. Principia generalia retinenda. - 1° Ecclesiae iura. - Ecclesiae ius est exigendi ne libros quos ipsa iudicio suo antea non recognoverit, fideles edant, et a quibusvis editos ex iusta causa prohibendi h

Duo iura divinitus accepta hic memorantur et Ecclesiae vindicantur; ius praeviae censurae et ius repressionis seu prohibitionis: primum solum Christianos, utique etiam l ficos. et libros ab ipsis edendos 1; alterum onmes libros, nulla facta auctorum distinctione, respicit.

Haec duo iura Ecclesiae competere societati perfectae, ex ipsa eius constitutione, et quidem ut iura propria et nativa, divinitus accepta, quibus proinde absolute renuntiare non potest, ex gravissimo officio quo ipsa Ecclesia ligatur arcendi a fidelibus omnia quae damnum animabus afferre possunt, liquido constat 3.

Immo theologi communiter docent esse veritatem fidei quod Ecclesia obtinuerit a Christo iurisdictionem ad libros pravos prohibendos 4.

2° Iura Status. - Etiam reipublicae civili ius agnoscendum est libros fini societatis civilis noxios praeviae censurae submittendi, editosque prohibendi 5.

I

1 C. 1384, 5 1.

Notat Augustine. *I.* c., \ I, 428 Codicem loqui hic generaliter de *quibusvis libris,* at verba esse aliquantulum restringenda ad normam capitis I huius tituli, praesertim quod ad laicos attinet.

3 Cfr. Weruz, *l. c.*. IΓ, 97-98: 112; Cavagnis, *L c.,* I, 119; ΠI, 11 Sq.; Augustine; Z. c,, VI, 429.

4 S. Alphonsus. apud De Meestcr, *l. c.,* III, n. 1335.

6 Wernz, L c., III, 99 et 113.

t ·**< i AL

Hoc ills Status ex ipsius iuridica perfectione et independentia defluit. Ius tamen Status non est absolutum ut ius Ecclesiae, nec enim potest, saltem in regionibus Christianis, Status ius illud circa libros de religione tractantes independenter ab Ecclesia, et multo minus contra Ecclesiam exercere L

Sed nec etiam circa libros suae competentiae subiectos, cum infallibilitate careat, potest aliquid exigere quod non sit sensui communi, saltem peritorum, evidens s.

Praeterea si princeps iuri praeviae censurae prohibitionis, partialiter saltem renuntiavit, lege fundamentali Status aut constitutione iuramento firmata, iuriiurando stare debet.

Praeterea etiam patribusfamilias potestas et obligatio incumbit libros pravos et periculosos suis subditis prohibendi 2.

3° Notae historicae. - *a) De praevia censura.* - Primae leges ecclesiasticae praeviam censuram requirentes, saeculo xv exeunte promulgatae sunt primum in Germania, dein etiam in aliis regionibus. Legem generalem tulit Concilium Lateranense V, a. 1515; hoc negotium Concilium Tridentinum generali modo R. Pontifici commisit. Pius IV Const. « *Dominici gregis* » 24 Mart. 1564 primam normam generalem dedit; alias constitutiones promulgarunt Clemens VIII, Alexander VII, Benedictus XIV. Pius IX, ius antiquum emollivit; rem totam ordinavit et ius codificavit Leo XIII Const. « *Officiorum ac munerum* »45

b} De librorum prohibitione. - Postquam Concilium Nicaenum primum librum « *Thalia* » Arii damnavit, Romani Pontifices et Concilia generalia multos alios libros condemnarunt, ut libros Nestorii, Priscillianistarum, Origenis etc.

Nec desunt prohibitiones librorum medii aevi tempore; ita prohibiti sunt libri Abaelardi, Arnaldi Brixiensis etc. Arte typographic^ inventa, multi libri contra religionem et bonos mores divulgari coepti sunt, quos a fidelibus avertere cupientes animarum pastores, varios eorundem catalogos composuerunt, quos, quia fidelibus malos libros *indicabant, indices* appellarunt. Paulus IV, a. 1559, primum *indicem* romanum edidit. Concilium Tridentinum negotium commisit Romano Pontifici; Pins IV, a. 1564, *indicem* promulgavit duabus partibus constantem quarum prima generales prohibitiones, altera speciales continet. Alii Romani Pontifices minoris momenti immutationes introduxerunt. Benedictus XIV Const, « *Sollicita* » 9 Iulii 1753 methodum S. Cong. Indicis praefinivit in damnandis seu prohibendis libris servandam. Leo XIII cit. Const. « *Officiorum ac munerum* », rem totam iterum ordinavit 6.

Codex leges omnes anteriores retractat ° quae tamen utiles sunt ad Codicem interpretandum 7.

1 Wernz, *ibidem.*
2 Cavagnis, *l. c.,* I, 122.
3 De Meester, Z. c., III, n. 1335.
4 Wernz, *l. c.,* III, 114-120; De Meester, Z. c., III. n. 1338.
5 Wernz, /. III, 100-104; Boudlnhon, *La nouvelle léffislation de l'index2,* pug. 44 sqs.; Santamaria, Z. c., IV, 233.
4 C. 22; Augustine, *l. c.,* VI, 431; Vermeersch, *Epitome,* II, 720.
7 C. 6, n. 2-1.

952. — IT. Terminologia. - Quae sub hoc titulo de libris praescribuntur, publicationibus diariis, periodicis et aliis editis scriptis quibuslibet applicentur, nisi aliud constet L

Liber stricto sensu e-t volumen certo numero foliorum simul colligatorum aut sutorum constans, quod ordine plus minuevo systematico de aliqua determinata materia agit. *Liber* aliqualem moleir habeat oportet, quam generatim et communiter dicunt esse decem foliorum, idcst 160 paginarum in-8°, aut 320 in 16" ".

Etiam *unitas* obiecti seu materiae ad essentiam libri pertinet. Scripta periodica litteraria quae generatim de variis argumentis agunt, etsi simul in volumina colligentur, sensu proprio libri non appellantur, sicut nec alii fasciculi casu in unum collecti. Habetur tamen liber, si tractatus completus de aliqua re in fasciculis postea in volumen colligandis, edatur; singuli tamen fasciculi separati liber non appellantur. Ad librum constituendum typorum impressio non requiritur nec de se sufficit typorum impressio ad *editionem* de qua Codex hoc loco loquitur. Ut liber *editus* dicatur, requiritur ut typographice, litographice, hectographice vel alio simili modo publicetur, idest venditioni exponatur et- ad omnes destinetur vel ab omnibus emi possit. Liber *manuscriptus* editus dici nostris diebus simpliciter nequit; nec item liber typis aut alio modo impressus sed usui privato reservatus 3.

Codex extendit verbum *libri* ad aha etiam quaevis scripta *edita·,* extensio tamen ista non est applicanda ad alios, praeter hunc, titulos, nec ad leges poenales 4.

Caput i.

De praevia censura librorum.

953. — I. Praenotiones. - 1° Praevia censura est authenticum indicium Ecclesiae de conformitate doctrinae libro aliquo contentae cum doctrina catholica 5.

Attamen praevia censura indicium mere negativum continet, nempe, non constare in libro contineri errores contra fidem, ideoque posse librum legi a fidelibus sine periculo animarum ".

1 C. 1384, § 2.
8 Cfr. De Logo, *Dc virtute fidei divinae disput.,* 31 n. 33-38; Augustine, *l. c.,* VI, 431; Vermeersch, *Epitome,* II, 733; Santamaria, *L c.,* IV, 332; De Mcester, *l. c.,* III, n. 1339.
3 Augustine, *l. c.,* VI, 431-433; Vermeersch, *Epitome,* II. 723; Santamaria, *l. c.,* IV, 332 et 235.
1 Vermeersch, *L* c., II, 722; Boudinhon, *La nouvelle législation de Vindex*2, pag. 77-78 ct 397-301; Claeys Bouuaert-Simenon, *Manuale iuris canonici* 2, n. 915 et n. 1311 ; Dc Mcester, *l.* c., III, n. 1339.
5 Wernz, *L* c., III, 111, nota 53; De Mcester, *L c.t* III, n. 1340.
6 Augustine, l. c., VI, 433.

2° censura praevia distinguenda est *licentia* librum edendi quae est permissio Superioris subdito concessa edendi librum.

Licentia personam afficit directe, indirecte tantummodo librum vel libri materiam ; potest esse generalis, tacita aut etiam praesumpta, non est necessaria nisi pro subditis, censuram praeviam generatim sequitur, pro rebus minoris momenti facile praesumi potest x.

954. — II. Quinam libri aut res praeviae subsint censurae. - Nisi censura ecclesiastica praecesserit, ne edantur etiam a laicis:

1° Libri sacrarum Scripturarum vel eorundem adnotationes et commentaria 8.

Omnes igitur et singuli libri eorumque partes separatae sive cinu notis sive sine notis, sive textus originalis sive versionum antiquarum aut modernarum 3 sacrarum Scripturarum praeviae censurae subsunt, nec requiritur ut liber stricto sensu habeatur 4.

Adnotationes sunt glossae sive originales sive marginales, sive cum textu sacrae Scripturae sive independenter ab ipsa editae. *Commentaria* vero sunt tractatus ampliores exegetici sive cum textu sive sine textu editi 5.

Editores et auctores sine debita licentia tales libros imprimentes excommunicationem nemini reservatam incurrunt 6.

2° Libri qui divinas Scripturas, sacram theologiam, historiam ecclesiasticam, ius canonicum, theologiam naturalem, ethicam, aliasve huiusmodi religiosas ac morales disciplinas spectant; libri ac libelli precum, devotionis vel doctrinae institutionisque religiosae, moralis, asceticae, mysticae aliique huiusmodi, quamvis ad fovendam pietatem conducere videantur; ac generaliter scripta in quibus aliquid sit quod religionis ac morum honestatis peculiariter intersit7.

Ad sacram Scripturam praeter ea quae supra diximus pertinent libri introductori!; ad theologiam tractatus omnes, etiam separatim editi, universae theologiae moralis aut dogmaticae; ad historiam ecclesiasticam notiones scientificae de evolutione interna et externa societatis a Christo institutae sive id fiat per manuale scholasticum modo systematico, sive per monographias aut biographias speciales quae aliquam periodum historiae ecclesiasticae illustrent ut, e. g., historiam Lutheri, historiam S. Augustini. Biographiae e contra quae ad historiam ecclesiasticam nullam aut minimam

1 Vermeersch, *Epitome,* II, 724; Claeys Bouuaert-Simenon, *Manuale iuris canonici*\ n. 916; De Meester, *l. c.,* III, n. 1340.
' C. 1385, § 1, η. 1.
3 Cfr. tamen circa has c. 1891.
1 Cfr. c. 1384, § 2.
3 Cfr. Augustine, *l.* c., VI, -131-435.
' C. 2318, § 2.
1 C. 1385, § 1, n. 2.

relationem habent ad historiam non pertinent; possunt tamen pertinere ad alias clausulas eiusdem numeri, quod revera evenit de omnibus biographiis Sanctorum aut Servorum Dei[1].

Hoc numero Codex loquitur de *libris,* de *libellis,* et de *aliis scriptis;* libri sensu stricto supra explicato intellegendi eunt; libelli sunt libri minoris mnlis quae ad librum constituendum non sufficeret, e. g., libelli catechismi, libelli laudum B. M. V., etc. qui tamen formam habeant libri, non sint solum folia separata; dictio *alia scripta* [2] generalissimam habet significationem; requiritur tamen ut et ipsa *edita* sint. Vi Constitutionis « *Officiorum ac munerum* », n. 41, eximebant auctores a praevia censura libros aut ephemerides in quibus incidenter tantummodo de re religiosa aut morali ageretur. Codex hac in re severiorem inducere videtur disciplinam ita ut articuli qui de religione aut re morali agunt, etiam si in ephemeridibus politicis edantur, praeviae subjiciendi sint censurae [3]. Quia tamen Codex requirit ut de re agatur quae *peculiariter* religionis aut morum intersit, et *peculiariter* opponitur *obiter* aut per*iunctorie* docent aliqui [4] unam alteramve sententiam quae morum aut religionis intersit si in tractatu contineatur de re religioni extranea, non afficere totum scriptum in quo continetur.

Lubet hic referre praescriptum Pii X circa hoc punctum [5]: « Ephemerides et commentaria quae a catholicis scribuntur, quoad fieri possit, censorem designatum habeant. Huius officium erit folia singula vel libellos, postquam sint edita, opportune perlegere: si quid dictum periculose fuerit, id quam primum corrigendum iniungat. Eadem porro Episcopo facultas esto, etsi censor forte faverit . Quae saltem ut norma directiva etiam nunc servanda erunt.

Sub variis clausulis huius numeri comprehenduntur praeterea libri de sociologia tractantes, nisi exclusive de ea agant sub respectu oeconomico aut politico; itemque tractatus de hypnotismo, spiritism©, astrologia; necnon libelli prophetias aut revelationes privatas continentes etc. [6].

3° Imagines sacrae quovis modo imprimendae, sive preces adiunctas habeant, sive sine illis edantur [7].

Vi Const. « *Officiorum ac munerum* » n. 15, tantunimodo *novae* imagines subiiciendae erant praeviae censurae [8], nunc Codex omnes imagines submittendas praecipit antequam imprimantur; attamen simplex reimpressio imaginis iam ab Ordinario approbatae, cum nova editio proprie non ait, praeviam censuram non requirit [x].

1 Cfr. Augustine, Z. c., VI, 435-437.

2 Santamaria, Z. c., IV, 288, requirit ad *libellum* constituendum saltem octo paginas, nomino autem *scriptorum in quibus* etc. intellegit praeterea publicationes periodicas, necnon articulos et folia, etiam profanae ephemeridis, quae de re agant quae specialiter intersit religionis et morum honestatis. Claeys Bouuaert-Simenon, *l.* c., n. 917 *libros, libellos* et *scripto editu* de quibus hoc canone intellegit sensu c. 1384, § 3. Cfr. etiam De Meester, *Z. c.,* III, n. 1341, pag. 258, nota 5.

3 Vermeersch. *I. c* II, 725; Wernz, *L c.,* III, 121, nota 109.

4 Augustine, Z. c., VI. 437.

5 Cfr. Litt. · *Pascendi* › 8 Sept. 1907, IV.

6 Cfr. Augustine, Z. c., VI, 136-437.

7 C. 1385, § 1, n. 3.

8 Cfr. tamen Wernz, *l. c.,* III, 111, nota 69.

Imaginée *sacrae* eae dicuntur quae simul aliquid sacrum repraesentant, e. g., SS. Trinitatem, B. M, Virginem, D. N. I. Christum, Sanctos, factum biblicum etc. et simul ad usum pium et religiosum aliquo scilicet sensu sacrum destinentur [a].

Quia nomine imaginis stricte non veniunt, praeviae censurae non subsunt picturae nec sculpturae nec numismata [3] quae tamen omnia canoni 1279 subiiciuntur [4].

955. — III. Quis censuram exercere possit et quinam eidem subiiciantur. - 1° Regula generalis pro omnibus. - Licentiam edendi libros et imagines [6] dare potest vel loci Ordinarius proprius auctoris, vel Ordinarius loci in quo libri vel imagines publici iuris fiant, vel Ordinarius loci in quo imprimantur, ita tamen ut, si quis ex iis Ordinariis licentiam denegaverit, eam ab alio Ordinario petere auctor nequeat, nisi eundem certiorem fecerit de denegata ab alio licentia [6].

Ordinarius loci proprius auctoris pro religioso est *Ordinarius loci* ubi domus est cui religiosus auctor legitime adseriptus est, licet ibi nec domicilium nec quasi-domicilium habeat[7]; Ordinarius autem religiosus non venit hic nomine Ordinarii, quia exemptio ad editionem librorum non extenditur [8].

Ante Codicem requirebatur generatim licentia Ordinarii loci *publicationis* [8]; Codex mitiorem induxit disciplinam et tres Ordinarios pro omnibus admittit. Immo pro editionibus versionum sacrarum Scripturarum mitiorem adhuc videtur admittere disciplinam ex c. 1391 [10].

Non prohibetur quo minus Ordinarius loci licentiam concedat post denegationem alterius Ordinarii, sed solum prohibetur *auctori,* et, ut videtur, etiam editori ne fraus legi fiat, ne licentiam ab alio petat, reticita prioris re-

1 Cocchi, *Commentarium,* VI, n. 61, pag. 149; cfr. tamen in alio sensu De Meester, *l. c.,* III, n. 1341.

2 Vermeersch, Z. *c.t* II, 725, hoc alterum elementum tantum memorat; Augustine, Z. c., VI, 438, e contra solam rei sacrae repraesentationem ad *sacram* imaginem habendam requirere videtur; rectius videtur utriusque elementi necessitas admittenda.

3 Blat, Z. c., 273, pag. 333; Vermeersch, Z. c., II, 726; Augustine, Z. c., VI, 438.

4 Cfr. Vermeersch, in *Periodica,* XIV, p. 93 sqs. Cfr. etiam Claeys Bouuaert-Simenon, *l.* c., n. 917; De Meester, *l, c.,* III, n. 1341.

0 Cfr. quae supra diximus de paragrapho prima huius canonis 1385; ex quibus patet in Codice hic licentiam comprehendere etiam praeviam censuram; in paragrapho enim prima de praevia censura sermo est.

6 C. 1385, § 2. Si liber vel imago etc. a pluribus simul editoribus publicetur, quilibet editor ad suum proprium Ordinarium recurrere poterit pro censura et unius Ordinarii obtenta licentia videtur sufficere etiam pro aliis editoribus dummodo fraus evitetur: cfr. Boudinhon, *La nouvelle l&jislation dc Vindex2,* pag. 248.

7 Augustine, *l. c.,* VI, 441 in nota 12; Vermeersch, Z. *c.,* II, 726.

8 Augustine, Z. c., VI, 439.

9 Cfr. Constit. ▮ *Officiorum ac munerum* », n. 35. una cum Wernz, Z. c., III, 121, nota 103.

10 Cfr. Augustine, Z. c., VI, 439 et 448.

pulsione. Licentia tamen ab altero Ordinario contra hoc praescriptum obtenta valida, etsi illicita est

Aliter ac ante Codicem loci Ordinarius si velit librum edere, etiam extra proprium territorium, vi e. 1385, § 2, nullius Ordinarii loci indiget licentia seu *imprimatur i2*

Ante Codicem 34auctores Romae degentes licentia indigebant Cardinalis Vicarii et Magistri Sacri Palatii, etsi alibi librum publicare voluissent; id non amplius viget :*

2° Normae speciales pro religiosis et clericis. - α) Religiosi omnes etiam exempti, praeter licentiam Ordinarii loci de qua supra, licentiam quoque sui Superioris maioris antea consequi debent5:*

Superioris maioris licentia ex iure communi sufficit ad quaslibet publicationes ex partes religionis; possunt tamen concessionem huius licentiae Constitutiones Superiori supremo reservare e.

Ordinarius loci videtur hic existimandus sicut in e. 1385, § 2, ita ut quilibet ex illis tribus sufficiat7.

b) Vetantur clerici saeculares sine consensu suorum Ordinariorum, religiosi vero sine licentia sui Superioris maioris et Ordinarii loci, libros quoque, qui de rebus profanis tractant, edere, et in diariis, foliis et libellis periodicis scribere vel eadem moderari 89

Vi huius paragraph! requiritur licentia proprii Ordinarii auctoris, idest, Ordinarii loci in quo clericus saecularis domicilium aut quasi-domicilium habet, seu etiam dioecesis cui clericus incardinatus est, et pro religiosis exemptis, loci ubi domus cui religiosus adseriptus est, sita est; nec sufficit licentia Ordinarii loci publicationis seu editionis

Si liber 10 seu scriptum praeviae censurae subiectum 11 in loco ubi publici iuris fit imprimatur, et censura ab Ordinario publicationis exerceatur, videtur praeterea requiri, etiam pro clerico saeculari, licentia scriptum edendi proprii Ordinarii. Hanc interpretationem, quae severior primo intuitu videtur,

1 Cfr. vol. I, n. 63, pag. 76 ubi de c. 44. Cfr. Boudinhon, L *c.,* pag. 248-249; De Meester, *l. c.t* III, n. 1344; contra Claeys Bouuært-Simenon, *L c.,* n. 918 ubi licentiam habet etiam invalidam.

2 Ita etiam Augustine, *L* c., VI, 439; paulo aliter Haring, *Grundzüge...,* pag. 372, nota 4» docet nihil de Ordinariorum scriptis statui a Codice.

3 Constit. ‹ *Officiorum, ac munerum* », n. 37; Wernz, *l.* c., III, 121, nota 104.

4 Augustine, *L c.t* VI, 440; Priimmer, *Manuale iuris canonici,* n. 416, 1.

5 C. 1385, § 3.

• Cfr., e. g., *Regula et Constitutiones Generales Fratrum Minorum,* 1922, Codici aptata, n. 318; itemque *Constitutiones Fratrum Minorum Capuccinorum,* n. 215.

7 Vermeersch, L c., II, 728.

8 C. 1386, § 1. Cfr. decretum S. C. Concilii 7 lunii 1932 de gratiarum et oblationum evulgatione in diariis et periodicis *(A.* zl. S., XXIV, 240).

9 Vermeersch, L c., II, 728; Claeys Bouuaert-Simenon, *l.* c., η. 919; Boudinhon, *Le.,* pag. 278 et sqs.

10 Nomen *libri* hoc loco sensu stricto intellegit Santamaria, *L* c., IV, 240.

11 Cfr. c. 1385, § 1, n. 1-3.

suadet coniunetio *quoque,* quae bar, paragraphs adhibetur. Cojihciwu* Ordinarii in hoc cii8U non neceBftario requirit examen praevium libri, nec etiam necessario scripto dandum est *.

Unum alterumvc articulum minoris momenti in diariis inserere non videtur ilici posse *in diariis scribere* in sensu Codicis, et proinde licentia in his casibus non videtur requiri, sed solum pro habituali scriptione seu collaboratione 2; nec specialis in singulis casibus licentia necessaria est; sufficit ut clerico vel religioso licentia generali rnodo concedatur semel pro semper, idest, donec revocetur3, immo sufficit etiam licentia generali modo per statutum dioecesanum per diarium Curiae omnibus clericis concessa 4.

Non eximuntur religiosi a requirenda sui Superioris maioris licentia tradendo luamiscriptum alteri anonyme aut sub falso nornine edendum; nec suffragatur in hoc casu religioso licentia Ordinarii loci, quia utraque licentia Ordinarii loci et Superioris maioris ei necessaria est 5.

Licentia autem Superioris maioris requirenda est, antequam licentia Ordinarii loci petatur 6.

Quod dicitur de religiosus viris valet, ut patet, etiam de religiosis mulieribus7.

Diaria aut folia collegii aut Universitatis a collegio professorum aut studentium edita, etsi de rebus profanis, a regulis hic in Codice statutis non eximuntur, si a clericis aut a religiosis edantur; laici tamen a licentia petenda eximuntur salva lege praeviae censurae pro rebus censurae praeviae subiectis8.

Si Ordinarius loci licentiam edendi librum de rebus ad fidem aut mores nullo modo pertinentibus clerico concedere noluerit; optime clericus suo Ordinario obedientiam praestabit; Ordinarius tamen clerico rationes denegatae licentiae aperire tenetur °.

3° **Normae speciales pro laicis scriptoribus diariorum. - In** diariis, foliis et libellis periodicis qui religionem catholicam aut bonos mores impetere solent, nec laici catholici quidquam conscribant, nisi iusta et rationabili causa suadente, ab Ordinario loci approbata 10.

1 Boudiulion, *op. cit.,* p. 279.

2 Ita Augustine, Z. *c.,* VI, 442: « To say that the publication of a notice of a church festival nr parish event» or funeral, required the special consent of the Ordinary or religious hapcrior woold render the law ridiculous ■; cui assentiuntur Vermeersch, Z. *c.*9 II, 728 itemque Haring, *Grundzüge...* 3, pag. 372: ‹ Weltklerikcr dtirfen... periodischen Blüttern nicht *mitarMien* et pag. 175 nota 5; et Boudinhon, Z. c., pag. 2S1.

Hanc interpretationem mitiorem suadet etiam *Motu proprio ‹ Sacrorum Antistitum ·* 1 Sept. 1910, IV, ex quo haec praescriptio excerpta videtur. Severius Santamaria, Z. c., IV, iiO. Cfr. etiam Claeys Bouuaert-Simenon, Z. c., 919 ubi initior interpretatio Concilii provincialis Mcthlinensis affertur.

3 Prüinmer, Z. c., 115, nota 2; Vermeersch, Z. c., 11, 728, 2.

4 Cir. Haring, *Grundzüge...,* pag. 175, nota 5 et pag- 372, nota 2.

5 l^ummer, Z. c., 416, 1; Augustine, Z. c., VI, 442.

ü Vermeersch, Z. c., II, 728, 3.

7 Augustine, Z. c·., VI, 443.

’ Augustine, Z. c., VI, 443.

u Ita Augustine, Z. c., 443, et in nota 14.

10 C. 1386, § 2.

Quauivis non clare a Codice dicatur, eerie tamen prohibita» ista, a for. liori, clericis et religiosis applicanda est.

Prohibetur autem ne *quidquam conscribatur,* «pia praescriptione non solum habitualis collaboratio sed et actus singulares prohibentur, et uniens etiam, ut videtur, articulus etiam de re profana.

Insertio nuntii *(reclame)* in diariis non venit nomine *scriptionis* in iisdem: potest tamen iure naturali prohiberi.*

Diarii sunt ephemerides seu folia singulis diebus aut etiam pluries sin· gulis diebus edita; libelli *periodici* sunt parvi libri editi determinatis tem- poribus, e. g. semel vel bis terve in hebdomada, mense aut anno; *folia* simpli- citer sunt libelli irregulariter sine ulla temporis determinatione edita[1].

Inter diarios religionem catholicam aut bonos mores habitualiter impe· lentes certo adnumerandi videntur diarii sectae massonieae, sooialistarum. eommunistarum, anarchistarum etc. huiusmodi placita defendentes et se- ctantes.

Utrum etiam nostrarum regionum *diarii liberales* adnumerari debeant, a modo quo principia liberalia defenduntur plerumque pendere videtur; qua dc re Ordinarii loci iudicium attendendum esse putamus [3].

Dum in Const. *Officiorum* sermo erat de periodicis qui *data opera* impe- tnnt *religionem* nunc explicitius Codex loquitur de *periodicis* qui *religionem catholicam* impetere solent[4].

lusta et rationabilis causa in his diariis scribendi non est generatim cen- senda, quod viri catholici in ipsis doctrinam catholicam exponant [5].*

956. — IV. Normae circa aliquas materias speciales. - 1° De libris beatificationem aut canonizationem spectantibus. - Quae ad causas beatificationum et canonizationuni Servorum Dei quoquo modo pertinent, sine licentia Sacrorum Rituum Congregationis edi nequeunt [6].

Pro rebus ei subjiciendis licentia S. C. Rituum sufficit, nec Ordinarii loci licentia est amplius necessaria.

Canon refertur ad causas *pendentes* apud S. C. Rituum, non ad *absoluta* aut pendentes quidem, sed non coram S. Congregatione Rituum [7].

2° De libris indulgentiarum. - Indulgentiarum libri omnes, summaria, libelli, folia etc., in quibus earum concessiones continentur, ne edantur sine licentia Ordinarii loci.

[1] Cir. De Meester, *l. c.,* III, n. 1313, pag.' 2(12, nota 5.
[2] Cir. Augustine, *L c.,* VI. 441.
[3] Cfr. Augustine, /. r.. VI, 4H.
[4] Ctr. Santamaria. *I.* r.. IV, 240.
[5] Cfr. Claeys Bouuacrt-Simenon, n. 020.
[6] C. 1387.
[7] Wernz. *I. r.,* m, 121. nota 99; Ferreres, *Institutiones canonicae,* II, 388; cfr. etiam De Meester, III, n. 1311.

De praevia censura librorum.

Requiritur vero expressa licentia Sedis Apostoiicae ut typis edw liceat, quovis idiomate, tum collectionem authenticam precum pionim-(|ue operum quibus Sedes Apostolica indulgentias adnexuit, tum elenchum indulgentiarum apostolicarum, tum summarium indulgentiarum vel antea collectum, sed nunquam approbatum, vel nunc primum ex diversis concessionibus colligendum [1].

Ex paragraphe prima sufficit licentia Ordinarii loci pro publicatione indulgentiarum (piarum certitudo ex rescripto concessionis aut ex *summariis* a S. Sede approbatis constat

Ordinarius *loci* videtur aestimandus ad normam c. 1385, § 2 [2].

Licentia S. Sedis pro edendis collectionibus authenticis, elenchis et summariis, de quibus in paragr. secunda, videtur tantummodo requiri si de novis collectionibus, elenchis aut summariis agatur quae a S. Sede nondum approbata fuerint vel eidem fuerint specialiter reservata [4].

Elenchus indulgentiarum apostolicarum est catalogus indulgentiarum quas quilibet Romanus Pontifex |initio sui Pontificatus declarat se intendere concedere coronis, numismatibus etc., dum visitatoribus peregrinantibus benedictionem impertitur [5].

Collectio authentica stricte loquendo illa ima est quae qua talis a S. Sede publicatur; si ab Ordinario aliquo iterum typis edatur, non dici poterit authentica sed *authenticae* conformis poterit declarari.

Translatio precum indulgentiis ditatarum in aliam linguam indulgentiis retentis permittitur, dummodo translatio fidelis sit, ad fidelitatem autem translationis constatandain requiritur et sufficit declaratio vel S. Poenitentiariae vel unius ex Ordinariis loci, ubi vulgaris est lingua in quam vertitur oratio [6]. Si tamen tota collectio in aliud idioma vertatur, typis edi non potest sine nova approbatione S. Poenitentiariae [7].

Circa indulgentiarum elenchum aut summaria piarum associationum an-

1 C. 1388, § 1-2.

2 Wernz, *l. c.,* **III,** 111, nota 71.

3 Priimmer, *l. c.,* 110, 1; Cocchi, *l. c.,* VI, 02, 8; Blat, 7. c., 270, pag. 33S; severius Vermeersch, *l.* c., **II,** 726, 3.

4 Hanc interpretationem huius canonis admittere videtur Augustine, *I. c.,* IV, 374: en ipsius verba: « Every *new* collection, or new list (elenchus) or summary of indulgences which lias not yet been approved by the S. C. Indulg. needs the express permission of the Holy Sec and of the Ordinary ».

<If an indulgence, or a list, or summary, or collection of indulgences which have beenapproved by the S. Congregation, or are taken from an Apostolic brief or rescript, is to be printed or published, the Ordinary may give permission to do so *without submitting the same to the S. Congregation...* ». Idem et Haring videtur admittere: «In andere Fallen (z. B. Herausgabc von Oebotbüchern mit Ablassgebeten, *Neuausgabe approbierter VersricJrmissc)* gcnübt bisclmilifhr Erlaubnis »; cfr. Haring, *Grundzüge...,* pag. 372-373.

Non negamus tamen Codicem non tam clare admittere hanc mitiorem interpretationem nt omne dubium excludat, attentis praesertim decretis anterioribus: cfr. etiam Wernz, *l. f'.t* Ill. III, nota 71; Blat, *l. c.,* 27(5, pag. 337-339; Beringer-Steincn, *Die Ablasse13,* I, 208-209: Santamaria, *l. c.*9 IV, 242.

5 Cfr. e. g. elenchum Pii XI, iu *A. A.* 6'., XII143.

4 S. C. Indulg. 20 Dec. 1861, *Dccret. auth.* llô: Beringer-Steincn, *l.* c., 1, 204.

7 S C. ludute. 30 -Sept. 1852, *Dccret. auth.* 361; Beringer-Steincn, L c., 1, 204.

tiuuiora documenta vim suam retineat, vi quorum elenchus indulgentiarum etiam ex pluribus Brevibus excerptus de licentia Ordinarii loci imprimi potest et sodalibus tradi

Imagines occasione ordinationis, professionis religiosae aut funerum di·-tribui solitae, etsi indulgentiatas preces continent non veniunt nomine foliorum indulgentiarum a.

3° De decretorum SS. Congregationum collectionibus. - Collectiones decretorum Romanarum Congregationum rursus edi nequeunt. nisi impetrata prius licentia et servatis conditionibus a Moderatoribus uniuscuiusque Congregationis praescriptis 2

Agitur hic de collectionibus proprie dictis; non de decretis sparsim relatis ut ordinarie fit in ephemeridibus de rebus iuris canonici, aut in tractatibus iuris canonici. Editiones contra prohibitiones huius canonis factae iam non sunt prohibitae 4*

Cum Codex prohibeat editiones *runrus edi,* supponere videtur prohibitionem referri ad collectiones iam factas editasque, non ad alias forte faciendas

Moderatores Congregationis sunt Cardinalis Praefectus una eum suo congressu ·.

4° De libris liturgicis - In edendis libris liturgicis eorunque partibus, iteinque litaniis a Sancta Sede approbatis, debet de concordantia cum editionibus approbatis constare ex attestatione Ordinarii loci in quo imprimuntur, aut publici iuris fiunt 8.

Circa editiones librorum liturgicorum *canius gregoriani* speciales normae statutae sunt quae adhuc vigent 9.

Eiusmodi normas hic ex collectione authentica referimus:

I. : Editores seu typographi cuiuscumque loci vel regionis, qui gregonanas melodias in Vaticana editione contentas imprimere voluerint, sive aequali forma sive grandiori vel minori, sive omnes sive aliquas tantum, ab eadem Sede Apostolica prius facultatem obtinere curabunt10.

1 Ctt. S, C. Indulgent. 9 lunuar. 1861, *Dccre.l. auth.* 38S; Biringcr-Sttiian. *I. c.,* 1,209: Blat. I. *c.,* 276, pag. 339; De Mecster, *l. c.,* IU, n. 1345.

2 Claeye Bouuaert-Sinieuon. *I. c.*. u. 921; Vermeersch, */. c.,* u. 726; De Mccster, *l. r.,* m. n. 1344, pag* *263,* nota 5.

3 C. 1389.

4 Wernz, *l. c.,* 111. 121, nota 109; Blat. *I. e.,* 310, pag. 277.

° Cfr. Augustine. *I.* r., VI, 416.

• Cfr. Blat, I. *C.*. 277. pag. 340.

' Cfr. etiam supra n. 832 bis.

* C. 1390.

' Cfr. c. 2; Blat, Z. c., 278.

'° lendem praescriptionem necessariae nempe facultatis Sedis Apostolicae, praeter Iwc Decretum 11 Aug. 1905, continet etiam *Motu prnrprfo* Fjj χ. 25 April. 1901. *Deere! auth* 1131. e; utrum autem hoc praescriptum adhuc valeat dubitari potest : Codex enim hoc c. 13£>0' uecebбitatem hujusmodi facultatis uqu suppuuere videtur.

II. Ab unoquoque cx editoribus, qui huiusmodi facultatem pontificiam obtinuerint, haec erunt diligentissime attendenda:

rt) Forma notularum aliorumque gregoriani cantus signorum ea debet servari, quam maiores instituerunt, et editio Vaticana adarnussirn exhibet.

b) Nihil praesertim mutari potest in ordine, quo eaedem notulae pro variis sonorum intervallis sibi succedunt.

c) Neque pariter in modo, quo ipsae notulae pro diversis neumarum, ut aiunt, formulis copulantur.

d) Absolutissima quoque verborum sacri textus relatio ad notnias cantus observetur, ita ut unaquaeque syllaba notulae vel notulis suis penitus subiaceat.

III. Editione parata ac confecta, nefas erit ipsam evulgare et in sacris functionibus adhibere cuique, nisi eam Ordinarius loci declaratione muni verit, qua de eius concordantia constet cum editione typica Vaticana.

IV. Ordinarius vero declarationem huiusmodi non concedat, nisi prius censores in cantu gregoriano periti, collatione facta diligentissime, in scriptis, onerata conscientia, teetentur novam editionem cum Vaticana omnino concordarc.

V. Illi» officii liturgici partibus quae cantus diversos pro diversitate diei vel festivitatis admittunt, ut, v. g., hymni et Ordinarium Missae, melodia»· possunt adaptari, quae in editione typica non reperiuntur et a Sacra Rituum Congregatione approbari servatis debitis condicionibus, iis maxime quae in § 6 *motu proprii* 25 April. 1905 apponuntur. Minime vero tonorum seu cantuum huiusmodi varietates admittantur in ceteris partibus, v. g., in Antiphonis et responsoriis sive officii sive Missae.

VI. Si autèm agatur de officiis propriis alicuius ecclesiae vel Ordinis regularis, romanum ritum sectantis, aut de officiis noviter concessis, gregorianae eorum cantilenae, a viris peritis restitutae vel concinnatae item Sacrae Rituum Congregationis approbationi subiiciantur; qua obtenta, Ordinarius loci certior factus, ut supra, de concordantia cum originalibus a S. Congregatione recognitis, declarationem requisitam concedet.

VII. Tolerari potest quod cantus gregorianus notulis musicalibus modernis edatur, dummodo periculum sedulo amoveatur,' quo minus ordo notitiarum ac neumarum quomodocumque deturbetur. Ordinarius itaque pro hisce editionibus in commodum fidelium approbationem suam concedere poterit, si ei constiterit... de fideli conformatione cum editione typica vel melodiis approbatis.

VIII. Quandocumque liber sacrum cantum continens vel melodia quaelibet liturgica Sacrae Rituum Congregationi ad approbationem obtinendam «ubiiciuntur, tria exemplaria ad eandem mittenda sunt.

IX. Melodia gregoriana, ad usum liturgicum a S. R. C. secundum normas praedictas destinata et commendata, ad sacrum Ecclesiae Romanae thesaurum t-eu patrimonium, sicut ipse textus, pertinet. Itaque quando novus textus fidelibus ab ipsa proponitur seu conceditur, cantus textui respondens ita simul

concessus reputatur, ut nullus editor vel auctor querelam de eo movere possit, quod Apostolica Sedes easdem melodias ad alias extendat ecclesias»1.

Praeterea licet aliquando S. Congr. Rit. toleraverit editiones cantus gn·· goriani eum notulis additionalibus quae in editione Vaticana non inveniuntur; tales tamen editiones a. 1911 iterum fieri prohibuit ad confusionem evitandam et solummodo iam ante illud tempus factas ut precario toleratas adhiberi permisit itemque eadem S. Congr. Rituum permisit adhuc Ordinariis locorum apponere *imprimatur* editionibus in subsidium scholarum cantus, signi rhythmicis, privata auctoritate ornatis, dummodo constet cetera praescripta fuisse servata 34

Circa alios autem libros liturgicos edendos haec a S. R. Congregatione statuta sunt;

I. Editiones librorum sacram liturgiam spectantium, sive ritus et proces in sacris functionibus peragendis contineant, sive sacras caeremonias supradictos ritus precesque comitantes praescribant, sive huius sacrae Congregationis decreta in unum collecta referant, sunt vel *typicae* vel *iuxta typical.*

II. Editiones *typica* excudere tantum possunt vel pontificia typographia polyglotta Vaticana, vel alii typography pontificii, qui a Sacra Rituum Congregatione veniam obtinuerint.

III. Singula editionis typicae folia revisioni huius Sacrae Rituum Congregationis submittentur, quae seu Commissionis liturgicae seu Commissionis de musica et cantu sacro, iuxta opportunitatem, sententiam exquiret.

IV. Quaevis typica editio approbationis referet decretum, talem editionem esse typicam declarans, simulqup omnibus editoribus praescribens, ut praedictae editioni typicae futuras editiones omnino conforment.

V. Editores, aliqua editione typica completa, duo exemplaria huic Sacrae Rituum Congregationi tradent, in Archivo huius Sacrae Congregationis maxima cura et studio conservanda.

VI. Quivis typographus, accedente consensu et approbatione respectivi Ordinarii, editiones *iuxta typicas*,* quae nempe adamussim praedictis editionibus typicis respondeant, excudere potest.

VII. R.mi locorum Ordinarii, diligenti rorumque liturgicarum perito constituto revisore, qui videat an praefatae editiones plane cum typicis concordent, talem concordantium declarent et *imprimatur* apponant.

VIII. Quoad editiones Missarum et Officiorum alicuius dioecesis propriorum, de quibus editio typica non exstat, si in ipsa dioecesi cudendae sint, R.mi locorum Ordinarii concordantiam cum originalibus declarent, et *imprimatur*

1 S. R. C. 11 Aug. 190ò, *Decret. auth.* 4166; attamen circa ultimam clausulam huit» dwretl quae iura auctorum aut editorum respicit, videndum est etiam decretum eiusder S. R. C. 24 Mart. 1909, *Decret, auth.* 4234. Cfr. etiam responsa cinpdem S. R. Congreg. in Ratisboncus. 24 Februar. 1911 ubi varia dubia circa relatum decretum a. 1905 referuntur et r·· solvuntur.

- Cfr. S. R. C. 11 Februar. 1906 et 25 lanuar. 1911, *Decret, auth.* 1178, 4259.

3 S. R. C. 11 April. 1911, *Decret, auth.* 42G3.

4 His verbis confirmari videtur nostra opinio post Codicem non amplius requiri S. Seefacultatem ad libros etiam cantus gregorianl edendos.

qiponant. Quoad vero editiones Propriorum, turn alienae dioecesis tum Ordinum regularium «eu Congregationum, R.mi locorum Ordinarii, quorum iurisdictioni typography «ubiacent, *imprimatur* apponant, postquam vel Ordinarius dioecesis vol Superior Ordinis «eu Congregationis, ad quos praedicta Officia seu Propria pertinent, de harum editionum concordantia cum originalibus a Sacra Rituum Congregatione approbatis, rescriptum, quod pariter edendum est, sibi remiserint.

IX. Inter libros sacram spectantes liturgiam. ad effectum praesentis decreti, sequentes praecipue adnnmerandi sunt· eorumque excerpta; *Breviarium romanum, MissaJe romanum, Rituale, romanum, Pontificale romanum, Marlyrologiuni romanum, Oaeremonialc Episcoporum, Propria* tum Officiorum tum Missarum alicuius dioecesis, Ordinis seu Congregationis religiosae, *Memoriale* rituum Benedicti XIII pro minoribus ecclesiis, *instructio Clementina* pro expositione Sanctissimi Sacramenti, *CoUectio decretorum* Sacrae Rituum Congregationis »:*

Codex pro editione non *typica* sed *iuxta typicam*· requirit licentiam Ordinarii loci *in quo* libri *imprimuntur aut publici iuris fiunt;* auctores tamen docent sufficere licentiam Ordinarii loci auctoris proprii aut proprii editoris s.

5° De versionibus sacrarum Scripturarum. - Versiones sacrarum Scripturarum in linguam vernaculam typis imprimi nequeunt, nisi sint a Sede Apostolica probatae, aut nisi edantur sub vigilantia Episcoporum et 3 eum adnotationibus praecipue, excerptis ex sanctis Ecclesiae Patribus atque ex doctis catholicisque scriptoribus

Adnotationes excerptae sint oportet *praecipue* ex SS. Patribus aut scriptoribus catholicis; non prohibentur tamen absolute notae archaeologicae aut historicae vel geographicae vel etiam philologicae ex auctoribus seu scriptoribus etiam acatholicis excerptae 58

Licet Codice videantur prohiberi etiam partiales editiones versionum sine notis de sola licentia Ordinarii loci, tamen, si alicubi mos vigeat, permitti possunt determinatae huiusmodi versiones ad usum specialem, e. g., editiones evangeliorum et epistolarum in Missis legendorum, pars aliqua librorum historicorum, e. g., historia Tobiae ad populi aedificationem e.

' S. R. C. 17 Mali 1911, *Décret, auth.* 1266.

~ 2 Cfr. Vermeersch, *l. c.,* II, 726. Circa licentiam edendi libros liturgicos novos a S. Sede nondum approbatos cfr. etiam cc. 1257 et 1259.

3 Utrum particula *et* canonis 1391, quo praescribitur: *Versiones... nisi edantur sub ciffilantia Episcoporum* ct *cum* adnotatlonibus... interpretanda sit copulative au disjunctive? *fasp.* Affirmative ad primam partem; negative ad secundam. C. T. 20 Mail 1923. .1. *A.* Λ.. XVI, 115.

4 C. 1391. Permitti nequit in ecclesia populo, legi epistolas aut evangelia traducta t-x textu originali, sed versio facienda est ex editione vulgata. Com. de re biblica 3 April. 1934 (J. *A. S.,* XXVI, 315). Cfr. etiam responsa eiusdem Commiss. 17 Nov. 1921 de additione variarum lectionum in editione Vulgatae (J. *A. S.,* XIV, 27) et decision, eiusdem Com. 1 lulii 1933, do falsa interpretatione duorum textuum *(A. A. S.,* XXV, 344).

3 Augustine, *l. c.,* VI, 449.

8 Vermeersch, *l. c.*. TT. 726; Blat. /. c., 279, pag. JM4:Wernz, /. «·„ III, 111, nota 58; P· Master, *l. c.,* ITT. n. 131«.

Vigilantia Episcoporum 1 id importat nt Episcopi testuntur ventionem esse fidelem et eum originali concordare; quia tamen nullus S. Scripturae textus originalis declaratus est authenticu pro originali accipitur *textus Jtilinus Vulgatae,* attentis tamen catholicorum auctorum notis et commentariis, quae necessario in editionibus a S. Sede non approbatis requiruntur a.

Versiones contra has normas editae ipso iure prohibitae sunt3.

S. Sedes potest quidem editionem permittere sine notis in lingua verua-cula seu in lingua quae communiter adhibetur a populo; at de facto et ipsa adnot-ationes exigit apponi4.

6° De novis editionibus et translationibus. - Approbatio textus originalis alicuius operis, neque eiusdem in aliam linguam translatio-nibus neque aliis editionibus suffragatur; quare et translationes et novae editiones operis approbati nova approbatione communiri debent.

Excerpta e periodicis capita seorsim edita novae editiones non censentur, nec proinde nova approbatione indigent \

A nova editione distinguenda mera impressio nova «piae in nulla re a primi impressione approbata differt, quaeque nova approbatione non indiget8.

Excerpta e periodicis non subsunt novae approbationi dummodo in nulla re 7 differant a textu in periodico edito et approbato; nec etiam obstare vi-detur quod excerpta simul colligata librum aut opusculum, constituant8.

957. — V. De censoribus. - 1° De nominatione censorum. - In universis Curiis episcopalibus censores ex officio adsint qui edenda cognoscant.

Ifl

Censores ex utroque clero eligantur aetate, eruditione, prudentia commendati, qui in doctrinis probandis improban disque medio tutoque itinere eant

Antequam otfieium ineant censores fidei professionem emittere de-bent 10.

1 Nomine Episcoporum non veniunt nec Vicarius Capitularis nec Vicarius Generalis qni proinde nequeunt de se licentiam dure. Santamaria, *l. r.,* IV, 243.

« Cû. Augustine, Z. c., VI. 148.

3 Cfr. c. 1399. n. 1 et 5.
Wernz, Z. c.J III. III, nota 58.
C. 1392, 1-2.

e Ita Augustine. Z. *r,*9 vi, 150; severius Blat, Z. c., 280, pag. 315: Vermeersch, Z. r., II, 21». 7.

7 Blat, *L c.*. 280, pag. 345 habet : Absque magna mutatione ioruiali ·; quare novam up-probationem excludere videtur etsi aliqua parvi momenti mutatio habeatur.

8 Blat, *L* c.. 280, pag. 315; paulo severius Augustine, Z. *c.,* VI, 150.

9 C. 1393, §1 et 3 ex litt. *Pascendi i* Pii X, 8 Sept. 1907 fere litteralitcr excerptus ex quibus litteris n. IV, constat Ordinarios loci *omnino* ad censores ex officio stabili sufficienti numero constituendos teneri. Illae litterae « *Pascendi* * requirebant ut electionem censoris religiosi praecederet Moderatoris generalis sententia secreto audienda; id non videtur, ut uorma praeceptiva, amplium necessarium; sufficit ut consensus Superioris maioris aut etiam localis habeatur. Cfr. tamen Declar. S. Offic. 22 Martii 1918, *(A. A. S.,* X, 136).

10 C. 1100, $ i, n. 7; iusiurandum ipsis uon praescribitur: Haring, z' e./naff. 374, nota 1

S. Congregatio S. Officii locorum Ordinarios et Superiores religiosos horlatur, ut in curanda praevia censura librorum caute omnino procedant, et licratiam edendi ne concedant, nisi postquam a censoribus idoneis, in re vere peritis, ad examen deputatis, sententia favens data sit ». Specialis autem prudentia adhibeatur in concedenda licentia pro foliis pietatis; in quorum examine videndum est non solum ut puritati doctrinae consulatur, sed etiam gravitati cultus sacri -.

-° De censorum officio. - «) Examinatores seu censores in suo obeundo officio, omni personarum acceptione deposita, tantummodo prae oculis habeant Ecclesiae dogmata, et communem catholicorum doctrinam quae Conciliorum generalium decretis aut Sedis Apostolicae constitutionibus seu praescriptionibus atque probatorum doctorum consensu continetur 1.

Non debent igitur censores ad scholarum diversarum placita attendere, sed solum ad *communem catholicam doctrinam* quae *consensu probatarum doctorum* facile manifestatur: animadvertere tamen debent *consensum* non haberi ex *multorum* etiam auctorum opinione aut sententia, sed solum ex unanimi vel fere unanimi, quod non verificatur si alii auctores probati numero sufficienti aliter opinentur 4.*

Censoris indicium respicere debet tantummodo orthodoxiam doctrinae: non prohibetur tamen censor quo minus Ordinario loci indicium etiam de libri opportunitate proferat s.

b) Censor sententiam scripto dare debet. Quae si faverit Ordinarius potestatem edendi faciat; cui tamen praeponatur censoris indicium, inscripto eius nomine. Extraordinariis tantum in adiunctis ac perquam raro, prudenti Ordinarii arbitrio, censoris mentio omitti poterit6.

1 S. OlHu., 20 Martii 1011. *A.* **J.** S'., XXXIII, 121.
: S. omc., 17 Aprilis 19-12. **J.** *A. S.,* XXXIV, 119.
3 0. 1393, § 2.
1 Blat, *l. c.,* 281, pag. 346. Censores - a nimia severitate ac exigentiis abstineant, dum opinionum laxitatem certosque errores ac evidentes praescriptionum S. Sedis transgressiones ne permittant >. Ita Blat, *l.* c., 281, pag. 346-347. Utilissime autem, paene dixi necessario» a censoribus antequam suo numéro iinigantur, regulae a Patribus Concilii Tridentini concinnatae, et a Pio IV approbatae, *instructio* Clementis VIII, necnon Constit. Benedicti XIV •*Sollicita ac provida* » 9 Iulii 1753, perlegentur; cfr. haec omnia apud Gasparri, *Fontes,* II» n. 42G; Const * *Sollicita ac provida* * est etiam edita in a. 1924, *Indicis libror, proJiib.* Lubet autem hic 5 17 huius Constit. referre: · De variis opinionibus atque sententiis in unoquoquo libre contentis, animo a praeiudiciis omnino vacuo indicandum sibi esse sciant. Itaque nationis familiae, scholae, instituti affectum excutiant: studia partium seponant... hoc de cetero cogitantos, non paucas esse opiniones, quae uni scholae, instituto aut nationi certo certiores videntur, et nihilominus, sine ullo fidei aut religionis detrimento, ab aliis catholicis viris reiciuntur atque impugnantur, oppositaeque defenduntur, sciente ac permittente* Apostolica jM·. qiuc unamquamque opinionem huiusmodi in suo probabilitatis gradu relinquit».
1 * Vermeersch, /. *c.,* 727. 2.
* C. 1393, 5 1.

Quaeri hio potest utrum Ordinarius prohibeatur ipse per se otficio censoris in aliquo casu fungif Cui quaestioni negativo omnino respondendum censemus \

Etsi sententia censoris auctori seu libro faverit, videtur tamen Episcopus approbationem aut licentiam edendi librum ex insta et gravi causa denegare posse \

3° De nomine censoris auctori non patefaciendo. - Auctoribus censoris nomen pateat nunquam antequam hic faventem sententiam ediderit 2* Eatio est ut censor suo officio libere fungi possit

Indicium censoris nullam auctoritatem acquirit opinionibus auctoribus cuius librum censor examini subiecit 5*

958. — Vf. Servanda in licentia concedenda aut deneganda. - 1° Si concedenda. - Licentia qua Ordinarius potestatem edendi facit, in scriptis concedatur, in principio aut in fine libri, folii vel imaginis imprimenda, expresso nomine concedentis itemque loco et tempore concessionis e.

Aliqui auctores 7 requirunt ut uuiueu censuris una eum *imprimatur* Ordinarii loci in principio aut fine libri imprimatur; id tamen clare a Codice non potest deduci8.

Codex praecipit ut nomen concedentis in libro edendo exprimatur; id valet quidem pro norma generali; pro libris vel libellis etc. minoris momeuti videtur sufficere formula usualis: *De licentia Superiorum ecclesiasticorum;* mmo in aliquo casu speciali, datis etiam specialibus circumstantiis, Ordinarius loci permittere potest ut liber sine ulla declaratione de facto exercitae censurae imprimatur et publicetur 9.

Constit. *Officiorum ac munerum* n. 40 praecipiebatur ut licentia *omnino ijralis* concederetur; id in Codice non est receptum; menti tamen legis ecclesiasticae conformius videtur ut etiam nunc haec licentia gratis concedatur10.

1 Cir Litteras « *Pascendi* IV, ‹ nec ipse per se Episcopus praecognoscere uiiiven* potest ·. si quae proinde per se recognoscere velit et tempus suppetat nihil obstat quo minus faciat; cfr. etiam Vermeersch, *Periodica,* vol. IV ~. pag. 56-57, ubi idem ius concedit Vicario Generali. Ita etiam De Meester, Z. *c.,* III, n. 1352.

2 Cfr. Litterae ‹ *Pascendi* ».

3 C. 1393, 5 5.

Eichmann, *Lehrbuch des KirchcnrccM**. pag. 112.

Litt. « *Parcendi* ». IV.

C. 1394, § 1.

Prûmmer» Z. c., 116, 1; et ut videtur etiam Blut, Z, c., 282, pag. 348; contra auteui atqur affirmant Vermeersch, Z. c., II. 727 et Cocchi, Z. c., VI, 61: id non videtur requirere Augustine, Z. ‹·.. VI, 452. is enim canonum 1393, $ 3 simpliciter iu linguam angiicam vertit.

8 (Ir. Vermeersch, L c.. II. 727; Cocchi, Z. r., VI, 61. pag. 151; Clacys Bouuaert-Simenon. I. e., n. 923. Aliter De Meester, Z. c.. III, n. 1351, ex c. 1393, § 4.

9 Cfr. Boudinhon. Z. r.. pag. 261-265; Vermeersch, in *Periodica,* XIV, pag. (96-97).

10 Cfr. Wernz, Z. c., III, 121, nota 107; Blat, 7. c., 286, pag. 317-318; Baring, L'rundxvic.... pag. 374, nota 3; Eichmann. *Lekrbuch,* pag. 112. nota 1. Non est prohibita iusta retributio censoris: cfr. Boudtnlion, Z. c., pag. 266; Dc Meester, Z, *c.,* 111. n. 1352.

Codex)><›»we Ordinario» (Impensuro ab imprimenda licentia initio vel fine libri expresso non dicit; cum tamen caena occidere facile posait, praesertim pro hiicis do materiis censurae eubiectis aut in periodicis interconfessionalibus scribentibus, quo hoc praescriptum servari nequeat, aut facultatem dispensandi a 8, Sede sibi procurare debebunt Ordinarii aut etiam vi can. 81 ' ipsi dispensare poterunti2

Libri subiect i praeviae licentiae at non subiecti praeviae censurae stricte dictae obligationi imprimendi licentiam ecclesiasticam non subsunt 3*

Dispositiones iuris anterioris quibus praecipiebatur nomen auctoris, editoris et anni editionis in libro imprimi debere, non sunt in Codice receptae '.

Si in ephemeridibus politicis aliquid conscribatur quod religionis et morum honestatis peculiariter intersit, illud scriptum certe praeviae censurae et licentiae subest 5*; licentia tamen in hoc casu non videtur necessario in ephemeride imprimenda c.

2° Si deneganda. - Si vero licentia deneganda videatur, roganti auctori, nisi gravis causa aliud exigat, rationes indicentur 7.

Rationes indicandae sunt praesertim in casu quo denegatio licentiae ol> rationes intrinsecas libro, e. g., quia habet errorem, quia imprudenter aliqua enuntiat etc., locum habeat et liber correctionis aut expurgationis capax et dignus sit89

Caput II.

De prohibitione librorum Λ

959. — I. Principia generalia. - 1° De prohibitione librorum ex lege naturali. - Aliqui libri lege naturali divina prohibentur; ii nempe ex quorum lectione anima grave periculum patitur. Gravitas autem huiusmodi obligationis ex maiori minorive periculo cui anima exponitur dimetienda est. De ea iuxta principia generalia theologiae moralis indicium est ferendum l0.

1 Cir. Haring, *Grundsilgc...,* pag. 371, nota 3.
2 Boudinhon. Z. e., pag. 265; cfr. etiam De Meester, *l. c.*. III, n. 1352, pag. 369, notu 3.
3 Cfr. c. 1386. § 1; Vermeersch, 7. *c.,* II, 729.
1 Cfr. Const. - *Officiorum ac munerum* », n. 43; Harlng. *GrundcHgc..., 7. c.,* pag. 373; Vermeersch, Z. c., IT, 729.
5 Cfr. c. 1385, § 1, n. 2.
8 Cfr. Litteras « *Pascendi* ·, IV, ubi methodus *revidendi* ephemerides habetur et nihil do imprimenda licentia dicitur.
7 C. 1391, 5 2.
H Cfr. S. C. Indicis, 3 Sept. 1898.
9 Praecipua praescripta <lo hac re in memoriam revocantur a S. Ofllcio, quia in libris pturis denuntiandis saepe notantnr omissiones cum damno animarum. S. C. S. Oilleii. 17 Apt. 1ÛI3. *A.*
10 Prii imi 417.

2° **De prohibitione ex lege positiva.** - Alii libri lege positivu prohibentur et triplici quidem modo:

a) Modo generali, seu regulis generalibus in Codice contentis

b) Decretis specialibus aut saltem insertione in libro *Indnt librorum prohibitorum* 2.

Haec prohibitio potest esse particularis aut universalis pro ratione aucto, ritatis a qua facta est 3.

Cum in *Indicem* referuntur primum aut priora volumina alicuius operis, cuius posteriora illud decretum prohibitionis in lucem publicam secuta sunt; aut proscribuntur libelli periodici qui postea identidem continuantur, item cum *opera omnia* alicuius auctoris prohibentur, qui post emanatum tale decretum alia opera edidit; volumina, libelli vel opera post ultimum decretum speciale evulgata, quamvis decreto illo speciali non comprehendantur, tamen suspecta habentur, et vi decreti illius ex generalibus principiis in prohibitionem incidere merito praesumuntur, nisi forte de auctoris resipiscentia constet '.

c) Lege positiva sive generali sive particulari cum adieeta sanctione poenali in transgressores 56

Poenae latae sententiae vigentes hoc c. 2318 statuuntur: In excoiuinu· nicationem Sedi Apostolicae speciali modo reservatam ipso facto incurrunt, opere publici iuris facto, editores librorum apostatarum, haereticorum et schismaticorum, qui apostasiam, haeresim, schisma propugnant, itemque eosdem libros aliosve per apostolicas litteras nominatim prohibitos defendentes aut scienter sine debita licentia legentes vel retinentes.

Auctores et editores qui sine debita licentia sacrarum Scripturarum libros vel earum adnotationes aut commentarios imprimi curant, incidunt ipso facto in excommunicationem nemini reservatam °.

Poena excommunicationis R. Pontifici speciali modo reservata incurritur solummodo post *editionem* proprie dictam 7 est solum ab editore, non ab auctore

1 Cfr. c. 1399.

2 Cfr.· cc. I3Û5-Ï396.

3 Prftinmer. *I.* c.. 119, 12. in nota, docet pruniulgatloiic Codicis *Indicem librarum* ;ϗλ Λγ *bitoruui* vim obligandi ex sc amieiese et libros in co contentos tantummodo prohibitos censeri nunc debere ex regulis c. 1399; quidquid est de hac singulari opinione cum Haring, *Grund· c&je...,* pag. 375 quaestionem istam amplius fleri non posse tenemus de *Indice,* post Codicem *iussu Pii papae XI alito a.* 1924 sicut nec de editione u. 1929. Cfr. etiam Vernieerech, */.* c.. II, 734, 3, ubi opinionem Prümmer etiam ex eo erratam habet quod Codex *decreta particularia* continet, et recte, ut videtur.

Alia quaestio est utrum normae generales Constit. · *Officiorum ac munerum* » in *Indicas* etiam post Codicem relatae adhuc vigere pergant. Chii quaestioni negative respondemus quia materiam istuiu Codex ex Integro ordinavit. Cfr. etiam Mario Falco, *Introduzione alta studio del Codex iuris Canonici,* pag. 211 ubi docet non amplius kge positiva prohiberi libros ante a. 1600 prohibitos ct in Codice non relatos. Aliter Claeys Bouuaert-Simenon, Z. r., n. 928, retinet normas in praefatione *Indicis* traditos vim non amisisse. In novissima editione u. 1929. *nonnae oenerulrx* ante Codicem vigentes non amplius referuntur.

4 Cfr. edit. *Indicis* a. 1921. pag. XV; Wernz. Z. r.. III, 11". noto 18: Noldin, *Dr pw ceptis1*,* 710, c.

6 Cfr. 2318.

* C. 2318, § 1-2.

7 Cfr. supra hoc tit. in *Praemittenda,* II, u. 952.

prohibitioni» librorum.

aei ah (qieraiÜs Iypogiaphiac jivc al> ipso typographo, bone ven» a defendentibus aut scienter sine debita licentia legentibus et retinentibus. Requiritur ut <le libro, non de ephemeride aut libello agatur Requiritur ut liber haeresim et<·. propugnans ab apostata, haeretico aut schismatico conscriptus sita.

Censetur autem liber scriptus ab haeretico etc. etsi notas habeat a catholico additas, aut etsi liber ab haeretico ima cum catholico conscriptus sit, aut etsi haereticus postea conversus sit. Si liber constet pluribus voluminibus et baeresis etc. iu uno tantum volumine contineantur, alia volumina non censentur prohibita 3.

Ex altero commate requiritur ut liber per *apostolicas litteras,* idest, per litteras Romani Pontificis, exclusis decretis SS. Congregationum, damnatus sit, et quidem damnatus sit *expresso* eiusdem *titulo* seu nominatim, et sub poena excommimicationis Romano Pontificis reservatae4. Hanc tamen excommunicationem ex secundo commate § 1 c. 2318, non incurrunt editores sed solum defendentes, legentes aut retinentes et quidem *scienter;* non requiritur vero ut tales libri nominatim prohibiti haeresim aut schisma etc. revera propugnent.

Admittitur circa hoc parvitas materiae. Materia gravis pro libris haeresim propugnantibus probabiliter existimari potest ea quae sufficiens sit ad ipsam haeresim exponendam et propugnandam, idest (i vel S paginae 5.

960. — II. Quis in Ecclesia libros prohibere possit. - 1° Pro Ecclesia universa. - Ius et officium libros ex iusta causa prohibendi competit supremae auctoritati ecclesiasticae pro universa Ecclesia e.

Libri autem a suprema auctoritate ecclesiastica damnati pro universa Ecclesia ' ubique locorum et in quodcunque vertantur idioma prohibiti censeantur 8.

1 Cfr. supra iu *Praemittenda,* II, n. 952; attamen S. C. S. Officii13 Januarii 1892, declaravit poenam incurri etsi agatur de publicatione periodica iu fasciculum colligata quae hiu-rcsim, apostasiam aut schisma propugnet. Verum sunt auctores qui a poena excusant, nou obstanto hae declaratione de cuius sensu non undequaque constat, lectores talium ephemeridum in unum volumen colligatarum; cfr. Do Meester. Z. r.. 111, n. 1385, pag. 309, nota 2.

2 Noldin-Schônegger, *De ccnsurisx:t9* n. 61, pag. 57; Prümmer, Z. r.. 417, pag. 487, nota 2 videtur admittere etiam libros anonjuios edentes aut defendentes etc. poenam incunvre.

a Gfr. De Meester. Z. c., III. n. 1385.

4 Cfr. Noldin-Schônegger, Z. c., n. 61, 2. Igitm· sub hoc altero commate non veniunt libri in globo damnati per litteras apostolicas. De Meester, Z. r.. III, n. 1386.

5 Cfr. apud De ^leestor. Z. r., ITT, n. 1387, antiquorum circa hoc severiores opiniones.

* C. 1395. § 1.

7 Nullum dubium quin et Romanus Pontifex possit librum damnare pro determinato tantum loco aut determinatis personis, o g., clericis, scholis, Seminariis etc.; solummodo si damnatio generali modo lata est, valet c. 1396.

8 C. 1396. Exemplum damnationis Ephemeridis per S. Sedem habes in damnatione *Aetion Française* a Pio XI per S. Ofilcium facta. 29 Decembris 1926. *A. A.* Λ'., XV111, 529: cfr. etiam M. a Coronata, *Interpretatio,* can. 1396, 1. in nota. Quae damnatio etiam Orientales alliciebat ex S. C. Pro Eccl. Orient, declaratione 26 Maii 1928, -4. *A,* S'., XX, 195. Damnatio tamen haec sublata est decreto S. Officii, 10 Iulii 1939, *A, A. S.,* XXXI, 303. ffr. insuper et responsum S. Officii, 24 iulii 1939, de absolutione danda ei qui adseriptus est factioni *Aetion Française* qui asserit eidem adhaerere cum cautionibus a decreto S. Officii requisitis. XXXI, 317.

Damnatio libri tamen non continet generatim *definitionem ex cathedra* aut *dogmaticam;* licet admittendum sit Romanum Pontificem posse etiam hoc modo rem aliquam seu aliquam veritatem infallibiliter definire.*

Decretis S. C. S. Officii quibus damnatur libri aut diarii ligantur ûdeles '.iiunes cuiusvis ritus etiam Orientalis saltem si décréta potius quam disciplinam directe doctrinam Ecclesiae spectent 1.

2° Pro locis particularibus aut particularibus personis. · *a)* Ius et officium libros ex insta causa prohibendi compel it etiam pro suis subditis Conciliis particularibus et- locorum Ordinariis 3.

Codex insinuare videtur Concilia particularia et locorum Ordinarios posse hac in re etiam leges mere personales ferre subditos etiam extra territorium obligantes. Restringitur vero ius et officium Ordinariorum locorum ad suos subditos. Cum peregrini et religiosi exempti non sint Ordinariorum locorum subditi, iam pater a prohibitione Ordinariorum attingi non posse ‘.

Idemque affirmandum videtur de decretis a Corfcilio particulari datis: exemptionis enim regularium ea vera notio est qua regulares qualibet iurisdictione inferiori eximuntur ut uni supremae auctoritati subiiciantur. Deiude Codex eodem modo ac pro Ordinariis locorum etiam Conciliorum potestatem ad proprios subditos restringit. Id tamen valet solum de casu quo Concilium particulare propria auctoritate procedat, nec speciali S. Sedis approbatione eiits decreta roborentur 5.

Nihil obstat quo minus loci Ordinarius librum prohibeat ab alio Ordinario loci adprobatum aut ab exempto scriptum et editum 6.

Attamen Ordinarii locorum prohibere nequeunt librum praecise ob propositionem quae damnata non sit, nec ad damnatam accedat78

Librum iam a S. Sede prohibitum videtur subtrahi indicio Ordinariorum et Conciliorum particularium ita ut ab istis iterum prohiberi non possit quia inferior ubi est Superior, silere debet; possunt tamen etiam inferiores Praelati prohibitionem a S. Sede latam severius urgere.*

b) Etiam Abbas monasterii sui iuris et supremus religionis clericalis exemptae Moderator, cum suo Capitulo vel Consilio, potest libros ex iusta causa suis subditis prohibere; idemque, si periculum

1 Augustine, *L c.,* VI, 108-159.
- S. C. Pro Eccles. Orient. 20 Mail 1928, *J.* J. *S.*. XX. 195.
3 C. 1395, 9 I.
* Augustine. *I. c,,* VF. 155; Vermeersch, *l. c.,* II, 731: Blat. *l. c.*. 284. pag. 352; Noldin. Dr *iinuceiitîs*,(i. n. 701; aliter probabilius ante Codicem, cfr. Wernz, Z. c.. III, 111, nota 82: Bmidinhon, Z. c. p. 22â«S23; De Meester. *L c.*. TIT, 1351. Surit tanicn <|iii cinn <(xlem Dr Mecster, ibidem, docent peregrinos absolute Liguri posse prohibitione ab Episcopo facta, vi can. U: at, etiam inxtu eundem Auctorem, prohibitiones episcopales peregrinos non afficiunt hi<i id expresso in ipsis ·|< daretur.
5 Severius Augustine, Z. c., VI, 455-456 et in nota 3, ubi nutantor in opinionem severiorem pr< «pendit.
De Mecstvr. Z. c., III. n. 1354: cfr. etiam litteras ‹ *Pascendi* › Pii X, 8 Sept. 1907. ad III.
7 Cfr. De Meeetcr, Z. c., III, n. 1355, pag. 272, in nota 8.
8 C. 2221. Cfr. Wernz, Z. r.. IIT, 111. nota 82; cfr. tamen etiam Augustine. Z. r., VI. 4MI.

sit in mora, possunt alii Superiores maiores cum proprio Consilio, ea tamen lege ut rem quantocius deferant ad supremum Moderatorem

Ilacc potestas libros prohibendi «Superioribus religiosis nunc primum a Codice conceditur. Non conceditur autem potestas Superioribus simpliciter, sed Superioribus supremis et in casu urgenti etiam Superioribus maioribus cum suffragio sui Consilii, Abbatibus sui iuris cum suffragio sui Capituli -.

Sive Capituli autem sive Consilii suffragium ad normam iuris requirendum est, ita ut prohibitio sine consensu Consilii aut Capituli facta, ut videtur, invalida habenda sit 3.

Prohibitio de qua in Codice est prohibitio ad modum legis lata, ex potestate jurisdictionis; nihil tamen impedit quo minus «Superiores religiosi sive maiores, sive minores immo etiam Superiorissae lectionem alicui religioso aut religiosae pericnlcsam vi potestatis dominativae prohibeant, in qua prohibitione decernenda ea tantummodo servanda erunt quae constitutiones requirunt ad praecepta obedientialia danda 4.

Prohibitio a Superioribus religiosis lata omnes subditos, nisi restricta sit, ligat ubique locorum, non exclusis novitiis 5.

3° De iure recurrendi contra decretum prohibitionis. - A prohibitionis decreto, quavis auctoritate lato, praeterquam si latum sit a R. Pontifice, datur recursus saltem ad ipsum Romanum. Pontificem, non tamen in suspensive; hic recursus a decreto prohibitionis ordinarie ad S. Sedem dirigendus este.

Recursus iu *decoliitivo tantum* importat ut dum recursus pendet, recurrens decretum prohibitionis servare debeat.

961. — III. De denuntiatione librorum perniciosorum. · 1° **De iis qui denuntiare tenentur. -** Omnium fidelium est, maxime clericorum et in dignitate ecclesiastica constitutorum eorumque qui doctrina praecellant, libros quos perniciosos indicaverint, ad locorum Ordinarios aut ad Apostolicam Sedem deferre; id autem peculiari

1 C. 1395, § 3.
3 Hanc interpretat Ionem <ina Capitulum refertur ad Abbates, Consilium ad Moderatorem supremum vel maiorem innuit Augustine, *l. c.,* VI, 45(5-157, qui tamen rem deiiniendam remittit constitutionibus. Aide Codicem Superiores religiosi libros prohibere non poterant nielin casibus particularibus vi potestatis dominativae; religiosi autem ligabantur, etsi exempti prohibitione ab Ordinariis locorum facta, quia hi procedere poterant etiam tanquam Apostôlicao Sedis delegati. Nunc aliter provistun est a Codice, et regulares non ligantur amplius prohibitione Ordinarionun locorum, Santamaria. Z. *c.,* IV, 24 7; paulo aliter Feneres, *hi-stilii' lionts canonicae,* II, n. 405; Dc Mecster. Z. c., III. n. 1354.
3 Cfr. Augustine, Z. c.. VI. 457; Blat, Z. c., 281. pag. 352; Santamaria. Z. *c.,* IV, 207 : Boudiuhon, Z. c., pag. 80.
4 Cfr. Blat. Z. c., 281. pag. 352: Vermeersch. Z. r.. II 731: Cocchi. Z. r.. Γ.5, pag, 156, /; Augustine, Z. c., VI, 157.
J Blat, Z. c., 2s'l. pag.
* C. 1395. § 2.

titulo pertinet ad Legatos Sauotae Sedis l. locorum Ordinarios 2 atque Rectores Universitatum catholicarum 3.

Omues tideles generali obligatione ex caritate profluente denuntiare debent. quae obligatio rarissime fideles laicos obligabit l saltem sub gravi: laici indocti si scrupulis hac in re agitentur rem iuuicio sui confessorii remittere possunt eiusque indicio stare; doctiores vero etiam laici ad denuntiationem teneri possunts.

Specialis titulus quo obligantur Legati etc. est ipsorum officium ex quo oritur obligatio *ex iustitia*. proinde tales tenentur libros perniciosos ex iustitiu denuntiare. Quae obligatio gravis est si ex eius neglectu grave damnum populo christiano immineate.

Attendi etiam debet causa movens ad denuntiationem quae ut patet non debet esse lucrum, vindicta aut alia vitiosa voluntas, sed intentio necessitati praesertim spirituali fidelium subveniendi; praecipit enim Codex denuntiandos libros *perniciosos* \

2° De modo denuntiationem faciendi. - Expedit ut in pravorum librorum denuntiatione non solum libri inscriptio indicetur, sed etiam, quantum fieri potest, causae exponantur cur liber prohibendus aestimetur.

Iis ad quos denuntiatio defertur, sanctum esto denuntiantium nomina secreta servare 3.

Absolute necessaria est tantummodo libri inscriptio et etiam denuntiantis subscriptio cetera utilia quidem, at absolute non necessario exprimenda ,0.

Denuntiatio facienda et dirigenda est vel ad S. C. S. Officii vel etiam ad Ordinarium loci.

3° Specialia monita pro Ordinariis locorum. - Locorum Ordinarii per se aut, ubi opus fuerit, per sacerdotes idoneos vigilent in libros, qui in proprio territorio edantur aut venales prostent.

Libros qui subtilius examen exigant vel de quibus ad salutarem

1 C. 267, § 1, n. 2.
2 Cc. 247, } 4; 336. « 2; 313, § 1; 1326.
C. 1397, § 1. Cfr. Instructionem S. Officii. 3 Maii 1927, de sensuali litteratura (J. J· XIX, 186).
4 Blat, /. c., 286, pag. 353.
5 Augustine, *l. c.,* VI, 461.
2 Augustine. /. *c.,* VI. 460; Blat. /. c.. 286, pag. 353-354.
' Eichmann, *Lchrbuch.* pag. 141. nota 1: Augustine, *l. c.,* VI. 160; protestantes, participationcin mnlctarmn reis impositarum concedentes denuntiatoribus, turpem lucrum et calumnias promoverunt. Ecclesia catholica obligationem denuntiandi imponendo, unice studet bono animarum.
* C. 1397, 5 2-3.
9 Denuntiat ionee anonyinae non ui tenduntur: cfr. Wernz ! r„ |f| 111 n .« i num. 28.
10 Blat. *l.* e., 286, pag. 351.

dfflctum consequendum supremae auctoritatis sententia requiri videatur, ad Apoetolicae Sedis indicium Ordinarii deferant

Libri de quibus hic § 5 agit Codex sunt praecipue libri qui non solum in aliqua dioecesi sed in universa regione diffunduntur; itemque libri auctorum magnae famae conlra quos facta prohibitio ab Ordinario loci, forte a populo parvi fiet cum despectu auctoritatis prohibentis; item similiter libri novas ct forte difficiles quaestiones et theorias proponentes.

Pius X Litteris j *Pascendi* III et VI, praecepit Ordinariis locorum ut coctum constituerent specialem ex sacerdotibus utriusque cleri constantem quem *Consilium a vigilantia* appellavit, quod altero quoque mense Episcopo praesidente adunaretur ad providendum incolumitati iuventutis et cleri nec uon fidelium aedificationi praesertim per examen et prohibitionem librorum pravorum.

Strictum, praeceptum hoc *Consilium a vigilantia* adhibendi Ordinariis de iure rigenti non ridetur imponi 2.

962. — Ilτ. Quid implicat prohibitio libri. - Prohibitio librorum id efficit ut liber sine debita licentia nec edi, nec legi, nec retineri, nec vendi, iiec in aliam linguam verti, nec ullo modo cum aliis communicari possit.

Liber quoquo modo prohibitus rursus in lucem edi nequit, nisi, factis correctionibus, licentiam is dederit qui librum prohibuerat eiusve Superior vel successor 3.

Librum edere dicitur qui curat ut liber publici iuris fiat, isque etiam auctor aut typographic esse potest, at necessario solummodo *editor* est proprie flictus45

Legere significat librum propriis oculis, vel manu, ut faciunt caeci, perlustrare, ea quae ibi scripta sunt intellegendo. Non dicitur proinde librum legere qui legentem audit, nec qui, licet oculis librum perlustret, linguam tamen, iu qua liber scriptus est, non intellegits.

1 C. 1397, ? 4-5.
* Blat, Z. c., 286, pag. 354; cfr. tamen S. C. S. OfflcU 22 Murt. 1918, *A. A. S.,* X, 136; Augustlne, *l. c.,* VI. 162. Codex expresso permittit ut Ordinarii *per sc invigilent* ct solum, *ubi 'φv fuerit,* per alios; quare non videtur ad hoc extendi declaratio S Oillcii citatu.
3 C. 1398, § 1 2.
4 Vermeersch. *Theologiae moralis principia, resjxmsa, consilia,* vol. Ill, η. 899; Noldin, *Ik praeceptis^,* 706; Arregni, *Summarium theologiae moralis,* η 457: Sebastian], *Summarium faoloqiac moralis,* 117, IT, c, ubi severius tenet edere etiam eos qui proximam operam libris praestant edendis, qui tamen facile excusari possunt: cfr. etiam Augustine, *l.* c., VI. 463; s Bonuacrt-Simenon. /. C.f n. »26: Dé Meester, 7. ‹·., III, n. 1360.
5 Vermeersch, *L* r., III, 899; Arregui, Z. c., 457; Cocehi, Z. c., VI, n. 67, pag. 159; Selasllani, Z. c., 117, II. *a*\ iinmo id extendunt etiam ad casum quo quis alium, quem legentem aodlt, iusslone aut precibus ad legendum moverit; Cfr. Noldin. *De praeceptis,* 706; Claeys Bouiuwrt-Simenon, Z. c.. n. 926; De Meester, Z. c.. III, n. 1360; contradicit Augustine, qui aliam, notionem dat lectionis eam dicendo Heri etiam *per auditum* (of hearing), quiod verum non videtur; Augustine, Z. c., VI, 463-464 et in nota IS; cfr. De Lugo, *Dc virtute fidei dirinae,* disput. 21, n. 71 sq.; Drummer, Z. e., 417, 2, 6.

W – M. Conte λ Coiconata, *Inslitulioiics iuris rannulci.* ·

Librum legere dicitu qui eius notabilem partem legitx; partem autm» notabilem moderniores assignant deeoiu ciroiter paginas - Alii tamen rectius ad gravitatem diiudicandam etiam ad qualitatem libri attendendum esse du cent, quaesi valde periculosa est ad grave obligat, si leviter maior etiam quantitas. immo et totius libri lectio (piae generatim materiam gravem constituit, potest esse materia levis, si liber sit omnino innocuus et tantum prohibitus quia sino licentia editus J.

Relinere librum dicuntur qui illum permanenter vel transitorie habent in suo dominio seu in possessione ita ut illo facile et libere uti possint; ita librum retinent etiam qui apud alium depositatum habent ‘, itemque depositarius et commodatarius. Bibtiothecarius autem bibliothecae publicae aut etiam privatae non reputatur libros bibliothecae retinere, nec etiam, ut videtur, qui librum prohibitum, usu eius sibi interdicto, retinet materialiter dum opportunitatem habet illum habenti facultatem dandi, aut sibi licentiam illum detinendi poscit. Praeterea ad retentionem requiritur aliqualis temporis protractio 5.

Compactor librorum seu ligator libros detinere non videtur dummodo iis ad suum usum non utatur ®. Excusant aliqui ad retinendum librum specialis valoris ob ornatum ligaturae aut impressionis etc. at etiam in hoc casu suadendum ut licentia petatur7.

Aliud est *libros vendere,* aliud *libros venales habere;* hoc faciunt qui omnibus volentibus emere libros soluto pretio cedunt ; illud etiam is facit qui determinatae solummodo personae poscenti librum vendit. Si Codex statuit librorum prohibitione etiam eorum venditionem prohiberi id intellegendum est de venditione facienda ei qui facultatem legendi libros prohibitos non habet aut de venditione libri de obscoenis ex professo tractantis; habenti enim licentiam libros vendere licet cuilibet8.

Librum cum aliis communicare censetur qui aliis illum commodat, aut donat, aut eum alia re commutat aut etiam sine insta causa aliis audientibus legit

In paragraphe prima huius c. 1398 agitur solummodo de libris a iure communi prohibitis aut etiam simpliciter prohibitis decreto S. Sedis, atque

Augustine. *I. c.,* VI, 364, nota 18.

Cfr. Cocchi, *l. c.,* 67, pag. 159; severius antiquiores; cfr. De Lugo, *l. c.,* disput. 31, S3 sq.

3 Cfr. Claeys Bouuaert-Simenon. *I. c.,* n. 926.

Excipit Noldin, *l. e.,* 706 casum quo depositarius facultatem habeat retinendi ct proprietarius apud eum deponat. donec Licentiam illum per se retinendi obtineat.

⁂ Cfr. De Lugo, *Dc virtute fidei divinae,* disput. 21, n. 84 sq.; Augustine. *I. c.,* 464; Sbustiani, *l. c.,* 117; Noldin. *I. r.,* 706; Arregui. *I. c.,* 457; Cocchi, *l. c.,* VI, 67, pag, 159-16' : I'rftnuner. *I.* c.. 417. 2, c; De Meester, *l.* c., III. n. 13G0 et 13SG.

® Cfr. Cocchi, *l.* c., VI, 67, pag. 1G0; De Meester, *l. c.,* TII. n. 1360.

‘ Cfr. Claeys Bouuaert-Simenon. *l. c.,* n. 926; De Mcester, /. c., III. n. 1360.

® C. 1104: Vermeersch. *Epitome,* II, 732.

u Noldin, /. c., 7<I6; Augustine. *I.* c,, VI. 164 ubi in nota 19 recte animadvertit hac probiUltione affici etiam dominos tabernarum cuiusvis generis qui emptoribus aut visitatoribulibros aut ephemerides exponunt legenda; tales igitur nequeunt licite tali modo libros etiam prohibitos exponere; idemque affirmandum videtur de domino publicae aut privatae bibliothecac. Cfr. etiam Dc Mcester, *l.*

mx liber intellegitur HOilHU latiori iuxta c. 1384, § 2; iu altera vero paragraphe lilær intellegitur sensu stricto et prohibitio, nisi generalia sit, extenditur solummodo ad ea quae in decreto prohibitionis exprimuntur :*

Aliae editiones prohibentur licet in aliud idioma versus ait liber 1.

Non censetur haberi alia editio si pars ex libro excerpta prohibito, in *uiscellaiiea* vel *antologia* edatur3. Si tamen liber prohibitus in aliquo periodico imprimatur et publicetur non ideo legi potest; periodicus vero ob hanc publicationem prohiberi non videtur4.

Ordinarius loci potest quidem licentiam edendi librum, quam alius Ordinarius competens dare noluit, alicui auctori editori concedere; librum vero ab aliquo Ordinario *prohibitum,* etsi correctum, sine consensu Ordinarii prohibentis eiusve successoris permittere ut iterum edatur non potest5:*

Nequit liber prohibitus retineri aut legi etiam ex bona intentione8;* nec etiam si errores in eo contenti a legentibus non intellegantur vel correcti, vel abrasi fuerint7.

Liber prohibitus ab eo qui eum possidet sine licentia aut destruendus est aut Ordinario loci consignanduss.

Libri qui de iure vigente prohibiti sunt ob defectum praeviae censurae, si editi sint ante legem quae prohibitionem tulit et obligationem praeviae censurae. probabiliter considerari possunt ut non prohibiti °.

963. — λ'. De prohibitione librorum ipso iure facta. -1° Quinam libri ipso iure sint prohibiti. - Ipso iure, iciest vi huius canonis, quin necessaria sit alia auctoritatis publicae declaratio prohibentur 10:

a) Editiones textus originalis et antiquarum versionum catholicarum sacrae Scripturae, etiam Ecclesiae Orientalis, ab acatholicis

1 Ita cm. interpretatur Blat. *I. e.,* 287; quae interpretatio admitti potest, si in decreto particular! non dicatur simpliciter *liber prohibetur* aut quid simile, sed solum si dicatur libri *Mio,* vel libri *retentio* etc. prohiberi: Immo iuxta Augustine, *l. c.,* VI, 465 dictio Codicis etiam istam interpretationem restrictivam excludere videretur: *no matter hoir... i» whatever manner forbidden...*

; C. 1396.

3 Vermeersch, *Theologiae moralis...,* **III,** 899; Cocchi. 7. *c.,* 67, pag. 160.

4 *Cfr. De* Mcester, 7. *c.,* **III,** n. 1357.

5 Augustine, 7. e., VI, 465, id ante Codicem valebat solum de libris a S. Sede damnatis. Blat, *l.* c., 287, pag. .356 permittit Metropolitae librum corrigere et correctum edi concedere a suo suffraganeo iam prohibitum, quia Metropolita est Episcopi suffraganci Superior; id autem verum non videtur: cfr. c. 274: *potest tantum.* Santamaria, 7. *c.,* IV, 249-250 permittit cuilibet Ordinario loci librum imprimere ab alio Ordinario prohibitum.

* S. C. S. Officii 29 lanuarii 1817 in *Collectanea,* S. C. Prop. F., η. 718.

7 S. C. S. OfDc. 26 Iui. 1848; in *Collectanea,* 1030. Concedunt tamen auctores libri prohibitionem cessare si tota illa pars, quae prohibitioni causam dedit, a libro ablata sit; cfr. De Meester, 7. c., **III,** n. 1357, pag. 273, nota 4.

8 Eichmann. *I. c.,* pag. 144, nota 2; potest etiam consignari habenti facultatem libros prohibitos legendi.

' Cfr. Dc Mcester, *l. c.,* **III,** n. 1358.

10 Nil tamen impedit, quo minus S. Sedes aut loci Ordinalius authentice declaret aliquem librum vi huius canonis censeri debere prohibitum; cfr. S. C. S. Oillcii. 2 lunii 1922, M. Λ. *.s.,* XIV 379. Huc prohibitione can. 1399 tenentur etiam fideles ritus Orientalis, sicut et prohibitionibus in can. 1396 datis. S. C. pro Ecclesia Orientali, ex declaratione data sine dolatione in I fasciculo t 1 ‹$' 191 I XXXVI. p. 25. Fasciculus habet delationem 30 lanuarii 1941.

quibuslibet publicatae: itemque eiusdem \ersionoa in quamvis lingiiiiii, ab eisdem confectae et editae '.

Ratio prohibitioni*» non eat damnum afturre editoribus pniteslautilnu, Mil no tales versâmes aut editiones, quae ex se ob defect uni fidei in editore iam sunt suspectae, damno spirituali fidelibus sint. Xec cessat prohibitio ex eu qued sciatur editionem versionis fidelem esse *.

b} Libri quorumvis scriptorum haeresim vel schisma propugnantes, aut ipsa religionis fundamenta quoquo modo evertere nitentes ·.

Nihil refert <piis sit auctor libri, sufficit ut in eo schisma aut havresis propugnetur ete. :*

Fundamenta ‡eligioni sunt veritates sive ordinis naturalis sive ordinis siipernaturalis quibus vehit cardino dogmata fidei nituntur; ita exsistentia mundi, hominis, Dei. spirit militas et immortalitas ‡nima» possibilitas et exsistentia miraculorum et revelationis etc. *Quoquo modo erertil* vel *utcumque* evertit qui quovis morio illa fundamenta impugnat, sive irrisionibus sarcasticis, sive scepticisme, sive rationibus futilibus etc. 5.

Aliqui excludunt ab hac prohibitione libros ubi antiquae haeroses aut iansenismns sustinentur et propugnantur e.

c) Libri qui religionem aut bonos mores, data opera, impetunt '.

Data opera et *ex professo* de re aliqua agere aut rem aliquam impetete eundem sensum habere videntur: licet forte *data opera* theoretice ad intentionem agentis seu scriptoris, *ex professo* ad intentionem operis seu libri referatur. Dicitur igitur religionem aut bonos mores *data* opera impetere, qui in libro aut libello aut folio ’ aut periodico etc. copia articulorum, non tutico vel aliquibus tantum intermissive conscriptis articulis, manifestat hanc 6880 suam mentem seu intentionem principalem ut religio vel boni inores impugnentur ·.

Religio intellegitur hic tum naturalis tum revelata; itemque bonos mores constituunt praecepta ethicae naturalis et moralis evangelicae; at requiri

C. 1399, n. 1, una cum c. 1400.
Cfr. Santainaria> Z. c., IV. 253.
³ (Vj. 1399, n. 2; 2318.
Cfr. S. C. S. Officii, II lunii 1922. .I. .l .379, ox quo constat nomen libri life lato sennu ad mentem c. 1384, i *i* accipi.
5 Cfr. Wernz, *I. r.*. III, iII, notu 55; AtutuMlnc, Z. r.. VI, 168-409; Hint. *l* ∧, 238, 3\ pair. 3.57; Cocchi. *t.* 69. ρα % 163; Noldin, */.* 798. 2. cui accedere videtur Vermecnicb, *ThMfoffiae moralia*.... III. 900. 3 excludere videt nr writ at ¢m ordinis supernal uni Ifs; cfr. tumm Augustine, Z. e., 169, nota 2i.
* Cfr. Ciac-y.s Bouuaert-Simenon, Z. r. n. 927; De Mcroter / r n 1363
7 C. 1399. n. 3. .....
* C. 1384, f 3.
’ Wcrn«·∧ :·.· .III· ηA· n.°LUÔC; Augustine, *I. e.,* VI. 468; Noldin. *De pruMtvtù"* 708, a; Vernu-crsch. *Kpttom?,* Π. 733, 3; Sanfauinrln. */.* r., IV. 253.

videtur ut libor ex hoc numero prohibitna censeri possit, m religio univeraim sumpta et. boni mores item universim sumpti, non aliquod singulare dogma, aut. singulare praeceptum, impugnetur et. impetatnr. Ephemerides igitur sorialisticac, materialist icae. ai heisticae. liberales etc. huiusmodi, si revera religionem hnpetant et bonos moros data opera, prohibitae ex se sunt, et non solum in numeris qui articulos incriminatos continent se»l in tota publicatione, quousque talis remanet intentio directionis quae frequenter hoc modo manifestatur ‘.

d) Libri quorumvis aealholicornm qui ex professo de religione tractant, nisi constet nihil in ‰ contra fidem catholicam contineri =.

Aeatholici hic intelleguntur non solum baptizati, sed et non baptizati. ut iudaei, infideles, ut per se patet 3.

Nisi coHxlet importat moralem saltem certitudinem, quae variis modis acquiri potest, p. g., ex testimonio fide digno, etc.4.

Nihil... contineri intellegi moraliter potest de re alicuius momenti, ita ut liber prohibitus non censeatur, etsi aliquid parum in eo contineatur contra fidem; iuxta effatum: *parum pro nihilo reputatur* 5.

Liber auctoris catholici ab acatholico editus cum notis auctoris acatholici non est liber auctoris aeatholici in sensu canonis nec prohibitus, nisi forte notae auctoris aeatholici tot tantaeque sint ut super auctorem libri praevaleant ".

Libri acatholicorum dc rebus scientiticis, e. g.. dc metaphysica, de medicina etc. tractantes, etsi aliquid contra fidem catholicam contineant, non prohibentur vi huius praescripti7.

De religione *ex professo* tractare idem est ac *data opera* tractare, ut supra dictum est8.

e) Libri sacrarum Scripturarum vel eorundem adnotationes et (Oininentaria ; versiones sacrarum Scripturarum in linguam vernaculam sine notis nisi habeant approbationem Apostolicae Sedis, itemque libri et libelli qui novas apparitiones, revelationes, visiones, prophetias, miracula enarrant, vel (pii novas inducunt devotiones, etiam sub prae-

1 Cfr. Blat, *l. c.,* 288, pag. 357; Noldin, */. c.,* 708, 3. Cfr. ulitun].)‹▮ Meester. *I. c.,* Ili. ll. 1301 ubi voccin *rel'ujiu* in hoc innuero c. 1390, intclbarit de n-IJirlono unice vera seu cuthollca liancquo opinionem communem habet.
V. 1399, η. I.
1 Cfr. Wernz. */.* c.. Ill, iII, nota 56; Augustine. *I. c.,* VI. (69-170; Vonuecrweh, *Knit'nnr,* II, 733, ·{ : Noldin. *I. c.,* 70S, 1 etc. contra aliquos.
‘ Wernz. *I. e.,* (II. iII, nota 25; Augustino, *I. c..* VI, -170-171.
s Augustine. */. e.,* VI. I7O; Boiidinhon. */.* e., pag. 91: Wernz. */.* c.. 1(1. n. 111. nota 5G; Santamaria, IV, 25J.
4 Wernz, *I. c..* III, 111, nota 56.
* Noldin, */. c.,* 70S, I; Blat, *l.* ‹·., 288, pug, 357-358; Cunei. *Uffteionun ac mwicrtnn* , n. 1
* Cfr. Santuuiarla, *l. c.,* IV, 253.

icxtu quod sint privatae, si editi fuerint, non servatis canonum prae, scriptionibus

Diarii, folia, ephemerides etc. quae vi c. 1385, § I, n. 2 censuram prat viam requirunt ob revelationes, prophetias et-c. ibi contentas, si sine censura edantur non sunt eo ipso prohibita; Codex enim hi»· specifice loquitur de *ℏbri* et *libeUis* non de aliis scriptis editis a.

De iure vigente non requiritur amplius ut in libris aut aliis scriptis miraculorum aut prophetiarum narrationem continentibus apponatur protestatio de non exigenda nisi fide humana, quae, ex decreto Urbani λ **III.** 13 Mart. 1625, ante Codicem apponenda erat 1.*

Devotiones novae non sunt considerandae eae quae particulari aliquo loco a longo tempore in usu sunt; idemque dicito de apparitionibus :*

Requiritur ut libri et libelli contineant *novas* apparitiones aut revelationes et ut videtur eas tanquain manifeste supernaturales proponant 5.*

/) Libri qui qiiodlibet ex dogmatibus catholicis impugnant vel derident, qni errores ab Apostolica Sede proscriptos tuentur, qui cultui divino detrahunt, qui disciplinam ecclesiasticam evertere contendunt, et qui data opera ecclesiasticam hierarchiam, aut statum clericalem vel religiosum probris afficiunt e.

Quam latissime patet hic numeras canonis et plurimos libros comprehendit; item libri hic latissime accipiendi sunt etiam pro diariis, libellis, foliis etc.

Liher hoc sensu lato acceptus dicitiu· dogma aliquod catholicum impugnare aut deridere qui veritatem aliquam fide divina catholica credendam, e. g., R. Pontificis infallibilitatem, B. AI. V. virginitatem, etc. directe aut indirecte impetit sive argumentis ex ratione aut ex divina revelatione deductis, sive verbis satyricis aut sarcasticis seu calumniis. Nec requiritur, ut videtur, ut id fiat ex professo aut data opera 8.

Errores ab Apostolica Sede damnatos tuetur liber in quo sententia aut propositio a S. Sede damnata defenditur contra censuram propositionis al» ipsa Sede Apostolica propositioni applicatam; nec requiritur nt patet utpro-

l C. 1399, n. 5, cum cc. 1385. *i* 1. n. 1-2 et 1391.

I-ibri sacrarum Scripturarum cum notis catholicis at episcopali adprobatione destituti ante Codicem editi, probabiliter huic prohibitioni non subjiciuntur: cfr. De Mecster, Z. c., ΠΓ. n. 1358 et 1366.

Blat. *L c.,* 288. pag. 358; Augustine, Z. c.. VI, 171 alia via nd eandem pervenit core elutionem; Noldin, Z. c., 70S, 5.

3 Blat, Z. c,, 388, pag. 358.

1 Cïr. Augustine, Z. c, VI. 4 71. Varias nuvfis devotiones reprobatas cfr. apud De Mecster, Z. ‹·.. ITT, 11. 1368.

Claeye Bouuaert-Simenon, Z. c., u. 927, 5.

C. 1399, n. 6.

C. 1385. 5 2.

Augustine, l. «·.. VI. 172: cfr. tauten etiam Cocchi, *l.* c., C9, pnjf. 165. Hic numerus Certe mugis extenditur et plures lihroe comprehendit quum n. **n** CoUtit. *Oflleirmtm ac mu-*

positio t.mquam haeretica damnata ait, anificit ut damnata sit qualibet cen sura theologica, c. g., ut piarum aurium offensiva, ut non tuta etc. L

Si liber defendit quidem propositionem damnatam, at non sub respectu eub quo damnata est, e. g. si liber doceat non esse haereticam propositionem quae damnata est ut erronea, liber ex hoc non est prohibitus.

Nec etiam libor prohiberi videtur in quo propositio damnata sustinetur quidem sed bona fide, ex ignorantia damnationis, animo ceteroquin auctoritati ecclesiasticae obsequenti, qui ex toto libro vel etiam ex obtenta et requisita approbatione ecclesiastica manifestatur.

His tamen restrictionibus non obstantibus per se patet quam plurimi hoc numeri 6 commate libri prohibiti habendi sint ex eo praesertim quod Codex hic non requirit ut errores data opera seu ex professo defendantur-2* Blures nostrarum regionum ephemerides non catholicae, idest liberales et multo magis socialisticae damnari videntur, plures enim sunt libri et diarii in quibus aliqua damnata propositio vel contra R. Pontificis Primatum, vel infallibilitatem, vel contra Ecclesiae in rebus spiritualibus independentiam etc. defenditur 3.

Nec requiri videtur ut in libro multi errores damnati defendantur simul, sed sufficere ut unus defendatur.

Cultui divino *detrahit,* qui calumnias quodvis genus vel detractiones proprie dictas idest res seu facta vera sed ignota manifestat vel contra sacerdotes qua cultus divini ministros vel contra ipsos cultus divini actus, e. g., contra Missae celebrationem aut Sacramentorum admiiristrationem etc. 1 calumnias insinuat.

Disciplinam ecclesiasticam evertere contendit qui iuridicitatem et perfectionem Ecclesiae iuridicam impugnat; itemque qui aliquam non parvi momenti legem ecclesiasticam, et, e. g., coelibatum clericorum, impugnat. Licet mîmes leges quae Codice iuris canonici continentur ad ecclesiasticam pertineant disciplinam, unius vel alterius tamen legis impugnatio disciplinae ecclesiasticae eversionem non constituit5.

Data opera 6 probris rem aliquam afficit qui in rem illam iuiurias, vituperia aut contumelias profert, non obiter nec incidenter. Sufficit ut probris afficiatur hierarchia sive ordinis sive iurisdictionis, sive iuris divini sive ecclesiastici, sive etiam imus gradus hierarchiae, e. g., episcopatus. Non sufficit c contra ut probris afficiatur aliqua persona-in aliquo gradu hierarchiae constituta, nisi forte de R. Pontifice agatur, quia probrum capitis in totum corpus redundat7.

J Wernz, *l. c.,* III. m, notu 68; Augustine, Z. *c.,* VI, 472, notu 30.

* Cfr. tamen circa hoc Cocchi, Z. *c.,* 69, pag. 165.

' >11 n'est pas nécessaire que le livre ainsi prohibé ait pour objet principal du dénigrer Dieu, l'Eglisc ou le Saint-Siège; il fuut cependant que ce soit un de Ses objets, au moins secondaires, et (pii donne au livre son caractère injurieux, ce caractère étant nécessaire pour que l'écrit puisse être rangé parmi les livres stu· un sujet· déterminé, (ccrti argomenti) dont s'occupe notre chapitre ·. Boudinhon," Z. C., p. 118-119.

' Cfr. tamen Wernz, Z. c.. Ill, 111, n. 63.

5 Cfr. Augustine, Z. c·., VI, 473, nota 31.

6 linee clausula solummodo ad hoc comma n. G referri videtur; cfr. tamen Cocchi, Z. r., •9, Pag- 165.

7 Cfr, Wernz, /. <·., ni. iii, nota 65.

Item status religiosus distinguendus est a personis religiosis sivo physicis sive moralibus idemque valet de statu clericali *.

Qui liber statum religiosum aut hierarchiam et statum clericalem ratio-ilibus» non probris impetit, hoc commate non prohibetur; potest autem pro-hiberi vi commatis prohibentis libros errores ab Apostolica Sede proscriptio inertes.

g) Libri qui cuiusvis generis superstitionem, sortilegia, divi-nationem, magiam, evocationem spirituum, aliaque id genus docent vel commendant *.

Quinam sint libri spécifient regula IXa Concilio Tridentino proposita, ubi etiam declaratur hac prohibitione non comprehendi indicia et naturales observationes quae navigationis, agriculturae, artis medicae iuvandae gratia conscripta sunt 3.

Quid sit superstitio, divinatio etc. de quibus hic agitur explicant fuse moralistae *.

.Sufficit ut ir libro modus haec faciendi doceatur licet ipsa divinatio etc. non commendentur; attamen si liber ad hos errores aut ad haec vitia destruenda confectus sit. licet indirecte modus ea faciendi in ipso exponatur, prohiberi non \'idetur.

/i) Libri qui duellum, vel suicidium, vel divortium licita sta-tuunt, qui de sectis massonicis vel aliis eiusdem generis societatibus agentes, eas utiles et non perniciosas Ecclesiae et civili societati esse contendunt5.

Non requiritur ut duellum, divortium et suicidiuin in libro *er proje-sso* doceantur tamquam licita et honesta, at utique requiritur ut haec intentio ex libro universim sumpto sat manifeste appareat6; nec requiritur ut liber illa delicta licita esse demonstrare contendat sed sufficit ut illa licita et honesta esse affirmet. De sectis vero massonicis et aliis similibus libri agentes prohiberi vi huius praescripti non videntur ob solam affirmationem liceitatis seu honestatis talium sectarum, sed requiritur praeterea ut liber eas etiam utiles vel saltem non perniciosas esse Statui aut Ecclesiae aliquo modo pro-bare conetur 8.

Sectae massonicae similes sunt omnes societates quae contra Statum aut

Ecdetriaur publice aul öcculit machinantur; inter has autem certo adnumc-rari possunt sectae ἀnarchical eommunisticae, *bolscevicac,* nihilisticae etc.l.

i) Libri qui res lascivas aut obscenas ex professo tractant, iiarrani aut docent

In Conatitut. « *Officiorum, ac munerum* n. 10 post hanc prohibitionem, liaeo declaratio habebatur: Libri auctorum sive antiquorum, sive recentio-riun, quos classicos vocant, si hac ipsa turpitudinis labe infecti sunt, propter sermonis elegantiam vel proprietatem iis tantum, permittuntur quos officii et magisterii ratio excusat; nulla tamen ratione pueris vel adolescentibus, nisi solerti cura expurgati, tradendi vel praelegendi erunt ∴.

Hic numerus in Codicem non transiit; quia forte illi classicorum aucto-rum libri non sunt reputandi inter libros de *obscenis er professo* tractantes, et ideo prohibitiva praescriptione Codicis non attinguntur 3.

At etiam si admittatur illos libros a Codice positive, praeter iuris naturalis prohibitionem, prohiberi, admitti tamen adhuc posse videtur declarationem illam vigere, licet in Codice relata expresse non sit4.

Non prohibentur· libri etiam de obscenis sed ad theologiam moralem, medicinam et chirurgiam spectantes, nisi ex eorum contextu ad mores cor-rumpendos eos esse conscriptos deducatur 5.

l) Editiones librorum liturgicorum a Sede Apostolica appro-batorum, in quibus quidpiam immutatum fuerit, ita ut eum authen-ticis editionibus a Sancta Sede approbatis non congruant °.

Admittitur tamen hac in re parvitas materiae ' et non videtur prohiberi accidentalis mutatio quae fiat ordinem externum ad commoditatem utentium transponendo 8.

Libri quibus divulgantur indulgentiae apocryphae vel S. Sede proscriptae aut revocatae 9.

1 Addunt tamen ct recto prohiberi etiam libros quibus probris afficitur aliqua persona particularis, si probris atHciatur proprie qua ud determinatum statum pertinens: clr. Clocys Bouuaert-Simenon, *l.* r.. n. 027, G; be Meester. *I.* HI. n. 1369.
2 C. 1399. n. 7.
3 Cfr. Benedicti XIV Const- · *Sollicita tI provida* ▮, 9 lulii 1753, apud Gasparri, *Fuidcs,* II, n. 426.
1 Cfr. Noldin, *L c .* praecepiisn. 148 sq.; Am-gui. Z. r., 185 sq.
5 C. 1399. n. 8.
° Augustine. Z. ‹
7 Aliter Noldin.
8 Cfr. Augustine

1 De socialisticis societatibus disputant auctores: Wernz, *l. c.,* III. 111, nota 68, contra Vermeersch, docet *verorum socialislarum* sectam seu societatem esse eiusdem generis ac secta nussonica; melius forte tamen cum Augustine, *l. c.,* VI, 474 dicemus solummodo social Lstas extremos ut *spartcurianos* in Germania etc. similes aestimandos esse societati massonicae; cfr. cfr. etiam Cocchi, *l. c.,* 69, pag. 166; Claeys Bouuaert-Simenon. Z. c., 727, 8: De Meester. /. c., III, n. 1371.
2 C. 1399, n. 9.
3 Cfr. Wernz, *l. c.,* III, 111, notu 61 s
1 Cfr. Blat, 7. c., 288, pag. 362-363; aliquantulum severius Vermeersch, *Summa nari tarisl.* 1919, 554 NB. vel *Epitome,* II, 735; et Cocchi. Z. c., 69, pag. 167, qui tamen ad eandem fere practicam conclusionem deveniunt atque Blat ; itemque Noldin, /. c., 711. Cfr. etiam Claeys Bouuaert-Simenon, Z. c., 729, 9; De Meester. Z. r.. n. 1373. Boudinhon. Z. r. pag. 116, docet nihil circa hoc mutatum fuisse n Codice.
' Wernz, Z. c.. III, m, nota 61 : Augustine, Z. c.. VI. 174-475.
* C. 1399, n. 10.
' Blut, Z. c,, 288, pag. 3G3.
4 Blat, Z. c., 288 pag. 363; severius Noldin, *l. c.,* 708. lo.
5 C. 1399. n. 11.

Nomine libri hie venii etiam libellus, folium (dc. ad normam . 1384, ξ 2

Librum regulis hoc canone contentis prohibitum legere nefas est, cui «ausa prohibitionis in determinata tantum libri parte inveniatur. Si tamen pars illa abrasa sit aut omnino dempta, liber non amplius prohiberi censetur.

Si opus prohibitum pluribus voluminibus constat, omnia prohibentur volumina nisi constet argumentum voluminum divisibile esse ct errorem solum in uno volumine contineri -.

n) Imagines quoquo modo impressae Domini Nostri lesu Christi, Beatae Alariae Virginis, Angelorum atque Sanctorum vel aliorum Servorum Dei ab Ecclesiae sensu et decretis alienae 3.

Imagines hic sensu stricto accipiendae sunt, exclusis numismatibus, jdcturis et sculpturis4, nec *poriftve* prohiberi censendae sunt imagines SS. Trinitatis aut Patris Aeterni5:* Quaenam sint imagines a sensu Ecclesiae et decretis alienae supra tit. XVI ¥idimus

Prohibitio imaginum admittit, ut patet, parvitatem materiae, sicut universa materia de prohibitione librorum. Usus privatus imaginis quae de se pia et bonos affectus excitans esset, at sine licentia editur, per se non est grave peccatum; immo iuxta aliquos ne veniale quidem peccatum est7.

964. — 2° Quosnam obligent leges de prohibitione librorum. - *a)* Leges de prohibitione librorum in Codice contentae obligant omnes fideles non exceptos vel exemptos. Idemque dicito de decretis S. Sedis singulos libros prohibentibus 8.

b) Excipiuntur vero generali modo a prohibitionibus iuris positivi omnes Ordinarii, etiam religiosorum, Cardinales et Episcopi etiam titulares qui tamen necessarias cautelas praesertim in custodiendis libris prohibitis 9 servare debent 10.

Claeys Bouuacrt-Simenon, *l. c* n. 927, il.
Noldln, i. c., 710.
3 C. 1399, n. 12.
Noldln, *l.* e., 708, 12; Cocchi, *l. c.*. 69, pag. 108.
5 Severius Horin#, *Grundztye...,* pag. 376, nota 2. uhi enumerationem Codicis taxativoui non habet.
0 Cfr. etiam decretum S. C. Offlc. 30 Mart. 1921, *A. A. S·,* XVI, 197 decisiones eiusdem S. Congregationis 1G Martii 1928, dc prohibita repraesentatione in forma humana imaginis Spiritus Sancti *(A, A.* XX, 103); et dubia S. R. C. de imagine SS. Cordis lesu, 23 April. 1920 (-4. *A.* S.» XVIII, 291); Const. Benedicti XIV « *SoTHciludinf ·,* 1 Oct. 1745, apud Gasparri, /hmfefr» I, 362.
S. C. S. OiT. 16 Mart. 1928, *A.* .i. *S., XX,* 103, ubi prohibetur repraesentatio Spiritus Sancti sub forma humana sive cum Patre et Filio sive seorsiin.
7 Cfr. Boudinhon, Iλ *nouvelle législation de VIndex**,* pag. 222-225; Vermeersch in Periodico, XIV, pag. (98); Santamaria, *l. c.* IV, 2.50.
3 C. 13, § 1; Blat, *l* c., 29o. pag. 36«.
9 Ctr. c. 1103, 5 2.
10 C. 1191.

pt

Quaeri hic potest utrum Ordinarii, qui tales esse cessant, pergant frui prhilegio legendi libros prohibitos quo gaudebant dum Ordinarii officio fungebantur. Cui quaestioni negativum dandum putamus responsum; privilegium enim seu exemptio datur Ordinariis non iis qui officio Ordinarii aliquando functi eunt 1.

Editiones textus originalis et antiquarum versionum catholicarum sacrae Scripturae, etiam Ecclesiae Orientalis, ab acatholicis quibuslibet publicatae, itemque eiusdem sacrae Scripturae versiones in quamvis linguam ab eisdem confectae vel editae, non servatis canonicis sanctionibus praeviam censuram requirentibus 2 iis dumtaxat permittuntur qui studiis theologicis vel biblicis quovis modo operam dant, dummodo libri fideliter et integre editi sint nec impugnentur in eorum prolegomcnis aut adnotationibus catholicae fidei dogmata 3.

Sufficit ut huiusmodi editiones permittantur ut ii quibus permittuntur *quovis modo* theologiae aut studiis biblicis operam dent; quod verificatur etiam de studio privato et de studio cui omnes sacerdotes incumbere ex iure debent4.

Nequit tamen Episcopus permittere ut alumni in scholis textus prohibitos legant vel vertant5. Id tamen non intellegunt auctores de scholis theologicis, sed de aliis ubi studio S. Scripturae non attenditur 6.

965. — M. De licentia legendi libros prohibitos. - 1° De licentia ab Ordinariis concessa aut concedenda. - *a)* Ordinarii, etiam religiosi, licentiam legendi libros prohibitos a se vel a suis decessoribus vel inferioribus Superioribus concedere valent generali modo. Si prohibitio lata sit iu Concilio plenario aut provinciali, singuli Ordinarii possunt quidem licentiam concedere, sed solum ex insta causa et in casibus particularibus 7.

Casus particularis verificatur etsi non singuli libri, sed omnes libri legi alicui permittantur, a Concilio particulari damnati; quod tamen non valet dc facultate dispensandi pro libris a S. Sede damnatis 89

In casibus particularibus urgentis necessitatis aut gravis utilitatis, si ad Superiorem recurri nequeat, merito licentia praesumi poterit °.

1 Aliter Santamaria, *l. c.,* IV, 258, qui tamen exemptionem eeu privilegium restringit U'l libros iam prohibitos tempore quo officio Ordinarii fungebantur.

2 Cfr. cc. 1391 et 1399, u. 1.

3 C. 1400.

4 Noldln, *l. c.,* 711, *2;* Vermeersch. *Epitome,* U, 753; Cocchi, *l.* c·., 7U, 169-17U; Santamaria. *l. c.,* IV, 257; Boudinhon. 7. e., pag. 100-101; paulo severius Augustino, *l. c.,* VI, 476-477.

5 S. *C.* Ind. 21 Imi. 1898.

' Cfr. De .Meester, *l. c.,* Ill, n. 1357.

7 C. 291, 5 2.

3 Cfr. c. 1102. $ I.

9 Dc Meester, *l. c.,* ill. u. 1378.

HB

b) Licentiam vero quod attinet ad libros ipso iure aut decreto Sedis Apostolicae prohibitos, Ordinarii, etiam religiosi, concedere suis subditis valent pro singulis tantum libris atque in ensibus dumtaxat urgentibus. Quodsi generalem a Sede Apostolica facultatem impetraverint suis subditis permittendi ut libros proscriptos retineant ac legant, eam nonnisi cum delectu et insta ac rationabili causa concedant [*].

Paragraphe prima conceditur Ordinariis facultas seu potestas ordinaria [*] proinde delegabitis, nec restringitur licentia ad unicum tantum librum pro singulis subditis, sed ad omnes libros utiles aut necessarios aliquo tamen modo determinatos, e. g., ad omnes de determinata aliqua quaestione tractantes[2]

Restringitur vero potestas ad coaus *urgentes;* casus urgentes sunt qui subitanee, quin praevideantur cum aliquali forte etiam neglegentia, accidunt. Licentiae concessio videtur limitari a casu urgenti, non eius usus, quam ob rem si casus urgens diu etiam duraverit, etiam licentia durare videtur.

Si Ordinarius triennali vel quinquennali facultate utens licentiam concedat. non ideo necessario licentia semel concessa cessare debet elapso triennio vel quinquennio

2° **De licentia a S. Sede concessa.** - «) Ordinarie ad obtinendam licentiam generalem legendi libros prohibitos ipso iure aut Apostolicae Sedis decreto ad S. Congr. S. Officii recurrendum est.

8. C. S. Oiiicii ei agitur de religioso aut clerico saeculari requirit ut hi a proprio Ordinario commendentur, si de laico commendationem proprii confessarii requirit. Requiritur praeterea ut in supplici libello petitionis causa et quidem specifice exprimatur, e. g., quia professor talis scientiae etc. Mulieribus generatim non conceditur generalis licentia, sed earum confessariis committitur concedenda pro singulis libris 5.

b) Qui facultatem apostolicam consecuti sunt legendi et retinendi libros prohibitos, nequeunt ideo legere et retinere libros quoslibet a suis Ordinariis proscriptos nisi in Apostolico induito expressa iisdem facta fuerit potestas legendi et retinendi libros a quibuslibet damnatos.

Insuper *gravi praecepto* tenentur libros prohibitos ita custodiendi, ut hi ad aliorum manus non perveniant e.

1402. § 1-2.

- Vermeersch, *Epitome,* II, 73«, "ernz. *I. c.,* 111. 111. nota 78; contra Eichmenn, *l.c..*
l potestatem hanc hubet a *iure delegatam,* non recte ul videtur.

Blat, *7. e.,* 291. pag. 3«7 requirit ut singuli libri exprimantur, item Augustine, 7. e.,VI, 479.

Santamaria. *I.* c,, IV, 259. Cfr. tamen De Meestcr, *I. c..* III, u. 1380.

Vermeersch, *Epitome,* II, 73«; Claeys Bouuaert-Simenon, */.* r.. n. 9.J0; De Meetrter, III» U. 1379.

C. 1103, i 1-2.

Generatim licentia libros prohibitos legendi late interpretanda est et qua privilegio personali ea uti possumus ubique locorum et etiam vox *libri* in ea latam admittit interpretationem [*].

Quia tamen Codex expresse excipit libros ab Ordinario prohibitos, verbis Codicis standum est. etsi liber ab Ordinario prohibitus ex iis sit qui decreto generali2 aut decreto particulari S. Sedis iam prohibitus est 3.

Pro casibus difficilioribus in quibus licentia obtineri nequeat facile concedant auctores hac in re usum *epikiae* 4.

c) Licentia a quovis obtenta nullo modo quis eximitur a prohibitione iuris naturalis legendi libros qui ipsi proximum spirituale periculum praestant 5.

Ratio per se patet; a iure enim naturali Ecclesia dispensare nequit.

Hanc autem iuris naturalis prohibitionem, quam multi ex ignorantia flocci faciunt, Ordinariis aliisque curam animarum habentibus fidelibus inculcare commendat Codex; simulque adhortatur eosdem pastores ut fideles moneant de periculo et damno lectionis pravorum librorum, praesertim prohibitorum 6.[*]

Id praesertim facere debent concionatores mala pravorum diariorum populo fideli exponendo eumque a tali lectione quam maxime noxia deterrendo

966, — VIT. De librorum prohibitorum venditione. - Librorum venditores libros de obscenis ex professo tractantes ne vendant, commodent, retineant; ceteros prohibitos venales ne habeant, nisi debitam licentiam a S. Sede Apostolica impetraverint, neve cuiquam vendant, nisi prudenter existimare possint ab emptore legitime peti8.

Codex librariis retentionem librorum prohibitorum interdicere non videtur, sed solum prohibet eos venales habere; *venales* autem *habere* non idem est ac libros vendere; venales habentur libri qui venditione emptoribus exhibentur et offeruntur publice eos exponendo et eorum indicationem iu catalogis inserendo ; ad hoc S. Sedis licentia requiritur °.

l C. 1385, § 2; Noldin. /. c., 711; Vermeersch. 7. c.. II, 736. 2; Claeys Bouuaert Simenon, t c, n. 930.
2 C. 1399.
• Augustine, *l. c.,* VI, 181; cfr. tamen Wernz, 7. *c.,* III. 111. notu 83, ubi negat Episcopum prohibere posse libros a S. Sede iam antea prohibitos.
l Augustine, 7. *c.,* VI, 181; Noldin, 7. *c.,* 711, 2, *b, c.*
3 C. 1405, § 1.
8 C. 1405, § 2.
' Cfr. etiam *Monib'ui* S. f*. S. OlUcii, 15 Mart. 1923; .1. .1. N., XX. 152.
8 C. 1401.
' Augustine, 7. <-., VI. 182; Noldin, 7. c., 815, 2, *b,* licentiam S. Sedle requirere videtur ttiam ad retentionem.

Sicut autem non prohibetur simplex retentio sic nec prohibetur simplex venditio ·, dummodo tamen librarius prudenter existimare possit emptorem necessariam licentiam habere; quod veriticatur quotiens emptor persona proba sit s.

De fidei professione

967. -- I. Praenotiones. - 1» Connexio materiae. - Ultimo loco, hac libri tertii quarta parte de fidei professione agitm·, quae fidei professio est utique actus cultus divini, at hic potius consideratur ut actus *magisterii ecclesiastici* quo Ecclesia de suorum magistratuum fide et sana doctrina sollicita, eorum obligationes circa haec eadem fidei professione eis in memoriam revocat.

2° Notae historicae. - Primis saeculis fidei professiones exigebantur a baptizandis; deinde Ecclesia eas exegit etiam a catholicis suspectis de haeresi et generatim ab haereticis ad Ecclesiam redeuntibus; praesertim a candidati» ad ordines et ad episcopatum. Testatur loannes Diaconus in Vita Gregorii. S. Gregorium Magnum *symbolo sacrae confessionis* cunctas haereses dissipasse, quod et alii RR. Pontifices iam ante ipsum initio sui officii facere consueverant. Etiam iuraiuenti de vera fide tenenda exemplum iam saeculo vu habemus. Concilium Tridentinuru hanc materiam accuratius determinavit quae, praesertim quod ad formam fidei professionis faciendae attinet, aliquas mutatione» poste? passa est. Pius X *Jfohi proprio Sacrorum Antistitum* v 1 Sept. 1910 < inramentum antimodeniisticum formulae professionis fidei adiecit[3].

3° **Variae formulae.** - Formulae fidei professionis variae fuerunt pro variis temporibus et usibus.

De iure vigente haec valent:

«) Formula adhibenda ab iis qui vi canonis 1 105 professionem fidei emittere tenentur est quae habetur initio Codicis 5.*

b) Formula adhibenda pro baptizandis est quae iuvenitur in *Rituali romano.*

r) Formula pro haereticis ad fidem redeuntibus differt a formula ordinaria initio Codicis posita, eanque determinavit S. Cong. S. Officii 20' Iulii 1859 ».

d) Habetur praeterea formula iurisiurandi antimodernistici

Cum Codex hic non agat de professione fidei pro baptizandis, aut haereticis conversis; practici momenti hic sunt solummodo formulae sub litt. *a.* et *d* positae.

968. — TI. **Quinam professionem emittere teneantur.** - Obligatione emittendi professionem fidei, secundum formulam a Sede Apostolica probatam, tenentur:

1° Coram praeside eiusve delegato, qui Oecumenico vel particulari Concilio aut Synodo dioecesanae intersunt cum voto seu deliberativo seu consuitivo; praeses autem coram eodem Concilio vel Synodo 3.

Aliqui ex hic adunuieratis ante Codicem solum ex praxi et usu professionem fidei emittebant; nunc autem omnes stricto iure scripto tenentur *.

Ad fidei professionem recipiendam delegari potest quilibet clericus, decet autem ut sacerdos delegetur et pro emittentis dignitate, sacerdos in dignitate constitutus; laicus delegari nequit5.

2° Coram Sacri Collegii Decano, Cardinalibus primis in ordine presbyterorum et diaconorum et S. B. E. Camerario, promoti ad cardinalitiam dignitatem °.

3° Coram delegato ab Apostolica Sede, promoti ad sedem episcopalem, etiam non residentialem, vel ad regimen Abbatiae vel Praelaturae *nullius,* Vicariatus Apostoliei, Praefecturae Apostolicae 7.

4° Coram Capitulo cathedrali, Vicarius Capitularis 8.

5° Coram loci Ordinario eiusve delegato et coram Capitulo, qui ad dignitatem vel canonicatum promoti sunt

Tales duplicem professionem emittere debent nisi Ordinarius eiusve delegatus in Capitulo praesentes adsint quando ibi emittitur. Obligatio est etiam pro Capitulo collegiali n.

1 Cfr. Vermeersch. *Epitnmc.* II, 732.

- Cfr. Augustine, *l. c.,* VI. 182. Nuldiu, i. c.. 715. 2, *c,* ex causa proportionale gravier cibat vendentes scripta et folia periodica prohibita, dummodo non sint plane impia, pornographic» aut omnino prava. Cfr. tamen etiam De Meester, Z. c., III, n. 1381 ubi etiam do «positione ephemeridum pravarum a cauponibus in suis tabernis facta.

3 Sors. *35, c. 2, *de re/.*

' Cfr. Wernz. Z. c.. HI, 13; Uinschius. Z. III. 218-220; Sagmtiller, *Lehrbuch df*k.K·H.3.* p. 292, i 64.

5 Haec formula a Pio IV · *Iiûunctum nobit* >, 13 Dec. 1561 introducta (cfr. apud Gaeparri-*Fonles,* I. 108) cum additionibus a decret. S. C. Concilii 20 lanuar. 1877, praecepti? invenitur etiam apud Denzinger-Banuwart, Z. c., 991 sq.; cfr. Sagmulier, *Lchrbuch...* I. § 64, pag. 3W

1 Cir. *Collectanea,* n. 1178.
2 Cfr. Denzingcr-Bannwart, Z. c., 2145 sq.
5 C. HOG, § 1, n. 1.
4 Cfr. Wernz, Z. *c.,* III, 11; Blat» Z. *c.,* 297, pag. 371-372.
3 Blat, Z. c., 297-298, pag. 376-377; S. C. Consist. 25 Oct. 1910, ad VIII.
* C. 1106, J 1. ŋ. 2.
7 C. 1106, i 1. u. 3.
s C. 1406 s I. n. 4. Id Augustine extendit ad Administratorem dioecesanum aut Vicarium administratorem locorum ubi Capitula non exsistunt, qui iu casu professionem emittent coram Consultorum coetu; Augustine, Z. e., VI, 487.
9 C. 1406, 5 1, n. 5.
10 Augustine, Z. c., VI, 488.

6° Coram loci Ordinario eiusve delegato et coram aliis consul· turibus, assumpti ad otfieium consultorum dioecesanorum '.

Etiam hic duplex professio non erit necessaria si Ordinarius eiusve de. legatus una cum consultoribus conveniat.

7° (Oram loci Ordinario eiusve delegato, Vicarius Generalis, parochi et ii quibus provisum fuit de beneficiis quibusvis, etiam manualibus, curam animarum habentibus; rector, professores sacrae theologiae, iuris canonici et philosophiae in Seminariis, initio cuiuslibet anni scholastici vel saltem initio suscepti muneris: omnes promovendi ad ordinem subdiaconatus; librorum censores sacerdotes confessionibus excipiendis destinati et sacri concinnatores, antequam facultate donentur ea munia exercendi 3.

Qui in una dioecesi professionem fidei emiserit sive pro concionibus, sive pro confessionibus, non tenetur vi legis communis in alia dioecesi professionem iterare4. Parochi ante Codicem tenebantur professionem et IUSiurandum antimodemisticum emittere antequam possessionem beneficii caperent; Codex id non requirit5.

8° Coram Ordinario eiusve delegato, Rector Universitatis vel Facultatis; coram Rectore vero Universitatis vel Facultatis eiusve delegato professores omnes in Universitate seu Facultate canonice erecta, initio cuiusque anni scholastici vel saltem initio suscepti muneris; itemque qui, periculo facto, academicis gradibus donantur

9° Coram Capitulo vel Superiore qui eos nominavit eorumve delegato, Superiores in religionibus clericalibus 7; quibus verbis etiam Superiores locales minores comprehenduntur, quod novum est in iure communi '.

969. — III. Quaedam adnotanda circa fidei professionem. · 1° **De modo fidei professionem emittendi.** - Obligationi fidei professionem emittendi non satisfacit qui eam per procuratorem vel coram laico emittit

C. 1106, 5 1, n. 6.
Cfr. c. 1393.
3 C. 1406, § 1. n. 7.
4 Cfr. Vermeersch, *Periodico.* V. pag. 210; S. C. Consist. 20 lunii 1913, **J. J.** *S.,* V. 272
& Cfr. S. C. Constet. I Mari. 1911. .1. **j.** *s.*. **III,** 131. Cfr. infra pag. 351, nota I.
β C. 1106, § 1. n. 8; Baccalaurcatus ad hunc effectum non censetur gradus academiens: ita Augustine, *l.* c., VI, 489; quod tamen ad *baccalaureatum* In sacra Scriptura non extendas: ctr. *Motu proprio* Pii XI « *Bibitorum scientiam* », 27 April. 1924, .4. *A. S.*. XVI. 180. Auguatlnt *l.* c., \ I, 189, requirit ut promovendi ad gradus academieos professionem emittant coram Universitate aut coram aliquibus professoribus; Codex tamen requirit solummodo ut fla t coram Rectore.
• C. 1106, § 1, n. 9.
8 Santamaria *I. c.,* IV, 263. Comprehenduntur InsujK-r c-t Superiores societatum clericalium sine votis. C. I. 25 Iulii 1926 (**J. J.** *S.,* XXVIII, 393).
8 C. 1107.

io omittendi fidei profesHioneia est. obligatio stricte poreofialis, <i(iae Ininen primario alheil Siipei iores coram quibus est emittenda .*

Ordinarius loci nequit Ifiicum delegare ad fidei professionem recipiendam 2.

Obligati ad fidei professionem illam emittere sine insto impediinciilo neglegentes delictum ecclesiasticum committunt3.

Quando pluies simul fidei professionem emittere debent, non est Decesse ut omnes formulam integram legant; sufficit ut omnes formulam promissorium et iuratoriam singuli dicant '.

Praeceptum emittendi fidei professionem sub gravi urget semper quousque impleatur 5.

2° **De iteratione fidei professionis.** - Qui. priore dimisso, aliud officium vel beneficium aut. dignitatem etiam eiusdem speciei consequuntur, rursus debent fidei professionem emittere quotiens novum officium ad normam canonum fidei professionem requirat 6.

Si quis simul varia officia ineat quae adnexam habeant fidei professiouis obligationem, poterit unica professione satisfacere, saltem si eadem est persona coram qua fidei professio emittenda esset7.

Non agitur hic de dimissione quae fit sola renuntiatione, sed de qualibet cessatione ab officio 8.

3° De consuetudine circa leges hoc titulo contentas. - Reprobatur quaelibet consuetudo contra canones huius tituli 9 quod valet non solum de consuetudine praeteriti aut praesentis temporis, sed et de futura consuetudine. Consuetudo igitur contra huius tituli canones irrationabilis est habenda 10.

970.— Scholion. - De iureiurando antimodernistico. - S. C. S. Officii 22 Mart. 1918 11 interpretatione, ut videtur, extensiva 12 decla-

1 Vermeersch, *Epiiomc, l. c* 739.
- Blat, *l. c.,* 298, pag. 377.
3 Çtr. c. 2403.
1 Wernz, *l. c.,* **III,** 18-19; cfr. etiam S. C. Constet. 25 Oct. 1910, *A. A. i>.,* II, 856. ad IV; lk- Meester, *l. c.,* **III,** n. 1389.
5 Cfr. De Meester, *l. c.,* **III,** n. 1389; Cocchi, *l. c.*. 6, pag. 179, n. 75.
* C. 1406, § 2.
7 Cfr. Vermeersch, *Periodica,* vol. V, pag. 232; et etiam S. C. Consist. 25 Oct. 19U> ad **I,** .1. **J. II,** 856.
8 Cfr. De Meester, *l.* c., **III,** n. 1390, pag. 318, notu 7.
9 C. 1108.
'° Augustine, *l. c.,* VI, 382.
II **J.** *A. S.,* X, 13G.
11 Formula a S. Congr. adhibita *declarandum decreverunt* apta videtur ad interpretationem exkaiivam enunclandam; *declaratio* quidem per se comprehensivam solummodo interpretationem indicaret; cfr. c. 17, § 2, verbum vero *decreverunt* aliquid lege non contentum indicare videtur. Ceterum extensivam esse hanc interpretationem suadet c. 6, n. 6; ita etiam Aufnstine, *l. c.,* VI, 487.

mndutti decrevit· praescriptiones Constit. Pii X *Panerudi dominici gregi#* et *Motu proprio «Sacrorum Antistitum* ", etiam post CoditSs promulgationem in pleno suo robori· manere debere, usque dum hac de re Apostolica Sedes aliter statuerit.

Vi huius decreti iusiurandum antiiuodernistieum iuxta formulam a Pio X praescriptam1, praemissa fidei professione. suo antistiti emittere debent:

1° Clerici maioribus ordinibus initiandi; quorum singulis antea tradatur exemplar tum professionis fidei, tum formulae edendi iurisiurandi ut eas accurate praenoscant, adiecta violati iurisiurandi, ut infra, sanctione2.

2° Sacerdotes confessionibus excipiendis destinati et sacri concionatore?. antequam facultate donentur ea munera exercendi 3*

3° Parochi, canonici, beneficiarii ante ineundam beneficii possessionem *

4° Officiales in curiis episcopalibus et ecclesiasticis tribunalibus, haud exceptis Vicario Generali et indicibus.

5° Adlecti concionibus habendis per quadragesimae tempus5.

0° Officiales omnes in romanis Congregationibus vel tribunalibus coram Cardinali Praefecto vel Secretario eiusdem sive Congregationis sive tribunalis.

7" Religiosarum familiarum Congregationumque Moderatores et doctores antequam ineant officium.

Professionis fidei, quam diximus, editique iurisiurandi documenta, peculiaribus in tabulis penes curias episcopales asserventur, itemque penes romanarum Congregationum sua quaeque officia. Si quis autem, quod Dens avertat, iusiurandum violare ausus fuerit, ad Sancti Officii tribunal illico deferatur.

Insuper ex declaratione S. Sedis 6 doctores in seminariis et doctores seu lectores in ordinibus religiosis ante auspicandas lectiones quotannis, ineunto mino iusiurandum, dare tenentur '.

Ad S. Officium deferendi sunt non solum qui iusiuranduin violaverint, sed otium qui illud emittere recusaverint 2.

1 Cfr. *Motu proprio ‹Sacrorum Anlixtttum* -. 1 Sept. 1910.

2 S. C. Consist. 21 Mart. 1911. *A.* **J.** *S'.*. Hl, 181, ad 2 declaravit sufficere ut iusiurandum emittatur ante snbdiaconatnm. Item 17 Dec. 1910 declaravit etiam religiosos iusiurandiiiii emittere debere coram Ordinario ordines confcrettte; cfr. **J.** i. *.S'.*. Ill, 25; Ordinarius tamen potest Superiorem religiosum ad hoc delegare. Ordinarius ordines conferens is censetur qui vel ipse iure suo ordines revera confert vel alii facultatem concedit ordines conferendi; cfr. Vermeersch, *Periodica,* V, 272.

3 S. *C.* Consistorialis 17 Dec. 1910 declaravit etiam religiosos hoc iusiurundum emittere debere coram Ordinario approbante. loramentum semel emissum coram uno Ordinario non est necessario coram alio repetendum si is facultatem ab alio datam proroget, licet de aliena dioecesi agatur; unrno sacerdotes ritus orientalis licet nunquam imdurandum emiserint a suis Superioribus approbati, si a latino Ordinario facilitate donari velint iusiurandum emittere non tenentur. S. C. Consist. 20 lunii 1913, **J.** *S.,* V, 272.

1 S. C. Consist. 1 Mart. 1911, declaravit non amplius rnanerc post *Motu proprio ‹Sacronun AntMilum* · facultatem a Concilio Trident, factam emittendi professionem intra duos menses a capta possessione; cfr. Concil. Trident, sess. 24, cap. 12, *de ref.; A. A. S.,* III, 134; itemque eadem C. Consist, declaravit unicum iusiurundum sufficere etiam pro illo qui plura beneficia obtinet; 25 Oct. 1910. *A.* .1. S., II, 856.

' « Observes tamen in Italia concionatorcs quadragcsimalee eos esse qui cotidie, per herein integram, per totam quadragesimam de variis argumentis dogmaticis, moralibus vel apologeticis sermonem habent. In nostris (in Belgio) regionibus, quadragesimales concinnatores ii erunt qui in maioribus ecclesiis sollemnes conferentias semel vel bis in hebdomada proponunt. Minime vero iuramentum imponendum est iis qui variis ecclesiis more Christi passionem ple commentantur ·. Vermccrscb, *Periodica,* vol. V, pag. 310 in nota

6 S. C. Consist. 25 Sept. 1910, ad V et VI.

1 Doctores ct lectorcH hic intellegi pohtiuiit ‹lc solis magtetris dteciplinarum theologicarum rl pliilosophicaruin; VenuOcrsch, *Periodica, V,* 231.

5 S. C. Constet. 25 Sept. 1910, ad IX.

PARS V.

DE BENEFICIIS ALIISQUE INSTITUTIS ECCLESIASTICIS NON COLLEGIALIBUS

971. — Connexio materiae. - .Aliquis mirari poterit Codicem hac libri tertii *De rebus* quinta parte agere de beneficiis quae natura sua sunt personae iuridicae non collegiales. Revera connexio officiorum cum beneficiis et ipsa natura iuridica beneficiorum tractationem hanc optime libro secundo Codicis remittere possent U

Ratio autem hic seu libro tertio de beneficiis agendi haec fuisse videtur. Beneficium duo elementa principaliter continet hisque constituitur in sua essentia: officio sacro et iure ad reditus; illud est spirituale, hoc temporale 2. Utrumque elementum, ad essentiam beneficii requiritur; officium sacrum ut causa et fundamentum; ius ad reditus ut effectus. Cum dicitur autem beneficium simpliciter magis attenditur ad ius fructus percipiendi, quod ius saltem aliquid temporale pro obiecto habet. Hoc elementum materiale causa fuisse videtur cui' Codex hoc loco libri tertii antequam *de bonis Ecclesiae temporalibus* ageret, tractationem nosuerit de *Beneficiis ecclesiasticis.*

Quia tamen officium sacrum, et beneficium formaliter sumptum intime inter se connexa sunt, hic factum est ut beneficiis eadem applicanda sint quae de officiis libro secundo dicta sunt 3; similiter autem officiis multa applicauda sunt quae Codex libro tertio hoc loco ubi de beneficiis loquitur, posuit

1 Id etiam post Codicem nonnulli auctores faciunt; cfr. Wernz-Vidai, Jus *canonicum,* n. 139 et sq.; Hilling, *Das Pcrsoncnrccht des Codex iuris canonici,* § 29, peg. 81.

2 Reiffenstuel, *Ius canonicum universum,* lib. HI, tit. V, n. 7 et 11; etiam ius percipiendi reditus ius spirituale esso affirmat; at id Iit ob connexionem quam hoc ius habet cum officio ut ipse auctor notat.

3 Beneficium idem est ac *officium bénéficiait,* cfr. c, 14G, est proinde species aliqua officii; quae autem de genere dicuntur eadem ot speciei applicanda sunt; cfr. c. 1113, § 2.

1 Cfr. Maroto, *Institutiones iuris canonici,* n. 582; Wernz-Vidal, *Ius canonicum,* vol. II, Ilo sq.

De beneficiis ecclesiasticis

PRAENOTIONES

972. — I. Notio. - Beneficium ecclesiasticum est ens juridicum a competente auctoritate ecclesiastica in perpetuum constitutum seu erectum, constans officio sacro et iure percipiendi reditus ex dote officio adnexos

Beneficium igitur ecclesiasticum est:

/;>/s iuridicuni. id est, persona iuridica non collegialis.

J *competente auctoritate ecclesiastica;* persoua enim iuridica personalitatem obtinet a persona iuridica perfecta homogenea cui subditur ipsa persona iuridica imperfecta; auctoritas proinde competens cum agatur de constitutione seu erectione personae iuridicae ecclesiasticae erit suprema auctoritas ecclesiastica aut alia persona sive physica sive moralis cui hoc ius agnitum fuerit a suprema auctoritate Ecclesiae. Exclusa omnino remanet quaelibet civilis auctoritatis ingerentia 1. Quis autem intra Ecclesiam competens sit ad hanc personalitatem constituendam, infra, hoc titulo capite primo videbimus.

Iu perpetuum: perpetuitas de qua hic agitur est perpetuitas *obiectiia*\ qua fit ut beneficium semel erectum de se nunquam cessare debeat, sed solum *cacare* dici possit. Atque hanc perpetuitatem ad essentiam beneficii cuiuslibet requiri certum est *

Utrum vero ad essentiam beneficii requiratur praeterea *perpetuitas etiam subiecliva* quae in hoc consistit ut beneficium conferatur clerico in perpetuum ita ut clericus, vita dm ante, eo privari nequeat, nisi servato ordine iuris, quaestio est quarn plerumque affirmativo modo solebant antiquiores auctores °; negativo autem moderniores praesertim post Codicem 6* Melius quaestionem solvere

1 C. 1409.

2 Quando Ecclesia in Concordatis concedit civitatibus ius consensum praebendi pro mctionc paroeciarum, non est putandum Ecclesiam ius concedere etiam quod ad effectus spirituales attinet, sed solum illum consensum requiri ud effectus sortiendos mere civiles. Ctr. Clacys Bouuucrt-Simenon, *l. c.*. n. 958.

3 In beneficiis perpetuitas obiectiva er subiectiva repetenda est ex ordinatione Ecclesiae; proinde non est mirandum quod ex facto ipsius Ecclesiae, quaedam habeantur et dicantur, quamvis minus proprie, beneficia, quae carent perpetuitate obiectiva. v. g., praelandse ecclesiarum non numeraturum, et quaedam perpetuitate subiectiva, v. g., beneficia manualia Badii. *Institutiones iuris canonici.* III, pag. 168. nota 3: cfr. etiam Blat. /. c., 305. pag. 38X Cfr. Reiffenstuel, *Ius canonicum unirrrnmi.* 1. III. t. V, n. 8. Cfr. tamen notam praevedontein.

* Cfr. Kiiffeurituel, *l. c.,* n. 9 et 43-56.

·- Blat, 7. c.. n. 306, pag. 381: Marine. *fJrumlzü*^.. 1>ug. rjo-197, nutu *2;* Billing. Zw *PcrsoucurccM,* pug. 85.

vitientur qui (lislingiic)il es beneficia sensu stricto a beneficiis sen-sii latiori. illis non his perpetuitatem etiam subjectivam neceaiariarn esse «locent '.

Cerliun tamen est etiam beneficia sensu latiori esse de iure vigente vera beneficia, nec tenetur Ordinarius in erectionis decreto inamovibilitatem statuere praesertim ubi do paroeciis agitur 2.

Nec in beneficio ea requiritur perpetuitas qua necessario semper aliquem titularem clericum habere debeat ; id enim nullo iure requiritur. Poterit proinde haberi officium, de iure vigente, stricto sensu acceptum, ecclesiasticum curri adnexo iure ad reditus ex dote quod solum statis temporibus et determinatis in adiiuictis ad tempus conferatur, ut, e. g., officium Vicarii Capitularis. Tale officium erit perpetuum licet continuitate careat 3*

Constitutum seu erectum: duo haec verba unum et idem significare videntur1. Erectio indicat interventum auctoritatis publicae, non qualemcumque, sed proprie talem quo persona moralis seu iuridica proprie dicta constituitur in sua essentia.

Non sufficit proinde ad erectionem beneficii approbatio aut alius quivis interventus, sed proprie requiritur formale decretum quo declaretur ens iurilicum constans officio sacro et iure percipiendi reditus ex dote constitui 5. Erectione perfecta, beneficium est persona iuridica iuribug quibusvis iuridicae personae gaudens °.

Constans officio sacro et iure percipiendi reditus... his verbis indicantur dno elementa quibus constat seu coalescit beneficium.

Officium sacrum est elementum principale quasi causa et fundamentum iuris percipiendi reditus iuxta commune effatum: *beneficium propter officium '.*

Officium autem debet esse *socrum,* non quovis modo etiam remote, sed proxime, sensu stricto quod solis clericis conferri possit 8.

Ius percipiendi reditus ex dote officio adnexa est alterum elementum quo formaliter constituitur beneficium; beneficium enim licet propter officium constituatur et ita aliquid secundarium et dependens sit ab officio, forinaliter tamen et directo a iure percipiendi reditus, quod proprie et etymologice *beneficium* est, constituitur.

Ex his iam patet ad beneficium ecclesiasticum haec quatuor requiri:

1° *Officium sacrum,* seu ecclesiasticum quo aliqua, obligatio imponitur et aliqua *ordinaria potestas* conceditur ·.

1 Itu Wernz-Vidal, *Ius canonicum,* II, 111, notu 3; cfr. etiam Reiffenstuel, /. c., III. 5. 13 eq.; Sagmüller, *Lehrbuck den katholischcn Kirchenrechts3,* I, § 58, pag. 277-278.

1 Cfr. c. 454, § 3-4. S. C. Consistorial. 1 Aug. 1919 ad II, A. J. <$., XI. 346.

3 Ita Claeys Bounaert-Simonon, I. c., n. 938; Vermeersch. *Epitome,* II, 74 2: c.'r. ctium Wernz-Vldal, I. *c.,* 140, pag. 165 ct n. 149, nota 45; contrarium tenere videtur Blat, 7. e., i>. 3i»7 ih-trans beneficium esse posse ollleium Vicarii. Oeconomi, etc.

1 Cfr. Reiffenstuel, /. c., III, 5, 14.

5 Cfr. cc. 100, § 1; 1418.

• C. 100, § 3; Aichner-Friedle, *Compendium iuris ecclesiastici* '' § 76. pag. 26‹ m nota (>.

' Cfr. c. 15, I, 3, in G°; Reiffenstuel, *l. c.,* III, 5, 10.

3 Cfr. Reiffenstuel. 7. e.. V, 5, 17; Sûgmüller, *l. c.,* I. pag. 275 in nota 2; De Meester. 7. c., III, n. 1393. pag. 322, nota 3.

* Cfr. cc 115 § 1 ct 197, § 1 Sagmüller, 7. c., I, § 58, pug. 2.5; nescimus quo sensu Vwneerach. *Kpitmne,* II. 712. ‹·. affirmet *potestatem delegatam* sufficere ud otllcium aut bcmfleium.

2® *Jus percipiendi reditus* ra? ‹/‹›/‹ *officio adnexa;* Auctores distinguunt in beneficio, officium, ius ad reditus et ipsos reditus; officium est. aliquid pure spirituale; ius ad reditus est aliquid spirituali adnexum; ipsi reditus sunt aliquid temporale x.

Peditus ordinarie debent percipi ex dote officio seu beneficio adnexa, non prohibetur tamen Ordinarius paroeciam erigere etsi dos nulla habeatur, si prudenter praevideat ea quae necessaria sunt aliunde non defututa ·.

3° *Erectionem in personum iuridicum* a competente auctoritate ecclesiastica factam 3.

-P *Perpetuitatem saltem obiectivam* qua stabili modo iura et obligationes beneficio inhaerentia definiantur 4.

973. — II. De quibusdam institutis beneficiis similibus. · Quia aliquod ex supradictis elementis eis deest, licet aliquam cum beneficiis similitudinem praescierant, in iure beneficii nomine non veniunt:

1° Vicariae paroeciales non in perpetuum erectae 5; deest enim eis erectio et perpetuitas obiectiva. Si tamen in perpetuum erigantur, verum beneficium inamovibile aut saltem manuale constituere possunt ·.

2® Cappellaniae laicales, quae scilicet erectae non sunt a competente auctoritate ecclesiastica 7.

Cappellania est ius percipiendi reditus ex certis bonis eiuu onere determinata sacra ministeria praestandi per se vel per alium e.

Etiam in hoc casu deest erectio a competente auctoritate facta; qno tamen minime affirmatur tales cappellaniae prorsus independentes esse ab auctoritate ecclesiastica, sed solum ei non subesse qua beneficia. Quod valet non solum de cappellania a laicis constituta, sed etiam de constituta ab aliqua persona morali ecclesiastica. Si tamen cappellaniae in personam moralem erigantur Ecclesiae auctoritate, vera beneficia sunt9. Cappellania vero laicalis cum sit aliquid temporale, etiam laicis immo et feminis concedi potest, qui tamen vigilantiae et auctoritati Ecclesiae subsunt circa onera sacra praestandal·.

1 Cfr. Reîffenstuel. *L c.,* HI, 5, 10-12; D'Annibale, *Summula,* III, IS.
2 Cfr. c. 1415, § 3; Vermeersch, *Periodica,* X, pag. 57.
3 Aichner-Friedle, **t** c., § 76, pag. 207, δ.
4 Vermeersch, *Epitome,* II, 742; Reîffenstuel, *L c.,* III, 5. 17 sex requisita ad beneficium distinguendum requirit; at elementa seu requisita quae nos non attulimus seu enumeravîmes, scilicet, quod clerico conferatur, quod a persona seu auctoritate ecck riastica conferatur, qw-d non sibi sed alteri conferatur, iam in officio sacro contineri videntur.
5 C. 1412. u. 1. Cfr. S. C. Consist. 1 Aug. 1919, **J.** *A. S.*9 XII. 331.
6 Wernz-Vidal, II, 142, III, 1; cir. Reiflenstuel, *L c.*. Ill, 5, 66-70; Badii, *ħnslituliOHf iuris canonici* II, 543, a; Santamaria, *I, c.,* IV, 270.
7 C. 1412, u. 2.
8 Badii, Z. c., II, pag. 167, in nota distingnit eappcllanlam a *pio legato:* differentia tanwn hate, si de cappellania mere laicali agatur, non apparet, nisi forte quod legatum est causa cappellaniae; cfr. Reîffenstuel, Z. c., Ill, 5, 71-72; Aicbner-Frledle, Z. c., § 76, pag. 287, nota. 6; itemque Ojetti, *Synopsis,* v. *Cappdlania,* n. 834 et sqs.
9 Cir. Reîffenstuel, Z. c., III, 5, 71-72; Wernz-Vidal, Z. c., II, 142; III, 2.
10 Cfr. Badü. Z. c., II, 543» *b,* 2; Ojetti, Z. c., v. *Cappellania;* Santamaria, Z. c.. IV, 170-271-

3° Coadiutoriae cum vel sine futura successione in ipsis desidcralur erectio in personam moralem et perpetuitas.

4° Pensiones personales Pensio est ius percipiendi partem (ructuum ex alieno beneficio 3.

Si pensio detur alicui una cum portione officii et constituatur seu in perpetuum in personam moralem erigatur, e. g., si vicaria perpetua constituatur in aliqua paroecia cum pensione ex pinguioribus beneficii paroecialis reditibus, tunc verum beneficium habetur; si vero pensio detur tantum personae alicui determinatae ex causa a iure recognita4, tunc planum est beneficium non haberi, cum non habeatur erectio, nec perpetuitas, nec plerumque officium sacrum.

5° Commenda temporaria, idest concessio redituum alicuius ecclesiae aut monasterii alicui facta ita ut, eo deficiente, reditus ipsi ad ecclesiam vel monasterium revertantur 5.

Commenda est generatim custodia ecclesiae alicui commissa. Cum ipsa ecclesiae custodia possit considerari ut officium sacrum et ex altera parte eius collatio alicui clerico facta ei ius tribuat percipiendi reditus ecclesiae commendatae quae saepe saepius in ens iuridicum canonice erecta est, si commenda in perpetuum conferatur, nihil ei deest ad essentiam veri beneficii e.

6° Praestimonium seu portio praestimonialis seu stipendium quod ab ecclesiasticis reditibus abstractum datur clericis in vitae subsidium, iis praesertim qui litteris aut studiis operam dant. Si praestimonio officium sacrum adnectatur atque in ens iuridicum auctoritate competenti erigatur in perpetuum, cum omnia quae ad beneficium requiruntur in ipso velificentur verum beneficium erit; generatim tamen non est beneficium, quia deest officium sacrum aut erectio in perpetuum 7.

974. — III. De dote beneficiorum. -1° Quid sit dos. - Ad beneficii essentiam requiritur ut habeatur ius percipiendi reditus ex dote beneficio adnexa. Immo hoc ius constituit formaliter officium beneficiale, atque ab aliis officiis illud distinguit. Duo proinde distincta sunt ius percipiendi reditus et dos.

* C. 1412, n.
▮ C. 1112, ŋ. 1.
" Cfr. Reîffenstuel. / ‹·., III, 5, SI sq.
4 Cfr. c. g. cc. 2151 § 1 ct 2161
5 C. 1112, n. 5.
4 Cfr. Reîffenstuel, / ·.. IU. 75-79; Badii Z. c., II, 51:;, ‹7; Aiclnier-Fricdlc, Z 1 76. pag. 266, nola 3.
7 Cfr. Reîffenstuel, / in, 80 sq.; Vcnncrscli, *Epitome.* I; 7ôl ; Badii, Z. r., 513, *f.*

Dos est fons sen causa redituum: itis percipiendi reditus dotem supponit: potest autem dos ita describi: cumulus bonorum vel obligationum ex quibus reditus bcneficiales producuntur. Erectione talia buna vel obligationes uniuntur officio sacro; inde ius in eo qui officium sacrum tali modo doti adnexum, quod beneficium vocatui·, possidet, ad reditus.

2° Quibus rebus dos beneficii constituatur '. - Dotem beneficii constituunt s: *a)* Bona quorum proprietas est penes ipsum ens iuridicum 3.

Xomine bonorum veniunt tum fundi frugiferi, tum tituli. Hic modus constituendi dotem in proprietate ipsius beneficii, entis iuridici, cuius administratio ad beneficiarium pertinet fere unice admittebatur. Immo ut modus aptior admittebatur constitutio dotis in fundo proprie dicto; fundi enim variationibus quibus saepe tituli subjacent, difficilius deprimuntur. Nostris tamen diebus indifferenter admittuntur sive tituli sive fundi4. Proventus fodinarum beneficialium seu exsistentium in fundo beneficii pertinent ad dotem beneficii, detracta congrua summa pro expensis factis et pro amissione fructuum naturalium s.

b) Certae et debitae praestationes alienius familiae vel personae moralis ·.

Cum in beneficio utrumque elementum nempe officium et ius percipiendi reditus perpetuum esse debeat, iam per se patet dotem in hoc casu proprie consistere in *certo debito* quod familiam aut personam moralem afficit.

Debitum significat obligationem determinatos reditus solvendi, et quidem obligationem, non qualemcumque, sed gravem ex iustitia, quae enasci potest ex pacto, e. g., ex testamento, vel ex obligatione restitutionis.

Certae debent esse praestationes, idest aliquo modo determinatae et taliter firmatae ut iuridice exigi possint.

Familia de qua canon est certe familia naturalis; quae tamen, cum facile exstingui possit, bona determinata constituere debere videtur, quorum reditus, in perpetuum, etiam in casu exstinctionis familiae, beneficio assi·

* S. C. Coucil. 16 Iulii 1927, <le augmento dotis beneficii, (J. .*t. S*.. XX. 389).

2 Notat Claeys Bouuaert Simenon, *l.* c., n. 910, ea quae hoc c. 1410 dicuntur *cnmititutrc* dotem beneficii '/istuftchrr sumenda em·, seu eo sensu quod dotem beneficii constituere possint, si id iu erectione beneficii declaretur. Quod et nos admittimus; addimus tamen id declarari posse ab Ordinariis locorum non solum in i;»sa U-neficim-um erectione w-d ct iam postea, si iusta causa aut dioecesis utilitas id exiwat. Hoc requirere videtur bona dioecesis administratio. Paulo ahter Vromnut. 7> /«./>>> *ecclesiae temporalibus.* 1927. n. 24 pntr. 32; mjisu vero nustro De Meester, *l.* <·.. HI. n. 1391.

3 C. 1410.

t ' Cfr' C,my,,nl|,!t,uu 29 Mart. 1924 initum, art. Kt, § 1, *a,* ubi .Sancta vin 'µ o-Λ1" reil"||Fc,Ml'· I'ru ''oUUionc beneficiorum *Itoni» fumtisriue stabilibus .1.* J. 5'.,

' S. C. Concilii 12 Dee. 1931
1 110.

iiucntur. De iure voro vigeni‹· non videtur neecsmrinm nl dorninim bonorum transferatur in ipsam personam moralem beneficii; suffici» ut fructus certo fv debito beneficiario obveniant, ei beneficiarias ad eos obtinendos ius habea

Pemonu moralis de qua in canone potest osse ecclesiastica aut civilis, ut, o. g·, monasterium, Capitulum, Status vel municipium. Praestatione< beneficiatis a persona morali civili factas sufficere ad beneficii dotem iam ante Codicem admittebant communiter auctores '.

Utrum et quae pars bonorum a gubernio civili clerico beneficiario data ad dotem beneficii pertineat nequit modo generali definiri. Cfr., e. g., resolutionem S. Congregationis Concilii, 16 Iulii 1927, qua declaratur subsidium seu argumentum regio decreto concessum clericis Insularum Canarensium non esse considerandum tamquam partem dotationis ct obnoxium non esse can. 395 2.

e) *Certae et voluntariae fidcliwni oblationes, quae ad benejirii rectorem spectent*3.

Difficilius adhuc hic quam supra concipi potest qua ratione dos oblationibus voluntariis constitui possit; quod enim voluntarium et spontaneum esta voluntate hominum scilicet pendens facile deficere potest. Difficile etiam intellegitur qua ratione oblationes voluntariae esse possint, cum tamen Codex *certas* oblationes requirat.

Difficultas tamen valde minuitur si indoles populorum consideretur quae talis esse potest sive ex educatione, sive ex vigentibus moribus regionis ut certitudinem pariat, oblationes etiam voluntarias nunquam defecturas.

Bona igitur indoles populi, eiusque mores sunt velut dos beneficii in ho<· rasu.

Cui interpretationi favere videtur c. 1415, ij 3. ubi prudens praevisio. quod non deficiant ea quae necessaria sunt, sufficere statuitur ad dotem constituendam beneficii paroecialis :*

(l) *Iura stolae* intra fines taxationis dioeeesanae vel legitimae consuetudinis 5.

Cum iura stolae aliquid certum et perpetuum sint, facile intellegitur qua ratione haec, iura reditus perpetui considerari pcssint. Legitima consuetudo aut dioecesana taxatio dotem proprie dictam constituunt quae ius percipiendi reditus iurium stolae beneficiario suppeditant.

1 Sâgmiüler, *l. c.,* I3, § 58, pag. 277; S. Potuit., 19 Innuar. 1819; 19 AUSf- 1821: Iistocr-hi. *Dr re bénéficiait,* p. 20-21; Claeys Bouuaert-Simenon, *l.* c., η. 94 1; De Meceter, *l. c.,* III. n. 1.397. Cfr. etiam causam a S. Romana Rota decisam 16 lui. 1920, in S. *Romanae ïloUtc dtcisioncs* etc. vol. XII, p. 191-202; Ihmdini in *Jus Pontificium,* V, pair 39 et sqs.

2 S. C. Concilii. 16 Inlif 1928. *A. A. »S.,* XX. 389 sqs.

3 C. IIP».

4 Paulo aliter certas et voluntarias fidelium oblationes interpretatur Santamaria. /. <·.. IV. 267-268 huc exemplo: Determinati loci fideles desiderant sibi erigi paroeciam idque petunt •ib Ordinario loci se obligantes voluntarie ad determinatas parocho praestationes faciendas. Certe in hoc casu habentur voluntariae simul et certae oblationes; id tamen non ub>olutr necessarium putamus; cfr. Santamaria. 7. c., IV. 271: Vermeersch. *Periodica,* X. 57; Pistocehi, *ik re bénéficiait,* 1928, pag. 21: Ih· Meester, 7. c.» III, n. 1391.

5 C. 1410.

iura tamen mi dotem constituendam concurrero possunt eum oblationibus voluntariis :iut praestationibus familiae vel personae moralis1.

e) Chorales distributiones, exclusa tertia earundem parte, si omnes reditus beneficii choralibus distributionibus constent2.

Si igitur beneficii Capitularis reditus universi solis distributionibus or-«linariis contineantur, hniusmodi redituum solae duae tertiae partes inter retiitus beneficiales computantur 3.

Dictio Codicis hoc loco videtpr solummodo casum considerare quo *omuts reditus* beneficii distributionibus constet; locus tamen parallelus c. :J!H, § :j latiorem admittere videtur interpretationem 4.

975. — IV. Divisio beneficiorum. - Beneficia ecclesiastica dicuntur:

1° *Consistorialia,* quae in Consistorio conferri solent; cetera »oa *consistorialia s.*

In Consistorio conferri solent beneficia quae adnexam habeant potestatem episcopalem, licet forte persona cui confertur beneficium charactere episcopali destituatur 6. Quandoque tamen etiam beneficia consistorialia extri Consistorium conferuntur, in Consistorio autem collatio publicatur7.

Distingui autem debent beneficia consistorialia a beneficiis reservatis: plura enim habentur reservata quae in Consistorio non solent conferri8.

Ante Codicem distinguebant communiter auctores beneficia in *maiora* et *mitiora;* quae distinctio cum distinctione *consistorialium* et *non consistoriolium* affinitatem habet ·.

Nisi aliud appareat, canones huius tituli, de beneficiis tantum non consistorialibus proprie dictis intellegi debent 10.

Cum beneficia manualia de iure vigente beneficia proprie dicta, licet, in supra diximus, sensu latiori, sint, canones etiam illis beneficiis applicandi erunt.

2" *Saccularia* vel *reliijiosa,* prout ad solos clericos saeculares, vel solos clericos religiosos spectant: omnia autem beneficia, erecta

1 Licet antiquitus generatim dos beneficii in tundis aut bonis stabilibus et lixis constitueretur, tamen ab optimae notae canonists iam admittebatur etiam iura stolae computanda esse inter reditus beneficii; cfr. ReilTensfnel, *L c.,* ITT. 37, 13-21.

2 C. 1410. -

3 Concordat c. 395.

4 Cfr. Vermecr^h, *Epitome,* II3, pag. 463. nota 2; contra Ferreros, *l. c.,* n. 408, II, doemtein a can. 1110 solum considerari casum quo omnes reditus canoniestuum constituantur vx solis distributionibus.

s C, 1411, n. 1.

* Fcrrcrcs. *Institutiones canonicae,* II. 408. IV.

7 Hilling, *Das Pcrsoncnrccld,* § 30. pag. 86.

8 Blat, *L* c., 306, pag. 383.

J Cir. HvitTeiistuul, L *c„* III, 5, 20-21: Sfignmller, /. c., J. § 59, pag. 278-279; Wernz, U1' 1' pag' 7 sq-; cfr' tu,Ileh etiam Reitr.. [. c., HI, *5,* n. 42.

IIIo, ? 1.

extra ecclesias vel domoR religiosorum, in dubio saecularii! esse praeeuiniuitur

Ex huc notione nec, beneficia saccularia necessario in ecclesia saeculari nec religiosa in ecclesia religiosa erecta sint oportet.

Quodlibet beneficium ubique locorum erectum potest esse religiosum aut saeculare sive ex primaeva institutione seu fundatione sive ex consuetudine aut legitima praescriptione. Si de natura religiosa aut saeculari beneficii dubium oriatur, time beneficium in ecclesia saeculari erectum saeculare, in ecclesia religiosorum religiosum praesumitur. Agitur tamen de simplici praesumptione iuris contra quam admittitur quaelibet etiam directa probatio 2.

Distinctio beneficiorum in religiosa et saccularia non est applicabilis beneficiis consistoria!ibus episcopatu maioribus 3.

Beneficia religiosa generatim sunt beneficia manualia, quippe quae semper a Superioribus ad nutum beneficiario auferri possunt ‘.

Beneficia saecularia incorporatione fieri possunt religiosa 5.

3° *Duplicia* seu *residcntiaUa* vel *simplicia* seu *non residentialia.* prout, praeter officium beneficiate, adnexam habent, vel minus, obligationem residendi e.

Nunc beneficium residentiale et beneficium duplex idem prorsus significant; paulo aliter officium et beneficium duplex intellegebant auctores ante Codicem 7.

1° *Manualia, temporaria* seu *amoribilia* vel *perpetua* seu *inamovibilia,* prout conferuntur revocabiliter vel in perpetuum s.

Manuale et revocabile idem significant9; Codex eodem sensu adhibere videtur vocem *temporarium,* quae tamen de se significare videretur beneficium quod ad tempus determinatum, e. g., ad triennium conceditur, dum e contra officia et beneficia manualia possent in perpetuum concedi, e. g., paroeciae amovibiles.

Inamovibilitas seu perpetuitas subiectiva uumquam tanta est ut amotionem quamlibet prohibeat, sed solum prohibet amotionem, non servatis regulis iuris 10.

Beneficia inamovibilia vocabantur etiam beneficia *titulata* seu in titulum colluta u.

* c. 1111. n. 2.

2 Cfr. lu-ilfensruel. *l. c.,* III, 5, 20; Augustine, *l. c.,* VI, 406.

3 Cfr. SUgniiillcr, *l. c.,* I, § 59, pag. 279.

4 Sflgmüller, *l. c.,* pag. 279.

S Cfr. c. 1425; Eichmann, *l. c.,* p. 450.

i c. 1411, n.

7 Reiffenstuel, */. r.,* 5. 31; cfr. tamen etiam Wernz, 7. r., if, 240, If.
C. 1411, ŋ. I.
Reiffenstuel, *l.* ‹I., 111. 5. 43.

10 Cfr. c. 2147 sqs.

11 Porro lituii in vetere disciplina diecbautur ecclesiae, quibus clerici, sacrae ordiunttouis vi. adscript! perpetuo manebant, cuius Idcirco reditibus alebantur. *Cur* tituli obscurum wl I D'Anntbale. *l. r.,* III. 20, notu 5.

5“ *Curata* vel *non curata,* prout curam animarum adnexam habent vel non ‘.

Beneficia curata possunt esse fori interni et fori externi, prout iurisdictro in populum ad forum internum aut etiam ad externum extenditur. Attamen is qui sola potestate fori externi gaudet officium aut beneficium curatum solum latiori sensu habere dici potest 2.

Praeter superius ex Codice allatas divisiones multae aliae beneficiorum species inveniuntur in auctoribus: praecipuae sunt: patrimonialia, sacra, sacerdotalia, praelatitia. collativa, electiva, patronatu, nominata, monocula etc. quae vel per se clara sunt, vel nostris diebus parvi momenti 3.

976. — V. Notae historicae. - Vox *beneficium* designavit antiquitus praedia quae ab imperatoribus, milit ibus de patria benemeritis ad eorum honestam sustentationem concedebantur. Etiam iure germanico eiusdem generis beneficia fidelioribus ex ducibus vassallis in feuduin concedi consueverunt.

Beneficia autem ecclesiastica originem ducunt ab antiqua bonorum ecclesiasticorum divisione. Bona quippe ecclesiastica primis temporibus unicam massam pro unaquaque dioecesi constituebant, cuius dominium erat penes ecclesiam episcopalem. Omnium bonorum reditus annuos dividebat Episcopus, Romae in quatuor partes in Hispania autem in tres partes, una autem ex Ids ubique clero assignata erat ad singulorum honestam sustentationem.

Haec unicitas dominii et administrationis damnum passa est statim ac singulis ecclesiis fundationes et oblationes fieri coeptae sunt.

Praeterea iam saeculo v Episcopi presbyteris in ecclesiis praesertim ruralibus ab ecclesia episcopali distantibus ad eorum preces *(precariae),* quas singuli renovare debebant, fundos praediales ad eorundem honestam sustentationem concedebant. Saeculo vero vi huiusmodi fundorum largitiones ita alicubi iam firmatas videmus ut non possint amplius arbitrarie auferri. Hinc etiam factum est ut singulae ecclesiae dominium fundorum obtinerent et ex eorum reditibus clerus iisdem ecclesiis addictus sustentari deberet5.

In regionibus germanicis ecclesiae a principibus feudatariis suis bonis erectae et fundis ad clericorum sustentationem dotatae, clericis *ut beneficium* donatae sunt, ct ita beneficium bona ipsa cum officio adnexo appellata sunt· ·.

Similiter in Capitulis sublata aut frigescente inde a medio saeculo ix vita communi, singulis capitularibus praeberi *(Praebenda)* coepta est para massae bonorum in communi antea possessorum. Nomina autem *beneficii*

1 C. 1411, 5.
Cfr. Reiffenstutl, *L* c., IU, 5. 29 sq.
3 Cfr. Wernz, L c., II, 24’»; D’Annibalc·, *L* c., III. 19; Sfigmhlh r. Z. r.. J. 59, p. 278 sq.: apud quos ampliorem bibliographiam invenies.
Cfr. e. 23-30, C. XII, qu. 1.
Cfr. c. 61, C. XVI, qu. I etc.
6 De influxu tamen iuris germanici iir origine heneflelornin a Stutz exaggerato cfr. Sfig- /. r, I. § 58, png. 276, nota G.

et *praebendae* postea synonyma habita sunt. Tandem in Capitulis singula, beneficia ut aliquid per hc subsistens condita sunt.

Post bonorum ecclesiasticorum ex parte Statuum civilium usurpationes, dotatio beneficiorum a rebuspublicis civilibus 1 facta est, assignatione determinatae partis antiquorum bonorum 2; quod etiam a iure Codicis admittitur ’.

976bl\ — VI. Principium generale de competentia Ecclesiae in iis quae beneficia spectant. - Cum beneficia etiam formaliter sumpta, de se aliquid temporale spirituali adnexum sint et solummodo *propter officium sacrum* constituantur et subsistant, et de rebus sacris et religiosis uni Ecclesiae cura sit commissa, iam per se patet Ecclesiam unice esse hac in re competentem, exclusa qualibet cuiuslibet reipublicae ingerentia 4.

Si quid igitur aliqua res publica civilis in hoc potest, id non iure nativo sed iure acquisito praesertim per *concordata* potest5.

Caput Γ.

De constitutione seu erectione beneficiorum.

977. — I. Quis intra Ecclesiam beneficia erigat. - 1° Beneficia consistorialia. - Beneficia consistorialia una Sedes Apostolica erigit6.

Primis saeculis Romanus Pontifex rarius per se directe in hac materia intervenire solebat, generatim ministerio usus Vicariorum. Metropolitarum.

1 Iu Concordato Italico art. 30 agnoscitur Ecclesiae ius bona beneflclaliu independenter a Statu administrandi. En textus huius articuli: La gestione ordinaria e straordinaria dei beni appartenenti a qualsiosï Istituto ecclesiastico od Associazione religiosa ha luogo sotto la vigilanza e il controllo dellc competenti autorità della Chiesa, escluso ogni intervento da parte dello Stato itallano, c senza obbligo di assoggettare a conversione i beni immobili. Lo Stato italiano riconosce agli Istituti ecclesiastici ed alie Associazioni religiose la capacità di acquit-tare dei corpi morali. Lo Stato italiano, linchè con nuovi accord! non sarà stabilito diversamente, continuerai a supplirc alie deficienzc dei redditi dei beneflzi ecclesiastici, con assegni da corrLspondcre in inisura non inferiore al valorc reale di quello stabilito dalle leggi attwlmente in vigore. In considerazionc di ciô la gestione patrimoniale di detti beneflzi, per quanto concerne gll atti c contratti occedenti la semplice amministrazione, avrù luogo con intervento da parte dello Stato italiano, ed in caso di vacanza la consegna dei beni sarà fatta colla presenza di un rappresentante dei Guverno, redigendosl analogo verbale ». Ex quibus verbis patet iura Ecclesiae sufficienter agnosci ct quae potest in his casibus Status civilis, ea posse ex concessione ab Ecclesia facta.
" Poenitentiaria, 19 lun. 1819.
3 Cfr. Wernz, /. c., II, 245; Sâgmüllcr, Z. c., I, § 58, pag. 276-277; Augustine, *l.* VI. 191 sq.; Hilling, *Das Persontnrecht,* pag. 85-86; Haring, *Grundzügc...,* pag. J97; ftfunnwr, te., pag. 492-193: Santamaria, Z. r., IV, 269; Clacys Bouuaert-Simenon, Z. r.; n. 939.
1 Cfr. Wernz-Vidal, Z. c., II. 111 cf 146.
HAστη(ii l‹·ι /. /·.. I. § 67. pag. 3‹»3.

Primatum. Saeculo v prima vice eius specialis interventus occurrit. Sacculo xj totam suam potestatem Komanus Pontifex exclusivo modo exercere ĕoepit

Beneficia consistorialia praeter Episcopatum coque superiora sunt: AI), batiae et Praelaturae *nullius,* Vicariatus ei praefecturae apostolicae. Sua potestate K. Pontifex generarim utitur per S. C. Consistorialem. S. C. Do Prop. Fide; S. C. De negotiis extraordinariis pro ratione competentiae Uniuscuiusque dicasterii a.

2° **Alia beneficia.** - *a)* Praetor Romanum Pontificem, qui vi Primatus quaelibet ubique erigere potest beneficia, Ordinarii locorum ⅓ in suo quisque territorio beneficia non consistorialia erigere possunt. Vicarii tamen Generales ad hoc indigent mandato speciali. Praeterea Sanctae Sedi reservatur erectio novarum dignitatum in Capitulis '.

Videtur Ordinarius Joci novos canonicatus honorarios constituere posse sine auctoritate S. Sedis s.

b) Etiam Cardinalis in proprio titulo vel diaconia potest beneficia non curata erigere, nisi ecclesia sit religionis clericalis exemptae 6.

978. — II. Servanda in erectione beneficiorum. - 1° **De necessitate et constitutione dotis.** - Beneficia ne erigantur, nisi constet ea stabilem et congruam dotem habere, ex qua reditus perpetuo percipiantur. Ob necessitatem tamen subveniendi bono animarum quod necessariam quandoque reddit erectionem paroeciarum, non prohibetur, etsi congrua dos constitui nequeat, quominus Ordinarius loci paroecias aut quasi-paroecias erigat, si prudenter praevideat ea quae necessaria sunt aliunde non defutura 7.

Notabilis exceptio hoc canone statuitur, qua beneficium erigi posse dicitur, etsi dos congrua non habeatur. Notandum tamen est Codicem non absolute a tota dote dispensare, quod naturae beneficiorum repugnare videretur, sed solum a dote *congrua*. Si igitur dos absolute desit, etiam in minima quantitate, tunc bono animarum subveniendum erit erectione ecclesiarum subsidiariarum intra fines alienius exsistentis paroeciae, in cuius ditione et dependentia ipsae manebunt donec paroecialitatem consequi possint8*

* Cfr. Wernz-Vidal, *l. c.,* II, 141; Siiianiiller. */.* r., I, j 67, pag. 301-302.
1 Wcrnz-Vidal, *l. c.,* II, 146.
3 Vicarii Capitulates, cum non excipiantur, veniunt hic immine Ordinarii; Santamaria, b c.. IV, 273.
1 C. 1414, § 2-3 et c. 301, § 2; cfr. etiam cc. 392, 393, § 3 ct 1433.
° Cfr. c. 106; Wernz-Vidal. *I. c..* II. 147; contra SagmilHor, Z. c.. pag. 302, 5 67. Cfr. etiam cc. 406-407.
§ C. 1414, J 4.
7 C. 1415, « 1 ct 3.
... * Cfr. S. C. Consistorial. I Aug. IOI.·. *.I. .I. .S..* XI, 31«. (J,,. iIweUr, *I. r.,* J 11· H· 1309.

Congrua ea dos dici debet quae de· se sufficiens sit ad beneficiariisustentationoro, ad ecclesiae in qua beneficium erigitur fabricam, necnon ad cultus expensas '.

Dos melius in fundis pracdialibus constituitur; si vero in numerata pecuria constituatur, Ordinarius, audito dioecesano administrations Consilio, rurare debet ut quam primum collocetur in tutis et frugiferis fundis vel nominibus seu titulis -.

2° **De audiendis iis quorum interest.** - All erectionem beiwlicii vocentur et audiantur, si qui sint, ii quorum interest 3.

Id necessarium erit etiam ad videndum, utrum *insta causa* quae certo etiam de iure vigente 1 ad erectionem beneficii necessaria est, exsistat, item ad videndum utrum locus fundationi congruus sit5. De iure communi vigente non videtur requiri ut erectio fiat in aliquo altari aut ecclesia determinata.

Ltruni ii quorum interest audiendi sint ad valorem erectionisc. non constat modo certo.

Si agatur de constituenda nova paroecia ex divisione paroeciarum exsistentium, certe interesse habere dicitur parochus, et si de paroecia iurispatronatus agitur etiam patronus, necnon in ambobus casibus paroeciam7. eorum tamen consensus non requiritur· 8.

Damnum sibi ex nova erectione timentibus competit actio de novi operis nuntiatione ".

3° **De conditionibus a fundatoribus apponendis vel appositis.** - ZZ) In limine fundationis fundator potest, de consensu Ordinarii, conditiones etiam inri communi contrarias apponere, dummodo sint honestae et naturae beneficii non repugnent 10.

Fundator is dicitur (pii ad dotem beneficii constituendam maiore saltem ex parte ipsius dotis suis bonis concurrit n.

Limen fundationis appellatur tempus quo fundator dotem ecclesiae profert et ipsa acceptat firmatque suo decreto erectionis ia.

1 Wcrnz-Vidal, Z. c., II. 152; Augustine, Z. *c..,* VI, 198-499; Siigmidler, Z. c., § 67, pag. 302. ReUfoiiBtuel, Z. c., III, 5, loo, solummodo necessaria ad congruam beneficiarii sustentationem n-Tilrlt; cfr. tamen eundem lleiii., Z. c., III, 48-, 8-9.
3 Cc. 1415, § 2 et 1520.
3 C. 1416.
4 Cfr. Wcrnz-Vidal, Z. c., II. 150; ante Codicem ICcitîenstuel, Z. *c.,* III, 5, 99; SüginüHcr, *l· c.,* I. 5 67. pag. 302; Aiehner-Friedle, Z. *c.,* § 78, pag. 271.
* Cfr. Aichner-Friedle, Z. *c.,* § 78, pag. 272; Wcrnz-Vidal, Z. c.. II, 151.
6 Affirmant ex c. 105, 1°: Blat, Z. c., 313. pag. 390; Santamaria, Z. c., IV, 271; centra Auim-tinc. Z. *c.,* VI, 199 ex c. 3, X. 3, 18; cfr. etiam infra n. 979. 2, c.
' Augustine, Z. c., VI. 199.
* Cfr. C. 1427.
' Cfr.cc. 1162. § 3, 1676-1678, una tamen cum c. 1127: Sâgmulkr, Z. c., I. § 67, pag. pag. 302; Eichmann. Z. *c..* pag. 452. 2, *b.*
10 C. 1117 § 1
" S. C. C^nrilH 13 Iulii 1918, *A. J.* XI, 78-83; 9 Iunii 1923, **J. J.** *S.9* XVI, 165.
I* ^antanutria, *L* <.. IV, 275.

Conditiones imi communi contrariae quae tamen honestae habentur, essent: ut beneficium clerico fundatori pro prima vice conferatur1; ut bene, licium conferatur clericis idoneis talis civitatis, provinciae2, regni, familiae; nt sit ad nutum collatoris revocabile; ut cleric·· ante aetatem praescriptam a iure communi conferri possit 3.

contra ut inhonestae habendae essent, ideoque non admittendae venditiones: ut beneficium conferatur lairo; ut institutio a laico fundatore concedatur; ut parochus beneficiarius liber sit a lege residentiae; ut canonicus liber semper sit ab officio chorali etc. *.

Attamen quae dicuntur de fundatore non valent de *simplici benefactore;* benefactor autem simpliciter dicitur is qui concurrit quidem sua pecunia ad dotem constituendam aut augmentandam deficientem, at non ex maiore parte; talis autem ex gratia dispensari potest, si sit ipse clericus beneficiarius, a certis oneribus beneficiis4*

b) Conditiones semel admissae, supprimi aut immutari ab Ordinario loci valide nequeunt, nisi agatur de mutationibus Ecclesiae favorabilibus et accedat consensus ipsius fundatoris, vel, si agatur de iure patronatus, patronie.

Hac paragrapho soluta est quaestio inter auctores agitata 7 utrum possent semel firmatae conditiones immutari. Atque quod affirmat Codex de fundatore ridetur etiam affirmandum de fundatorum heredibus; immutatio enim in favorem Ecclesiae semper admittenda est 8.

Circa imminutiones onerum ob imminutos reditus, nulla administratonim culpa, nunc standum est Codici 9,

1° **De ipso erectionis decreto.** - Erectio beneficiorum Hat per legitimum instrumentum, in quo definiatur locus ubi beneficium erectum est et describantur dos beneficii et iura et onera beneficiarii10.

Confectio documenti non requiritur, ut videtur, ad valorem erectionis 11.

1 Reiffenstucl, *l. c.*. ILI. lu9, hanc conditionem ut inhonestam, quia simoniae,·, refait; simonia autem haec. cum esset luris ecclesiastici non amplius viget, ideoque de iure vigente illa conditio admittitur: imnio admittitur ut clericus vi talis conditionis institutus liber sit ab omnibus oneribus, fruatur autem omnibus iuribus beneficii, etiamsi agatur de ecclesia cl beneficio luiroeciali e. 1450, ξ 2. n. 2: S. C. Concilii 13 Iulii 1918, *A. A. S.,* XI, 78-83.

2 Cfr. C. I. 26 Nov. 1922. J. .4. .S'.. XV, 128. *salra Icjc luiidalionix.*

3 Cfr. Reiffenstucl. /. c., III, 5. 105 sq.: Eichmann, /. c., 152. 3 et in nota 1; cfr. etiam cc. 1.521, § 2; 1438.

4 D'Annibale. Z. r.. III. .'··. nota 1. ut inhonestam aut naturae beneficiorum repugnantem ltabet conditionem ut beneficium conferatur ad tempus; id non amplius valet; cfr. c. 143S.

5 Cfr. S. C. Concilii 13 Iulii 1918. .4. .1. 6'., XI, 78-83.

• C. 1117. § 2.

7 Cfr. Reiffenstucl, Z. c., III, 5. III sq.

8 Cfr. D'Annibule, Z. e., III, 20, nota 3.

8 Cfr. cc. 1517. i 2. et 1551; Reiffenstucl, Z. c., 1JI. .5 III -<i.

,n C. 1118.

11 Cfr. Vermeersch, Z-J/nlm»»·, II, 75o: ReilTcustuel, Z. c., Hf, 5, luj-ioi; Santamaria,

Ad legitimitareni document i requiri videtur ut ab Oroimirio ,i Cancellario vel alio (.'uriae notario subscribatur.

Quae dicuntur do erectione valent quoque de restau ratione beneficii exstincti

Caput II.

De unione, translatione, divisione, dismembratione, conversione et suppressione beneficiorum.

979. — I. De innovatione beneficiorum. - 1° Notio. - Innovatio beneficiorum est quaelibet modificatio sive circa iura aut onera, sive circa locum, situm et speciem beneficiorum 2.

Innovatio variis modis fit, nempe: unione et incorporatione, translatione, divisione et dismembratione, pensionis impositione et ℃onversioni 3, de quibus statim. Ad innovationem non pertinet suppressio quae est beneficii cessatio.

2° **Principia cuilibet innovationi applicabilia.** - Principium generale est in hac materia *ut beneficia ecclesiastica sine deminutione conferantur* ', et cum in qualibet innovatione beneficiorum imminutio generatim contingat, innovationes de iure prohibitae considerari possunt, quod tamen extendi nullo modo debet ad casus in quibus ius eas expresse permittit. Tunc enim innovationes licitae evadunt servatis regalis iuris. Normas autem in qualibet innovatione servandas continet Codex: Locorum Ordinarii uniones, translationes, divisiones, dismembrationes beneficiorum ne faciant nisi per authenticam scripturam, auditis Capitulo cathedrali et iis, si qui sint, quorum intersit, praesertim rectoribus ecclesiarum. Unio, translatio, divisio, dismembratio facta sine causa canonica irrita est. Adversus decretum Ordinarii unientis, transferentis, dividentis aut dismembrantis beneficia, datur in devolutivo tantum recursus ad Sanctam Sedem 5.

Requiritur igitur:

a) Auctoritas competens; quae pro beneficiis eonsistorialibus, aliisque quorum erectio Sanctae Sedi reservatur, est una Sede Apostolica.

Ordinarii locorum, quos solos nominat hoc loco Codex, eas innovationes

1 SSgmülier, *l.* <·.. I. § 67. pag. 303; cfr. tamen cc. I'i2. s 1 et 304. 5 -·

' 85gmiiller, Z. <·.. I, § G8, pag. 304; Wei nr.-Vidal. Z. <·., II, 151; Badii. Z. ‹ 150

f Cfr. cc. 1419, 1 121, 1429.

1 Cfr. c. HH» *rubrictie* i it. 12, Iit». 111 Decret. Gregorii IX: Reiffenstucl, Z. c., III. 12. 2.

5 C, 1428,

facere ƀsunl quas «'«alex expresse permit l it ; quaciiam autrui litliwnodi >int ex dicendis ho»·. capito patebit. Semper tamen cum Ordinario loci ad quaelibet innovationes faciendas concurrit Romanus Pontifex '.

Quae in aliquo officio iure divino constituta sunt nec R. Pontifex innovare potest, ut per se patet 1.

/›) *Atflhritiira scriptura* seu documentum legitimum ab Ordinario in. novanto eiusque cancellario vel notario subsignatum riteque eonfc. tuiu, omnia necessario exprimenda ut causam, auctoritatem innovantem, tempus innovationis. et speciem ipsius innovationis continens.

Documentum hoc certe ad fidem faciendam peractae innovationis, si non necessarium, valde utile est; utrum autem ad valorem ipsius innovationis necessarium sit certo affirmari non potest 3.

c) *Consilium Capituli el eorum quorum interest.* - Ante Codicein goneratim consensum Capituli, consilium autem eorum quorum interest reqnirehaut auctores 4.

Utrum post Codicem consilium Capituli et eorum quorum interest a»i valorem innovationis requiratur non conveniunt auctores; nos in affirmarivam inclinamus opinionem

Si beneficium innovandum vacet, ei dandus est defensor ex officio qui eius iura defendat, munus defensoris in casu exercere valet promotor ƒustitiae

d) Justa causa quae ad valorem requirit ur. Omnes causae comprehendi poscunt in urgenti necessitate et evidenti Ecclesiae utilitate '.

Quaenam in specie sint causae iustae videbimus ubi de singulis innovationum speciebas.

Si agatur de innovatione beneficiorum in locis S. C. Prop. Fidei subiectis, maior aliqualis libertas Ordinariorum admitti facile poterit 89

e) Recursus contra decretum innovationis de iure vigente ad Sanctam Sedem interponendus est ·.

1 C. ils; Sagmtiller, *l. c.,* I, § 68, pag. 301. \ ı

' Cfr. Wernz-Vidal, *l. c.,* II. 151. III.

3 Ante Codicem optimi canontetae negabant; cfr. SfigmiHler, */.* c.. I. § 68, pag. 301; Blat. *I. c.,* 327, pag. -107; verba Codicis prohibentia tantum sunt; cfr. cc. 11 et 15; ita etiam Augustine, *l. c.,* VI, 512; Wernz-Vidal. *I. c.*. II. 167; Santamaria, *I.* c.. IV. 286-287; Cocchi, *L c.*. vol. VI, pag. 225-226: contra Plstocehi, *l. c.,* pag. 130 ubi dicit scripturam certo (D requiri ad valorem.

1 Cfr. Sügmtillcr. *I. c.,* I, j 68. pag. 301; Aichner-Frledle vero modo consensum, modo consilium Capituli. Aichner-Friedle, Z. c., § 79, pag. 271 ct 277; Wernz, *Ius decretalium, U,* 267 et n. 254. nota 13.

Cfr. c. 105, n. 1; humo quandoque exigitur consensus cfr. c. 1424; quandoque e contra expresso consensus excluditur, c. 1127, 5 1; Blat, Z. *c.,* 327, pag. 407. Vermeersch, *Upitomr.* II, ,58. una cum Augustine. Z. c., VI. 512, consilium non requirunt ad valorem; itemque Wernz-Vidal. Z. *c.*. II, 157 ct 167; Santamaria, Z. c., IV, 287; Plstocehi, Z. c., pag. 131. Cum a d.-croto Ordinarii detur recursus in devolutive, flcri potest, ut innovatio forte de se valida ab Ordinario facta, rescindai ur a S. Sede.

® Cfr. Wernz-Vidal. Z. c.. II. 154, nota 13.

' SâgmüUer, Z. c., § 68. pag. 304.

' Cfr. Wernz-Vidal. Z. e.. II, 154, III.

9 Wernz-Vidal. Z. c.. II. 167, nisi Ordinarius potestate ordinaria propria procedat, tu» enim etiam ad Metropolitani recurri poterit, nisi do recursu contra divisionem paroeciae

980. II. De variis innovationum speciebus. - 1° 7)c *unione beneliciorum. - a)* Notio. - Unio benc-ficiornm est innovatio qua oχ duobus vel pluribus beneficiis unurn fit.

b) **Variae species.** - Unio beneficiorum est:

a) *llrstincliva,* eum aut ex suppressis duobus ve] pluribus beneficiis novum atque unicum beneficium efficitur, aut unum vel plura ita alii uniuntur ut esse desinant. Γη hac unione beneficio quod emergit aut remanet, omnia, iura et onera exstinctorum competunt, et, si inter se componi nequeant, meliora et favorabiliora '.

Dicitur autem haec unio exetinctiva quia ex duobus beneficiis fit unum et ita alterum eorum exstinguitur vocatur etiam unio *translativa* aut *per confusionem.*

p

fi) Minus principalis, seu *per subiectionem* vel *accessionem,* cum beneficia remanent,-sed unum aut plura alii tauquam accessorium principali subjiciuntur. In hac unione beneficium accessorium sequitur principale, ita ut clericus qui principale obtinet, eo ipso et accessorium consequatur atque utriusque onera implero debeat 3.

Ecclesia beneficii principalis, si agatur praesertim de paroeciis, vi talis unionis, habetur *mater* respectu ad unitam quae *filia* consideratur. Ecclesia unita induit naturam et privilegia principalis, itemque mutatur status et natura beneficii taliter uniti ita ut ipsum numquam vacare censeatur. Xon debet tamen alterari status ecclesiae unitae, sed eius servitio subveniendum est per vicarium vel perpetuum vel temporalem 4.

y) Aeque principalis, cum unita beneficia remanent· prout sunt, neque alterum alteri subiicitur. Vi huius unionis quodlibet beneficium conservat suam naturam, iura et onera, sed vi peractae unionis, uni eidemquo clerico unitorum beneficiorum tituli conferri debent 5.* Est haec unio, unio personalis beneficiorum in perpetuum facta

e) **Quis uniones beneficiorum facere possit.** - a) Unio exstinctiva quorumlibet beneficiorum T; unio etiam aeque vel minus prin-

1 Cc. 1419, ŋ. 1 et 1420, § 1.

2 Reiffenstuel, Z. *c.,* III, 12, 41-12.

3 Cc. 1119. n. 3 et 1420, § 3.

4 Cfr. Reiffenstnel, Z. *c.,* 111, 12. n. 43-51; Siiginuller. Z. c.. I. § IIS. pag. 308-309: Wernz-Vidal, Z. c., II, 173, II.

Exemplum unionis subiectivae affert Aiehner-Fnedle, L § 79, pag. 271, episcopatus Iiirtiuupolitiini (Capo d'Istria) Tergestino.

5 Cc. 1119, n. 2 et 1420, § 2; cfr. etiam cc. 339, § 5; 466, § 2 et 1299, § 2.

4 Cfr. Reiffenstnel, Z. c., III, 12, 51. Exempla harum miiomim affert ƶKiclmur-Friedb i. c, § 79, pag. 271, in nota 2, uniones nempe dioecesis Bellunensis et Feltrensîs a Vio VIl. itemqne dioecesis Vusnaniensis et Gnesgnensis.

7 Cfr. tamen cc. 394, § 3; 1355, n. 3, do quibus iam alibi loquuti sumus.

cipalis beneficii religiosi cum sacculari et e conlra. imi Sedi \posto. licae reservatur L

/9) Ordinarii locorum, non autem Vicarius Capitularis, nec Vicarius Generalis sine mandato speciali 1, possunt, ob Ecclesiae neces, .sitatem vel magnam et evidentem utilitatem, aeque aut minus principaliter unire quaslibet paroecia les ecclesias inter se aut cum beneficio non curato, ita tamen ut. altero in casu, si unio fiat minus principalis, beneficium non eunttum sit accessorium.

Nequeunt vero unire paroeciam cum mensa capitulari vel episcopali. eum monasteriis, ecclesiis religiosorum aut alia persona morali. neque cum dignitatibus et beneficiis ecclesiae eathedralis et collegiatae: sed possunt eam cum ecclesia eathedrali aut collegiali, quae in territorio paroeciae sila sit. ita unire ut reditus paroeciae cedant in commodum ipsius ecclesiae, relicta parocho vel vicario congrua portione.

Unio beneficiorum a locorum Ordinariis fieri non potest, nisi in perpetuum 3.

Hoc canone 1423 Codex expresse concedit Ordinarii» uniones ecclesiarum paroecialium inter se aut eum aliis beneficiis, aliquibus casibus bene determinatis exclusis ‘.

Alias aliquas uniones canonibus 1422 et 1424 expresse prohibet; quaeri hic potest utrum uniones illis concessionibus expressis non comprehensas, aut illis prohibitionibus non exclusas facere possit. Iuris veteris interpretationibus freti 5 affirmative respondemus, posse scilicet Ordinarium unione» non prohibitas intra suae potestatis ambitum facere, quam interpretationem C<»dex admittere videtur, cum quod excludere vult exprimat.

Auctores §*loquuntur non solum de necessitate causae, sed etiam de necessitate cognitionis causae. Causae exsistentia certe ad valorem unionis factae vel faciendae requiritur ", eius vero cognitio de iure vigente per se non videtiir requiri ad valorem :*

Evidens et magna utilitas aut necessitas haberentur si magna sit bencficioruiu paupertas, si ecclesia beneficii reparatione indigeat nec aliter provideri possit, defectus populi, litium compositio etc. ’.

1 C. I 122.
2 Vicario Capitulari agnoscebant ante Codicem auctores potestatem uniendi beneficia: cfr. Reiffenstuel. *L* c.. IIT. 12. 61; Wernz, 7. c, II. 2711.
3 C. 1123, i 1-3.
4 Inter caaus exclusos adiiumerandi etiam sunt cûhub in cc. 1122 et 1121 rehrti. ideo ncqtift Ordinarius loci ordinaria potestate unire paroecias religiosorum. Vermeersch, /O*titotnc* II. 7Λ1. 2.
5 Cfr. Reiffenstuel. *L* c., III. 12, 54.
2 Reiffenstuel, *L r.*ỷ III. 12. 67 sq.: Wernz-VklaL /. c.. II. 172. I.
7 C. 1428, § 2. Santamaria, 7. r., IV. 279, qui tamen pa^. 2So causar ucecsspatem videtur negare pro incorporatlone de qua iu paruxrr. 2 huius canonis I 123.
s Cfr. tamen c. 142i de quo mox.
ü Cfr. Sâgmidler. *L r.,* I. § 68. pag. 309; Wcrnz-Vldol, 7. n. 171.

Vi c. 1423, § 2 Ordinarii possunt incorporatione» facere etiam pleno iure inlni limites a canone statutos x.

Congrua portio de qua in canone ea omnia comprehendit quae ad beneficiarii alimentationem, habitationem, honestam recreationem, scientiarum sacrarum cultum etc., referuntur ·.

d) Servanda in unione peragenda. - Ordinarii nunquam possunt beneficia quaevis unire sive curata, sive non curata, cum detrimento eorum qui eadem actu obtinent, ipsis invitis; neque beneficium iuris patronatus cum beneficio liberae collationis sine patronorum consensu; neque beneficia unius dioecesis cum beneficiis alterius dioecesis, etiamsi ambae dioeceses aeque principaliter unitae ab uno Episcopo regantur; neque beneficia exempta vel Sedi Apostolicae reservata eum aliis quibuslibet 3.

Quae hoc canone statuuntur iam iure vetere vigebant 4, ex illo proinde interpretationem accipiunt.

Codex c. 1428, § 2 requirit consilium eorum quorum interest; tales certo sunt rector beneficii si unio effectum sortiri debeat dum ipse beneficium obtinet 6, itemque patronus sive laicus sive ecclesiasticus, quorum insuper consensus requiritur, et quidem, ut videtur, ad valorem unionis °.

Sed praeterea alii etiam v. c. 1428. § 2 audiendi erunt et vocandi ut electores, aliique inferiores collatores si qui ex speciali privilegio habeantur. Plebs vero, etsi agitur de unione paroeciae, non necessario advocanda est ad consilium dandum, sed si contra unionem aliquid habeat audienda 7.

Codex consensum patronorum requirit, quia non vult ipsis invitis iura quaesita auferre, quod fieret si subjective eorum beneficium alteri uniretur; nec vult beneficia liberae collationis uniri subiective beneficiis iurispatrunatus quo eorum status detrimentum pateretur, sicut etiam in casu quo unio fieret aeque principaliter 8.

Codex prohibet uniri beneficia dioeceseon unitarum si dioeceses unitae sint aeque principaliter, qui casus facile occurrit; si tamen dioeceses uniantur per subicctionem aut exstinctionem, unio non videtur prohibita.

981. — 2° De beneficiorum incorporatione. - *a)* Notio. - Ad unionem minus principalem ‖ revocari potest beneficiorum *incor-*

1 Sautamarin, *I.* <:.. IV. 270-280.
2 Santamaria, *f.* c., IV, 280.
3 C. 1121.
‘ Cfr. Reiffenstuel, *I. c.,* III. 12, 51 sq-! Sügmùller, /. e., 1. § 68, pag. 308-309.
5 I'roindo si Ordinarius loci unionem ita decernat ut effectum solummodo sortiatur post futuram proximant vacationem, summum rectoris consilium necessarium erit, nullo modo consensus; cfr. Wernz-Vldaf, Z. c., II, 172, II.
6 C. 105, n. 1.
Cfr. Reiffeustucl, Z. <·.., III, 12 XVcriw-Viihd, /. <·.. 11.
R Cfr. Vermeersch, Z. c., II.
? Iia Verimersell, *Evil-rmc,* 11,

parutio quae ita describi potest: l nio beneficii ecclesiastici cum alia persona morali collegiali ant non collegiali '.

Differt a simplici unione quia uniuntur solum beneficia inter se; incorporantur vero beneficia cum alia etiam persona morali.

Nec requiri videtur ut habeatur incorporatio ut unio fiat cum domo religiosa aut cum ecclesia, sed potest etiam fieri cum Seminario, hospitali etc. -,

b) Divisio. - Triplicis speciei incorporatio esse potest: *semipleni* seu *non pleni* iuris, si solum temporalia beneficii uniuntur; *pleni iuris,* si incorporatur totum beneficium tum in temporalibus, tum in spiritualibus; *plenissimi iuris,* si incorporantur non solum temporalia et spiritualia, sed praeterea beneficium a dioecesi ad quam pertinebat abscinditur ut territorium *nullius,* seu potius Praelaturae vel Abbatiae *nullius* evadat

c) Notae historicae. - Incorporationes iude a saeculo ix ob fidelium oblationes monasteriis factas vel ob ecclesias ab ipsis monachis constructas saeculis sequentibus multiplicatae sunt. Concilium Tridentinum incorporationes fieri a Praelatis R. Pontifice inferioribus prohibuit. Codex ius vigens confirmavit 4.

(l) Ius vigens. - a) Incorporationes. quodvis genus, una Sancta Sedes facere potest s, nisi exceptio probetur 6.

β) Si a Sede Apostolica paroecia domui religiosae uniatur *ad temporalia tantum* quod attinet, domus religiosa particeps fit solummodo fructuum paroeciae, et Superior· religiosus sacerdotem c clero saeculari in eadem instituendum, assignata congrua portione, Ordinario loci praesentare debet7.

Quandoque unitur domui religiosae non totum beneficium formaliter sumptum, sed pars solummodo fructuum determinata; tunc potius dismembratio quam incorporatio habetur 8.

Beneficium saeculare, qua constans etiam ex officio, in incorporatione semipleni iuris remanet saeculare; inde patet institutionem canonicam ad Ordinarium loci pertinere, et clericum saecularem a Superiore religioso praesentandum esse; beneficia enim saecularia saecularibus clericis conferenda sunt; constitui autem debet vicarius perpetuus qui a Superiore religioso in-

1 Aichnur-FricdlOf *L* § 79. peg- 275; SÛgiJüllcr. Z. *c.,* I. § 68, png- 309-310; Santamaria IV. 276; Claeys Bouuiiert-Simenon, Z. c.. n- 918; De Mecstcr, /. *c.,* TH, n. 1402.
- Cfr. auctores in nota proceed, citatos.
3 Cfr. Wernz-Vidal, *l. c.,* II, 175; Haring, *Grundzuijc...,* pa#. 615.
4 Cfr. Wernz-Vidal, /. c., 11, 175, a; Haring, *l. c.f* 611-615; Sâgmüller, 7. c,, f 68, p. 310.
ü Cc. 1123» § 2; 1125, i 1: Wernz-Vidal, Z. c., II, 175, *b.*
6 Cfr. exceptionem in § 2 e. 1423 de qua iam toquuti sumus.
C. It 25. § 1.
« RcifTrnstueL *l.* r., 111.

consulto Ordinario loci nequeat amoveri ? Sacerdos praesentandus debet (i clero saeculari dioecesano assumi; praesentatnm autem, dummodo dignus Ut, Ordinarius loci instituere debet 1.

Congrua portio assignanda tanta debet esse quae ad honestam sustentationem sufficiat non solum, sed et ad iura episcopalia solvenda. Si in portione taxanda quaestio oriatur, unanimi consensu solvenda videtur inter Superiorem domus religiosae et Ordinarium loci 3.

Rationem administrationis spiritualis vicarius reddere debet Ordinario loci, rationem vero administrationis temporalis Superiori domus religiosae.

7) Paroecia si pleno iure domui religiosae incorporata sit, fit religiosa, et Superior potest sacerdotem e sua religione ad curam animarum exercendam nominare, sed Ordinarii loci est eundem probare et instituere, eiusque iurisdictioni, correctioni et visitationi ipse subesse debet in iis rebus quae ad curam animarum pertinent '.

Non necessario debet designari vicarius religiosus, sed, saltem in casu necessitatis, *potest* designari etiam sacerdos saecularis 5.

Cum ofilcium pleno ime initum numquam vacare possit, auctores antiqui pcpiie dictam vicarii institutionem excludebant6; Codex institutionem requirit, quae tamen forte intellegi potest de *institutione auctorizabili*

982. — 3° De beneficiorum translatione. - *a)* Translatio beneficii habetur cum beneficii sedes de alio in alium locum deducitur s.

b) Ob Ecclesiae necessitatem vel magnam et evidentem utilitatem 9 Ordinarii locorum possunt quoque beneficii saecularis paroecialis sedem de alio in alium eiusdem paroeciae locum transferre; alia autem beneficia, tunc solum cum ecclesia, in qua fundata erant, collapsa sit et restaurari nequeat, possunt iu matrices vel alias ecclesias locorum eorundem seu vicinorum, erectis, si fieri possit, altaribus vel sacellis sub iisdem invocationibus, transferre cum omnibus emolumentis et oneribus priori ecclesiae adiunctis 10.

Santamaria, Z. c., IV, 286; Reiffenstuel, *l. c.,* 27. i et 6 sq., ubi uliani de quaestione utrum in casu saltem necessitatis possit praesentari religiosus clericus.
2 Augustine, Z. *c.,* VI, 505.
3 Cfr. apud Reiffenstuel, Z. c., III, 37, 10-23 antiquas de hac re disputationes; cfr. etiam c. 471, § 1, ubi tamen agitur de paroeciis pleno iure incorporatis.
1 Cc. 1125, § 2, et 631; circa ius praesentandi cfr. tamen c. 471, § 2. «An vi canonum G31, § 3; 535, § 3, u. 3; 533, H n. 3 et· 4, loci Ordinarius ius habeat exigendi rationes de adnduistrationu fundorum legatorumquo paroeciae religiosae, de qua in canone 1425, J 2. — It. Affirmativo, tinnis praesciuptis canonum 630, ? 4. et 1550 » C. I. 25 Iulii 1926, ^1. ^*l. S.,* XVni, 393.
5 Reiffenstuel, Z. c., III, 37, 8; cfr. tamen c. 1111, u. 2; cfr. etiam Santamaria, Z. c., VI, 2S3.
* Cfr. Reiffenstuel, Z. *c.,* III, 37, 8.
7 Cfr. Reiffenstuel, Z. c., III, 7, 7 et 36 sq.; Sfiginüllef, Z. c., I. § 68. pag. 311, Wernz. /w» *Dccrcldlium,* IT, 150 sq.
9 C. 1421.
9 Cfr. Concll. Trident. Sess. 21, cap. 7. *de re/.* itemque cc. 1187 et 2262.
10 C. 1420.

''ausae canonicae exsistentia ad translationem faciendam requiritur non suium ad liceitateni. sed etiam ad valorem ipsius translationia '.

Ad paroecias religiosae domui incorporatas transferendas licentia S. Sedis requiritur a idemque valet de quolibet beneficio religioso 2.

Maior ob necessitatem bono animarum subveniendi conceditur Ordinariis potestas circa paroecialia beneficia quam circa alia.

Alia autem beneficia transferre possunt Ordinarii intra suae competentiae ambitum 4.*

r) Nihil speciale in translationibus faciendis praecipitur praeter ea quae supra ex r. 142$, de qualibet innovatione exposuimus.

983. — 4° De divisione et dismembratione. - *a)* Notiones. - *Dirisio* beneficii habetur cum ex uno duo vel plura beneficia fiunt; *flisnicmbratio.* cum pars territorii aut bonorum alicuius beneficii ex eodem detrahitur et alii beneficio vel causae piae aut ecclesiastico instituto assignatur 5.

Cum detractio partis territorii aut bonorum alicuius beneficii ut pars detracta alteri beneficio assignetur, nomine veniat dismembrationis ex hoc e. 1421, et ceterum cum ex 1427, § 1 Ordiuarii possint paroecias dismembrare, iam liquet posse Ordinarios de iure vigente partem territorii separare ab una paroecia et alteri iam exsistenti commodiori assignare, nulla nova creata paroecia ·.

Auctores ante Codicem 7 quandoque dismembrationem appellant etiam illam innovationem qua ex uno duo vel plura beneficia fiunt; haec tamen appellatio est certo impropria, et nunc terminologiae a Codice firmatae inhaerere debemus.

Plures auctoress dismembrationem sensu stricto tunc solummodo docebant verificari cum aliqua pars redituum a beneficio separaretur ut alteri applicaretur. Alii tamen 9 etiam separationem territorii seu plebis iam ante Codicem dismembrationem appellabant, atque *partialem* dicebant dismembrationem quae vel ad solum territorium vel ad solos reditus se referebat, *totalem,* quae utrumque elementum respiciebat. Codex hanc doctrinam admisit 10.

1 Santamaria, *l. c.,* IV, 283.
3 Blat, *l. c.,* 325, pag. 403. Si unio seu incorporatio sit solummodo semipleni iuris tran?-lutiouem facere potest lore suo Ordinarius loci. Santamaria, *l. c.,* IV. 283.
' C. 1432.
Co. 1432 α sensu contrario et 1428.
C. 1421.
e Cfr. De Meester. *l. c.*. III, η. 1410, pag. 335. Nec videtur necessarium, in cusii quo territorium Edim embretur, ut etiam dos brneflcli d'smcmbretur.
7 Cir. Aichner-Friedlɛ, *l. c.,* § 70, p. 376.
8 Cfr. Riettenstuel, Z. c. III, 13, 21; Wernz, *l. c.,* II. 269; Ojetti, *Synorpsis,* v. *Ifanitw bratio,* u. 1813; post Codicem Wernz-Vidal, Z. *c* II, 169.
9 Cfr. Aicbuer-Friedle, Z. *c.,* § 79, pag. 276.
10 Cfr. etiam *Monitore ecclesiastico,* vol. 34, p. 165.

Ati dismembrationem referri etiam potest privilegium exemptionis quod aliquaudo S. Sedes, quandoque etiam Ordinarius loci concedere potest iusta ct gravi de causa religiosae familias ct pias domos a parochorum cura subducendo x.

Divisio beneficii est *aeque principalis* aut *minus principalis* prout beneficia ex ca resultantia inter se independentia aut dependentia sunt

b) Ius vigens. - a) Dismembratio quae detractis bonis benelicialibus fiat quin novum erigatur beneficium, itemque beneficii cuiuslibet religiosi dismembratio uni Sanctae Sedi reservatur 3.

Codex hoc canone, contra antiquiores ', doctrinam quae dismembrationem temporalia solummodo respicientem ab Ordinario loci fieri non posse docebat, canonizavit6.

Notari tamen iuverit hunc casum Codicis non verificari, si Ordinarius una cum parte bonorum beneficii dismembret seu separet a priori beneficio etiam partem territorii seu populi 6.

Ratio autem cur talis dismembratio bonorum beneficii Sanctae Sedi reservatur non videtur fuisse generalis regula de rebus ecclesiasticis non alienandis, sed potius fundatorum et oblatorum voluntas, quam sine gravissimis causis servandam semper tenet Ecclesia; accedit etiam ratio quod *non debet unum altare discooperiri ut aliud cooperiatur*

β) Ordinarii locorum possunt ex iusta et canonica causa paroecias quaslibet, invitis quoque earum rectoribus et sine populi consensu 8, dividere, vicariani perpetuam vel novam paroeciam erigentes, aut earum territorium dismembrare. Causa canonica ut divisio et dismembratio paroeciae fieri possit, ea tantum est, si aut magna sit difficultas accedendi ad ecclesiam paroecialem, aut nimia sit paroecianorum multitudo, quorum bono spirituali subveniri nequeat per unum aut plures vicarios cooperatores cum assignatione congruae renumerationis.

Paroeciam dividens, Ordinarius debet vicariae, perpetuae aut paroeciae noviter erectae congruam portionem assignare, dividendo pariter ex bono et aequo inter praeexsistentem et novam paroeciam bona communia ° in bonum totius territorii destinata pariterque aes alie-

1 C. 464, § 2; Wernz-Vidui, *l. c.,* II. 169.
2 Sfigmuller, *l. c.,* 1, § 68, p. 305.
3 C. 1122.
4 Cfr. Reiffenstuel. *l.* ‹·., 111, 12, 26 sq.
5 Cfr. Wernz, i. *c.*. U. 269.
6 Cfr. S. C. Concilii 14 lanuar. J. J. *S.*. N1V, 229.
7 Cfr. S. C. Concilii 1l luuiinr. 1922. J J. .s., XIV. 229 sq.; Reiffenstuel, 7. r.. 111. 12
Ex eo quod paroecia dividi aut dismcinbrari possit sine consensu populi aut recturis, fnlso deduxeris nec populum nec rectorem audiendos esse. Immo isti probabilius ad vulorciu amlieiidisunt. Cfr. cc. 1428, ÿ 1, et 105; De Meester. *l. c.*. n. 41(1, pag. 338.
9 lura tatuen singularia antiqui beneficii divisi iu novum ex divisione resultans ji‹»u transeant; Weruz-Vidul, *l. c.,* II, 168, notu 13. Λv·

num pro toio territorio contractum, salvis tamen piorum fuudatonun seu oblatorum voluntatibus, iuribus legitime quaesitis, ac legibus peculiaribus. quibus persona moralis regitur. Si portio congrua aliunde haberi nequeat, desumi debet ex reditibus ad ecclesiam matricem quoquo modo pertinentibus dummodo sufficientes reditus 1 eidem matrici ecclesiae remaneant.

Si vicaria perpetua aut nova paroecia dotetur ex reditibus ecclesiae a (pia dividitur, debet matrici honorem 2 deferre modo et finibus ab Ordinario praestituendis; qui tamen vetatur baptisinalem fontem matrici ipsi reservare.

Divisa paroecia quae ad aliquam religionem iure spectat, vicaria perpetua aut paroecia noviter erecta non est religiosa; pariter divisa paroecia iuris patronatus nova paroecia est liberae collationis 3.

Paragraphe, prima huius canonis 1427 Codex antiquam controversiam inter doctores agitatam circa dismembrationem territorii non certo modo definiti resolvit iuri Ordinariorum favens '.

Toto hoc canone Codex agit de dismembratione et div isione paroeciarum. de aliis vero beneficiis nec hoc nec aliis canonibus, ne verbum quidem habet; si ea excipias quae supra de dismembratione partiali oeconomica diximus. Quaeri proinde poterit utrum possit alia beneficia- dismembrare ant dividere. Cui quaestioni affirmative respondemus iure vetere freti, dummodo causa gravis habeatur et alia servanda serventur5. Etenim Codex Sanctae Sedi reservat solummodo dismembrationem et divisionem beneficiorum religiosorum 6.

Ut Ordinarius possit dotem ex praeexsistenti beneficio dismembrare. requiritur ut sufficientes reditus matrici ecclesiae remaneant.

Indiget autem induito apostolico, si inter ecclesiam matricem et novam paroeciam dividere etiam voluerit bona ex voluntate fidelium fundatorum aut oblatorum peculiari ecclesiae vel causae piae destinata. 7 Si vero dividere voluerit bona generali modo beneficio aut territorio matricis paroeciae destinata, id facere potest sua auctoritate ordinaria 8.

Causae necessariae ad divisionem aut dismembrationem paroeciae laxativae duae sunt: *magna difficultas accedendi ad ecclesiam*, quae magna diffi-

1 luter reditus ecclesiae matricis ex quibus desumi debet, portio congrua pro nova jœaroeOia aut vicaria non sunt computandae fundationes in ecclesia matrice faetne. Cfr. Ciae}· Bouuaert-Simenon, *l. c.,* n. 957; Pistocchi, *l. c.,* pag. 121.

2 Cfr. S. R. Rota IU Aug. 1017 t.-l. *A. S.*. X, 153); S. C. Concilii 13 Tulii 1931 *(A. .1. S.,* XXV, 208); S. C. pro Ecclesia Orientali 5 Aprilis 1930 *(A. A. ,S'.,* XXII, 271).

3 C. 1427, } 1-5.

4 Cfr. S. C. Concilii 11 lanuarii 1932, *.1. .1* , XIV. 229 »q.; *Mouilmt cccl^iagliw,* vol. 34. p. 105-167.

5 Cir. Reîffenstuel. Z. c.. 111. 12. 22 sq.; Badii, *l. c.t* Π, 5ôk *a*\ Weruz-VidaL *l.* c.. 11,165.

6 O. 1122.

7 Cfr. Vroinant, Z. c.. u. 26, pag. 35.

8 Vromaut. *l.* c., ibidem; Claeys Bouuacrt-Simenon, *l. c.,* u. 957. Paulo aliter De Mcester, u. 1110, pag. 336-337.

cultas ex moribus populi aestimanda est; quod enim magnum incommodum crearo putatur civibus in civitate degentibus, generatim grave non est ruricelis. Nimia multitudo paroocianorum esset circiter sex millia hominum: at notari praestat Codicem non admittere hanc causam ut sufficientem ad divisionem aut dismembrationem faciendam, nisi quando multitudini per vicarios cooperatores subveniri nequit h Difficultas accedendi ad paroecialem ecclesiam videtur vcrificari non solum ex distantia, sed etiam ex angustia ipsius ecclesiae quae omnes fideles continere nequit 2.

Vi huius canonis videtur Ordinarius loci potestate ordinaria dividere aut dismembrare posse etiam paroecias pleno iure religiosae domui incorporatas; dicitur enim in canone *paroecias quaslibet* 3.

Ante Codicem si dos paroeciae divisae e matricis dote subtracta fuisset, matrix ecclesia ius patronatus in filialem acquirebat; id de iure Codicis non amplius valet 4.

Codex hoc loco loquitur de paroecia aut vicaria perpetua de novo instituenda in divisione aut dismembratione; differentia inter utrumque in hoc. videtur consistere quod officium parochi cum sit iure communi bene determinatum magis quam officium vicarii perpetui determinationi Ordinarii loci subtrahitur. Poterit proinde Ordinarius aliquod ius paroeciale vicario perpetuo denegare, itemque onera paroecialia restringere5. Vicaria perpetua erecta ob multitudinem fidelium, venit nomine beneficii 6.

Circa sollemnitates servandas in divisione aut dismembratione facienda eadem valent quae de qualibet innovatione in genere diximus 7.

984. — 5° De beneficiorum conversione. - «) Notio. - Conversio benelicii habetur dum beneficium in aliam speciem mutatui· \ e. g., beneficium non curatum in curatum etc. Conversio beneficii appellatur etiam *transformatio.* Transformatio seu conversio duos actus comprehendit et continet, suppressionem beneficii exsistentis et erectionem novi beneficii °.

1 Cfr. Claeys Boiiuuert-Simenon, Z. *c.,* u. 956 ubi refertur uwma u Leone XII servatu qua in Urbe unicuique paroeciae non plus 3000 fidelium assignari voluit. Cfi·. etiam De .Mcester. /. c., n. 1110.

2 Cfr. Augustine. *I. c.,* VI, 509-510.

2 Blat, *l. c.,* 326, pag. 404-405; Claeys Bouuaert-Simenon, *l. c.,* n. 950 ct 955; Pistocchi. /. c. pag. 112; Augustine, *l. c.,* VI, 507-509; Vermeersch, *l.* r., II. 757, 1 : Santamaria, *l.* <·.. IV, 285. Contrarium admittere videtur Wernz-Vidal, 7. c., II. 1G3.

1 SAgmûÜer, *l. c.,* I, § 68, pag. 306; Wernz-Vidal, Z. c., II, 165; Santamaria. /. <·. IV, 285.

5 Cfr. tamen Vermeersch, *Periodica,* XIV (1925). pag. (12) sq. ubi docet emam animarum exclusive ad vicarium perpetuum pertinere, ipsum ad Missam pro popido teneri, ipsam vicariam perpetuam beneficio curato aequipararl. Quae autem ex iure vetero affirmat idem elutissimus auctor dc iure praesentandi vicarium perpetuum non videntur amplius sustinenda in Inrc Codicis.

' Cfr. Rciffenstuel, Z. c., I, 28, 29 sq. Santamaria, *Coineulurios al Cùdiyo canonico,* IV, 284 *cicarinm vcrpelvam* de qua in hoc c. 1172, restringere videtur ad vicarias de quibus in c. 171.

7 Cfr. supra u. 979: Wernz-Vidal, Z. r., II, 16/.

8 C. 1421.

' Wernz-Vidal, Z. *c.,* U, 160.

Ius vigens. - Beneficia curata ab Ordinariis in non curata converti nequeunt, nee beneficia religiosa in saecularia, nec saecularia in religiosa.

E contrario possunt beneficia simplicia ab Ordinariis locorum in curata converti, dummodo ne obstent conditiones a fundatore expressae

Possunt pariter Ordinarii, audito Capitulo, convertere amovibiles paroecias in inamovibiles; nequeunt vero beneficia religiosa uni Ordini aut Congregationi commissa alteri Religioni committere.

Ia conversione facienda servanda sunt quae generatim praescribuntur pro erectione beneficiorum. Effectus transformationis is est ut iura et onera beneficii praeexsistentis, quae suppressa non sint, transeant in novum beneficium \

Facilius quam ante Codicem permittitur nunc fieri conversionem beneficiorum simplicium iu curata: insta causa vel non requiritur, vel semper censetur adesse

985. — 6° De pensionis impositione. - *a)* Notio. - Pensio ecclesiastica est ius percipiendi partem fructuum ex alieno beneficio, auctoritate Superioris ecclesiastici clerico iusta de causa constitutum [1].

Pensio *personali* seu temporaria dicitur si a solo beneficiato solvenda sit cumque, non beneficium, directe gravet; *realis* si beneficium gravet. Realis autem pensio *perpetua* etiam appellatur [2] et quidem *stricte perpetua* si beneficio imponatur non ad vitam pensionarii sed etiam ultra; *relative perpetua,* si beneficio ad vitam pensionarii imponatur [3].

b) Ius vigens. - Beneficiis quibuslibet [4] nequeunt Ordinarii locorum pensiones perpetuas vel temporarias imponere quae ad vitam pensionarii durent, sed possunt, dum beneficium conferunt, ex iusta causa in ipso collationis actu exprimenda eisdem imponere pensiones temporarias, quae durent ad vitam beneficiarii, salva huic congrua portione.

1 U. 113». § 1-2.

- Cfr. Wernz-Vldal. *I. c.,* II, 160-162.

’ Santaniaria. i. c., IV, 289.

4 Belffenstuôl, *l. c.,* m, 12, 81; Annibtil«·. *I.* c., III, 73: \V< mz-Vidul, Z. c„ II. Augustine. *I. c.,* VI, 514.

5 Cfr. Wernz-Vldal, *l.* <·.. II. 18«, *a;* Augustine, Z. c., VI, 511; Kdilcnetuel, *I. c.,* III. I? 85; cfr. tamen etiam HergenrOther-Holhveck, Z. *c.,* 420-121. ju nota 7. Utrum pensio kitlciurn sit vidimus supra n. 973. 1 : cfr. c. 1112. n. 1. Sola pensio perpetua stricto sensu epotest beneficium: Santamaria /. c.. JVr 288.

« V.-rba benc/ZciU qmZmsiik/, intellegenda sum de soils beneficiis non puroccialibus: ei cii b ni nlW iii Xov· C: ’--20 1923· Cfr· <·· -1 ùi· 5 | et De M« , ill, n. 1111, pug·. 338, notu 7.

Beneficiis initem paroecialibus non possunt, nisi in commodum parochi vel vicarii | eiusdem paroeciae a munero abeuntis, imponere pensiones, (piae tamen ne excedant tertiam partem reditus paroeciae, quibusvis deductis expensis ct incertis reditibus.

Pensiones beneficiis a Romano Pontifice sive ab aliis collatoribus impositae, cessant morte pensionarii, qui tamen nequit eas alienaro, nisi id expresse concessum sit [2].

Hoc canone partim ius vetus pensionem ad vitam beneficiarii permitteas confirmatum est; partim melius definitum est circa pensiones ad vitam pensionarii[3].

Notanda est differentia inter beneficia paroecialia et alia; dum enim pensiones stricte et relative perpetuae imponi vetantur aliis beneficiis, permittuatur imponi relative perpetuae seu ad vitam pensionarii; item dum paroeciis ne imponantur prohibetur pensiones ad vitam beneficiarii, id permittitur pro aliis beneficiis.

De iure ferendo, si semel nostrum votum exprimere liceat, optandum est ut Ordinariis maior circa hoc libertas relinquatur. Sunt etiam apud nos paroeciae pinguissimae quarum reditibus subveniri posset facile vicariis cooperatoribus, qui saepe saepius in magna versantur paupertate, cum non spernenda popidi cliristiani admiratione. Utinam concedatur Ordinariis locorum modus his incommodis subveniendi, concedendo ipsis ius pensiones imponendi etiam beneficiis paroecialibus.

Paragraphe tertia occurritur abusui quo aliquando pensionarii ad pecuniam liquidam statim habendam pensionem alienabant.

Potest tamen certe Summus Pontifex alienationem pensionis permittere [4].

Cum Codex permittat absolute pensionem paroecialibus beneficiis imponi in commodum vicarii, poterii Ordinarius hoc facere etiam in commodum vicarii cooperatoris [5] a munere abeuntis [6].

Pensio ad vitam pensionarii eius morte cessat, ut per se patet; pensio vero perpetua pro pensionario item cessat eius morte [7], non autem absolute [8].

De iure vigente per se ex iure communi pensionarius nulla ligatur obligatione [9].

1 De Meester, *l. c.,* III, n. 1111, pag. 339, nota 1, docet pensionem concedi posse ab Ordinario loci etiam *vicario cooperatori* a munere abeunti; quod et nos probabile putamus. Cfr. diam S. C. Concilii 11 Nov. 1922. *A. J. S.*. XV, 154-156.

1 C. 1429. § 1-3.

3 Cfr. Reiffenstuel, 7· *c.,* UJ, 12, S9 f-q.

4 Cfr. S. C. EE. et RR. 12 Mart. 1810 apud Blzzarri, pop. »1-92; Ferraris, *Prompta fttblioiheca,* v. *Pensio,* n.: 74 sq.

5 Vermeersch, *Epilome,* II3, 759.

Λ Cfr. etiam C. I. 20 Mali 1923 ad IX, *A. A. S.*. XVI, 116; *Periodica.* P. Vermeersch, XIII, 87; una cum *Monitore ecclesiastico,* 1924, pag- 81.

7 C. 1129, § 3.

5 Circa cessationem pensionum cfr. etiam cc. 235; 3303; 2305; 2331; 2336; 2343, § 2. n 3; 2345; 2360, § 2.

9 Cfr. Wernz-Vldal, *L c,f* II, 180, IV.

986. III. De beneficiorum suppressione. - l " .Suppressi» esi lis beneficii exstinctio l.

Distinguenda est ab unione exstinctiva, a translatione quibus beneficia aliqnalem exstinctionem patiuntur, non totalem; itemque a suspensione collationis beneficii quae ex variis causis accidere potest

2° *Ius vigens.* - De iure vigente suppressio beneficiorum uni Sanctae Sedi reservatur ·; unice permittitur, de *licentia* tamen Sanctae Sedis Episcopis 4 suppressio aliquarum praebendarum eanonicalinm ad reliquas nimis tenues integrandas et complendas ·I.

Caput III.

De beneficiorum collatione fi

987. — I. Notiones praeviae. - Collatio beneficii est concessio beneficii vacantis per competentem Superiorem ecclesiasticmil clerico idoneo facta 7.

Auctores collationem *liberam* a *necessaria* distinguunt, itemque loquuntur de collatione *ordinaria* et *extraordinaria, de plena* et *minus plena* collatione l.

Podex de *necessaria* collatione, quae fit confirmatione, admissione, loquutus est libro secundo; hic agit *praecipue* de *libera* collatione et de collatione quae fit institutione canonica praesentati clerici 9.10

A collatione proprie dicta beneficii qua titulus beneficii confertur distinguenda est provisoria et temporanea beneficii concessio ob aliquam necessitatem “·.

988. — II. De iis qui beneficia conferre possunt. - **1° Principia generalia.** - *a)* **Ecclesia catholica exclusive competens est** ad conferenda, omnia beneficia ecclesiaslica; sunt enim beneficia, etiam in ea parte qua bonis temporalibus constant, *res spirituales* utpote ad finem spiritualem obtinendum necessariae. Probatur autem haec Ecclesiae potestas ex perfectione iuridica Ecclesiae. Si quid igitur hae in re possunt civitates, non aliunde earum potestas repetenda est quam ex concessione Ecclesiae quae concordatis, consuetudinibus quandoque autem sola tolerantia nititur

b) Ius est Romano Pontifici beneficia in universa Ecclesia conferendi, eorunque collationem sibimet reservandi 3.

Haec Romani Pontificis suprema, immediata, directa, cum qualibet aliorum Praelatorum concurrens potestas ex iure divino Primatus oritur, eiusque explicatio est 45

Romanus autem Pontifex suo iure hac in re utitur quatuor modis: iure *praecentionis, iure concursus, iure devolutionis, iure reservationis et affectionis*

Cum Codex expresse de Romano Pontifice loquatur, non applicatur dieasteriis Curiae Romanae quod dicitur 6.

c) Nemo potest beneficium sibi ipse conferre 7. Collatio enim dicit concessionem iuris cum acceptatione alterius cui ipsa iuris concessio fit. Nequit proinde Episcopus vel alius Ordinarius beneficium sibimet attribuere 8.

989. — 2° De collatione beneficiorum per Romanum Pontificem. - Romanus Pontifex suo iure quaelibet beneficia ecclesiastica conferendi de facto quatuor modis utitur:

«) **Iure concursus**; quod tunc evenit cum ipse sua potestate conferendi beneficia, cumulativa cum quolibet alio Ordinario, utitur sive per se conferendo, vel alii mandatum conferendi concedendo 9.

Si Romanus Pontifex ab ordinario collatore praeveniatur, in casu collationis ex iure concursus huius seu Ordinarii non illius collatio sustinetur ’°.

4 Ü. 1421; KeiUenstucl, *l. c.*. III, 12. 32.
- Cfr. Wernz-Vidal. *l. c.,* II, 176 ubi etiam de suppressione praebendarum in Capitals non numeratis.
3 C. 1122.
* Non Vicario Generali, nec Capitulari; cfr. ReifTenstucI, Z. r., III, 12, 34.
5 Cfr. c. 391. 5 3; Wernz-Vidal, Z. e II, 177: iiis vetus apud RciUcnstuel, *l. c.,* III, 12, 33-34.
3 Cfr. Tuso, *De criteria cmlificatorum iuris canonici qutrorl beneficiorum collationem* in *lv/ Pontificium,* V, pg. 33-38.
7 C. 117, 5 2; Wernz-Vidal, Z. c. II. 182, II; Reiffcnst nel, Z. *c.,* I. 3. 97 provisio et collutio beneficii eandem rem significant. Blat, Z. c.. III, vol. II. n. 330.
* Cfr. Wernz-Vidal, Z. c., II, 182, III; HcrgenrOthcr-Holiwcck, Z. *c.,* 539-610, p. 428^.
Vermeersch, *Epitome,* 11, 762 ad liberam collationem refert cc. 1134-1447; qui tawn non exclusive de libera collatione agunt, ut patet ex cc. 1425, $ 2; 1432, § 2; ex quibus patet \erbmn *collatio* in rubrica imius tituli non referri exclusive ad liberam collationem.
10 Wernz-Vidal, Z. c., II, 183 et 184, nota 9.

1 Matthaeus Conte u Coronatu, *Ius publicum ecclesiasticum,* 83 sq., pug. 102 eq.
2 Cfr. Wernz-Vidal, *l. c.,* IГ, 184 sq.; Hergcnrr»ther-TIolbveck, *l. c.,* 541, pag. 429. Dum anu· magnum bellum curopaeum Ecclesia Statibus Catholicis facile concedebat ius nominationis, in concordatis post bellum concedit solum *ius praenotificalionis officiosae* nominis personae promovendae, ad videndum utrum Status habeant contra ipsam personam promovendum rationes ordinis politici; cfr. Concordatum cum Polonia, art. II. item cum Bavaria, art. 11. cuni Lithuania, art. 11, cum Itnlia, art. 10 et 21 etc. Pnsquuzi in *Apollinaris* I, p. 154-155.
3 C. 1431.
* Wernz-Vldal, *l. c* n 225-226.
5 Wernz-Vidal, *l. c* II 231; cfr. etiam vol. I, n. 208, et infra n. 989.
6 Santamaria, Z. *c.* IV 290.
'I C. 1437.
3 Augustine, *l. c.,* VI, 518-519.
* C. 1431.
10 Cfr. tamen Wernz-Vidal, *l. c.,* II. 231, 11; Reiffenstuel. Z. c., III. 5. 154 sq.

Iure praeventionis ; quo R. Pont ilex beneficium nondum plene vacans clerico determinato per litteras ex spectativus confert :*

r) Iure devolutionis. - Si Ordinarius intra semestre 2 ab habita certa vacationis notitia beneficium non contulerit, huius collatio devolvitur ad Sedem Apostolicam '.

Agitur hic de sola beneficiorum, non officiorum collatione '.

Is cui collatio iure devolutionis devolvitur sicut et is cui collatio beneficiorum reservatur ex iure devolutionis aut reservations nullum speciale ins in beneficiarium acquirit, nec beneficiarius ex hoc aliqua gaudet ab Ordinario exemptione s.

Collatio beneficii post debitum tempus facta non valet nisi de tolerantia.

Non valet, quia elapso tempore a iure praescripto, collatio ipso iure ad Superiorem devolvitur et collator ordinarius iam privatur iure conferendi pro eo casu. *Dc patientia* autem *tolerari* potest, quia licet Superior non possit ratificare seu convalidare quod ipso iure invalidum est, bene tamen potest beneficium de novo conferre, quod sua tolerantia tacite facere videtur ·.

hire antiquo devolutio in casu neglegentiae Episcopi fiebat ad .Metropolitani 7; de iure vigente fit ad S. Sedem 8.

Si Ordinanus beneficium intra tempus utile non contulerit, non ex neglegentia, sed ob absolutum defectum subiectorum idoneorum devolutio locum non habet 9.

Quod Codex statuit de inre devolutionis ob neglegentiam Ordinarii loci intellegendum est etiam de neglegentia a Cardinali admissa 10.

1 Cfr. Wernz-VIdul. *I.* r.. H. 231. 1: RtitfeiietucL /. c., III. 5. 162-153; cfr. etiam t u L 1, n. 208.

2 Ius devolutionis post semestre intellegendum est pro beneficiis liberae collationis; in aliis necessariae nempe collationis semestre computatur solummodo post diem a quo ln-nc-flclum ad normam luris liberae collationis foetnm est. Cfr. cc. 178; 1165. § 1 : Blat. Z. c., 333. pag. 410.

3 C. 1132. i 3; cfr. tamen etiam c. 458, et normas a Dataria datas 11 Nov. 1930 (J. J-*S*.. XXII, 525). Exemplum applicationis pructicac c. 1432, devolventis ad S. Sedem collationem beneficii habetur in resolutione S. C. Concilii 13 Nov. 1921 et Ut lunii 1923. *A. S.,* XIV, 459.

4 Cfr. c. 155; Wemz-Vidal, */.* e.. II, 323, *a,* 1.

5 Cfr. c. 158; Wcrnz-Vidal. *I.* c., II. 322, II.
Cfr. Reiffenstuel, *l. c.,* I, 19, 23-35; Blat, Z. c.. n. 333, pag. HO: contra VVcinz-Vidal. II, 233, II. 3; cfr. etiam vol I, ŋ. 208.
Cfr. Reiffenstuel, *l.* c., I, Ut, 22 et III. 5. 157 sq.

s Cfr. etiam c. 274 initio.

» C. I. 21 Nov. 1920. .1. *A*

10 Blat, *l.* <·., 333. pag. 110

tl) lure reservations

u) *Notio reservationis.* - Est autem reservatio beneficii ecclesiastici vacaturi per legitimum Superiorem ad se facta avocatio; beneficium vero reservatum illud vocatur cuius collationem modo stabili Superior competens sibi, excluso Ordinario collatore, vindicat -.

Differt reservatio ab *affectione beneficiorum* in hoc quod *affectio* non eat perpetua, sed ad unicum actum seu ad unicam collationem; eadem est maioris vis quam simplex reservatio, et fit non verbis ut reservatio, sed manus Romani Pontificis appositione 3.

Codex tamen *affectionem* beneficiorum ab eorum *resercatione* distinguere non videtur '.

Beneficia Sedi Apostolicae reservata ab inferioribus invalide conferuntur 5.

Hic canon refert ius vetus melius determinatum et definitum; attamen, etiam de iure vigente, licet collatio beneficiorum reservatorum de se invalida sit, non videtur tamen ei denegandus quilibet iuridicus effectus, et subsequent possessionis captio valida videtur, titulumque saltem coloratum praestare ita ut si quis beneficium reservatum obtinuerit ab inferiore collatore, licet tituli collatio sit invalida, si beneficio ex hoc privetur, agere possit de spolio 6.

Potest officium, invalide obtentum ob reservationem valide obtineri ob praescriptionem triennalem 7.

β) Beneficia reservata. - Praeter omnia beneficia consistorialia et omnes dignitates ecclesiarum catliedralium et collegiatorum 8 sunt reservata Sedi Apostolicae. quanquam vacanti, sola 9 beneficia, quae infra memorantur:

««) Omnia beneficia, etiam curata, quae vacaverint per obitum, promotionem, renuntiationem vel translationem S. E. E. Cardinalium, Legatorum Romani Pontificis, officialium maiorum Sacrarum Congregationum, Tribunalium et Officiorum Romanae Curiae et Familiarium, etiam honoris tantum, Summi Pontificis tempore vacationis beneficii ,0.

1 Cfr. Normas a Dataria Apostolica datus 11 Nov. 1930 (J. .1. A',, XXII, 525): itemque Instructionem Datariae Apostolicae 1 lanuarii 1942. .1. *A. S.,* XXXIV, 113-118.

2 Reiffenstuel, *l. c.,* III, 5, 378-379; Wcrnz-Vidal, *l. c.,* II, 231, IV, *a.*

3 Cfr. Reiffenstuel, Z. c., III, 5, 410 et sq.

4 Cfr. c. 1435 una cum Reiffenstuel, Z. *c.,* 413 sq. ; Wernz-Vidal. Z. *c.,* II, 231, IV, «; Blat, *l. c.*. 335, 417.

3 C. 1431.

8 Cfr. tamen Reiffenstuel, Z. *c.,* III, 5, 384-385.

7 C. 1410; Santamaria, Z. *c., IV,* 292.

8 Cfr. c. 390, § 1. Dignitates reservantur Sanctae Sedi quamvis nullam praebendam, au», nulla emolumenta aut valde exigua adnexa habeant. C.· I, 1 Iuli! 1022, *A. A. S.,* XIV. 406; item quarnvis alicubi cx consuetudine u Sede Apostolica approbata ante Codicis promu!· Satlouera ab Episcopo collatac fuerint. S. C. Concilii. 15 lunii 1010. *A. A.* ⋟'., XXXIII, 71.

3 Aliae Igitur reservat iones blc non enumeratae, quae ante Codicem vigebant, praesertim cX *ligulis Cancellariac,* ut. e. g., reservationes mensium papalium etc., non amplius vigent : Vennecrsch, Z. *c.,* II. 767; Badii, *!· c.,* 559, pag. 177. in nota; Prünuner, Z. *c.,* 130. pag. 503; Claeys Bouuaert-Simenon, Z. r., n- 003.

ˆˆC. 1135, i I, n. 1.

Familiares sunt omnes Praelati qui nomine Camerariorum et Praelatorum domesticorum S. Pontificis veniunt. Sed ut reservatio locum habeat opus est ut tempore vacationis beneficii, idest iam eo momento quo vacant qualitatem habeant propter quam reservantur beneficia»1.*

bb) Quae, fundata extra Romauam Curiam, vacaverint per beneficiarii obitum in ipsa Urbe -.

cc) Quae invalide ob simoniae vitium collatu fuerint 3.

Haec reservatio poenalis est * quae proinde sine culpa non exsistit.

‹W) Beneficia quibus Romanus Pontifex per se vel per delegatum manus apposuit his qui sequuntur modis: si electionem ad beneficium irritam declaraverit, vel vetuerit electores ad electionem procedere; si renuntiationem admiserit; si beneficiarium promoverit, transtulerit, beneficio privaverit; si beneficium in commendam dederitl.

Hoc numero melius quam iure vetere et *taxatiec* enumerati sunt casus in quibus non proprie reservatio, sed *affectio* haberi iure vetere dicebatur

Beneficia manualia aut iuris patronatus laicalis vel mixti, nisi id expresse dicatur, nunquam sunt reservata 7.*

Hoc quod iam ante Codicem de beneficiis stricto sensu reservatis vigebat, attenta nunc Codicis terminologia etiam de affectis affirmandum esse puto

Antiqui doctores beneficia iurispatronatus laicalis et mixti ex consuetudine. praescriptione aut privilegio reservationibus subiecta esse docebant, alia vero eximi; Codex hanc distinctionem neglegere videtur 9, omnia beneficia iurispatronatus laicalis aut mixti eximens a reservationibus.

Verum circa beneficia manualia et iurispatronatus haec ex Instructione data a Dataria Apostolica, 1 lanuarii 1942. referenda esse censemus: Ex hoc § 2 (c. 1435) consequitur: beneficia *iuris patronatus ecclesiastici* esse omnibus reeervationibus obnoxia: beneficia manualia aut *iurittpaironaFus laicalis* rd *mixti,* etiam quae ad normam can. 1452 conferuntur per *electiones ac praestillationes populares,* licet paroecialia sint, per se non subiacerc reservationibus apostolicis; — et dicta beneficia (manualia, iurispatronatus laicalis vel mixti, ct etiam ea quae per electiones populares conferantur) *tunc tantum esse resecrata* cum expresse id statuatur, nimirum si ex gr. fundator beneficii de consensu Ordinarii loci declaraverit in limine fundationis beneficium subesse apostolicis reservationibus; itemque si Romanus Pontifex in casu particulari, suprema qua pollet potestate, decreverit beneficium aliquod esse reservatum, derogans *iu totum,* vel *in partem* iuris patronatus, et illa sibi expresse reservaverit; derogans *in totum* si Romanus Pontifex collationem beneficii sibi modo explicit·) reservaverit, *sine ulla praesentatione rei electione ex parte patroni; in partem.* si Eomanus Pontifex institutionem canonicam tantum sibi, reservaverit. *prorric* praesentatione vel electione ab iis facienda, vel facta, ad quos pertinet, ut communiter accidit quando ex gr. Romanus Pontifex ad illud beneficium incompatibile promovet vel transfert beneficiarium qui beneficium possideat iurispatronatus laicalis vel mixti vel electionis popularis »1.

Videntur adhuc inter beneficia excepta comprehendi bénéficia de mensa, ea scilicet quae perpetuo incorporata sunt mensae episcopali, capitulari aut abbatiali, necnon beneficia perpetuo accessorie altari imita, quia talia beneficia revera desinunt hac unione esse vera beneficia -, nec proinde reserva ri possunt.

Cum beneficia religiosa sint omnia ad nutum revocabilia, seu manuali:*, eorum collatio nunquam reservatur Sanctae Sedi.

Quod attinet ad collationem beneficiorum quae Romae fundata sint, leges peculiares de iisdem vigentes serventur 3.

Coadiutores in beneficiis cum vel sine futura successione ab una Sede Apufitolica constitui possunt 4. Parocho tamen suo muneri implendo permanentor impari coadiutorem, officiis paroecialibus nimis gravato cooperatorem vicarinm dare debet Ordinarius loci 5.*

990. — 3° De collatione beneficiorum per alios Praelatos facta. - *a)* Salvis iuribus Sanctae Sedis supra expositis, ad collationem beneficiorum vacantium. Cardinalis in proprio titulo vel diacoma et Ordinarius loci in proprio territorio habent intentionem in iure fundatam, seu praesumptione iuris ipsis censetur ius collationis competere ita

1 Vermeersch, *l. c.*. II, 767. 2. Aliter ac aute Codicem suilleit ad reservationem titulofamiliaritatis etiam *honoris tantum* et *ertra muros;* cfr. Pistocchi, 7. c., pag. 185-1S6. Cfr. etiam De Meester, *l.* ·-·„ III, n. 1416. pag. 341. uota 7.

- 1135; ius ontiqnuin cfr. apud Reiffenstuel, *l.* c., III. 5, 533 sq. ubi de beneficiis vucautibus *in Curia* aut *apud Sedent Apostolicam.* Blat, 7. c., 336, pag. 419, excipere videtw ab hac reservationc cx iure vetere, paroecialia beneficia, quae. Sede Apostolica vacante, vacare contingat; item beneficia quae Romano Pontifice vivente vacaverint, si per eum ante ipdtfe obitum non fuerit ordinatum: quae tamen exceptiones difficile concordati poterunt cum clausula *quanquam vacanti* quae in principio canonis ponitur. Prümmer. *l. c.,* n. 430, pag. 502 docti non rewrvarl beneficia eorum qui Romae moriuntur, si tales Romam iverint non ratione ecclesiasticorum negotiorum sed aliam ob causam. Cfr. etiam Claeys Bouuaert-Simenon, 7. r., n. 963. 3.

3 Cc. 1435. ‹ 1, n. 3 et 72».

* Bkit, *l.* c., 336. pag. 420.

3 C. 1135, j 1, u. 4. An ad tuentem can. 1135. i 1. η. 4. collai i cum canonibus 6, un. 24 et 2u ('. I. C.. sit Apostolicae Sedi reservatum beneficium resignatum intuitu alterius benefico reservati. ResponditS. Congregatio Concilii, 12 Decembris 1912: Affirmative. *A. A.* ·?.. XXX' i i S eqe.

fl Cfr. RiitTonetue). 7. -·.. III. 5, 407 ct sq.; Santamaria, IV. 291-295.

7 C. 1135, 5 2.

* Ita etiam Blat, 7. c., 336, pag. 420.

' Cfr. ius vetus apud Reiffenstuel, *l.* c., 111, 5, 395 sq.

(1912) 115 in nota.

2 Cfr. Reiffenstuel, 7. c·., III, 5, 399.

3 C. 1435, § 3. Tales leges «ex parte, constant usibus quorum textus legali non e?·stetit. Sumina haec est·· beneficia ista sunt in manu S. Pontificis. Quidam, v. g., qui arcbi basilicis praeficiuntur, beneficia basilicae conferre possunt. FlcrumQuo beneficia ista sunt Romanis conferenda. Sed saepe desiderantur candidali Romani». Vermeersch, J. c., II, 7(17 λ 3i plura de his desideras adi Wurnz-Vidal, *l. c.t* II, 213. ‹ Aji ad normam can. 1135, § 3 Codicis iuris canonici sit Sanctae Sedi reservata collatio beneficiorum vacantium in titulis vel diaconlis dum Cardinales titulares a Romana Curia absunt ». R. Affirmative. S. C. Concilii. 13 Innii 1943. *A.* S., 399, sqs.

1 C. 1133.

* Cfr. ce. 175 H 17r·.

ut si quis alius hoe ius sibi vindicare voluerit, probare debeat id sibi iure speciali competere ·.

Collatio hoc loco primo et principaliter de libera collatione intellegenda est ita ut intentionem in iure fundatam hi habeant ad liberam collationem: quod si quis ius electionis aut praesentationis sibi competere ostenderit, Ordinarii locorum adhuc intentionem in iure fundatam habent pro confirmatione. canonica institutione ete. 3.

Vicarius Generalis sine mandato speciali beneficia conferre nequii"; permittunt tamen Vicario Generali mandato speciali destituto institutionem canonicam praesentatis concedere, quia id non est actus mere liberalitatb. sed. necessitatis 4.

Vicarius Capitularis conferre nequit beneficia liberae collationis perpetua, nec beneficia paroecialia liberae collationis nisi postquam sedes episcopalis ab anno vacaverit5.

Ex quo patet Vicarium Capitulaient posse 'conferre omnia beneficia necessariae collationis itemque omnia beneficia amovibilia non exclusis paroeciis. quod ceterum iam ante Codicem poterat δ et quod ad paroecias attinet non liberae collationis expresse Codex admittit 7.

Nota autem hanc potestatem a Codice concedi non solum Vicario Capitulari sed cuilibet alii clerico qui legitime, in iisdem circumstantiis, dioecesim regats.

Nota insuper non requiri ut Vicarius Capitularis beneficia paroecialia perpetua conferre possit ut ipse ab anno dioecesim regat, sed solum ut diofr cesis ab anno vacet, nec tempus ullum determinatur vacationis paroeciae.

Cetera autem beneficia canonibus citatis non comprehensa Vicarin-Capitularis conferre nequit 9.

b) Aliis etiam Praelatis collatio beneficiorum competere potest ex privilegio apostolico. ex immemorial! consuetudine aut praescriptione aut ex antiqua lege fundationis. Si quis autem in quasi-possessione pacifica iuris conferendi sit. suo iure valide et licite uti potest".

Etiam in casu quo collatio beneficii curati ex privilegio etc. pertinere demonstretur ad Praelatos Ordinario inferiores, semper tamen ad Ordinarium spectat *institutio auctorizabiUs n*.

1 C. 1132, § 1; Reiffenstuel, *l.* c., 111, 5. 177.
2 Blat. L c., 332, pag. 414-415; Badii, *l. c„* n, 559; .SUgmilller. Z. c.. I. p. 348. Qniddbi velit etymologice *intentionem in iure fundatam haljere* cfr. apud Vermccrwh, */. c.*. II. 763. In notu
3 C. 1132, i 2.
Cfr. Reiffenstucl. *I.* ‹·., III •λ 198.
5 Cc. 1432, 5 2 et 455. 2, n. 3.
β Cfr. Reiffenstuel. */.* c III. 5, 18». /
' Cfr. c. 455, § 3, n. 2.
8 Cfr. c. 455, i 2.
9 Cfr. etiam cc. 373; 385; 106: 1?2; 434; 126; 146; Weniz-Vidtd. *I.* ‹■. II, 237. uota !-"-
10 Cfr. Wernz-Vidal. *I. e.,* II, 244-245.
11 Cfr. SflguinUer, *l.* c.. I, pag. 348

991. — III- De acceptatione beneficiorum. - Beneficium eeclesiaslicum clerico invito ct provisionem non expresse acceptanti valide conferri nequii '.

Ante acceptationem is cui facta est collatio *ius ad rem* in beneficio acquirit, quod *ius in re* lit ipsa acceptatione. Ordinarius collator^nequit factam collationem ante acceptationem revocare, nisi tempus intra quod aut acceptare aut renuntiare debeat clerico praefiniendo

992. — I'Y. De perpetuitate collationis beneficiorum. - Omnia beneficia saecularia ad vitam beneficiarii conferenda sunt, nisi aliud ferat vel lex fundationis, vel consuetudo immemorialis vel peculiare indultum 3

Causa ad obtinendum indultum conferendi etiam beneficia saecularia. e. g., paroecias ad nutum, potest esse difficultas faciendi ordinarium processum oeconomicum pro parochis inamovibilibus amovendis necessarium 4.

In dubio omnia beneficia saecularia praesumuntur perpetua, quod tamen inamovibilitatem absolutam non importat5. Circa beneficia religiosa non idem valet6.

993. — λ". De collatione beneficiorum incompatibilium. - Nullus clericus habilis est ad acceptanda et retinenda sive in titulum sive in commendam perpetuam plura beneficia incompatibilia.

Incompatibilia sunt non solum duo beneficia, quorum onera universa idem beneficiarius per se implere simul nequeat, sed etiam duo beneficia quorum alterutrum ad honestam ipsius sustentationem sufficiat 7.

Inhabilitas clericorum statuitur ad beneficia incompatibilia retinenda in titulum aut in commendam perpetuam, non item in vicariam 8.

Beneficia compatibilia seu quorum obligationes possunt simul ab eodem elerieo adimpleri et quorum bona separata ad clerici sustentationem non sulhciunt, etiam de iure vigente eidem simul clerico conferri possunt °.

Codex prohibet solummodo alterum beneficium clerico conferri in commendant perpetuam; collatio proinde in commendam temporalem nec de iure vigente interdicitur 10.

' C. 1436; cfr. tamen etiam c. 37 et cc. 3162-2167.
2 Cfr. 17. 3, 4 in 6; Wernz-Vidal. *I. c.,* II, 231; Blat, *l. e..* 377, pag. 421-422; Siigmiillcr, *l.* ‹·., I. p. 347. Cfr. tamen etiam c. 128; Santamaria, *l. c.,* IV. 295.
C. 1138.
Cfr. S. C. Consist. 1 Sept. 1919. zL **j.** *s.,* XI, 316; Vennecrscb, Pmwïfw. X. pag. 57.
; Cir. cc. 2117-2156; 2162-2167; 2171; 2177; 2185; 2298, n. 6; 2299, § 1.
- ^J' *§ 4 et ,71' § 3;* *l. v.*, p. 460-161.
Cc. 1139, § 1-2; 156. ('ompletiorcni notitiani Incompatibilitatis bncilciorum cfr. apnd iiiwtnrrs.antiquos; Rciflenstuel. *I. c,.* III, 5, 201 sq.; Sâginüller, Z. c., I. p. 298.
Eichmann, */.* e., p. 161, nota 1: cfr. quoquo cc. 188, n. 3 ct 2396.
' Blat, Z. c., 319, p. 421; Reiffenstuel, */.* ‹·., m. 5. 200.
10 Cfr. RciiTeiistuol, *L* c.. IIT. 5, 209.

Beneficium ad honcsi.im suàleutalionem sufficiens censet nr illud ex ruiih reditibus pro status sui conditione et se et familiam suam honesto valet· sn- 'lentare iuraque episcopalia persolvere atque hospitalitatem servarol.

Concedit aliquando Sancta Sedes ut beneficia quorum obligationes uni. versae vix aut valde difficulter ab eodem clerico adimpleri queunt eidem tamen clerico conferantur i.

Inhabilité est ad acceptanda et retinenda simul; unde acceptatio non «•st invalida: acceptato autem altero beneficio vacat primum

994. — VL De vitanda deminutione in collatione beneficiorum. - 1" Beneficia ecclesiastica sine deminutione conferantur4.

Hic canon rubricam tituli 12 libri tertii decretalium referi, et proinde ex iuris veteris auctoritate nec non ex receptis apud probatos auctores interpretationibus, aestimandus est '. Auctores autem sub illa rubrica contprehcndebant impositiones onerum non solum, sed etiam uuioues, divisiones, dismembrattones, suppressiones etc., beneficiorum e. Cnm Codex de aliis modi' deminuendi beneficia iam egerit, hoc canone prohibere videtur solummodo impositionem oneris realis quae tunc fit cum, iisdem retentis oneribus seu obligatioribus, pars bonorum beneficio subtrahitur, et impositionem novi oneris personalis quae habetur cum obligationes augentur, non auctis proportionaliter bonis, e. g., si onera Missarum augeantur 7. *Commissio interpres* 16 Oct. 1919 declaravit licentiam seu indultum Sanctae Sedis requiri ut Episcopus possit etiam pro una vice tantum, taxam^ quamvis moderatam, favore Seminarii imponere in paroeciarum collatione, si agatur de paroecia tributo seminaristico iam obnoxia 8.

2° Taiiquam simoniacae reprobantur deductiones ex fructibus, compensationes ac solutiones a clerico in actu provisionis faciendae, quae collatori, patrono aliisve cedant 9.

Agitur hic de simonia iuris ecclesiastici. *Aliisve* intellegendum videtur <|e quibusvis personis quae in collatione beneficii partem aliquam habeantlft.

Non prohibetur tamen hoc canone taxae alicuihr moderatae impositio

lU-iffeiiHtuel, Z. r. III, 5, 221 et sq.
Cfr. S. C. Consist 25 Oct. 1918 a«i 9. **J.** ./
ɳ 188, n. 3: Santamaria, Z. e., IV, 297.
C. 1440; cfr. ramen c. H29, § 1 **rt** 2
c. <5. n. 2.
^ Otr. Reiffenstuel. /. c., III, 12, 2 pq.
<ïı·. Reiffenstuel. Z. *c.,* 111, 12. 1 sq.: Santamaria. Z. «·., IV, 297 ; De Meester, Z. c., 111. n. 1117. pag. 313, nota 3; Wemz-Vidal, Z. c., 218, Z»; item Vermeersch, *Epitome,* II. 771.concedit Ordinario facultatem cogendi clericos ad nova onera personalia quotiens et quandin urgens necessitas servitii ecclesiastici, propter quod officia «cch-iastiea condita snnt. id requirat ex c. 128.
§ **J.** *.I. K.,* XI. 179. Cfr. tamen de hac quaestione quae baliet *// J/oni/nre ecckglastim,* vol. 36, a. 1921, pag. 272-273.
9 C. 1441.
10 Ita etiam Blat, Z. cM 312. pag. 426.

occasione collationis beneficii ad normam c, 1607; nec multo minus prohibentur *annatat* l in collatione beneficiorum consistorialiun solvendae2. prohi-

995. — VII. Quibus conferenda sint beneficia. - Beneficia saecularia nonnisi clericis e clero saeculari conferenda sunt: religiosa sodalibus illius religionis, ad quam beneficia pertinent 3.

Hoc generale principium valet etiam de paroeciis semipleno iure domui religiosae unitis seu adnexis aut incorporatis, quae ut beneficia saecularia, ratione officii sacri, sunt considerandae ‘.

Dispositio canonis valorem spectat ita ut beneficium religiosum clerico saeculari, saeculare vero religioso clerico valide conferri nequeat5.

Beneficia religiosa sunt quidem conferenda religiosis illius religionis cui unita sunt vel cuius sunt propria; saecularia vero beneficia sufficit ut clericis saecularibus, licet alterius dioecesis aut nationis, conferantur, nisi ius particulare adhuc vigens comprobetur °. Immo Sancta Sedes declaravit revocata privilegia, reprobatas consuetudines et abrogatas leges particulares vi quarum canonicatus nonnisi civibus determinatae civitatis conferri poterant

Religiosus exclaustratus adhuc religiosus est, non item si saecularizetur h. qui tamen restrictionibus quibusdam subiacet9.

996. — VIII. De institutione corporali. - 1° Notio. - *Institutio corporalis* quae etiam investitura, installatio, missio in possessionem, pro Episcopis inthronizatio vocatur, est inductio in actualem beneficii possessionem, per quam videlicet datur beneficii vera et realis possessio 10.

Differt ab institutione canonica collativa tituli, quam supponit; ab institutione auctorizabili quae non est nisi approbatio ad curam animarum exercendam eius qui collationem tituli non ab Ordinario obtinuit **u**.

Distinguunt auctores duplicem institutionem corporalem; *realsm* nempe et *verbalem* ; verbalis est quae fit aliquo signo vel verbis et si iu absentia beneficii fiat non dat actualem possessionem12 nisi forte dispensationi aequivaleat13.

‘Cfr. c. 1113, § 1; Reiffenstuel, Z. c., III, 12, 16 sq.
2 Cfc. Eichmann, Z. c., pag. -1G1, nota 2; itomque *II Monitore ccclcsiastico,* vol. 36, a.1924. pag. 272-273; Santamaria, Z. c., IV, 298.
3 C. 1112.
4 C. 1125, § 1; permittit· tamen Reiffenstuel istas paroecias conferri dispensative clericis religiosis, si id necessitas requirat; cfr. Reiffenstuel, Z. c., III, 38, 6 sq.
A Blat, Z. c., ¾1: pag. 127. Cfr. tamen quae supra diximus de beneficiis incorporatis. Santamaria, Z. *C.,* IV, 298-299.
° Cfr. e. g. c. 1135, § 3; Concordatum Bavaricum art. 13; **J. J.** .S.. XVII, 51 sq.; Wcrnz-Vidal, Z. c., II, 202.
7 Cfr. c. 401; C. I. 26 Nov. 1922, *A. A. S.,* XV, 139.
8 Cfr. cc. 639, 010; Blat, Z. c., 313, p. 127.
3 Cfr. c. 612, § 1, ɳ. 1; quae restrictio utrum prohibitionem solummodo contineat au vtiatn inhabilitatem non conveniunt auctores; cfr. Wcrnz-Vidal, Z. c., II, 203, nota 80. Cfr. etiam vol. I, n. 611. pag. 81" sqs- 7 «.XaRSel
10 Reiffenstuel, Z. c., III. 7. 9
11 Cfr. Reiffenstuel. Z. c., III. 7, *i; Wernz, l- c.,* 11. 151; Haring, */. c.,* § 106, pag. 62«.
12 Cfr. Reiff.-nstiK-l. */.* III, 18; Haring, *l. c..* 5 160, pag. 619.
13 Cfr. c. 1111, § 1.

2° Ius vigens. - α) Nemo possessionem beneficii sibi collafi aut propria auctoritate eapiat, aut non emissa fidei professione, si agatur tie beneficiis pro quibus liacc fidei professio praescripta sit 12

Licet verbis cummis consideratis non habeatur hic lex irritans aut inhabilitans. ea tamen statuitur in c. 2394 qui ad hanc, praeter alia, etiam paragraphmn refertur a.

Simplex oxnissio professionis fidei ex neglegentia puniri potest privatione beneficii ’.

b) Si agatur de beneficiis non consistorialibus, missio in possessionem, seu institutio corporalis ad loci Ordinarium spectat, qui ad id alium ecclesiasticum virum delegare poterit ‘.

r) Missio in beneficii possessionem liat secundum modum iure peculiari praescriptum, vel legitima consuetudine receptum, nisi iusta ex causa Ordinarius ab eo modo seu ritu expresse in scriptis dispensaverit: quo iu casu haec dispensatio locum tenet captae possessionis3 4

Pro beneficiis consistorialibus normas speciales a Codice suis locis explicatas servare opus est e.

Scriptura ad valorem dispensationis necessaria non videtur.

Ius particulare de quo in hoc canone est ius dioecesanum aut ius concilii provincialis aut etiam ius fundationi lege statutum 7 9 0 ut a S. Sede impositum.

d) Loci Ordinarius pretiniat tempus intra quod possessio beneficii capi debeat; quo inutiliter praeterlapso, nisi iustum obstiterit impedimentum, beneficium vacare declaret *

Iustum impedimentum haberetur si lis moveretur circa collationem beneficii; imrno in hoc casu lite pendente aut pendente appellatione cum effectu suspensivo, institutio corporalis non est concedenda °. Sunt tamen et alia impedimenta iusta beneficiarium a culpa excusare possunt; declaratio vacationis, si culpa absit, nequit fieri.

e) Possessio beneficii etiam per procuratorem, speciale mandatum habentem, capi potest

1 C. 1443, § i.
2 Cir. Plstocehi, */ canoni pcnali del Codice ecclesiastico csposti c commcoMi.* 1925, pag. 337: Eichmann, *L c.*. p. 46 L IX; Haring, *l.* c., § 261, pag. 1005.
3 C. 2103.
4 U. 1443. § 2; quod valet etiaiu de non coiLsLstorialibus a 5. fcvde collutis; cfr. Wernz·Vidal» *l. c.,* II, 316. Si tamen R. Pontifex etiam in possessionis negotio, determinatas prsontia ud eam concedendam delegando, manus apposuerit: time cessat potestas Ordinarii d possessio ab ipso concessa nulla esset. Cfr. S. B. in *Perfice munus,* III, 1928. pag. 696-699.
* C. 1114. 5 1.
° Cfr. oo. 293, § 2: 313, 5 1; 322, 5 2: 331. c 1-2; itemque cfr. cc. 219: 176, § 2.
7 Santamarin., *L c.t* IV, 300.
* Co. 1444, 5 2 et 138. n. 2.
9 Wornz-Vi<bil. Z. r., 11. 316.
10 C. 1415.

Procurator oliam laiciw esae potest *

Nota tamen delegari non posse laicum ad immittendum clericum iu beneficii possessionem, quia id esset laieo iurisdictionem committere quod solus facere potest Romanus Pontifex 3.

997. — IX. De beneficio triennalis possessionis. - Si clericus qui beneficium possidet, probaverit se in eiusdem beneficii possessione pacifice per integrum triennium fuisse bona fide, etsi forte cum titulo invalido, dummodo absit simonia, beneficium ex legitima praescriptione obtinet 3.

Videtur hoc canone revera concedi ius in beneficio, suppositis conditionibus a Codice statutis L

Codex inter conditiones ponit *bonam fidem* quae adesse debet initio possessionis et integro triennio 6.

Ut effectum habeat beneficium triennalis possessionis, requiritur ut titulus licet invalidus revera habeatur 6.

Qui beneficium postulat ab alio pacifice possessum, quod certo modo vacare contendat, debet in supplici libello exprimere nomen possessoris, tempus possessionis et causam specialem ex qua constet nullum possessori in eo beneficio ius competere: beneficium autem postulanti conferri non potest, nisi prius causa in petitorio, seu in causa proprietatis qua nempe agens probet in illo beneficio sibi ius competere, fuerit ad normam iuris definita 7.

Hoc canone non solum triennalis possessio defenditur, sed quaelibet alia possessio beneficii.

Invaliditas beneficii collationis haberi potest pluribus ex capitibus, e. g.. ex simoniae delicto vel ex defectu substantiali in electione aut provisione commisso s.

Titulus saltem invalidus requiritur ut quis hoc beneficio uti possit °.

1 Wernz-Vidal, *l. c.*. II. 316; contra Blat, /. c.. 316. pag. 130; Santamaria. *l. c.,* IV, p. 300.
1 Santamaria. 7. c.. IV, 300.
3 C. 1446.
1 Wernz-Vidal. 7. *c.,* II, 317, notu 14: cfr. tamen Reiffenstnel, 7. <., III, 5, 349.
5 Blut, /. c., 317, pag. 130.
' Cir. c. 1509, n. G; Eichmann, 7. *c.,* 46 nota *2;* Wernz-Vidal, 7. e., II. 317. IV.
7 C. 1447; cfr. c. 1668, § 1.
" Cfr. cc. 1165, § 2; 165; 166; 167, § *2;* 169; 17 § 2; 153, § 3; 151; 156, § 3.
9 <fr. c. 1509. n. 6; Clacys Bouuaert-Simenon, 7. C n. 967.

Capit ? IV.

De iure patronatus.

998. — L Praenotiones. · lü Notio. · Tus patronatus est summa privilegiorum, eum quibusdam oneribus, quae ex Ecclesiae concessione competunt fundatoribus catholicis ecclesiae, cappellae aut beneficii. vel etiam eis qui ab illis causam habent

.Votat Codex his patronatus esse *summam privilegiorum ex concessione Ecvlesim·;* priora verba essentiam iuris patronatus indicant, posteriora eiusdem *causam formalem* cum autem obiectum materiale hniusmodi concessionis res spirituales aut spiritualibus adnexae sint et Ecclesia sua potestate sibi iure divino collata in has res totaliter privari non possit, inde fit ut haec privilegia et hae concessiones semper saltem valide possint ab Ecclesia revocari.

Notat pariter Codex has concessiones fieri ab Ecclesia solummodo relate ad fundatores; fundatores autem hic non stricto sensu, sed lato accipiendi sunt, quatenus nempe tum fundatores seu fundi donatores, tum aedificatores, tum etiam dotatores comprehenduntur 3.

Codex requirit ad notionem iuris patronatus ut summa privilegiorum quibus constituitur, *fundatoribus* in compensationem seu in signum grati animi concedatur, ita ut ius patronatus non habeatur si privilegium praesentandi concedatur alicui ex privilegio quod aliam causam occasionalem habet. Ita dare Codex: Si cui Sedes Apostolica sive in concordatis sive extra concordata indultum concesserit praesentandi ad ecclesiam vacantem vel beneficium vacans, non inde ius patronatus oritur, et privilegium praesentationis strictam interpretationem pati oportet ex tenore indulti '.

Auctores tamen antiquiores loquuntur etiam de iure patronatus ex privilegio vel etiam ex praescriptione acquisito s.

Praecipuum ex privilegiis, quae in iure patronatus ante Codicem continebantur et ex quo auctores ius patronatus definiebant, est ius praesentationis e: post Codicem potest condi ius patronatus, at sine iure praesentationis.

1 c. | HS.
(•(r. Aichner-Friedie. *L c..* § 89, pag, 315 in nota 1,
3 luxtn versiculum: *Patronum faciunt dos, aedificatio» fmulu* cfr. 1U iflïnsiuei, 7. *c..* 111. 38, | Bq.; Augustine, *L* c.. VI. 525; S. C. C. 9 Junii 192.3, Λ. J. S., XV. 132; Santnroarln. *L c..* IV, 302.
4 C. 1171: cfr. taiocu Wernz-Vidal, /. c, II. 291, pag. 296-297.
3 Cfr. Reiffenstuel, *L c.,* HI, 38. 12 sq. Immo etiam documenta S. Sedis post Codicem loquuntur do iure patronatus statali: Le droit de patronage, soit de l'Etat, soit des particuliers...; cfr. Concordatum polonicum, 2 Junil 1925 initum art. 21. *A* J X. XVII °Sû: cfr. tamen S. C. Concilii 10 lunii 1922, J. J. ß., XIV, 165. .....
* Cfr. Relffenstuel, L c., ПГ. 38. 2: WernzVidal. 7. r., H. 281.

Idtima verba, canonis *oaueam habent* | significant *inslum tihilnm· habent -,*

Ius patronatus est aliquid spirituali adnexum et. qua tale, uni auctoritati ecclesiasticae subesi 3.

Notio iuris patronatus a Codico data, solummodo ad ius patronatus activum applicability est. Dicitur e contra ius patronatus passivum ius seu privilegium certis aliquibus personis de familia vel de loco concessum, ut, si idonei repedantur, exclusis aliis, per patronum necessario debeant praesentari 4.

In ipsa notione iuris patronatus a Codice data excluditur absolute concessio ipsius ad haereticos, schismaticos et generatim ad quoslibet acatholicosi.

999. — 2° Divisio. - Tus patronatus est:

n) *Reale* vel *personale,* prout alicui rei cohaeret vel directe ad personam spectat n.

Persona cui cohaeret ius patronatus personale potest esse physica aut moralis 7 eique inhaeret ius patronatus independenter a possessione cuiusvis rei. e. g., ius patronatus concessura primogenitis talis familiae, etc.8.

Res cui cohaeret ius patronatus reale potest esse castrum, fundus, villa, praedium etc. qua. re alienata, cum ius patronatus ei accessorie uniatur, si persona in quam vi alienationis dominium illius rei transit, capax sit, etiam ipsius iuris patronatus ius acquirit 3.

In dubio quodlibet ius patronatus personale praesumitur lc.

Habetur praeterea ius patronatus *personalissimum* quod uni fundatori competit, nec ad ullas alias personas transmittitur n.

1 » Successores universales accipimus eus qui succedunt in universum ius duïunuii. vel in quotam hereditatis partem, v. g., trientem, quadrantem; et proprio nomine vocantur heredes: singulares ad quos certum ac determinatum aliquid ab alio pervenit; ceu legatarii, donatarii, emptores etc. Hi *causam habentes* (aventi causa) hodie dici solent. Illi autem a quibus ins in nos transit et a quibus *causam habemus Auctores* dicuntur». P'Annibale. *Summula.* l. 24; nota 8.
2 Cfr. TVibnmer, L c., -133, 1, pag. 505, nota 1; Vermeersch. i. c.. II, 876; paulo aliter Auinistine, 7. ‹-.. VI, 525.
3 Aichner-Friedle, Z. c., § 89, pag. 315; WernzA'idal, l. *c.,* II. 283-285; Cavagnis, 7. r., vol. II. n. 118·, et sq.
4 Cfr. Reiffenstuel, Z. c., HI, 38, 41; Wernz-Vidal, Z. c., II, 2S2.
3 Haring, Z. c., § 173, pag. 617 ; cfr. tamen Augustine, 7. c., VI, 525; in Austria et Germania tt^uo ad Codicem admittebantur ad usum iuris patronatus etiam protestantes ex consuetudine; cum haec consuetudo non reprobetur a Codice, tolerari adhuc poterit; ita Eichmann. /. C., p. 463. Cfr. Wernz-Vidal, Z. c., II, 290; Reiffenstuel, Z. c., HI, 38, 44.
6 C. 1119. n. 1. · *Personale* quod personae competit citra ullum ad rem quampiam r»–^ncctuiu, et *reale,* quod praeter dotes quoad personam patroni requisitas possessionem rei. v. g. castri, feudi. praedii, villae, oui insitum est requirit. Ius patronatus reale non ita tamen rei insitum est, prout complures falso asserunt ut in *qucmcumq ic* rei possessorem transeat... . Aichner-Friedle, Z. r., § 89. pag. 319.
7 Sdgmftllcr, Z. c., I, § 79. p. 358-359: AVornz-Vidnl, II, 281, II, c; Raring. 7. r.. § 171. peg. 619.
g Cfr. Eichmann, 7. r.. § 197. pag. 463.
8 Cfr. Reiffenstuel. 7. r., III, 38, 27 et 4G; Eichmann, Z. r.. p. 163; Alchner-Ftledle. *I.* c.. P 319
10 Sfiinniiller, /. *e..* I. s 79, pag. 359; cfr. tamen Relffenstuel. iL c 1П. 38, 47.
11 Cfr. e. 1450. § 2, n. 2; Wernz-Vidal. 7. c., TT. 281, II. 6; Eichmann. 7. e., pa 163.

Ius patronatus personale transmitti ad alias personas praeter ens quibus ex tabulis fundationis competit, non repugnat; requiritur autem ad transmissionem faciendam consensus Ordinarii loci. Transmissio quae fiat per venditionem aut alium contractum bilateralem onerosum invalida est ntpote simoniaca et qua talis delictum etiam constituit *. Potest proinde transmissi·» solummodo fieri per donationem gratuitam aut per commutationem eum alia re spiritualis.

b) Ecclesiasticum, laicale, mixtum, prout titulus, quo quis into patronatus potitur, est ecclesiasticus. vel laicalis, vel mixtus 3.

Titulus ecclesiasticus habetur aut haberi praesumitur si fundatio, dolatio et aedificatio factas it ex bonis stricte ecclesiasticis, in dominio nempe Ecclesiae positis, si a persona ecclesiastica qua tali ius patronatus semper exercitum est. >i officio aut alii beneficio ecclesiastico adhaereat *. Ecclesiasticum etiam est ius patronatus reale quod origine quidem fuit laicale, si res cui inhaeret in dominium Ecclesiae transeat, aut etiam ius patronatus personale quod quovis alio iusto titulo in ecclesiasticum convertatur.

Titulus laicalis et proinde ius patronatus laicale habetur si persona physica aut moralis laicali aut etiam clericus ex bonis tamen patrimonialibus beneficium fundaverit, aedificaverit aut dotaverit 6.

Titulus mixtus haberetur si laicus beneficium fundaverit aut ecclesiam aedificaverit, clericus vero ex bonis ecclesiasticis dotaverit 7.

c) Hereditarium, -jamiliare, gentilitium, mixtum, prout transit ad heredes, vel ad eos qui de familia aut gente sunt fundatoris, vel ad eos qui simul sunt heredes et de familia seu gente fundatoris

Hereditarium transit ad heredes etiam extraneos seu nec de familia nec de gente. Quodlibet autem ius patronatus laicale, namque haec divisio ad solum laicale refertur, hereditarium praesumitur: quae tamen praesumptio eliditur ex facto quod in praesentationis documentis facta semper fuerit mentio familiae vel gentis, praesertim si praesentatio semper facta fuerit a familia vel gente, aliis heredibus exclusis

' Cfr, ce. 739 et 1470, | 1. n. &
2 Reiffenstuel, Z. c., III, 38. 26-27: Eichmann. Z. r., p. 463. Consensus Ordinarii non est iiccessarlus ai transmissio In tubulis fundationis comprehendatur: si familia, linea etc. cui inhaeret ius patronatus cessaverit, nequit Ordinarius transmissionem ad aliam familiam vel Iiucum permithere; ‹·. 1410, i 1. η. I. Cfc tamen infra» c), *et nota* 9 et n. 1002, pair. ÎW.
3 C. 1449, n. 2.
Eichmann, Z. e., 463-464; Rviffenstuel. Z. r.. III. 38. |9.
u Cfr. tamen Reiffenstuel. Z r.. III. 3s. 51.
6 Reiffenstuel. *I* III. 38, 51; Eichmann. Z. . 164; Haring. Z. r.. 650, nota 1.
Reiffenstuel. Z III. 38. 52-53; Santamaria. Z .. IV. 304; I)r Meester, Z. r.. III. n. 1421.
§ C. 1149, n. 3.
9 Reiffenstuel, *l,* c., III. 38, 48; et n. 21 ubi docet ius patronatus familiare aut gentilitiuui hereditarium fleri si familia aut gens exstinguatur, nisi isl excludatur a tabulis fundationis: Reiffenstuel assentitur post Codicem Dadii, *L c.,* II. pae·. 182, nota 3; cfr. tamen c. l « 1, η. I et quae infra n. 1002, pag. 101 dicuntur.

Plure auctores distinctionem non faciunt inter iiiH patronatus gentilitium et familiare; at aliqualie differentia inter utrumque videtur a Codice iusiuuari; familia respicit descendentes consanguineos, gens etiam consanguineos lineae collateralis '.

Praeterea in tabulis fundatoriis aliae etiam distinctiones et restrictiones iuri patronatus laicali apponi possunt, e. g., ut iure patronatus potiantur soliunmodo primogeniti lineae rectae; ut ab illo excludantur feminae etc.2.

Ius patronatus est praeterea singulare et ius compatronatus prout imi vel pluribus physicis aut moralibus personis competit.3.

Habetur tandem ius patronatus privatum et ius patronatus regium, a quo tamen iure patronatus regio distingui debet simplex ius nominationis aut praesentationis 4.

Ius patronatus hereditarium, familiare aut gentilitium potest esse personale vel etiam reale, prout heredibus, familiae vel genti transmittitur cum aliqua re vel independenter a re qualibet.

1000. — 3° **Notae historicae.** - Primis Ecclesiae saeculis iis qui aliquam ecclesiam vel aedificassent vel dotatione auxissent ius concedebatur inseribendi nomina in diptychis postea in publicis precibus legenda.

Ius patronatus proprie dictum in Oriente, legibus praesertim lustinianeis, saeculo vi, introductum est; quibus legibus etiam agnita est heredibus aliqua in rerum ecclesiasticarum administratione ingerentia.

In Occidente a. 441 in Concilio Arausicano agnitum est ius praesentationis Episcopo qui in aliena dioecesi beneficium aut ecclesiam fundasset; idem ius saeculo vi, in Concilio Toletano IX, a. 655, ad laicos extensum est.

Apud populos germanicos et francos ex eorum iure speciali quo dominus seu herus fundi in res non solum, sed etiam in homines suo fundo contentos ius advocatiae et patronatus stricte dicti exercebat, factum est ut fundi patronus etiam in ecclesias ecclesiasticosque viros suo fundo constrictos absolutam fere exerceret potestatem et clericos tum promovendi tum removendi sibi potestatem usurparet.

Contra hos abusus, quibus ministerii ecclesiastici libertas non parvum patiebatur detrimentum, saeculo x-xi strenue decertavit Ecclesia et patronorum ima, saeculo xm, ab Alexandro III definita sunt ima cum eorum obligationibus. Quo iure fere immutato usque ad Codicem usa est Ecclesia. Codex autem licet ius patronatus non abrogaverit, nec iura quaesita tangere voluerit, clare tamen significavit mentem Ecclesiae esse, ut ius patronatus, praesertim in quantum ius praesentandi continet, paulatim evanescat, atque nova iura patronatus quae non sint personalissima in posterum introduci prohibuit 5.

1 Blat, /. c., ,352, pag. 137 Santamaria, Z. r.. IV, 304.
2 Reiffenstuel, Z. *c* III, 38. 25.
3 SAgmuller, Z. c I. § 79, pag. 36ii; Wernz-Vidal, Z. e., 11, 281, II, 3.
1 (’fr. c. 1171: Wrruz-Vidal, /. C., II. 281. II in notu >; Badii. /. c.. 11. ÔG3.
5 Cfr. sagmftllor» z. r.. I. i 78, pag- 355 sq-J Wernz-Vidai, /. c II. 286-288: Aichiierftledfe, 4 89, pag. 315-317; Ilarlng, Z. c., § 173. pag. 617-G49; VermcerSGh, /. c I’hu-y.s Bonuncrt-Simenon. /. n. 968.

1001. — II. De constitutione iuris patronatus. - Iu Ius vetus. - Iure ante Codicem vigente, qui ecclesiam fundasset, aedificasset aut dotasset ius patronatus in illam ecclesiam obtinuisset '.

2° **Ius Codicis.** - lure novo Ecclesia ad suam in constituendis magistratibus ecclesiasticis necessariam libertatem sibi vindicandam, quae nostris diebus magis quam temporibus transactis ob debilitatam fidem necessaria est, iura patronatus de novo introduci omnino prohibet, vetera iam exsistentia tolerat, atque ut eis renuntient patronos vehementer hortatur. Ius rigens circa haec his canonibus continetur:

a) Nullum ius patronatus admittatur, nisi authenticis documentis aut aliis legitimis probationibus evincatur 2.

8i probatio iuris patronatus non possit legitimis probationibus haberi, praesumitur beneficium esse liberae collationis 3.

Legitimae probationes quae sint ex libro IV, titulo X, *De probationibux,* eruendum est.

b) Nullum patronatus ius ullo titulo constitui in posterum valide 4 poterits.

Attamen quia Ii. Pontifex est supra ius commune, si ipse voluerit, poterit ex privilegio sicut ante Codicem ius patronatus concedere.

Excluduntur non solum iuris praesentationis concessio, sed etiam concessio aliorum iurium quorum summa ius patronatus constituit nisi aliud ex Codice probetur e.

r) Loci Ordinalius potest:

a) Fidelibus qui ex toto vel ex parte ecclesias exstruxerint vel beneficia fundaverint, spiritualia suffragia, eorum liberalitati proportionata, concedere vel ad tempus vel etiam in perpetuum

Ita reditur ad antiquissimum ius inscriptionis in diptychis et suffragiorum in ecclesia fundata, et simul originalis et nativa libertas Ecclesiae in suis seligendis ministris salva manet.

/>) Fundationem beneficii admittere ea adiecta conditione, ut beneficium prima vice conferatur clerico fundatori vel alii clerico a fundatore designato *

Cfr. de his Reiffenstuel, *I. c.,* HI. 3S, 1 eq.; Wernz-Vidal, *l. c.,* 11, 202-205; Sanlupiaria, /. c., IV, 302.
2 C. 1151. Cfr. S. R. Rotam 11 Dec. 1010 (**J. j.** *S.,* X11Г, 01).
3 Wernz-Vidal, L c.. Ii. 28!), V.
Ex hac dictione *rilidc* facile deduxeris ih t se verbum *yotcal,* nisi *culiUe* addatur, valorem non afficere.
5 *C.* 1150, §
6 Cfr. S. R. 20 Oct. 1922. ▸57; cfr. tamen etiam Blat. *L c,,* 351. p. 138.
C. 1450, I 2, n. 1.
s C. 1150, J *i,* n. 2.

Si id fiat habebitur donatio *sub modu* seu conditionata, cuius obligatio utrimque erit ex iustitia servanda L

d) Curent locorum Ordinarii ut patroni, loco iuris patronatus quo fruuntur aut saltem loco iuris praesentandi, spiritualia suffragia etiam perpetua pro se suisve acceptent.

Si patroni id noluerint, eorum ius patronatus regulis infra explanandis regatur s.

Nec locorum Ordinarii stricte tenentur cum suo incommodo curare renuntiationem, sufficit si patronos ad id hortentur; nec item patroni ad renuntiationem obligari ab Ordinario possunt3.

Clare tamen ex hoc canone mens Codicis et Ecclesiae patefit praesertim circa ius praesentationis quod maxime libertati Ecclesiae opponitur.

e) Electiones ac praesentationes populares ad beneficia etiam paroecialia, sicubi vigent, tolerari tantum possunt, si populus clericum seligat inter tres ab Ordinario loci designatos 4.

Haec praescriptio refertur· ad illas regiones, ut alicubi in Italia superiori et in Helvetia, ubi ius patronatus de facto viget per modum electiouis quae ah universo populo seu a familiarum capitibus fiat, aut per praesentationes a syndicis aut aliis populi repraesentantibus factus.

Codex hic has electiones et praesentationes prohibet, tolerat tamen eas quae hucusque in usu fuere, dummodo clericus eligendus aut praesentanda sit unus ex tribus ab Ordinario praesignatis. Reprobat vero omnes huiusmodi electiones aut praesentationes pro futuro tempore introduci, itemque reprobantur ipsae electiones aut praesentationes quae non sint factae ex tribus clericis designatis ab Ordinario 5.

Tales tamen paroeciae quae per praesentationes populares conferuntur non tenentur lege concursus, dummodo unus ex tribus designatis ab Ordinario loci praesentetur °.

Ius praesentationis popularis generatim exercetur per patresfamilias paroeciae, exclusis acatholicis aliisque inhabilibus 7.

1002. — III. De transmissione iuris patronatus. - 1° De transmissione iuris patronatus in genere. - Ius patronatus ante Codicem obtentum generatim transmitti potest ad alios, iuxta naturam ipsius iuris patronatus quae ex tabulis fundationis colligenda est. Pro-

1 Cir. Wernz-Vidtil, L c., II, 288, II.
2 C. 1451, § 1-2.
3 Cfr. C. I., 12 Nov. 1922, **J. J.** XIV, 663.
1 C. 1152.
5 Cfr. Blat, /. r., 356. pag. 439-110.
S. C. Concilii 11 Fcbr. 1920, *A,* Λ»., XII, 163; *Munit nr- 'tcclesiastiw,* peg. 200 sq.
7 Cfr. flaring. *Gruiulzwj* pag. 651, neta 3.

•pj — CoXTK A CVKONATA, *iuris ctttiunM,*

inde ius patronatus reale iisdem modis transmittitur quibus res aut locus cui inhaeret transmitti potest, e. g., donatione, hereditate, venditione rei: familiare transmittitur cum familia, gentilitium cum **gente** ⁋.

2° De transmissione iuris patronatus personalis. · Ut ad alios ius patronatus personale transmitti valide possit, requiritur consensus Ordinarii in scriptis datus, salvis legibus fundationis 2.

Si ius patronatus secundum tabulas fundationis familiae, genti aut lineae re^ertvfur et familia, gens vel linea exstinguatur, ius patronatus hereditarium nou evadit, nec Ordinarius valide permittere potest donationem iuris patronatus alii fieri 3.

Ante Codicem docebant auctores 4 ius patronatus familiare aut gentilitium fieri hereditarium de consensu Ordinarii loci, exstincta familia aut gente, nisi expresse aliud statutum fuisset in tabulis fundationis. Codex non dicit simpliciter ius patronatus familiare aut gentilitium non posse fieri hereditarium, sed non posse fieri hereditarium ius patronatus quod secundum leges fundationis reservatur familiae, genti aut lineae5. Utrum dictio Codicis *quod reservatur* ad quodlibet ius patronatus familiare aut gentilitium, an solum ad casum quo id expresse declaretur in tabulis fundationis quem iam admittebant antiqui referatur 6, dubium esse videtur '.

Certe autem a Codice non abrogatur ius antiquum circa alia iura patronatus personalia, e. g., ius patronatus personae moralis laicalis aut ecclesiasticae. quae proinde, persona non exstincta, ut ante Codicem, transmitti possimt. Codex tamen pro qualibet transmissione consensum Ordinarii loci exigit si de iure patronatus personali agitur s.

Quod tamen non valet pro casu quo expresse transmissio in tabulis fundationis permittatur, tunc enim consensus iam habetur <

Nec prohibetur transmissio iuris patronatus etiam familiaris aut gentilitii quando familia exstincta nondum est aut antequam ipsam exstinctum iri praevideatur '°.

In casibus in quibus consensus Ordinarii requiritur. consensus *in scriptis* est necessarius ad validitatem 9l.

‘ Cfr. Reiffeustuel. *I. r.,* UI, 38. J7 sq.; Wcrnz-Vidal, /. If. 206-297; Badii. Z. c., II. 566.
- C. 1453, i 2.
3 Cc. 1453 ct 1470, i 1, n. 4.
l Cfr. Reîffenstuel, Z. c., 111, 38. 24.
I Cfr. definitionem iuris patronatus familiaris a Codice e. 1119, § 3... *qu>nl trmudt* non *qi'od rcÿcrr'ihir;* quod tamen anrmncntuni non est apodicticum.
’ Cfr. Reîffenstuel. *I.* e.. III, 38, 24-25.
' Auctores hac la re explicit! non sunt; iuri antiquo adhaerere videtur Badii. Z. *e.,* II. pag. 182. nota 3; cui interpretationi c. 6. n. 4. favet. Contradicit Santamaria, Z. *c.,* IV, 32 ius vetus abrogatum retinens. Cfr. Wcrnz-Vidal. Z. c.. II, n. 310; Pistocchi, Z. *c.,* peg. 392-391.
.. l’aul° aliter ius vetus; cfr. lleifTcnstuel, Z. c.. III, 38, 17 „q. praesertim vero 26; Wernz-, II, 290-297. Cfr. otium infra n. 1013. '/), po^. ni.
9 Eichmann. *L* c p. 403, notu .5; Santamaria. Z. r· t v . 3<h ;.
lu Cfr. Blat. Z. c.. n. 374. 4t pac. 15?.
II Cfr. Santamaria. Z. r iV. 30G.

3" **De personis inhabilibus ad ius patronatus.** · *a)* lus patronatus personale transmitti valide nequit ad infideles, publice l apostatas, haereticos, schismaticos, adseriptos societatibus secretis ab Ecclesia damnatis, nec ad quoslibet exeommunicatos post sententiam declaratoriam vel condmnnatoriam

Igitur hic de lege inhabilitante quae vim suam exserit etiam inscia persona contra quam lata est.

Societates, quibus adseribitur is qui inhabilis hoc canone declaratur, debent esse ab Ecclesia sive implicite sive explicite prohibitae, seu damnatae, debent praeterea esso *secretae,* idest tales quae socios ad secretum servandum obligent; nec sufficere videtur ut sint secretae de facto 3; itemque requiri videtur adseriptio realis, non solum factis praesumpta, sed etiam positiva inscriptione in albo seu datione nominis, quae etiam sine interventu ad uniones adesse potest; sola autem praesentia vel interventus unionibus, licet forte illicitus. non dicit adseriptionem.

Sola et simplex excommunicatio, sicut et haeresis occulta, non reddunt inhabilem de iure vigente ad recipiendum ex translatione ius patronatus.

Si in iure patronatus hereditario persona intermedia heres publice haeretica sit, illius vero heredes catholici et habiles ex analogia cum § 3 eiusdem c. 1453, suspendi solummodo videtur ius patronatus pro publice haeretico.

Si infideles, publice haeretici, etc. tales esse desinant, eorum inhabilitas cessare ipso facto x idetur 4.

ύ) Si res, cui ius patronatus reale cohaeret, ad aliquam personam uti supra inhabilem transeat, ius patronatus suspensum manet ·I.

1003. — IV. **De privilegiis patronorum in genere.** - Privilegia patronorum sunt:

1° Praesentandi clericum ad ecclesiam vacantem vel beneficium vacanse.

2° Salva exsecutione onerum et honesta beneficiarii sustentatione, alimenta ex aequitate obtinendi ex ecclesiae vel beneficii reditibus. si qui supersint, quotiens patronus ad inopiam nulla sua culpa redactus fuerit, etiamsi ipse iuri patronatus renuntiaverit in commodum Ecclesiae, vel pensio in limine fundationis ipsi patrono fuerit reservata, quae ad sublevandam eius inopiam non sufficiat 7.

Vox *publice* hic adhibita refertur. ut videtur, non solum ud apostatas sed etiam ad haereticos etc. Santamaria, Z. *c.,* IV, 306.
: C. 1453, § 1.
: Paulo aliter Blat. Z. <.. , pag. 440.
l Cfr. Augustine. *I.* <., VI, . cfr. tamen e. 1170. $ 1, n. 6 et § 2-3; una cum Vermeerscli. *l. c..* II. 796.
s C. 1453. § 3.
* C. 1455, n. 1.
7 (’. 1155. n. 2.

Attondendum est clausulis sub quibus patrono cgmiH ius ad iilimmita competit.

u) Ius ad alimenta praetendere nequit patronus qui in suis oueribu< obeundis valde neglegens fuit; id enim significat *salva onerum* exsecutione[1,2]

b) Subventio facienda est ex solis reditibus superfluis et salva beneficiarii sustentatione; ante omnia enim ecclesia suo decori et cultui providero debet *[3],

c) Xomine alimentorum veniunt omnia necessaria ad honestam sustentationein pro patrono eiusquo familia, scilicet cibus, potus, lectum et vestit us s.

d) Xon requiritur in patrono summa egestas, sed talis rerum necessariarum defectus iusta proprii status conditionem, ut ad egestatem iam vergere incipiat 4:*

e) Concedi debent alimenta non ex iustitia, sed ex aequitate ·« qua ad remunerandum quivis obligatus est iis a quibus beneficia accepit ·>3.

Attamen licet titulus ob quem Ecclesia ius ad alimenta patrono concessit ius precarium sit, nihilominus respectu beneficiarii aut alius administratoris beneficii ius quaesitum strictum esse videtur quod actione, iudiciali protegitnr ·.

/) Si pauperies seu inopia patroni ex ipsius culpa originem traxerit, nec de bonis superfluis ei subvenire ex iure tenetur beneficiarius; licet ei ex caritate adhuc subveniendum sit.

gj Ius ad alimenta pro patrono exsistit etiam in casu quo ipse in limine fundationis iuri praesentandi renuntiaverit, aut ei pensio insufficiens ad completam sustentationem reservata fuisset.

h) Ius ad alimenta nullo modo importat ex iure communi aliquam ingerentium in administrat-ione bonorum beneficii iuris patronatus 7.* 9

3° Habendi, si ita ferant legitimae locorum consuetudines, in sui patronatus ecclesia stemma gentis vel familiae; praecedentiam ante ceteros laicos in processionibus vel similibus functionibus; digniorem sedem in ecclesia, sed extra presbyterium et sine baldachino s.

Codex multum defert particularibus consuetudinibus circa privilegia honorifica patronorum; quam ob rem, si alicubi praeter enumerata a Codice alia etiam in observantia sint, eadem servari etiam in posterum poterunt. Huitts-modi autem privilegia honorifica, quae passim in observantia sunt, enumerant auctores qui ante Codicem scripserunt. Praecipua sunt: *Honor aquae benedictae. sollemnis receptio* ad ianuam ecclesiae prttrohatae, *ius precum,* honor

1 Cfr. c. 1169; Augustine. Z. <·.. VI, 52 s.
- Reiffenstuel, Z. e.. III, 38, 115.
' Reiffenstuel. Z.· m, 38, IU.
4 Reiffenstuel, Z.c.. III, 38, 112 113.
5 Reiffenstuel, Z.c.. III, 38, 112.
e Reiffenstuel. Z.r.. III. 38, 116.
7 Cfr. Wernz-VblaL Z. <·., II, 307.
* C. 1155, n. 3.

Ihinificutionie. osculum parie, itie cerei el palmarum, iue eepullurae. Im-hn (eeksiuslicii.

Praecedentia tam in ecclesia patronatu quam extra non est concedenda patrono super dominum territorialem, qui nempe in loco iurisdictionem exercet temporalem *.

1004, — V. De iure praesentandi in specie. - 1° Persona habilis ad praesentationem faciendam. - Uxor per seipsam ius patronatus exercet, minores per parentes aut per tutores: quod si parentes vel tutores acatholici sint, ius patronatus interim suspensum manet[4].

Codex hic loquitur solummodo de parentibus aut tutoribus acatholicis, at idem affirmandum videtur de parentibus et tutoribus adscriptis sectis secretis damnatis etc. ex c. 1453, § 1 et 3 c.

Si unus e parentibus acatholrcus, alter catholicus et capax sit, hic praesentare poterit °.

Patronus quilibet potest ius praesentationis etiam per alium exercere ".

1005. — 2° De modo faciendi praesentationem, quando ius patronatus non competit unicae personae physicae. - Duo casus accidere possunt.

a) Si plures singulares personae sint patroni, possunt tum pro se tum pro suis successoribus de alternis praesentationibus inter se convenire.

Ut· autem haec conventio sit valida, accedat oportet Ordinarii consensus in scriptis datus, qui tamen semel praestitus nequit valide ab eodem Ordinario vel eius successoribus, patronis invitis, revocari s.

Agitur hic, ut per se patet, de iure patronatus quod pluribus personis physicis vel etiam moralibus non collegialibus ex diversis titulis competit. Ad lites praeveniendas, et ut ecclesiis quam citius fieri potest provideatur. valde congruit ut tales patroni inter se mutuam conventionem ineant. Codex tamen ad hanc faciendam ius vetus corrigens Ordinarii consen-um requirit *.

Si tales patroni singulares nullam circa praesentationes conventionem

1 Cfr. c. Г325; cfr. praeterea etiam S. II. C. 20 Oct. 1922.
2 Cfr. Wernz-Vidul, l. c., II, 306, *c.*
3 Cfr. Reiffenstuel. *I. c.,* III, 38. IIa-III; Horifigr, *Gruiulziuje.,*§ 175. pup. 651, in nota 4; Santamaria, *l. c.,* IV, 368.
* C. 1156; iure vetere iiliiiamilias minores puberes certo, minores impuberes probabiliter praesentare poterant; cfr. Reiffenstuel. *I.* <·., III, 38, 38 sq.
' Ita etiam Blat. *I.* e_, 360, pair. 4 14; ofr. etiain c. 1170, § 1. n. G ct § 2-4.
D Vermeersch. *Emtume,* II, 781.
" Haring, *I.* <·.. s 17G, pag. G52.
* C. 1459, §1-2.
9Ius vetus consensum, non requirebat; cfr. Reiffenstuel, *l. c..* 111, 38, 23: ubi etiam ii»· variis modis conventiones has faciendi.

inierint, ille praesentariis habeatur, qui maiorem .-altem relative suffragiorum numerum retulerit; et si plure- eundem, maiorem quam ceteri. suffragiorum numenim habuerint, omnes censeantur praesentali.

Qi>i ex diversis titulis ius patronatus obtinet, tot habet in praesentatione suffragia, quot titulos l.

In suffragiis ferendis non tenentur patroni singuli, eum personam moralem non constituant, ad normam c. 101. § 1 procedere. suffivit ut quovis modo suffragium exprimant.

Ad maioritatem relativam nullus determinatus suffragiorum numerus requiritur; e g.. si ex sex patronis duo Titium praesentent, ceteri singuli singulos canditatos. Titius solummodo *ius ad rem* acquirit; si sex patroni sex clerico.-, singuli singulos praesentent, omnes conditionatum ias *rem* obtinent; inter eos seliget Ordinarius, ad normam iuris 2.

Si tres personae beneficium fundaverint, quarta vero persona aedificaverit ‹ ! dotaverit, tres priores personae unum titulum et proinde unum suffragium, quarta vero persona duos titulos et consequenter duo suffragia obtinet3.

Auctores antiqui non conveniebant in solutione a Codice firmata in casu quo plures candidati eundem suffragiorum numerum retulissent *.

b) Si ius patronatus collegialiter exerceatur, ille praesentatur habeatur, qui maiorem suffragiorum numerum retulerit, ad normam can. ldi. ÿ 1; quod si. duobus scrutiniis sine effectu institutis, in tertio scrutinio plures maiorem prae ceteris, sed aequalem inter se suffragiorum numerum habuerint, ii omnes praesentat! censeantur 5.

Haec norma valet pro iure patronatus, quod personae iuridicae collegiali. sixe ecclesiasticae, ut. e. g.. Capitulo, domui religiosae, fabricae ecclesiae etc. vel etiam civili, ut. p. g.. municipali Consilio etc. competit.

Attamen strictum praeceptum procedendi collegialiter ad modum electionum stricte dictarum, etiam pro istis personis iuridicis collegialibus a Codice non imponitur; dicit enim Codex conditionaliter: •St... *coTlegialiier exerceatur*6.

Adhiberi eadem forma etiam poterit, ex conventione de qua supra, in iure patronatus quod pluribus singularibus personis competit.

Derogatur autem, etiam quando collegialiter proceditur can. 101. § 1. in ea parte qua praesuli ius conceditur paritatem dirimendi, quando in terti·» scrutinio vota paria sunt; quia favorabilius est libertati Ecclesiae ut plures clerici, quam unicus, praesententur ut inter eos digniorem eligere possit Ordinarius.

' C. 1160, 5 2-3, non Item in electiambus cfr. c. 161.
- Cfr. c. 14C6, .4 6; cfr. Reiffenstuel. Z. c.. IU, as, 92: D'Annibale, *Vummula,* I, 44. nota 11.
‘ Cfr. Reiffenstuel. Z. *r„* III. :jR. m t.| 19-20; Wernz-Vidul, Z. /·.. II 299.
‘ Cfr. Reiffenstuel, *t.* r.. III. 38. »4 vt 98.
J C. 1460. 4 1. Cfr. S. ‹ Concil. de exercitio iurispatr. 15 Martii 1930 J. S XXV. 315.
▮ Aliter severius Wernz-Vidal. *t.* c., II, >99-, el Reiffenstuel. L IIL 3S 1H

Hoc canone iuri veteri quo in usu imis patronatus personae moralis collegial)··? maioritas absoluta suffragiorum requirebatur derogatum est

1006. — 3° De tempore utili ad praesentationem faciendam, -d) Praesentatio nullo iusto obstante impedimento, sive agatur de patronatu laicali. sive de ecclesiastico et mixto, fieri debet, nisi brevius tempus lege fundationis vel legitima consuetudine praescriptum fuerit, ialtein intra quatuor menses a die quo is, cui ius est instituendi, patronum certiorem fecerit de vacatione beneficii et de sacerdotibus qui in concursu fuerunt probati, si agatur de beneficio quod per concursum conferri debet 2.

Ius antiquum quo patrono ecclesiastico sex menses a.l praesentationem faciendam concedebantur hoc canone abrogatum est3.

Tempus hoc utile est in initio, et, ut videtur, etiam in duratione

Certioratio de vacatione et de probatis in concursu, quando concursus est necessarius, videtur necessaria solummodo ad probationem

Etsi lege fundationis semestre ad praesentationem faciendam concessum fuerit, de iure vigente, amplius concedi nequit et huic canoni standum est °.

b) Si intra praescriptum tempus praesentatio facta non fuerit, ecclesia vel beneficium pro eo casu fit liberae collationis 7.

Habemus hic improprie dictae devolutionis casum, qui iam in iure velere figebat. Si praesentatio nondum facta sit ex neglegentia patroni aut ex dissensu inter patronos, poterit Ordinarius tempus aliquantulum prorogare8.

c) Si lis, quae intra utile tempus dirimi nequeat, exoriatur sive circa ius praesentandi inter Ordinarium et patronum vel inter ipsos patronos, sive circa ius praelationis inter ipsos praesentato», suspendatur collatio usque ad finem controversiae, et intérim, si opus sit. oeconomum ecclesiae vel beneficio vacanti Ordinarius praeficiat °.

Lis inter patronum et Ordinarium habetur, si hic contendat beneficium esse liberae collationis, ille autem iuris patronatus. Attamen etiam in hoc casu, si Ordinarius sit in quasi-possessione liberae collationis et bona fide saltem semel libere beneficium contulerit, nemine contradicente, lis non attenditur et Ordinarius libere conferre potest10.

1 Cfr. Reiffenstuel, *t. c.*. III, 38, 97.
2 C. 1157.
3 Cfr. c. 22, X, 3, 38; c. 1. ibid, in 6".
4 C. 35; cfr. Reiffenstuel, Z. c,, IIT, 38. 55.
5 Cfr. Reiffenstuel, Z. c., 111, 38, 55.
5 Chclodl, *Ius dc personis,* pag. 228, nota 1.
7 C. 1158. 5 1.
* Cfr. Reiffenstuel, /. ‹▮. 111. 38, 56; cfr. cthmi U cinz-Viilal, /. ‹·., II, 301.
* C. 1458, § 2.
In Cfr. Reiffenstuel, Z. ‹·., IU, 38, H»3-H>l.

Lis inter ipsos patronos habetur ei de quasi-proprietate aut quasi-potsej sione iuris patronatus, quod exsistere certum esse debet, inter eos decertatur ruinam ius patronatus coiupetat. In tali casu si quis ex patronis in quasi possessione sit bonae fidei, lite circa quasi-proprietatern non obstante, praesentare valide potest *.

Liti inter praesentatus exorienti allinis est et proinde eodem modo, ut videtur, solvenda lis inter praetentatos et patronos, e. g., si praesentatus alios praesentatos aut patronos de simonia accuset2.

1007. — 4° De iure variandi. - Quilibet patronus antequam praesentatio acceptetur, non unum tantum, sed plures praesentare potest, tum una simul tum etiam successive, intra tempus tamen praescriptum, modo illos ne excludat quos prius praesentavit3.

Ius vetus solum patrono laico ius variandi concedebat, et solum pro una vice *.

Si praesentatus ante canonicam institutionem renuntiaverit vel mortuus fuerit, patronus rursus ius praesentandi habet

Idque valere videtur non solum pro prima vice, sed etiam de singulis casibus occurrentibus. Patrono autem in hoc casu conceditur aliud quadrimestre ad praesentationem novam faciendam

Si plures sint patroni qui de alternis praesentationibus convenerint in hoc casu cum de eadem vacatione agatur et praesentatio plenum effectum sortita non sit, facta praesentatio non computatur; aliter vero dicendum esset si mors ‹ut renuntiatio post institutionem concessam evenerint7.

1008. — 5° De persona praesentanda. - *a)* Nemo potest 4 seipsum praesentare, nec aliis patronis accedere ut suffragiorum numerum ad praesentationem necessarium pro se compleat 9.

Nihil tamen obstat quin patronus ipse iuri patronatus renuntiet Ordinarium rogans ut beneficium sibi libere conferatur. Si plures sint patroni,

1 Cfr. Rciffenstuel, *l. c.,* III, 38. 99 sq. qui tamen ex iure retere hunc casum paulu aliter resolvit. Blat docere videtur Codicem nullam mutationem etiam in hoc fecisse quod nou recte dictum videtnr. Iam Rciffenstuel docebat capita 12 et 27, X, 3, 38 contra regulam communem pugnare; Blat. Z 362, pag. I10.

- Cfr. Rciffenstuel, Z III. 38, 105.

3 C. 1460, § 4.

Cfr. Rciffenstuel. Z. III. 3«, 57 et .sq.

C. 1468.

Augustine, Z. *c.,* VI, 533.

Ferrcres, *Jnslituliones canoniale.* Il, 447: Wernz-Vidal, Z. c.. II. 301.

8 Sulpaius praesentatio contra Imius canonis praescriptum invalida habetur a .Santamaria, quod, ait ipse, in c. dicatur *nemo -potest* quae dictio valorem non solam liceitatem utUcint. Argumentum tamen valde debile videtur ex analogia cura cc. 170. et 1150, § 1 ubi, quia de valore agitur ad verbum *-potest, rnlirle* additur. Certo tamen Superior ecclesiasticus non tenetur «uiipsins patroni praesentationem acceptare, immo nec acceptare potest. Cfr. etiam Blut. Z. c.. n. 365; (occhi, Z. c., vol. V I, pug. 281, n. 130; Vcnnecrsch, *J-.uitome,* II3, n. 789

9 C. 1161.

|wie»i uiuw alium praesciiture | nec prohibetm· patronna compatronum pn> sui praesentatione rogaro

b) Si ecclesiae vel beneficio providere debeat per concursum, patronus, etiam laicus, non potest praesentare nisi clericum legitime ex concursu probatum

Ante Codicem forma concursus requirebatm· solum pro iure patronatus ecclesiastico '. Commissio autem interpres 12 Nov. 1922 5 declaravit etiam post Codicem formam *concursus* pro beneficiis iuris patronatus laicalis tunc solum requiri cum id iure particulari, e. g., ex lege fundationis vel ex legitima consuetudine cautum sit.

Paroeciae tamen quae per praesentationes populares conferuntur ad iiurmam c. 1452, ad formam concursus non tenentur etiam ubi generatim viget haec forma pro paroeciarum collatione 6.

c) Persona praesentata debet esse idonea, idest, ipso praesentationis vel saltem acceptationis die, qualitatibus omnibus praedita, quae iure seu communi seu peculiari vel lege fundationis requiruntur

Antiqui requirebant pro beneficio curato non solum idonei sed etiam dignioris praesentationem, validam tamen digni, omisso digniore, praesentationem admittentes; idem et nunc ex instrinsecis praesertim rationibus valere videtur 8.

d) Si praesentatus non idoneus fuerit repertus, patronus, dummodo tempus utile ad praesentandum sua negligentia lapsum ne sit, potest, alium intra tempus de quo in can. 1457 praesentare; sed si ne hic quidem idoneus repertus fuerit, ecclesia vel beneficium pro eo casu fit liberae collationis, nisi patronus vel praesentatus intra decem dies a significatione recusationis recursum a indicio Ordinarii ad Sedem Apostolicam interposuerit; quo pendente, suspendatur collatio usque ad finem controversiae et interim, si opus sit, oeconomum ecclesiae vel beneficio vacanti Ordinarius praeficiat °.

Etiam in hoc canone patronus laicus ot ecclesiasticus aequiparantur ' et elementum subiectivum scientiae vel ignorantiae in praesentatione indigni

1 Cfr. Rciffenstuel, Z. c., III. 38, 72-76: Wernz-Vidal, Z. c., II, 300; cfr. etiam ₡70 tina cnni^cc. 11 et 15, nccnon 1450, § 2, n. 2.

- Haring, *GnmdzÜge...,* § 176, pag. 653.

3 C. 1162.

4 Cfr. Rciffenstuel, Z. c., III. 38. 65, confer tamen etiam n. 77-78.

4 J. *A. S., XIV, 663.*

* 3. C. Concilii 14 Febr. 1920. *A. A. S.*. XII. 163. Cfr. tamen supra n. 1001, c). pag. 401.

' C. 1463.

A Cfr. Rciffenstuel, Z. c,, III, 38, 77-82. Paulo aliter Wernz-Vidal, Z. c,, II. n. 300, nota 81 ; Santamaria, Z. *c.,* IV, 312; PIstoechi. *l.* pag. 346-348.

* C. 1165, 4 1.

non attenditur *; si tamen eonstci patronum *scienter* praesontasse indignum, ipso facto, etiam de iure vigente, pro «'a vico iure praesentandi privatur; quod et de patrono laico valet *.

Ex verbis Codicis non clare palet utrum a die reieeti per Ordinarium candidati. aliud quadrimestre habeatur; ex iure vetero id intellegendum videtur de concessione novi quadrimestris J.

Si institutio praesentali ex simonia nulla sit. collatio beneficii S. Sedi reservatur ‘. Si sola praesentatio simoniaca sit et talis ah Ordinario deprehendatur, reicienda erit; nec patronus poterit alium clericum praesentare.etsi tempus utile non praeterierit. Immo patronus ipso facto privatus permanet in perpetuum iure praesentandi 9*

Scholion. />»l *iure patronatus passieo.* - Loquuntur saepe auctores de iure patronatus passivo. In hoc autem ius patronatus passivum consistit quod patronus clericum praesentandum ex certa familia vel ex certa communitate assumere cogatur sive ex lege fundationis, sive ex alio iure particulari. Ut per se patet, ius patronatus passivum non est nisi ius particulare aliquam peculiarem qualitatem in persona praesentanda requirens. Non est certo adaequata distinctio inter ius patronatus activum et passivum- utrumque enim simul consistit, vel consistere potest °.

1009. — 6° Cuinam facienda sit praesentatio. - Praesentatio fieri debet loci Ordinario, cuius est indicare utrum idonea sit persona praesentata.

Ordinarius ad suum formandum indicium, debet de persona praesentata diligenter inquirere et opportunas notitias, etiam secretas, si opus fuerit, assumere.

Ordinarius non cogitur patrono patefacere rationes cur personam praesentatam admittere non possit '.

Non prohibetur Ordinarius rationes non admissionis manifestare, sed ad id cogi non potest8.

Nomine Ordinarii in hoc canone venit certe Vicarius Capitularis et eram, si mandatum speciale habeat. Vicarius Generalis 0.

‘ Ius vetas cfr. apad ReiffcnstaeL /. r., III. 38. 83 et nq.
2 Cfr. c. 2391, § 3.
3 Cfr. ReitfcnstucI, *l.* c., III. 38. 81: Augustine, 7. *c.,* IV. 532. Cbelodi. *de* 115 et in nota 2, pag. 228, distinguit inter patronum qui sua culpa non idoneum praesentaVtt, et cum qui sine stu culpa atque huic alteri tantummodo aliud quadrimestre cnncedlt: rfr. etiam Wcrnz-VldaU *l.* c.. II, 303. notu 85; Santamaria, 7. *r.*. (V. 315.
4 C. 1135, I 1. n. 3.
C. 2392. n. 2: contra Santamaria, *l. c.,* IV. 314. Cf. etiam infra n. 1010.
Cfr. Wernz-Vidal, 7. r., 11. 282.
Cé.fliOl, § 1-3 141); 459. § II. 3: 3U9.
Augustine. 7. c. VI. 531.
9 Wernz-Viflul. / ‹-.. II. 302.

1010. — 7° De simonia in praesentatione. - Praesentatio, labe simoniaca infecta, est ipso iure irrita, et etiam institutionem forte subsecutam irritam reddit '.

Patronus simoniacus perpetuo privatur iure praesentandi 2.

1011. — 8° De institutione canonica. - *a) Quis ad eam ius habeat.* - *a)* Logii ime praesentariis et idoneus repertus, acceptata praesentatione. ius habet ad canonicam institutionem 4.

Institutio *collativa tituli* est actus legitimi Superioris ecclesiastici «pio titillus beneficii clerico promovendo confertur. Dicitur *institutio canonica* «piando in ea lacienda regulae omnes a iure canonico statutae servatae sunt ‘.

Clerico legitime praesentato ius strictum est ut in beneficio instituatur? proinde collatio beneficii alteri quam ipsi facta ab Ordinario loci, ad praesentali instantiam rescindi potest ct debet 5.

Nulla specialis formalitas requiritur pro acceptatione praesentationis, sufficit, ut videtur, ut praesentatus de praesentatione conscius con contradicat.

β) Si plures et omnes idonei praesentali sint, Ordinalius eligit quem magis idoneum in Domino indicaverit n.

In hoc casu, ut patet, ius singulorum praesentatorum non est absolutum, sed conditionatum seu a indicio Ordinarii pendens,

Electio ex parte Ordinarii digni, omisso digniore, valida, etsi illicita. est L

b) Quis eam concedere potest. - Ius concedendi canonicam institutioiieni est Ordinarii loci, non autem Vicarii Generalis sine mandato speciali8.*

Quod hic statuitur ius commune constituit ct praesumptionem iuris constituit pro Ordinario loci, aliorum tamen collatorum possibilitas non excluditur absolute, salvo semper iure Ordinarii examini subiiciendi clericos praesentator °.

Ante Codicem permittebant auctores institutionem canonicam Vicario Generali eum mandato generali 10.

Vicarius Capitularis etiam de iure vigente potest praetentatos instituere.

1 C. 116.5, à 2.
: C. 2393, D. 2.
’ C. 11GG. § 1.
4 Cfr. Reiffenstuel, *l. c.*. ILI, 6 vt 10-
s Reiffenstuel, /. c.. III, 7, 12 et III, 38, 8Psq.
0 C. 11GG, § 3.
' Chelodi, *Jus tlc personis,* 115.
’ C. Û66. § 2.
4 Cfr. Reiffenstuel, *l.* c.. III. 7. 22-23: Bltil. *l. c.*. 371·. pug. 453-451.
10 Cfr. Reiffenstuel, *l.* III, 7

‹·) *lutra quod tempus concedenda.* - Institutio canonica pro quolibet beneficio etiam uon curato dari debet, nullo iusto obstante impodimento, intra duos menses ex quo praesentatio facta sit [1].

d) De forma serranda in praesentatione et institutione canonica. · In praesentatione facienda nulla forma aut sollemnitas praescriptu est; eadem proinde oretemis vel scripto fieri potest, quamvis valde deceat ut scripto fiat verbis aptis [2].

Institutio autem canonica scripto consignanda est [3]; quamvis valida habeatur institutio etiam sine scripto.

1012. — VI. De oneribus seu officiis patronorum. - Onera seu officia patronorum sunt:

1° Ordinarium loci monere, si bona ecclesiae seu beneficii dilapidari viderint, quin tamen se immisceant administrationi eorundem bonorum [4].

Sunt enim defensores seu advocati ecclesiae patronatae, non administratores, nec ullam exercent in bona ecclesiae vel beneficii vigilantiam multoque minus eis pensionem aut aliud onus imponere possunt nisi aliquid huiusmodi ipsis ex lege fundationis competat [5].

2° Aedificare denuo ecclesiam collapsam aut reparationes, indicio Ordinarii, necessarias in eadem facere, si ex titulo aedificationis ius patronatus habeant, et nisi onus aedificandae denuo vel reparandae ecclesiae aliis incumbat ad normam canonum [6].

Haec obligatio non est absoluta sed conditionata, si nempe patronus ex titulo aedificationis ius patronatus retinere velit [7].

Alii autem patroni ex titulis *fundationis* aut *donationis* ne conditionate quidem ad reparationem aut reaedificationem tenentur.

3° Supplere reditus, si ex titulo dotationis ius patronatus proveniat, cum ecclesiae et beneficii reditus ita defecerint, ut nequeat amplius vel cultus decenter in ecclesia exerceri vel beneficium conferris [8].

Etiam in hoc casu obligatio patroni conditionata non absoluta est, eodem modo ac supra dictum est.

Circa exsecutionem autem harum obligationum conditionatarum haec quae a Codice statuuntur attendenda sunt:

Si ecclesia collapsa fuerit vel necessariis, judicio Ordinarii, indigeat reparationibus aut si reditus sufficientes defecerint [1], ius patronatus interim quiescit[2].

Si patronus intra tempus ab Ordinario sub poena cessationis patronatus praefiniendum, ecclesiam denuo aedificaverit vel restauraverit aut reditus auxerit, ius patronatus revigescit; secus ipso iure et sine ulla declaratione cessat[3].

Si ecclesiam collapsam aut reditus deficientes non antiquus patronus sed alia persona reaedificaverit vel compleverit, antiquus patronus non ideo ius patronatus retinet, sed persona reaedificans vel redotans ius patronatus personalissimum ad normam c. 1450, § 2, n. 2 acquirit[4].

1013. — VII. De exstinctione iuris patronatus. - 1° De exstinctione totali seu perpetua. - Praeter casum exstinctionis ex defectu ex parte patroni reparationis seu reaedificationis ecclesiae collapsae vel collabentis nec non ex defectu redituum, de quo supra actum est, ius patronatus exstinguitur:

«) Si patronus iuri suo renuntiaverit: eius tamen renuntiatio ex integro fieri potest aut ex parte: nunquam vero potest aliis compatronis, si qui sint, damnum afferre [5].

Ante Codicem non admittebatur renuntiatio iuris patronatus gentilitii, nisi familia cessante, cum Codex nullam renuntiationi circa hoc conditionem apponat, et mens Ecclesiae sit quantum fieri potest suam libertatem nativam recuperare, id non amplius vigere dicendum este.

Si compatronus renuntiet eius ius cumulatur in aliis compatronis, compatroni enim ius patronatus in solidum possident; nisi forte compatroni ad

---

- Wrrnz-Vidal, */.* ‹·, II. 302; Haring, *Grnndzüfjc..., i* 176. pag. 655.
3 C. 159; Wernz-Vidal, *L* c.. II. 301: Chelodl, */.* c.. 145.
4 C. 1169, § 1. n. 1.
3 Cfr. Relffenstuel, *l. c.,* III. 38, 118-123.
0 C. 1469, 5 1, n. 2 et c. 1186.
7 Cfr. Wernz-Vidal, *l.* c.. II 303.
b C. 1469, J 1, u. 3.

1 Codicis interpunctio boc c. 1469, § 2 ita corrigenda videtur: Si ecclesia... indigeat reparationibus aut si reditus defecerint, ad normam etc.; cfr. Vermeersch, *Epitome.* II, 791.
2 Cfr., c. g., Decretum Ordinarii Milcvitoni qua Delegati Apostulici die 8 Oct. 1919 datum, quo hic canon exsecutioni mandatui'; lubet referre art. 2 huius decreti in ca perte quae huc spectat: « Trattandosi di una fondazione di giuspatronato sia ecclesiastico sia loicale, anche con riserva dclla vocazione passiva, ora esistente, la cui dotazioue è minore di liic Bterlinc dieci, di netto Panno, tale fondazione diverrà di libera collazione, o si intenderit risoluto in riguardo alla stessa il vincolo dei patronato, si attivo chc passivo, qualora i patroni Del termine di un anno dalla pubblicazione c notificazionc delTinfraseritto cditto, non si eurrranno di supplire, Delio debite forme, alia doto dclla fondazione riconosciuta hisufficicntc. una rendita in capitale fruttifero, con Papprovazione dellOrdinario, tale da formare la somma di lire stcrline dieci Panno, dedotti i pesi, c clô in coufonnita ai disposto nel canone 1409, 5 L n. 3 c J 3 o 1470, § 1 del Codice di Diritto canonico ». Cfr. *A. A. S.t* XII, 38; S. C. Consist, io Dec. 1919: *Monitore ecclesiastico,* vol. 32, pagina 101 sq.
5 C. 1169, $ 2-3.
4 Cir. Wernz-Vidal, */.* c·. ‡l ·108.
C. 1170. § 1, ŋ. 1.
4 Cfr. c. U51. › 1; aliter Wernz-Vidal, */.* r 311, in nota 1<·0; idemque afliimandum videtur de iure patronatus reali·

normam eau. 1459 de alternis praesentationibus antea convenerint, quo casu ecclesia seu Ordinarius loci in locum patroni renuntiantis introire videtur ct libere conferre L

b) Si Sancta Sedes ius patronatus revocaverit aut ipsam ecclesiam vel beneficium perpetuo suppresserit

.Sancta Sedes revocationem facere potest valide semper etiam sine iusta causa, agitur enim de privilegio stricte dicto ab Ecclesia concesso circa potestatem Ecclesiae eiusque libertatem, quam renuntiare circa validum usum nec R. Pontifex potest: Ecclesia quippe prorsus independens est a qualibet humana potestate ipso iure divino.

Suppressione beneficii patronali obiectum principale iuris patronatus quod in praesentatione ad beneficium consistit, amplius exsistere non posse per se perspicuum est.

el Si contra ius patronatus legitime praescriptum fuerit J.

Praescribitur autem si patronus tempore ad praescriptionem legitimam requisito non praesentaverit et Ordinarius saltem bis ecclesiam vel beneficium libere contulerit4.

Tempus ad praescribendum contra ius patronatus ecclesiasticum est 30 annorum \ pro aliis casibus ius civile uniuscuiusque nationis ridendum est *

d) Si res, cui ius patronatus inhaeret, pereat, aut exstinguatur familia, gens, linea cui secundum tabulas fundationis reservatur; qno in altero casu nec ius patronatus hereditarium evadit, nec Ordinarius valide permittere poterit donationem iuris patronatus alii fieri T.

Quod dicitur in Codice de familia, gente aut linea intellegendum etiam videtur de persona morali, sive ecclesiastica sive civili8.

Requiritur autem ut de familia, gente, aut linea vel etiam persona morali exstincta aut proxime exstinguenda agatur; alioquin iuxta ea quae supra vidimus, probabiliter, de consensu Ordinarii loci, ius patronatus transferri poterit aut converti9.

l Cfr. ilaring, /. <·., pag. U6«i, nota G ubi sibi httuc quaestionem proponit, nullam veru solutionem affert.

3 C. 1470, § 1. u. 3.
1 Cfr. 1511; Rfiffeu-ituel. 7. <·.. 111, 38, 125. VI; Aichncr-Friedlc, *Compendium iuris* i 91, pag. 335, uotu l; Wcrnz-Vidal, /. *c* n 312
5 C. 1511, § 2.
4 Santamaria, /. c., IV, 319.
7 C. 1470, *i* 1. n. L
* C£r. Wernz-Vidal, Γ c., ⁵L hUPra· u. 1002. 2'. pag. 102.
u Cfr. Reitlcnstucl, Z. *c.t* III, 38. 125. IV; item III. 38, 21-25. cfr. supra, n. 1002. 3', pair 402.

consentieiite patrono, ecclesia vel beneficium limai ur alii liberae collationis aut ecclesia fiat electiva vel regularis

Quia per talem unionem ecclesia vel beneficium exstingui censentur, nec proinde ius patronatus circa ea exsistere amplius potest 2.

1014. — 2° De exstinctione aut suspensione iuris patronatus ob delicta commissa. - *a)* Exstinguitur praeterea ius patronatus exstinctione perpetua, si patronus rectorem vel alium clericum ecclesiae servitio addictum aut beneficiarium per se vel per alios occiderit vel mutilaverit 3.

Haec poena ex iure vetere in Codicem est relata et ex iure vetere interpretanda est. Cum cuique liceat vim vi repellere, si patronus ad sui defensionem clericum feriat vel occidat poenam non incurrit 4.

b) Exstinctione vero *temporanea,* idest. ad criminis reum restricta exstinguitur ius patronatus:

a) Si patronus ius patronatus simoniace in alium transferre attentaverit ⁵.

β) Si **patronus** lapsus fuerit in apostasiam, haeresim vel schisma 6.

Si patronus bona ac. iura **ecclesiae** vel beneficii iniuste usurpaverit aut detineat 7.

e) Ut ex his delictis patroni censeantur ius patronatus amisisse, requiritur et sufficit sententia declaratoria 8

In his casibus exstinctionis iuris patronatus sicut et pro casibus suspensionis, si plures sint compatroni, nec omnes rei aut censurati, exstincto iure patronatus aut suspenso pro aliquibus non cessat pro aliis, sed potius iu< quodlibet in reliquis solidatur, nisi per turuum ex conventione praesentare consueverint; tunc enim furnus patroni inhabilis aut suspensi ad Ordinarium devolvitur 9.

3° **De suspensione iuris patronatus.** - Censura aut infamia iuris innodati post sententiam condemnatoriam vel declaratoriam.

1 c. 1470, § 1, n. 5.
Reiffenstuel, *l. c.,* III, 38, 125.
13 C. 1470, § 1. n. 6 ct § 2.
i Reiffenstuel. /. *c.,* III, 38, 125. VII.
C. 1470, n. 6 et § *2;* cfr. ofkitn cc. 2392, n. 2. ef 729.
- C. 1470, § n. G *et § 2.*
' C. 1470 n. G et § 2; cfr. etiam cc. 2346 et 3347.
* C. 1470 3.
* Cfr. Alchner-Frlcdlc, 7. *c.,* 5 94, png. 337.

utique dum censura vel infamia perdurant, nequeunt ius patronatus exercere eiusque privilegiis uti

Inter *temporaneam exstinctionem* ei *suspensionem* haec intercedit diîîu-rentia quod temporanea exstinctio totam patroni allicit exsistentiam; non item suspensio; suspensio cessat, cessante causa.

Solummodo iura et privilegia suspenduntur, non obligationes seu officia *

Iura autem et privilegia omnia suspenduntur; videtur tamen non necessario auferendum esse ab ecclesia stemma gentis tempore suspensionis3.

1015. — VIII. De iure nominationis. - Si cui Sancta Sedes sive in concordatis sive extra concordata indultum concesserit praesentandi ad ecclesiam vacantem vel ad beneficium vacans, non inde ius patronatus oritur et privilegium praesentationis strictam interpretationem pati oportet ex tenore indulti '.

Hoc ius praesentationis quod immediate et exclusive ex privilegio oritur independenter a fundatione patroni proprie vocatur *ius nominationis3:* conceditur generatim principibus et privilegium *personale* personae principis inhaerens consideratur e.

Eodem modo ac ius patronatus exercetur atque ex eo clerico nominato ius ad rem acquiritur. Subest strictae interpretationi, non attenditur cum rigore in eius exercitio termino mensium, nec generatim, terrnino elapso, devolutio ad actum reducitur '.

* Cc. U7U, 3 4; 225G.

2 Eichmann, 7. *c.,* $ 197, pag. 470.

; Wcrnz-Vidal. *I.* II. 313; Vermeersch, 7. *c.,* II, 796: Blat, 7. c., 371, pug. 461.

4 C. 1471.

5 In concordatis reccntioribus ut iam alibi innuimus post Codicis iuris canonici promulgationem a Sancta Sede initis non conceditur amplius ius nominationis rebuspublicts, sed potius ius *officiosae praenotificationis* qua nomen personae promovendae civili auctoritati conflideutialiter et secrete praenuntiatur ab Ecclesia ut ipsa civilis auctoritas cognoscere valeat et notificarv comintinti Superiori ecclesiastico si habeat contra promovendum rationes ordinis politici; cfr. concord, cum Bavar. art. 11, cum Lettonia art. 4, cum Lithuania art. 11, cum Polonia art. 14. cum Cecoslovachia art. 4; cfr. etiam Ottaviani. *Institutiones iurir publici ecclesiastici,* I. 1926, Romae, ŋ. 240, pag. 481 et sq.; Pasqnazi in *Apollinaris,* I, 1938, pag. 154. En formula adhibita in novissimo Concordato Italiam inter et Sanctam Sedem: Art. 19. La scelta degli Arcivescovi e Vescovi appartiene alia Santa Serie. — Prima ‹ll procedere alia nomina di nn Arclvcscovo o di un Vr-scovo dlocesano o di un coadintore *cum iurr successionis.* Ia Santa Sede comunicherà il nome della persona preseelta al Governo italitmo per assicurarsi che ii medesimo non abbia ragioni di earatterc politico da sollevarc contro In nomina. — Le pratiche relative si svolgeranno con la maggiorc possibile sollccltudine econ ognl riservatezza, in modo che sia mantenuto il segrvto sulla persona prescelta, linchè non avvenga la nomina della medesima ».

De quaestione quodnam sit habendum sublectum concordatorum et consequenter, cuinam concedantur in concordatis privilegia nominationis aut *officiosae praenotifleationis* cfr. Ottaviani, 7. c., II, pag. 279 sqs.; Ojetti, in *Commentarium in Codicem iuris canonici,* I, 1927. pag. 40 sqs.; *Apollinaris,* I. pag. 145; Haring. 7. *C.,* 5 168, pQg. 663-664.

e Cfr. prop. 50 Syllabi Pii IX; Aichner-Friedle, 7, *c,,* pag ->yj 5 82

T ChelOdi· L C" 145; *I. c.,* f 82, Pag. 291 sq.; Maroto, *Institution,f.*

Puteei tamen ine solius' praesentationis ad beneficia, *c.* g., „‹i olU)Or,i. „itus concedi aliis personis praetor principe» sive in concordatis sive extra: privilegia «piae concordatis innituntur maiore vi quam cetera gaudent ;*

Licet autem canon islc novus sit et Codex concordatis non deroget, applicatur tamen canon concordatis iam ante Codicem initis5.

U\l»rT V.

De iuribus ei obligationibus beneficiariorum.

1016. — I. Principium generale. - Quilibet beneficiarias, capta legitime beneficii possessione, omnibus iuribus fruitur tam temporalibus quam spiritualibus, quae beneficio adnexa sint L

Licet collationi- beneficiis ius in re aliena acquiratur beneficiario; fruitio tamen iurium beneficialium, sicut et impositio realis onerum solum immissione. in possessionem acquiritur 4.

1017. — II. De libera fructuum 5 beneficialium fruitione. - 1° Etsi beneficiarius alia bona non beneficialia habeat, libere nti. frui potest fructibus beneficialibus qui ad eius honestam sustentationem sint necessarii; obligatione autem tenetur impendendi superfluos pro pauperibus, aut piis causis n.

Beneficiarius, capta· sui beneficii possessione, non fit beneficii dominus: dominium enim bonorum est penes ipsum beneficium, ens iuridicum. sed usu fructuarius ct administrator sui beneficii. Est autem usus fructus ius ǎlieni îebus utendi, fruendi salva rerum substantia 7. Usus fructus implicat ius rem in usum fructum concessam possidendi, ius re ipsa utendi salva eius substantia, ius fructus sive naturales sive civiles ex ea percipiendi. Nequit usufi uctuariurem substantialiter mutare nec deteriorare et respondet ad modum boni patris familiae de quolibet damno. Fructus quos res ordinarie et regulariter dat. e. g..

l Cfr. cc. 3, 103; *Monitore ecclesiastico,* vol. 34, pag- 211.

2 Santamaria. 7. »·.. IV. 320.

3 c· U72·

4 Dc modo possessionem acquirendi, et dc iuribus scu privilegiis poss‹-.‹sioni- hun m-.iurn est; cfr. c. 1-144 sq.

5 Terminolovium Codicis cfr. apud Moersdorf, *Dic Rechtss-prachc....* j». 268.

« *Cc.* 1173 ct 239, $ 1, ll. 19. ubi privilegium conceditur. Cft·. Lttt. S. ‹'. Consist. 29 Innii 1919, de honesta cleri sustentatione in Italia *(.·!. d. S.,* XI. 277). et S. C. I'oncll.. is Iulii 1927 (.1. J. *S.,* XX. 389): et 12 Dec. 1931 *(A. A. S..* XXIV, 147).

7 Fr. 1, D. 7. 1; cfr. etiam de notione usus fructus Ferrinl, *Manuale di Pandettr-,* ». m;··. Pacchioni. *Elementi di diritto civile2.* 1921. n.. 352 sq.. T> Angelo. *Tus dipestorim,.* H.)f,c. peg. Î00 et sqs.

arbores eeduas, uves, boves, fructus agrorum, lanam, lac ctc umifruotuarius percipit et qua dominus de iis disponit, quippe qui eorum dominium acquirit '.

Fructus et emolumenta extraordinaria, ut, e. g.. thesaurus inventus in fundo beneficii, statuae aliaeque res pretiosae ibi forte inventae, magnae et extraordinariae effossiones lapillum pretiosorum aut caesura arborum, non computantur inter fructus beneficii nec proinde beneficiato cedunt, sed partes ipsius substantiae beneficii aestimantur et qua tales beneficio accedunt1

Beneficiarius omnium fructuum ordinariorum sui beneficii dominium acquirit; obligatione autem ex lege ecclesiastica et ex religione 3*tenetur bona superflua pauperibus aut causae piae erogare.

Bona clericorum aut beneficiariorum possunt esse *patrimonialia* quae clerico ex titulo profano, e. g.. ex hereditate aut ex donatione provenerunt; *quasi.patrimonialia* quae clerico proveniunt ex titulo quidem spirituali at non ex beneficio; talia sunt bona ex stipendiis missarum, ex iuribus stolae, ex distributionibus quotidianis etc. provenientia; *parsimonialia* quae clericus ex reditibus beneficialibus necessariis ad honestam sustentationem subtrahit; *beneficialia* quae clerico obveniunt ex beneficio quo tali quaeque *necessario* ad honestam sustentationem esse possunt vel *superflua* :*

Ad honestam sustentationem pertinent non solum quae ad victum et vestitum nec non ad habitationem ipsius beneficiarii necessaria sunt, sed etiam hospitalitatem erga pauperes et amicos exercere, sua et suorum qui impares sint debita solvere, consanguineis media ad litteras discendas suppeditare, propriam prolem etiam illegitimam alere 5:*

Beneficiarius de suis bonis patrimonialibus, quasi-patrimonialibus et parsirnonialibiLs libere disponere potest; de bonis vero beneficialibus disponere potest ad suam honestam sustentationem; superHua vero horum, non ceterorum bonorum, ex obedientia erogare tenetur. Haec quidem de stricto iure; evidens tamen est optimo consilio beneficiarium pro bono animarum aliquid ulterius facere debere; experientia enim constat nihil magis homines e religione avertere consuevisse quam sacerdotum auri sacram famem.

Notare tamen praestat, de iure vigente, iura stolae intra fines taxationis dioecesanae, nec non distributiones quotidianas ad normam c. 1410 consti·

1 Klchmunu, Z. *c*.. i 191. pag. 170; Haring, Z. c., 5 191. pag. 71 1 sq.; SiigmiiHvr. *IshrMi dee k. K. Ii.,* II, § 200; cfr. tamen etiam Wernz. *Ius decretalium,* III2, n. 186.

Non. rectae notioni *ususfructus* nititur opinio Pletocchi. /. *c*... pag. 413-114. qna supponitur usufructuarium non acquirere dominium fructuum beneficialium. Beneficiarius non est ntlquc dominus seu proprietarius beneficii, sed est usufructnarius beneficii <t qna talis acquirit dominium fructuum eius.

2 Wernz. *I. c.,* III. 185. I.

3 Itu communiter hodie; Wernz. /im *Decretalium.* III2, u. 18G. pag. 198-199; SSgmtiller. *I. c*.. II. pag. 466, nota 3; Vermeersch, *I.* <.. II. 798; Prümmer. *I. c.,* 438; Noldin, *De praereptisib.* n. 783; Blat, *l. c*.. 378, pag. 165-166: Santamaria, /. *c.,* IV, 322; cfr. ctiom Claeys Bouuaert-Simenon. I. c., n. 969: De Meester. /. r.. II. n. 1121: contra Augustine, qui Z. *c*.. VI. 537-538 obligationem ex institia admittit. Sententiae Augustine. nimio forte fervore. accedit Pistocchi. Z. c., pag. 416 et sqs.

' Wernz. 7ii« *UtcretuUum,* IIIs, u. 177; De Meester, Z. c.. III, n. 1423. pag. 347, not. 1-2.

• Cfr. Noldin. *l. c*.. n. 782; Cocchi, Z. r,, VI. iII; Santamarin. Z. *c*.. *IV. 322.*

mere dotem beneficii stricte dicti; quo in casu talia bona non iam inter bona ipissi-patriinonialia, sed inter bona bénéficiait» computanda eruntJ.

2° Annui reditus benelicii inter successorem et. antecessorem eiusvi· heredes, in casu obitus, pro rata temporis quo beneficio uterque deservient, distribuantur, omnibus proventibus et oneribus currentis anni computatis, nisi legitima consuetudo aut peculiaria statuta rite approbata alium iustae compositionis modum induxerint -.

ture antiquo beneficiate eiusve heredibus soli fructus separati obveniebant; aequius moderniorem jurisprudentiam sequutus Codex distributionem pro rata temporis faciendam decernit3.

Codex salva retinet peculiaria statuta rite approbata et alios compositionis modos; hoc referendum videtur ad statuta et modos ante Codicem vigentia; post Codicem statuta nova et modus compositionis Codici conformia sint oportet, nisi S. Sedis approbatio accedat :*

Reditus intercalares sive civiles sive naturales distribuendi sunt in Italia juxta anuum solarem seu civilem 5.

3° Deductis cuiuslibet generis expensis et si de paroecia agatur. deducta congrua portione ab Ordinario loci assignanda vicario oeconomo °, fructus beneficii vacantis, pro altera dimidia parte accrescunt doti beneficii vél massae communi, pro altera cedunt fabricae ecclesiae seu sacrario, salva legitima consuetudine qua fructus omnes in bonum commune dioeceseos erogentur ~.

Usque ad Codicem magna fuit inter varias regiones differentia, circa perceptionem fructuum intercalarium, partim ex concordatis, partim ex con 'uetudinibus peculiaribus, partim ex usurpationibus civilis potestatis 8.

Iura hucusque ex concordatis vigentia suam vim retinent; Codex servat praeterea consuetudines, at eas tantum quae fructus intercalares *in bonuni commune* dioecesis erogandos statuunt; ceterae vero consuetudines, cum non reprobentur, vim suam retinere poterunt solummodo ad normam c. 5B.

Quia generat im post obitum beneficiarii beneficii vacatio per plores menses

Suppressiones piarum fundationum in nostris regionibus factae iniquis legibus Status civilis non sunt suppressiones inridicae sensu canonico, easque Ecclesia non admittit aut agnoscit, nisi maiore vi, cui resisti non potest, coacta.

l Id deduci videtur etiam ex c. 1515 ubi sermo est dc *Ordinario,* non de *Ordinario loci;* item ex c. 1550.

- C. 1491.

3 Ita etiam Blat, *l. c.,* 103, pair. 487.

l Aliter Blat. 7. e., 403. pair. 487.

PARS VI.

DE BONIS ECCLESIAE TEMPORALIBUS

PRAENOTIONES

1033. — I. Connexio materiae. - Ultimo loco inter res ecclesiasticas jurisdictioni scilicet Ecclesiae subiectas sunt bona materialia vel iura quae proxime et immediate ad corporalem utilitatem pertinent atque *entitatirc* considerata temporalia sunt. Quia tamen etiam ista bona entitative temporalia ad Ecclesiam pertinent et ad ministrorum sacrorum sustentationem vel ad alium finem spiritualem ab Ecclesia adhibentur, et ipsa, iuxta ea quae in ime publico diximus \ inter res spirituales aut saltem mixtas iurisdictioni Ecclesiae subiectas adnumeranda sunt.

1034. — II. Notio et divisio. - 1° Notio. - *Bona ecclesiastica* sunt omnes res temporales sive corporales sive incorporales quae vel ad Ecclesiam universam et ad Apostolicam Sedem, vel ad aliam in Ecclesia personam moralem pertineant 1.

Uniusmodi bona tum ratione finis cui destinantur qui spiritualis est 3. tum etiam ratione subiecti dominii naturam iuridicam specialem induunt stathu ac ecclesiastica fiunt; quae in hoc praesertim consistit ut jurisdictioni societatis civilis omnino subtrahantur et inviolabilia fiant, ita ut furtum aut usurpatio de his facta specialem induat sacrilegii malitiam 45

2° **Divisio. -** Bona temporalia Ecclesiae dicuntur:

‹z) *Corporalia* aut *incorporalia* prout sensu aliquo corporeo attinguntur ut praedium pecunia, vel non, ut iura. actiones, servitntee etc. ▮

1 Cir. 1'. Matthaeum Conte a Coronata, /us *publicum ecclesiasticum,* 1924, u. S3 sq. - C. 1197, § 1; Weruz, *l. c.,* III. 131, II: De Mecster, *I. c.,* III, n. 1137.

3 Cfr. c. 1195, § 1.

1 Wernz, *I. c.,* III. 113-111; cir. ctiaiu Matthaeum Conte a Coronata. /iw *publicum axlpû(ulicum,* u. 151; Vroniant, *Dc Inuiii Ecclemac temporalibus,* 1927, Louvain, pug. 1 et sqs.

5 Weruz. /. *c.,* III, 131, III; Vroniant, *l. e.,* pag. 47; Santamaria, /. c., IV, 310.

b) Immobilia si lovo moveri nequeunt, ut domus, *mobilia* si moveri possunt, ut pecunia, fructus etc.

Immobilia civiliter ea sunt quae de se quidem moveri loco possunt, at iure positivo immobilia habentur, ut fenestrae domus 1.

Iura et actiones bona mobilia habentur si eorum obiectum materiali est aliquid mobile, e. g., ius adhibendi sacra paramenia; immobilia si eoruui obiectum sit aliquid immobile, e. g., servitus aliqua praedialis, ius ad scamnum in determinata ecclesia etc.x.

Bona immobilia dicuntur *fuugibiliu* si imo usu consumuntur et simul adhiberi et servari non possunt, e. g. panis, fructus etc.; *non fumjibilia* quae non necessario usu consumuntur et servando servari possunt 3.

e) *Sacra.* quae consecratione vel benedictione ad divinum cultum destinata sunt Cetera omnia non sacra dicuntur seu communia seu profana 5. Verum quaelibet bona ecclesiastica sunt aliquo modo sacra, quia ad finem spiritualem ultimo ordinata 6.

d) Pretiosa, quibus notabilis valor sit, artis vel historiae vel materiae causa

Enumeratio causarum quibus valor honorum ecclesiasticorum notabilis aestimandus est non videtur a Codice fieri taxative, sed solum demonstrative.

Qua autem ratione *notabilis culor* computandus sit Codex non determinat, nec Sancta Sedes authentice declarare voluit8.

Communiter tamen ab auctoribus res pretiosa ea dicitur quae pretium habeat non infra mille libellas italicas, aureas ut videtur 9.

Rebus pretiosis accedunt, licet non proprie ratione pretiositatis seu notabilis valons, donaria votiva sacris iconibus vel altaribus a fidelibus oblata 10 itemque sacrae reliquiae Sanctorum vel Beatorum H.

1 Wernz. Z. »·.. Ili. 131, 111: Bonfante. *Istituzioni di dirittu rornauul,* § 79, pag. 33G -q. Cfr. etiam Vromant, Z. c., n. 36, pag. 17 sq.; Santamaria. Z. IV, 340; Claeys Bouuaerl· Simenon, Z. *c.,* n. 989.

Reiffenstuel. *I. c.,* III, 13, 8-9.

» Wernz. Z. c.. III, 134» 111, *b: cfr.* etiam Bonfante, Z. *c.*. § 78-, pag. 231.

C. 1197, § 2.

Wernz, Z. *c.,* III. 13k 111, δ.

Wernz, *ibidem;* cfr. etiam rubricam partis II, libri 111: *De bp is tl temporibus sacris;* cum tamen sciatur specialem benedictionem aut consecrationem non requiri, sed solum deputationem Ecclesiae ad tempus sacrum reddendum.

7 C. U97, « 2.

8 Cfr. S. C. Coneil. 12 Iulii 1919, J. *A. S.,* XI, 416 sq.; et 11 lunuurii 1922. *A.* J. 5 159.

y Cfr. responsa S. Congr. supra citatu; DeMecstor, Z. <·.. n. 1117; Vermeerscb, *Kpifynt.* IU3, n. 819; Vromant, Z. c.. n. 36. pag. 18-19; Santamaria, Z. II. 278; Runs, *InstiMiimtf* runoiifcae, n. 237; Cappello. Z> r/*iusuris z,* n. PiG-inn: c I;h «v s Boutiaert-Simenon, *Munvote ftH canvnfci2,* n. 989; Cocchi, *L c.f* n. 169: contra Cerato, *Consuetudine vigentes,* 1921, n. 13; et Prihnmer. Alunuate *moralis,* HI. n. 535, requirunt siunuuim 39.001» libellarum quod probabile non videtur. Cir. praeterea etiam Chelodi, *Ius* ^^ti;Iy n 79. png. 89-90 fn nota»

10 S. C. <·. 12 Iulii 191S, Ct l » hm. 1922.

11 JKdffcikituel, Z. » HI. 13 13 et s<b ubi etiam dc qanestioiie utrum pecunia sit haUwiu rvb prvtioi-a. quae alienari nequit. Cfr. etiam Cappello, *Dc censuris2,* n. log

1035. — 111. Principia iuris publici. - p iura Ecclesiae *et* Sedis Apostolicae. - Ecclesia catholica et Apostoliea Sedes nativum ius habent libere el indépendante!· a civili potestate acquirendi, retinendi et administrandi bona temporalia ad fines sibi proprios prosequendos :*

Ecclesia catholica est societas fidelium visibilis, perfecta, inaequalis a Christo instituta et personalitate iuridica in ipsa sua institutione dotata.

Haec, personalitas ipsi a Deo concessa est et extenditur non solum ad iura vel obligationes immateriales, sed etiam ab bona temporalia acquirenda etc. Status autem civiles obligationem habent hanc personalitatem agnoscendi, et mediis ab Ecclesia indicatis, si requiratur eorum auxilium, tuendi. Probari autem potest personalitatem Ecclesiae ius habere etiam circa bona temporalia ex eo quod Ecclesia societas visibilis ex hominibus, non angelis, constans, omnibus necessitatibus quibus generatim homines afficiuntur, quibus sine usu atque iure ad bona temporalia, satisfieri nequit, et ipsa afficitur. Sine bonis enim temporalibus nec ea quae ad cultum externum necessaria sunt haberi possunt, nec ministri sacri ali, etc., proinde insipienter egisset Deus Ecclesiam condendo sine iure ad ista. Nec admitti potest Christum Ecclesiam in his rebus societatibus civilibus submisisse; superiorem enim societatem interiori submisisset atque ordinem finium subvertisset, quod admitti nequit2.

Dicitur in Codice *Ecclesia ius nativum habet,* idest ius connaturale seu ex iure naturali consequenti ortum; posita enim Ecclesiae societatis visibilis perfectae institutione, fieri non potuit ut ei ius bona temporalia acquirendi, administrandi etc. non concederetur, haec enim cuilibet humanae societati necessaria sunt, cum homines anima et corpore constent.

Est autem hoc ius non solum nativum, sed etiam prorsus p. Statu civili *independent;* quod duplici sensu intellegi potest, quod scilicet originem non habet, a recognitione aut concessione Status civilis, ut iam supra diximus, et quod in exercitio huius iuris Ecclesia nulla lege humana cogi possit, et licet a Statu eius ius non agnoscatur, ipsa tamen eo aequaliter utatur. Atque huic independeutiae absolutae Ecclesia renuntiare nequit: licet utique condescendre quandoque usui sui iuris renuntiet, atque etiam in Concordatis ad renuntiationem usus se obliget ex iustis et rationabilibus causis. Si quid igitur potest

1 C. 1195, â 1.

2 Augustine. Z. c., VI, 550-551: Wernz, Z. c., III, 135; Sügmüller, *Lcnrbuch....* II. § 19:;; Aichner-Friedie, *Compendium iuris ecclesiasticil2,* § 222, pag. 819 sq.: Hcrgenrôther-llollwcrk. *Dhrbuch...* -, n. 1020: Cavagnis, *Jnstitidiones iuris publici ecclesiastici4,* vol. III, η. 382 sq. Contra hanc doctrinam sunt omnes qui ius Ecclesiae possidendi bona temporalia ad anum Unem obtinendum denegant, ut Marsiliua Patavinus, Wiclefitae, Hussitae, Waldenses, moderniores liberalistae et regalistae qui ius possidendi agnoscunt Ecclesiae, sed solum ex concessione Status civilis atque dependentor a Statu: licet quidam ex liberalistis obligationem 'thicam in Statu agnoscant concedendi Ecclesiae personalitatem iuridieam; cfr. Hergvnrôther-Uollweck, *l. r.,* 1020; Sügmüller, Z. c., § 193, pag. 432 sq.; Wernz. Z. c.. HI. 135. Ideo Ecclesia errores contra hoc suum ius nativum semper oppugnavit atque data occasione expresse damnavit; cfr. Denzinger-Bannwart, n. 495, 596, 684, 686» 1726, 1727; Santamaria. /. c.. 1\ 339. Qui expositionem fusiorem errorum eorumque plenam refutationem, desiderat, inveniet apud De Mecster, Z. c., III. n. 1438-1144, ubi etiam fusior probatio doctrinae catholicae Invenitur.

societas civilis in bona Ecclesiae, id solum ex concessione, utique semper revocabili, Ecclesiae aut saltem ex Ecclesiae tolerantia potest 1.

Immo generatim Ecclesia non coacte aut ex necessitate, sed ex liberalitate et pietate leges civiles in bonis suis acquirendis observat atque servandas statuit *.

Non solum Ecclesia catholica qua societas universorum fidelium et pastorum, sed etiam Sedes Apostolica ex connexione quam habet cum iure Primatus, qni iuris est divini, personalitatem iuridicam ideoque ius nativum ac independent ex iure divino consecuta est a. Haec nutem personalitas iuridica quae ex iure divino oritur et ius nativum ipsius Sedis Apostolicae constituit. independent, pariter ac personalitas iuridiea Ecclesiae, est a qualibet societatis civilis ingerentia.

De facto personalitatem iuridicam Sanctae Sedis agnoscunt plures societates civiles legatos suos apud ipsam Sanctam Sedem retinentes, et concordata cum eadem ineuntes *.

Principium igitur est Ecclesiam universam, praeter S. Sedem, personam iuridicam esse et qua talem ius habere acquirendi, possidendi etc. bona temporalia in ordine ad suum finem prosequendum.

Quaeri tamen hic potest: utrum haec personalitas Ecclesiae eiusque iura nativa sint aliquid distinctum a personalitate et iuribus aliarum personarum moralium ecclesiasticarum, an potius ita concipienda sit personalitas Ecclesiae universae ut personalitas aliqua supereminens cuius iura explicentur alias personas erigendo, et per eas bona acquirendo, administrando et possidendo. Cui quaestioni respondens facile admittendum esse mihi videtur vix aliquem casum inveniri in quo Ecclesia universa actus posuerit circa bona temporalia independenter a persona iuridiea Sanctae Sedis, aut alius personae in Ecclesia exsistentis 5.

De iure autem omnino affirmandum est. Ecclesiam catholicam suam personalitatem iuridicam explicare posse, per se, nempe, directe bona temporalia acquirendo etc., aut per alias personas morales eas erigendo earumque iura determinando. Quodsi aliqui affirmant e non posse Ecclesiam universam

1 Cfr. Sùgmiïller, Z. c.. IL § 193. Cfr. etiam *Sollemnem Concentionem* inter S. Sedem et RempubUcam Poloniae 10 Februarii 1925 firmatam art. XIV nbi haec principia in praxl deducta videntur; itemque. Concordatum italicum. a. 1929. art. 27-33.

2 Cfr. Denzinger-Bumnvart. n. 495: cc. 1513. 5 2.

3 C. 100. § 1.

4 Cfr. Augustine, Z. c., I4, 226 sq.; Serafino De Gennaro. *La Santa Sede, studio di diritto ecclesiastico,* (1909). n. 97 sq., pag. 219 sq. In Italia uon agnoscebatur personalitas iuridiea Ecclesiae catholicae, l>ene vero agnoscebatur, aliquali tamen cum confusione, personalitas iuridiea Sanctae Sedis; cfr. CalKse, *Diritto ecclesiastico,* n. 54 et 60; Olτvo, *II diritto ecclesiastico cigentc in Italia,* (1903). n. 13 sq.. et 68; Cesare Badii, *Π diritto ecclesiasticoitaliano.* (1921). n. 11, pag. 17-4 8. et n. 15. pag. 54; cfr. tamen Caterbiui. *fZ diritto ecclesiastico italion··.* (1920). n. IG, pag. 53 sq., n. 113. paç?. 364 sq., n. 83. pag. 207; Coviello-Del Giudice. *Manuale di diritto ecclesiastico,* Romae, 1922. I2. pag. 71 et sqs. Nunc autem post novissimum a. 1929 Concordatum ex art. 1 recognosci videtur et personalitas Ecclesiae catholicae; dicitur enbn iu illo art.: ‹ L'Italla, ai sensi dell'art. 1 del Trattato. assirurii alla *Chiesa cattolica* il libem csercizio dei potere spirituale » ccc.

5 Non desunt tamen absolute exempla huiusniodi; cfr. c. g. adiudicationem a Concilia Viennensi factam ordini S. loannis bonorum quae ad ordinem templariomm pertinuerant.

4 Cfr. Catcrbini, *Π diritto ecclesiastico italiano,* n. 143, pag. 361 sq.

considerari personam iuridicam independentem a personis iuridicis intra eius ambitum exsistentibus, quia ipsa idtra fines societatum civilium extenditur, quarum consensus ad constitutionem personae cuiusvis moralis requiritur, eorum argumentatio falso supposito nititur, nempe solummodo a potestate civili personalitatem iuridicam concedi posse aut saltem de eius consensu l erigendam esse.

Sed etiam in suppositione concessionis aut recognitionis personalitatis a societate civili faciendae, non repugnat aliquam personam iuridicam agnosci a societate civili, quae tamen personalitas ultra fines societatis civilis extendatur. Summum concedendum erit tuitionem illius personae ex parte Status restringi ad suum territorium et ad ambitum activitatis exercitae intra suum territorium -.

Sunt tamen qui personalitatem iuridicam Ecclesiae universalis explicari doceant per dominium aliquod universale omnium bonorum ecclesiasticorum. Ad nia loca et singulares personas ius dominii particularis in hac theoria pe-tinet, ad Ecclesiam vero universam dominium universale; vel, ut alii explicant, subiectum immediatum et proximum proprietatis bonorum ecclesiasticorum sunt singulares personae morales, subiectum vero remotum et me diatuin est Ecclesia universalis. A quibus theoriis vix differt doctrina tribuens Ecclesiae dominium eminens seu altum omnium bonorum ecclesiasticorum, quod nos de Sede Apostolica aut R. Pontifice affirmamus. His autem theoriis nihil absurdum continetur 3.

1036. — 2° Iura aliarum personarum moralium ecclesiasticarum. · Etiam ecclesiis singularibus aliisque personis moralibus quae ab ecclesiastica auctoritate in iuridicam personam erectae sint, ius est, ad normam sacrorum canonum, bona temporalia acquirendi, retinendi et administrandi 4.

Praecipuae personae morales in Ecclesia sunt praeter Ecclesiam universam et Sedem Apostolicam, ecclesiastica collegia Capitulorum, Ordinum vel Congregationum religiosarum mia cum provinciis et domibus singulis religiosis, confraternitates, tertii ordines necnon piae uniones, si in sodalitia constituantur et erigantur; instituta ecclesiastica non collegialia, ecclesiae, beneficia3, seminaria, Provinciae ecclesiasticae, dioeceses, paroeciae, quasi-paroeciae ct quasi-dioeceses locorum missionis; pia opera, hospitia, hospitalia, domus educationis aut beneficentiae ab Ecclesia erecta. Paroeciae non sunt personae iuridicae quatenus collegio seu universitate fidelium constant, sed personae morales non collegiales ad modum beneficiorum e.

1 Cfr. c. luo.
Cfr. etiam Crocellu, *La pereonalità {/iuridiea della Chic-βa Catlolica,* in *DiritU/eeclesiatdvMilaliano,* XII, 320; Wernz, Z. c.. III, 138, nota 53, 139. VI, nota 60.

" Cfr. Aichner-Fricdle, /. c., § 223, pag. 826.

4 C. 1495, § 3,

3 Officia simpliciter sumptu licet lærsonam moralem constituant, non computantur Lumen Inter personas morales relate ad. acquisitionem bonorum; Blat, Z. c., u. -108. pag. 492.

6 Eichmann. Z. *e.,* § 201, pug. 477; Wernz. Z. *c.,* 111, 139, II; cfr. lumvu Vermeersch, *Lpitomt,* II, n. 818; Dc Meester. Z. c., III. n. 1149, pug. 378.

In canonibus huius sextae partis libri tertii, nomine Ecclesiae veniunt istae omnes personae morales in Ecclesia nisi ex contexta sermonis vel natura rei aliud appareat *.

Est tamen differentia inter modum quo .suis iuribus utitur Ecclesia universa et Sedes Apostolica et aliae personae iuridicae ecclesiasticae1; illae enim earumque iura iure divino solummodo reguntur, hae e contra earumque iura iure positivo; potest proinde Ecclesia aut R. Pontifex personarum juridicarum iuris positivi, iura magis minusve limitare atque his limitationibus et determinationibus carum iura dimentienda sunt.

Hoc canone 1495, § 2 vitietur solvi quaestio iam antiquitus agitata de Mibiecto 'dominii bonorum ecclesiasticorum. Omissis theoriis dominium bonorum ecclesiasticorum Tesu Christo. Deo, vel Sanctis, pauperibus, Romano Pontifici, Sanctae Sedi, vel Ecclesiae universali tribuentibus3. Codex earn firmare videtur sententiam, quae iam ante Codicem communis evaserat, qua affirmatur apud singulas personas iuridieas esse dominium bonorum ecclesiasticorum ad eas pertinentium 45

Singulares pertonas iuridicae iuribus suis solummodo gaudent depeudenter ab Ecclesia: quam ob rem, si ab Ecclesia seu Romano Pontifice per schisma separentur, earum personalitas ipso facto perimitur et consequenter etiam carum iura ·.

3° Ius Ecclesiae tributa imponendi. - Ecclesiae ius quoque est, independens a civili potestate, exigendi a fidelibus quae ad divinum cultum, ad honestam clericorum aliorumque ministrorum sustentationem et ad reliquos fines sibi proprios sint necessaria e.

Hic canon est corollarium canonum praecedentium eorumque practica aliqua applicatio. Ius Ecclesiae ad tributa liquido profluit ex notionesooietatisperfectaei

1 C. 1498.

2 Est etiam dillcn-niia inter ius possidendi bona quud habet Ecclesia societas perfccla et iura quae habent aliae personae morales intra Ecclesiam erectae. Illud ius est *ixisnatirvn** a Cb. Domino Ecclealae datum, haec e contra sunt iura ab Ecclesia concessa; cfr. Clae)s Bonuacrt-Simenon. *I. c.,* n. 987.

3 Uniusmodi opinionum quaedam, c. g., illu quae dominii SUbicct mi S. Sedem esse affirmat, admitti possunt at non exclusivo modo. Aliae opinio ex eo ortae sunt quod confusa fuit quaestio de subtecto *dominii inhatswuiH* cum quaestione de *subiecio ululiMis* inotivj. Fideles poroechmi, pauperes, devotio erga determinatum Sanctum etc. potuerunt quidem aut esse finem aut praebuisse motivinn donationi, at non inde sequitur easdem p»r-Spnas sublectum dominii esse donationis factae.

4 Cfr. Wernz, L c., III. 137 sq. ubi de quaestione fuse agit; De Meester, /. e., III, n. 1419, Santamaria, *l.* c., IV, 342-313; Vromant, *L c.,* n. 48-50; Claeys Bouuaert-Simenon, 7. *c.t* n. 99V.

Tiieoriamiamdiu antiquatam tribuentem dominium rerum sacrarum Beatis in coelo regnantibus exhumate nostris diebus,visus est Rrnns Mori in suo voto circa donaria votiva Sacrae Congregationi Concilii proposito. In illo wto affirmat el. canonists, donaria votiva esse in dominio Sancti vel imaginis ad quam oblata sunt u fidelibus. Verum id non necessario affirmandum videtur etsi admittatur huiusmodi donaria votiva non posse alienari: aliae enim graves rationes habentur ob quas donaria votiva etiam non pretio-sa alienari vetentur ab Ecclesia; cfr. S. C. Concilii 12 Iulii 1919 ct 11 lanuarll 1923, *.I. A. S.,* XI, 116 et XIV, 159.

5 Augnetinc, *l.* c., VI, 553-554, ubi refert iu Americas Sept, tàtatlbus foederatis etiam in foro civili haec principia admitti. Cfr. etiam Aicluier-Frfedk·. 7. *·.. § 223 pag. 836.

* C. 1196.

7 Cfr. Cuviqjnis. /. *c.,* iit '. III sq., pag. 226

Oe buuis Ecclesiae temponilibua.

Modi praefici feuw necessitatibus subveniendi sunt praesertim nostris diebus adhortationes, quibus inutilibus evadentibus, ulterius ad obligatorias contributiones procedere poterit Ecclesia.

Ecclesia potest directe per se suo iure uti, aut per societatem civilem, ei concedendo ut ipsa civibus taxas imponat ex quibus postea ipsa societas civilis necessitatibus Ecclesiae occurrat *.

1037. 1\ . Notae historicae. - Xou. solum b. Luras primus Ecclesiae liistoriographus, sed alii etiam scriptores testantur Ecclesiam iam inde a primo saeculo bona temporalia possedisse -.

Primis tamen saeculis, furentibus persecutionibus, obiectmn proprietatis icclesiasticao fuerunt praesertim bona mobilia. Immobilia difficilius possidere potuit Ecclesia quod inter collegia illicita recenseretur; attamen probabile atque verisimile est ipsam per *collegia tenuiorum* aut *fwneratfoia,* quibus praeerat Episcopus aliquando vel saltem alicubi etiam immobilia possedisse3.

Hoc certum est, ante Diocletiani persecutionem plurima bona etiam immobilia ab Ecclesia possessa fuisse et Licinium imperatorem in suo edicto a. 313, restitutionem faciendam praecepisse ad *ius corporis* Christianorum.

Iura Ecclesiae in bona temporalia valde aucta sunt tempore medii aevi per privilegia restitutionis in integrum omnibus personis moralibus concessae, immunitatis amplissimae a quibusvis vectigalibus, et admissionis testamentorum informium ad causas pias.

Saeculo xm prima vestigia reactionis occurrunt in primis legibus *umoritalionis* 4.

Privilegia immunitatis etc. inde a revolutione gallica vulnerari coepta sunt et passim abrogari; alicubi eousque deventum est ut ius acquirendi et possidendi Ecclesiae denegaretur °.

Ecclesia tamen etiam in concordatis sua iura hac nativa in re tueri non destitit, licet quandoque in usu iurium suorum societati civili ad bonum commune aliquid cesserit a.

1 Cfr. Cavagnis, *l.* c., 111', u. 416 sq., pug. 339 eq.

- *Aci. Ap.* n, 41-45; iv, 34.

3 Cfr. Haring, *l. c.,* pag. 665, uota S; Hâgmüller, I. c., II, § 193, pug. 133 sq.

1 *Leges aniortizationis* sunl leges Statuum civilium ius acquirendi Ecclesiae buiiu temporalia strictioribus conditionibus limitantes. Amortlzatio in se significat translationem proprietatis in personam aliquam iuridicam, praesertim vero in personam iuridicam ecclesiasticam. Habet autem hoc nomen originem ex eo quod personae morales sua bona midto rarius et difficilius quam personae physicae alienare consueverunt, ita ut illarum proprietates velut *menus mtriuae* apparerent; Haring. *l. c.,* § 182. pag. 669; Cavagnis, *l. c..* III4, n. 101 sq.

s Cfr. Wernz, Z. c., IU. 134, IV: Haring, 7. c., § 1S2, pag. 665 sq.; SügmUller, /. 11, 1 193, pag. 433 sq.

* Cfr., e. g., Concord. Bavar. die 39 Mart, conclusum art. 10, § 1 habet: Lu CIHfta lu dirltto di aequistare e possedero nuovi béni c le cose acquistute saraimo nella stes-a gui.-n inviolabili »; § 5: La Clriesa ha diritto di riscuotere imposte sulln base dei regifitrl civili delle tasse »; itemque Concordatum Italicum a. 1929, art. 27-33.

Cfr. etiam exemplum statutorum pro associationibus dioecesanis ad experiment uni rei-"ublicac gallicae concessorum a. 1934, mia cum adnotatlonlbua P. lanssetrs in *Periotlica* F. Vci-'ueerech, vol. XIII, pag. 26 sq.; itemque sollemnem conventionem 10 Fcbruar. 1925 cum r?publiea Polonica inltam, art. XHI-X^ U et art. XXIV.

De bonis ecclesiasticis acquirendis

1038. — I. Quibus modis Ecclesia bona acquirere possit. - Ecclesia acquirere bona temporalia potest omnibus iustis modis iuris sive naturalis sive positivi, quibus id aliis licet E

lusti modi acquirendi ex iure positivo et naturali sunt originarii vel derivati: ordinarii sunt: occupatio, praescriptio, accessio, specificatio; derivati: traditio, legatum, adiudicatio. De quibusdam ex his suis locis agit Codex noster, de aliis leges civiles adeundae sunt 2.

Ius positivum ad quod refertur Codex est ius canonicum, non per se ius civile. Ecclesia tamen potest ius civile alicuius nationis canonizare, qua canonizatione eandem virn obtinet ac ius canonicum 34

1039. — II. Cuinam ius dominii bonorum in Ecclesia pertineat. - 1° **Principium.** - Dominium bonorum, sub suprema auctoritate Sedis Apostolicae. ad eam pertinet moralem personam '. quae eadem bona legitime acquisiverit 5.*

Explicitius adhuc quam supra c in c. 1495, § 2 hoc canone quaestio de subiecto dominii bonorum ecclesiasticorum, qualibet tergiversatione exclusa, resolvitur favore singularium personarum moralium.

Agnoscitur etiam, ut videtur, hoc canone Romani Pontificis dominium altum seu eminens, quod vocant, in omnia bona ecclesiastica. Est autem *dominium eminens* jurisdictionis potestas qua Romanus Pontifex potest iura singularium personarum ad bonum commune Ecclesiae ordinare ea etiam, si opus sit, limitando, non tamen arbitrarie de iis disponendo 7.

2° De **bonis personae moralis cuius territorium dividatur.** - Diviso territorio personae moralis ecclesiasticae ita ut vel illius pars alii personal' morali uniatur, vel distincta persona moralis pro parte dismembrata erigatur, etiam bona communia quae in commodum totius territorii erant destinata, et aes alienum quod pro toto territorio contractum fuerat, ab auctoritate ecclesiastica, cui divisio competat, cum debita proportione ex bono et aequo dividi debent, salvis piorum fundatorum seu oblatorum voluntatibus, iuribus legitime quaesitis, ac legibus peculiaribus quibus persona moralis regatur '.

Persona moralis non coliegialis proprie dividi nequit, potest tamen dividi eius territorium aut eius bona temporalia sicut et officia seu obligationes. Casus huiusmodi velificantur praecipue in divisione aut dismembratione paroeciarum. aut dioecesium, Ad dotandam novam dioecesim aut paroeciam recurri poterit ad divisionem bonorum paroeciae praeexsistentis, dummodo sufficientes reditus eidem paroeciae praeexsistenti remaneant2. Idem proportione servata valet si dividatur persona moralis coliegialis, e. g. religio in provincias.

1040. — III. Cuius sint bona personae moralis exstinctae. - Exstincta persona morali ecclesiastica, eius bona fiunt personae moralis ecclesiasticae immediate superioris, salvis semper fundatorum seu oblatorum voluntatibus, iuribus legitime quaesitis atque legibus peculiaribus quibus exstincta persona moralis regebatur '.

Si agatur de personis aliqua hierarehia inter se ordinatis, e. g., de paroecia relate ad dioecesim, de dioecesi relate ad provinciam, de provfiucia relate ad Sedem Apostolicam, aut de domo religiosa relate ad provinciam religiosam, vel de provincia religiosa relate ad religionem universam, facile dignosci potest quaenam sit persona moralis ecclesiastica immediate superior. Quae-

C. 1499, i 1.

<'fr. Eichmann. /. r., p?>g. 179-481.

3 Cfr. c. 1529.

4 Pifflcultas haberi posset in determinando subiecto dominii bonorum «tuae quis rdiquerit od opus pium exstruendum qnod nondum tempore mortis testatoris exsistit: at diflv cultus solvi potest, ut videtui, sublectum dominii considerando personam iuridicam cui commissa est exstructio novae personae; vel dioecesim qua talem, ei nullius determinatae personae facta sit a testatore designatio; cfr. Ferrini. *Manuale di Pandette2.* n. 81. et sq.

5 C. 1499, § 2.

0 Cfr. supra n. 1136, 2% praesertim in notis.

S. Thomas, 2-2, 100, Ir ad 7; Vermeersch, Z. c.. II. 818; ITÜmmer, Z. c., 443, pag. 519, 520; cfr. etiam Epist. · *Cum auryclicds* Benedicti XIV. 21 Mali 1851 apud Gaspard, Fonto. II, u. 128; cfr. tamen Wernz, Z. <·., III, 139, III. Lubet hic quaedam ex cl. iTununcratferrr quae liac in re lucem afferre possunt. · Prima fronte considerata haec controversia (de subiecto c ominli) posset videri mere speculativa ac e>M· potius lis de verbis: attamen revera practice .•onclusione.s m-c u iu fert. Nan. si quaelibet ecclesiastica j»erFona hiridica est venis proprietarios suorum bonorum, sequitur, ut nullus Superior de illis bonis libere dlsi-oncre valeat sine iniu-

•titia proprie dicta. Summus Pontifex habet quidem *dominium altum* omnium bonorum ecclesiasticorum, sicuti princeps civilis habet dominimn altum omnium bonorum civilium; sed sicut princeps civilis nequit arbitrarie disponete de bonis suorum civium, ita Summus Pontifex nequit arbitrarie disponere de omnibus bonis ecclesiasticis. Potest quidem condonare bona ecclesiastica· quae in iniqua saecularizatione a laicis usurpata fuerunt: potest concedere ecclesiam ordinis religiosi alii ordini, sed de his valent ea quae princeps observare debet in sic dicta *expropriâtione* bonorum privatorum; i. c. debet: *a)* adesse gravis causa boni communis et 6) concedi aequivalens compensatio. — Superior religiosus maior vel generalis nequit nec valide nec licite disponere de bonis alicuius monasterii vel conventus (seclusis statutis partitalaribus), nisi accedat liber consensus illorum qui legitimam monasterii administrationeni halant·. Prilmmer, Z. *r.*. n. 443, pag. 419-120. Cfr. etiam Aichner-Friedie. Z. c.f 5 233. 2, in nota; Vromant. *De bonis Ecclesiae temporalibus*, 1927, n. 50, pag» 67 in notu 2; Vermeersch. Fpitomr, II3. n. 821: Santamaria, /. e- IV. 344-345: Claeys Bouuatrt-Simenon. Z.c.. n. 990; De Meester. Z. *c.,* III, n. 1449.

1 C. 1500.

* (fr. c. 1427, § 3-1. Eadem norma servatur generatim a S. Sede in divisione dioeccdani; cfr. e. g.. Const. ' *Vbi Praesules* . 4 Iulii 1924, et · *Praedecessoribus* » 11 Nov. 1924 ubi haec leguntur: '· Episcopalem mensam constituent Curiae emolumenta coteraeque oblationes, quae a fidelibus, in quorum bonum erectae sunt dioeceses, praeberi solent, praeter ea quae ad hoc iam collecta sint ·. ·!· -d. S'.. XVII, (1925), pag. 503.

3 C. 1501.

siio mo difficilior evadit >i quaeratur de personis absolute inter se aiitonotais, nulla hierarchia colligatis. In hoc casu ea videtur dicenda superior persona moralis ecclesiastica quae decretum erectionis personae exstinctae tulit, e. sodalitium ab Ordinario loci erectum superiorem personam moralem agnoscet dioecesim; al» aliquo Superiore religioso erectum, domum vel proxrinciam religiosam superiorem personam moralem agnoscet cuius Superior decretum erectionis tulit

Regula quod bona personae moralis exstinctae cedunt personae morali ecclesiasticae immediate superiori regula subsidiaria est. Ante omnia enim vi«lendum est utrum fundatores vel oblatores bonorum <le quibus quaesi:» oritur aliquid pro casu exstinctionis determinaverint circa bona a se relict... e. g.. si fundator dixerit: relinquo 10000 libellarum domui huic religiosae ct si supprimatur vel exstinguatur. volo ut haec bona cedant Ecclesiae paineeiali eiusdem loci, eius voluntati standum est in casu exstinctionis. Secundo loco attendendum est inribns legitime quaesitis, e. g.. si quis ex bonis domus religiosae per pactum legitime initum ante exstinctionem ius ad 10 missa; annuas pro anima sua in perpetuum quaesierit.

Tertio legibus peculiaribus quibus persona exstincta regebatur attendendum est. Leges autem peculiares sunt certo illae normae quae personam illam respiciunt ab auctoritate competenti quae sit iurisdictionalis latae. At. salvo meliore iudicio, etiam statuta seu normae ab ipsa sodalitate seu persona morali lata comprehendi nomine legum peculiarium hoc loco videntnr\ dummodo nihil iure communi reprobatum contineant.

1041. — IV. De decimis et primitiis. - Ad decimarum et primitiarum solutionem quod attinet, peculiaria statuta ac laudabiles consuetudines in unaquaque regione serventur [1]

Decimae stricte ecclesiasticae de quibus in canone, sunt « decima vel alia et determinata pars fructuum vel lucrorum licite quaesitorum ministris Ecclesiae propter cultum divinum et spirituale ministerium px ecclesiastica lege persolvenda [2].

Omissa distinctione decimarum dominicarium seu fendalium et temporalium quae ad decimas stricte ecclesiastica non pertinent, decimae ecclesiasticae sunt *reales* et personales et mixtae: ordinariae et extraordinariae: antiquae et novales; praediales et sanguinales: maiores et minores etc. s.

Decimae, obligatorio modo hebraeis impositae, in Ecclesia obligatoria.· suium sub fine saeculi vr factae sunt. Saeculo xrn a laicis. principibus praesertiiu, decimae ecclesiasticae usurpatae sunt et laicizatae. A tempore revolutionis gallicae fere ubique abrogari coeptae sunt, alicubi concessa Ecclesiae aliquali compensatione, alibi vero sine ulla compensatione. Sicubi adhuc vigent, Codex eas retinendas statuitl.

Primitiae sunt primi fructus terrae aut animalium. Hebraeis praeter decimas etiam primitias Deo offerre praeceptum erat; idem passim apud Christianos ex saeculo iv et v receptum est. Obligatio primitias solvendi iamdiu fere ubique in desuetudinem abiit

Si alicubi decimae et primitiae adhuc lege particulari vigeant, eas remittere uequic beneficiarius particularis 3.

1042. — V. De cogenda stipe pro fine aliquo pio aut ecclesiastico. - Vetantur privati tam clerici quam laiei sine Sedis Apostolicae aut proprii Ordinarii et Ordinarii loci licentia, in scriptis data, stipem cogere pro quolibet pio aut ecclesiastico instituto vel fine b

Stipem cogere intellegunt auctores de collectione viva voce personaliter îaeta a privatis personis; excludunt proinde ab hac prohibitione collectiones ad finem pium per litteras circulares aut ephemerides factas [6].

Deinde prohibitio respicit solummodo personas privatas, non parochos qui libere possunt quaestuationes facere intra aut extra ecclesiam paroecialem ad finem honestum et pium [7].

Cum consensus Ordinarii loci habetur ad stipem cogendam in aliqua determinata paroecia, parochi consensus non amplius necessarius est

Inter *personas publicas* adnumerari etiam possunt rectores ecclesiarum itemque sacerdotes quibus aliqua missio commissa est[8] intra fines tamen territorii sibi commissi 9.

Ordinalius non solum permittere, sed et praecipere potest ut parochi pro aliquo determinato fine aut opere pio stipem intra vel extra ecclesiam paroecialem cogant. Utrum id praecipere possit Ordinarius loci etiam relate ad ecclesias religiosorum exemptorum, negative respondendum videtur, nisi de ecclesia paroeciali agatur aut Ordinarius apostolica auctoritate procedat10.

Oblationes autem fidelium quae ad petitionem alicuius vel etiam ultronee fiunt ad finem ab oblatoribus intentum adhibendae sunt. Quoad vero oblationes in loco sacro vel religioso factas, licet extra ecclesiam paroecia-

1 U.r. Vermecrach. Z. r.. II, 822, ubi tamen recte admonet vi c. 102 personam non om&erl exstingui nisi post centum annos. Vromant. *De bonis Ecclesiae temporalibus,* n. 55, pag. docet bona associationis fidelium exstinctae devolvi ad dioecesim; idem docent ClncT Rouuaert-Slmcnon. Z. *c.t* n. 991; De Meester. Z. r. n 1451.
cc. 607. I 1 et 715. j 1.
3 C. 1502.
< Worn *l. c.*. HI. 211: Santamaria. *l. e.,* iv. 345: Vromant, *l.* <.. n. 70-71; /. r.. III. n. 1152.
> CTr. Haring. *Gnwlrffr....* $ 18G, pæz. Werhz z „ III 2f2

1 Cfr. Wernz, *l. c.,* III, 214-220; Daring, Z. c., § 186, pag. 682 sq.; Prümmer, *l. c.,* 446.
2 Cfr. Wernz, *l.* c., III, 221; Santamaria, *L c.*9 IV, 345; Vromant, *L c.,* pag. 96, n. 72; Do Meester, *L* c., III, n. 1452.
3 Cfr. c. 72; Santamaria, Z. c., IV, 345.
1 C. 1503; salvis praescriptis can. 621-624.
5 Cfr. Vermeersch, *l. c.,* II, 823; Prümmer, Z. c., 445, p. 521; Cocchi, Z. *c.,* vol. VI, 177, c. .\>A requiritur tamen ut ostiatim fiat; cfr. Vromant, Z. c., n. 74, 2, *b.*
[C. 415, § 2, n. 5; ct 630, § 4; Vermeersch, Z. c., 823; Prümmer, Z. c., 445; Augustine,
7 Augustine, Z. *c.,* VI, 561.
s Santamaria, *l. c.,* IV, 346, exclusis tamen simplicibus sacerdotibus.
Vromant, Z. c., pag. 99, in nota 5. Claeys Bouuaert-Simenon, Z. c., n. 9.93 etiam parochum ater personas privatas enumerat; cfr. De Meester, Z. r., III, n. 1454.
w Cfr. Prümmer, Z. c., 445; Dc Meester, Z. c., III, n. 1454.

lem. intra tines tamen paroeciae sito, praesumuntur fieri ad onera ferenda quae ecclesia paroecialis in cura animarum sustinet ideoque ecclesiae paroeciali cedunt. Praesumptio tamen ista facile elidi potest vel ex consuetudini- vel ex circumstantiis in quibus oblationes fiunt *

Codex non agit de collectione pecuniae ad fines profanos 2.

1043. — VT. De variis tributis Ordinario loci solvendis. - ° De cathedratico. - Omnes ecclesiae vel beneficia jurisdictioni Episcopi subiecta, itemque laicorum coixfratcrnitates, debent quotannü in signum sublectionis solvere Episcopo cathedraticum seu moderatam taxam determinandam in concilio provinciali vel conventu Episcoporum provinciae atque ab Apostolica Sede approbandam, nisi iam antiqua consuetudine fuerit determinata 3.

Usus fuit saeculo vi in Italia et Hispania solvendi Episcopo in visitatione aut alia occasione *duos solidos* ob honorem cathedrae episcopalis, unde nomen *cafhedratici.* Cum alicubi hi solidi in synodo Episcopo solverentur, inde etiam nomen synodatici quo eadem res significatur.

Hanc taxam introducere valent Episcopi etsi hucusque in dioecesi non viguerit, vi huius canonis 4. Ad eam tenentur omnes ecclesiae ‘ et publica oratoria Episcopo subiecta, non item ecclesia et oratoria religiosorum exemptorum, etsi per accidens a clero saeculari regantur ‘.

Confraternitates laicorum si propriam ecclesiam aut oratorium non habeant teneri non videntur 7.

Cui valori correspondeant duo solidi antiquorum non clare constat inter auctores 8.

Codex docet cathedraticum solvendum esse *Episcopo,* non Ordinario loci; proinde tempore sedis vacantis solvendum non erit °.

Cum Codex statuat omnia beneficia solvere debere cathedraticum, etiam beneficia manualia ad illud tenentur. Si Capitulum habeat distinctas praebendas, singulae ad cathedraticum tenentur, aliter unicum solvetur a Capitulo 10.

Non potest cathedraticum imponi peculiaribus beneficiis, e. *g.I* paroeciis, aliis beneficiis exemptionem concedendo; sed vel omnibus vel nullis concedi debet exemptio. Xec est ratio augendi cathedraticum necessitas subveniendi Curiae Episcopali; haec enim non est ratio solvendi cathedraticum1.

Antiqua consuetudo de qua hoe canone, videtur esse consuetudo 40 annorum 2.

2° De subsidio caritativo. - Loci Ordinarius potest, speciali dioecesis necessitate impellente, omnibus beneficiariis, sive saecularibus sive religiosis, extraordinariam et moderatam exactionem imponere 3 quam appellare consueverunt *subsidium caritativum.*

Ante Codicem requirebatur praeterea ad hanc exactionem imponendam consensus Capituli et in Italia imponi non poterat, sine licentia S. Sedis, nisi in primo Episcopi ingressu in dioecesim4; huiusmodi restrictiones Codex abstulit5.

Hanc exactionem facere potest Ordinarius; nomine Ordinarii venit certe Vicarius Capitularis, Administrator Apostolicus, at non Vicarius Generalis, quia agitur· de re maioris momenti G, Papam etiam nomine Ordinarii venire nemo dubitare potest. Alii praelati nisi eis faveat consuetudo subsidium caritativum exigere nequeunt7.

Requiritur, ut imponi possit, *specialis impellens* dioecesis necessitas; qualis autem necessitas *impellens* dicatur prudenti Ordinarii indicio remitti videtur 8.

Gravari possunt subsidio caritativo omnia beneficia saecularia et religiosa, non tamen religiosa exempta 9 nec beneficia saecularia aut religiosa quae vix necessaria ad honestam sustentationem clerico tribuunt10.

Cum ex c. 1410, quo ius circa dotem beneficiorum regitur, etiam iura stolae intra determinatos limites, dotem beneficii proprie dicti constituere possint, nihil obstare videtur quo minus etiam illa subsidio caritativo subiiciantur beneficia quae pro dote iura stolae habent· u.

Si necessitas impellens specialis pluries occurrat, pluries subsidium imponere, etiam per censuras, potest Ordinarius loci12.

Si lis oriatur inter Ordinarium et clericos beneficiarios circa quantita-

1 Cir. Rom. Rotam, 9 Iui. 1910 in S. *Ramctnae Rotae decisiones seu sententiae,* vol. II, pag. 360, n. 20 sq. Cfr. etiam utiliter De Mcester, *l. c.,* III, n. 1156 ubi variae praesumptione circa usum talium oblationum statuuntur.

2 Santamaria, Z. c., IV, 346.

3 Ce. 1501 et 1507, 5 1.

4 Aliter Vermeersch, in *Periodica,* X, 192, docet cathedraticum denuo sine auctoritate Apostolicae Sedis instaurari non posse. Certe tamen videtur sufficere approbatio S. Sedis de qua in c. 1507, $ 1.

5 Ecclesia hic accipitur pro ecclesia stricte dicta, non sensu canonis 1198; Eichmann, *t.* c., pag. XXV, ubi corrigit quae habet pag. 483, nota 1.

[b] Cir. Ojctti, *Synopsis,* v. *Cathedraticum,* n. 883; Augustine, Z. c., VI, 562-563. Cfr. Augustine, Z. c., VI, 563; Eichmann, Z. c., pag. XXV-XXVI, initio volumini?.

8 Cfr. Ojctti, Z. c., 983; iuxta Augustine duo solidi sunt circitor sex *dollara.*

9 S. C. Concilii 20 Aug. 1917, *A. A. S.,* IX, 497-502.

10 Augustine, Z c., VI, 563; Prùmmer, Z. c.. 116, pag. 522, in nota.

1 S. C. Concilii, 13 Mart. 1920.

2 Santamaria, Z. c., IV, 347.

3 C. 1505.

4 Wernz, Z. c., III, 224.

° Priimmer, Z. c., 446, 3, *d,* docet *consilium* Capituli adhuc necessarium esse.

• Augustine, Z. c., VI, 564.

7 Reiffenstuel, Z. c., III, 39, 23, qui tamen id concedit Generali Ordinis religiosi, si aliunde necessaria ad gubernationem non habet.

8 Cfr. Reiffenstuel, Z. c., III, 39, 29-30; Wernz, Z. c., III, 224; Augustine, Z. c., VI, 561.

9 Wernz, Z. *c.,* III, 221; Vermeersch, Z. *c.,* II, 836.

10 Cfr. Reiffenstuel, Z. c., III, 39, 26; qui n. 37-28 loquens de beneficiis religiosorum distiu•ruit beneficia vero religiosa exempta et beneficia saccularia religioni incorporatu atque have, non illa, ad subsidium teneri docet.

11 Aliter Vermeersch, Z. *c.,* II, 826.

12 Reiffenstuel, Z. c., III, 39, 33 et 35.

tem aut necessitatem subsidii caritativi, ad Superiorem recurrendum erit aut ad arbitros, nisi manifesta sit necessitas et manifesto moderata exactio1.

3° De aliis tributis Ordinario loci debitis. - *a)* Praeter superius allata, Ordinarius loci potest haec tributa imponere:

a) Seminaristicum seu alumnaticum de quo iam alibi locuti sumus 2.

β) Pensionem beneficialem de qua item iam alibi locuti sumus 3.

b) Aliud vero tributum in bonum dioecesis vel pro patrono imponere ecclesiis, beneficiis aliisque institutis ecclesiasticis, quanquam sibi subiectis, Ordinarius potest tantummodo in actu fundationis vel consecrationis; sed nullam imponi tributum potest super eleemosynis Missarum sive manualium, sive fundatarum 4.

Potest igitur Ordinarius tributum, quod autiqui *censum veterem* appellabant, in actu fundationis vel consecrationis Ecclesiae beneficiis aut ecèlesiis imponere, in perpetuum singulis annis solvendum vel etiam solum ad tempus determinatum, e. g., ad decennium. Semel impositum censum antiquum, Ordinarius amplius augere nequit5.

Nnmquam tamen tributum imponi potest super oneribus Missarum, ne in actu quidem fundationis; quo tamen minime prohibitum, est moderatam compensationem exigere pro facultate Missam canendi, si alicubi haec facultas ex consuetudine ꝛu ex statutis particularibus alicui personae determinatae, e. g., parocho reservata sit e.

1044. — VIL De taxis pro actibus jurisdictionis. - Praefinire taxas pro variis actibus iurisdictionis voluntariae vel pro exsecutione rescriptorum Sedis Apostolicae, vel occasione ministrationis Sacramentorum vel Sacramentalium, in tota ecclesiastica provincia solvendas, est Concilii provincialis aut conventus Episcoporum provinciae; sed nulla vi praefinitio eiusmodi pollet, nisi prius a Sede Apostolica approbata fuerit. Salvae tamen semper manent dispositiones circa taxas in materia dispensationum matrimonialium de quibus in c. 1056, itemque quae materiam funerum de quibus in c. 1234, necnon quae actus iudiciales respiciunt de quibus in c. 1909 ".

1 Cfr. Reiffenstuel, Z. c., III, 39, 36.
2 Cfr. cc. 1505; 1355; 1356; Reiffenstuel, Z. *c.,* III, 30, 37; Lucidi-Lugari, *De visitatione sacrorum liminum1,* vol. III, pag. 68 sq.
3 Cfr. cc. 1505; 1429.
4 C. 1506.
5 Cfr. Reiffenstuel, *l. c.,* III, 39, 3-8; Cocchi, Z. c., vol. VI, n. 179; Wernz, *l.c.,* HI, 323; Sanlaniaria, Z. c., IV, 318; Vromant, Z. *c.,* n. 97; Claeys Bouuaert-Simenon, Z. *c„* n. 994.
6 Cfr. Coccbi, *l* --- 179.
7 C. 1507, 5 1-2

Taxa Missurum praefinienda est ab Episcopo '.

Sancta Sedes desiderat ut in universa provincia ecclesiastica eadem taxatio statuatur ad uniformitatem, reprobat duplicem taxam statui maximam nempe ct minimam, pro eodem actu; prohibet ne exigantur taxae, praeter expensas materiae, pro facultate exercendi ordines sacros, administrandi .Sacramenta, concionandi etc. itemque taxae pro dispensationibus matrimonialibus nisi licentia Sanctae Sedis expressa habeatur. Non approbat pariter Sancta Sedes taxas graviores pro sacerdotibus extradioecesanis 2.

In his quae Codici non contradicunt sunt adhuc servanda in taxa conficienda ea quae in taxa Innocentiana statuta sunt saltem quatenus ius suppletivum 3; itemque ea quae post taxae innocentianae promulgationem circa taxas prodierunt 4.

1045. — VIII. De praescriptione. - 1° Notio et divisio. - /i) Praescriptio, ut hic in Codice accipitur, est « medium quo quis decursu temporis et positis aliis conditionibus a lege definitis ius aliquod acquirit vel ab aliqua obligatione liberatin' »5. .

Quaestio est inter auctores utrum praescriptio seu usucapio inter modos originarios acquirendi bona temporalia collocanda sit an inter derivatos; nobis inter originarios collocanda videtur, quia in usucapione nullus alienantis seu prioris domini actus requiritur 6.

Praescriptio dupliciter accipi solet: *in fieri* et *in facto esse. In fieri* dicitur haberi praescriptio toto tempore quod ad ius acquirendum ex lege determinatum requiritur; *in facto esse* habetur praescriptio et usucapio cum omnes conditiones ad ius acquirendum positae simt7.

1 C. 831.
2 S. C. Concilii 11 Dec. 1920, J. J. *S.,* XIII, 350-352; Vermeersch, *Periodica,* vol. X, 353.
3 Cir. eiusmodi taxam apud Ferraris, Z. c., v. *Taxa;* vel apud Lucidi-Lugari, *Dc Visitatione sacrorum liminum,* vol. III, pag. 143 sq. iuxta taxam innoccntianam Minores observantes et Capuccim a taxis episcopalibus exempti sunt. Quod adhuc valere putamus quia talis exemptio ut privilegium eorum extremae paupertatis consideranda est; quae extrema paupertas a Codice pro ipsis non est ablata nec mitigata. Nec privilegia auferuntur seu abrogantur a Codice, nisi id expresse dicatur.
1 Cfr. Decret. S. C. Concilii 10 lunii 1896 in Ferraris, *Prompta Bibliotheca, Supplementum,* vol. IX. pag. 743, v. *Taxa.*
5 Art. 2105 *Codicis civilis italici.* Quam descriptionem aliqui reprehendunt quod eodem modo et unica ratione definiat duo instituta iuridlca inter se essentialiter diversa. Quod quidem verum est: attamen, etiam liberatio ab aliquo onere seu obligatione, ei qui liberatur aliquod ius tribuit, scilicet ius libertatis; quam ob rem etiam nos, sicut Codex noster, hib de utraque praescriptione acquisitive nempe et liberativa seu exstinctiva loquemur. Tractatlstae iuris civilis generatim non eodem loco de *usucapione* loquuntur et de praescriptione, sed duo instituta propriis locis assignant. Cfr. Pacchioni, *Elementi di diritto civile2,* 1921, n. 295 sq., pag. 371 sq.; et n. 336 sq., pag. 413; Ferrini, *Manuale di Pandette3* (1917), n. 202 sq. et 313sq.; D'Angelo, *Ius digestorum,* II, 121, sqs., pag. 151 et sqs.; cfr. etiam Lega, *Praelectiones in tertum iuris canonici, De indiciis ecclesiasticis2,* 1905, *De iudiciis civilibus,* n. 286 sqs.; D'Annibale, *Summula,* II, 139 sqs.; Wernz, *Ius decretalium,* III, 292 sqs.; Noldin, *De praeceptis1,* n. 399 sqs.
β Ita etiam Ferrini, Z. *c.,* n. 313; Vermeersch, *Theologiae moralis principia, responsa, contilia,* II, n. 400; Pacchioni e contra Z. *c.,* n. 336 usucapionem inter modos derivatos recenset: cfr. etiam Bonfante, *Istituzioni di diritto romano7,* § 90, pag. 372 sq.
7 De Lugo, *De iustitia et iure,* Disp. VII, n. 2.

Ea autem est natura usucapionis ut cum *in facto esse* constituitur effe· otus suos retrotrahat usque ad tempus quo praescriptio seu usucapio *in fieri* locum habere coepit1.

b) Duplex habetur praescriptio:

«) Acquisitive, quae proprio nomine vocatur *usucapio* 2 qua quis ius aliquod positive acquirit.

β) Liberatica seu *exstinctiva,* quae etiam simpliciter *praescriptio* appellatur 3; et qua quis ab aliquo onere seu obligatione liberatur 4.

Lex dupliciter statuere potest praescriptionem exstinetivam: auferendo alteri parti ius aut auferendo actionem, iure firmo remanente. Utrum primo an secundo modo statuatur praescriptio, ex lege indicandum est5.

1046. — 2° De ius titiaiuris praescriptionis. - « Bono communi usucapio introducta est ne scilicet quarundam rerum dici et fere semper incerta dominia essent, cum sufficeret dominis ad inquirendas res suas statuti temporis spatium » 6.

Qua ratione suffultae praescriptio et usucapio vim suam exserunt non solum in foro externo, sed et in foro interno. Attamen earum vis non eo usque extendenda est ut dicantur esse ex iure naturali7.

Ideo praescriptionem, tanquam acquirendi et se liberandi modum, prout est in legislatione civili respectivae nationis, Ecclesia pro bonis ecclesiasticis recipit, salvo praescripto canonum qui sequuntur 8.

Tum ex hoc canone, tum ex rubrica huius tituli patet argumentum ex canone deduci non posse pro praescriptione circa bona non ecclesiastica. At circa bona ecclesiastica lex civilis uniuscuiusque nationis canonizatur, idest declaratur eiusdem valoris etiam pro foro ecclesiastico ac lex canonica. Nos autem, quia de omnibus legibus civilibus hic agi nequit, quaenam sint legis italicae dispositiones in hac re tantum innuemus.

Dubium oriri potest quaenam sit lex *respectivac nationis,* praesertim si

1 Vermeersch, *l.* c., II, 400, III, 2; D'Annibalc, *l. c.,* II, 144.
2 « Usucapio est adfectio dominii per continuationem possessionis temporis lege praefiniti ». Fr. 3, D, 41, 3. *De usurpationibus et usucapionibus.*
3 Cfr. Pacchioni, *l. c.,* pag. 413, in nota.
4 Cfr. c. 1701 et sq.
5 Vermeersch, *Theologiae....* II, 400, III. 2 normam assignat qua cognosci possit utrum actio an lus exstinguatur, nempe « sane ius exstinguere non Intendit, si creditori permittit ut debitori de facta solutione deferat coram indice iuramentum, quo negato, is solutione «iamnetur ». Cfr. art. 4142 Cod. civil, ital. Auctores tamen civilistue disputant utrum lege Italica ipsum ius an sola actio praescriptione liberativa exstinguatur: cfr. Pacchioni, *l. c.,* n. 296 ubi solam actionem, non ius exstingui docet. Cfr. etiam Cappello, *De praescriptione* in 'ItM *pontificium* », V, pag. 17.
6 Fr. 2. D. 41, 3, *De usurp. et usuc.:* S. Thomas *Quod!...* 12, art. 21: Vermeersch. *I.* c.,H» 103: Wernz, *Ius Decretalium,* III. 294-295.
7 Cfr. De Lugo, i. *c.,* Diep. VII, n. 4 et sq.
8 C. 15-JS.

agatur de praescriptione inter duas personas ad diversas nationes pertinentes; quod dubium solvendum esse videtur ad normam can. 1926 seu pro lege nationis in qua praescriptio locum habet. Potest item hic dubium oriri de vi clausulae hoc canone contentae: *salvo praescripto canonum qui sequuntur;* quae aequivalere videtur alii clausulae c. 1529 contentae1.

1047. — 3° De personis habilibus ad praescribendum. - Ex Codice civili italico, qui a Codice iuris canonici canonizatur, seu vim exserit pro Italis, etiamsi agatur de bonis ecclesiasticis et foro ecclesiastico, haec notamus.

a) Praescribere nequeunt pro se qui nomine alieno rem aliquam possident eorumque heredes universales.

Possident· autem nomine alieno conductor, depositarius, usufructuarius et generatim omnes qui rem aliquam precario detinent2.

b) Personae tamen supra exceptae praescribere possunt si titulus suae possessionis mutetur, vel causa tertiae alicuius personae vel vi oppositionum seu exceptionum contra ius domini factarum 3.

c) Praescribere possunt ii quibus conductores, depositarii aut alii possessores titulo precario rem titulo proprietatis cesserint 4.

d) Nemo contra proprium titulum praescribere potest; idest nemo potest mutare pro se causam aut principium suae possessionis.

Quilibet vero potest praescribere contra proprium titulum eo sensu quod quilibet potest praescriptione se ab obligatione liberare °.

e) Nulla praescriptio vim exserere potest:

Inter coniuges;

Inter personam patriam potestatem habentem et personam illi subditam ;

Inter minorem aut interdictum eiusque tutorem quoadusque duret tutela, atque ratio administrativa tutelae a tutore reddita sit;

Inter minorem emancipatum aut maiorem inhabüitatum eorumque euratorem ;

Inter heredem et hereditatem cum beneficio inventari acceptatam;

Inter personas quae ex lege administration! aliorum subduntur et personas quibus administratio commissa est6.

/) Praescriptiones vim non exserunt:

Contra minores non emancipatos nec contra maiores interdictos ex infirmitate mentali, nec contra milites in servitio militari activo tempore belli, etsi hi a regno absentes sint;

Nec in negotiis iuridicis conditionatis, conditione pendente;

Nec in actionibus sub cautione (azioni in garanzia) quoadusque locum habeat evictio;

1 Cfr. tamen Mario Falco, *Introduzione alio studio dei Codex iuris canonici,* 1925, paginas 91-92.
2 Art. 2115.
3 Art. 2116.
4 Art. 2117,
5 Art. 2118.
6 Art. 2119.

Nee circa fundum dotalem proprium uxoris, aut fundum specialiter hypothecatum pro dote vel pro conventionum matrimonialium exsecutione, matrimonio durante;

Nec in actionibus quibuslibet, quarum exercitium ad torminum fixum suspenditur quoadusque terminus advenerit L

Ex Iris patet generatim valere principium: contra illos non posse praescribi qui sua iura tueri non possunt; et aliud: actio nondum nata non praescribitur s.

1048. — 4° De re habili ad praescriptionem 3. - *a)* Quaelibet res in commercio posita praescribi potest, nisi exceptio probetur4.

b) Ex iure canonico 5 praescriptioni obnoxia non sunt:

a) Quae sunt iuris divini sive naturalis sive positivi °.

Quia iuris naturalis, praescribi nequit contra patriam potestatem: quia iuris positivi divini, contra iura primatus Romani Pontificis. Nec posset ius canonicum contra haec praescriptionem permittere, quia haec exceptio ipso iure naturali nititur

β) Quae obtineri possunt ex solo privilegio apostolico 8.

Tale e.st privilegium presbyteris concessum conferendi sacrae Confirmationis sacramentum; privilegiatus autem privilegio non utens illud non amittit ex praescriptione 9.

Haec exceptio sicut et sequentes praeter eam quae n. 7 huius canonis 1509 habetur, solo iure positivo nituntur 10.

Possessione centum annorum aut immemorabili apostolicum privilegium praesumitur u.

γ) Iura spiritualia, quorum laici non sunt capaces, si agatur de praescriptione in commodum laicorum I2.

1 Art. 2120.

2 Cfr. Wernz, Z. c., III, 296-397, et in nota 13, ubi circa quaestionem utrum renuntiari possit praescriptio, antequam completa sit, negativae sententiae adhaeret; cfr. articulum 2107 et sq. Cod. civil, ital.

3 Quaelibet praescriptio acquisitive his conditionibus hoc versiculo exametro mnemonico comprehensis subiicitur: Ites *habilis, titulus, fides, possessio, tempus.* Cfr. Fcrrini, 3Λ/· *nuale di Pandetle3,* n- 315 sq.

4 Cfr. Wernz, Z. c., III, 298 sq.; Vermeersch, *Theologiae...,* II, 401; Cocchi, *l. c.,* vol. VI, n. 182-183, pag 362; Ferreros, *Institutiemes canonicae,* II, 482, I.

* Cum Ecclesia sit societas perfecta, ius ipsa statuere potest quo praescriptio circa bona sua regitur; unde illius leges ante omnia circa haec bona servandae sunt. Leges civiles ob ipsa canonizantur solummodo in iis quae iuri canonico a Codice statuto non opponuntur; cfr. Ferreres. L c., II, 481, IV.

0 C. 1509, n. 1.

7 Santamaria, Z. *c.,* IV, 351.

8 C. 1509, n. 2.

9 Eichmanu, Z. c., pag. 484.

10 Santamaria, *L c.* 354.

11 C. 63; cfr. etiam Santamaria, Z. c., IV, 357-35« C. 1509, n. 3.

De bonis ecclesiastieis acquirendi».

Laici incapaces sunt acquirendi iura in electione, in institutione canomea, in postulatione et generatim in quolibet exercitio jurisdictionis ecclesiasticae l; eunt vero capaces iuris patronatus, sepulturae ecclesiasticae in loco sacro determinato etc. 3.

ὸ) Fines certi et indubii provinciarum ecclesiasticarum, dioecesium, paroeciarum, vicariatuum apostolicorum, praefecturarum apostolicarum, abbatiarum vel praelaturarum *iiullius* 3.

Limites *certi* excludunt quamlibet indeterminationem; *indubii* quodlibet positivum dubium in contrarium; et quia certa limitum determinatio solo indicio auctoritatis ecclesiasticae fieri potest, dubii erunt limites nisi legitima probatione probari possit auctoritate ecclesiastica ipsos constitutos fuisse *

ε) Eleemosynae et onera Missarum s. Nihil tamen obstat quo minus onera Missarum praescriptione de una ad aliam transeant personam °.

C) Beneficium ecclesiasticum sine titulo 7.

η) Ius visitationis et obedientiae, ita ut subditi a nullo Praelato visitari possint et nulli Praelato iam subsint8.

Prohibita igitur est praescriptio iuris obedientiae et visitationis exstinctiva, permissa e contra translativa, quae tunc habetur cum quis uni Praelato subtrahitur ut alteri subdatur 9.

0) Solutio cathedratici 10.

c) Res sacrae quae in dominio privatorum sunt, praescriptione acquiri a privatis personis possunt, quae tamen eas adhibere nequeunt ad profanos usus; si vero consecrationem vel benedictionem amiserint libere acquiri possunt etiam ad usus profanos, non tamen sordidos.

Res sacrae quae in dominio privatorum non sunt, non a persona privata, sed a persona morali ecclesiastica contra aliam personam moralem ecclesiasticam praescribi possunt n.

1 Cfr. c. 118.

I Wernz, *l. c.,* III, 300, IIIi Eichmann, *l. c.,* pag. 181.

3 C. 1509, η. -l.

* Cfr. Wernz, Z. *c* III, 300, I; D'Annibale, Z. c., II, 118.

5 C. 1509, n. 5.

0 Wernz, Z. c., III, 300, IV; Eichmann, Z. c., 181 inipraescriptibilia etiam habet onera accessoria ad onera Missarum ut tempus et lociun celebrationis, quod severius videtur; cfr. etiam Augustine. *I. c.,* VI, 568; Clacys Bouuacrt-Simenon, Z. c., n. 997; De Meester, Z. c., III, n. 1461, pag. 387, nota 1.

7 C. 1509, n. 6; aliter si titulus habeatur licet Invalidus; cfr. c. 1146; Clacys Bouuaert-Simcnon, Z. e., 997; De Meester, Z. c., III, 1161, png- 387, nota 2.

8 C. 1509, η. 7.

9 Cfr. Wernz, Z. *c.,* III, 299, IV.

10 C. 1509, n. 8.

II C. 1510. § 1-2.

Codex expresse non excludit res sacras personae moralis ecclesiasticae acquiri etiam posse a persona morali Status civilis; at forte persona moralis civilis a Codice ut persona privata consideratur et proinde et ipsa excludi debet a praescriptione contra personam moralem ecclesiasticam ; accedit etiam ratio quod Codex statuit *solummodo* a persona morali ecclesiastica contra personam moralem ecclesiasticam praescribi posse x.

Nihil obstare videtur quo minus persona moralis ecclesiastica praescribat contra personam privatam.

d) Ex Codice civili italico circa res quae praescribi possunt haec valent:

i) Praescribi nequeunt res quae non sunt in commercio 1.

3) Status civilis et aliarum personarum moralium bona sunt eodem modo ac bona privatarum personarum praescriptioni subiecta 3.

1049. — 5° De iusto titulo ad praescribendum. - «·) Titulus, quem veteres romani *iustarn causam* usucapionis appellabant, est factum vel factorum series quibus demonstratur actualem possessorem sine prioris possessoris iniuria possessionem inchoasse 4.

b) Titulus *verus* dicitur si omnia requisita ad valorem habet; *coloratus* si ex vitio occulto nullitate laborat; *existimatus* si falso putatur adesse dum de facto non adest; *praesumptus* si adesse ex legis praescripto censetur seu praesumitur 5.*

c) De necessitate tituli ad praescriptionem Codex nihil expresse habet; ipsum autem requiri ex natura rei atque ex can. 1512 qui bonam fidem requirit probatur. Quia tamen solummodo ad bonam fidem probandam requiritur, per se titulus necessarius non erit si aliunde bona fides de facto habeatur e.

Per se patet iilstum seu verum titulum ad praescriptionem non requiri, time enim translatio dominii ex iusto titulo habetur, non ex praescriptione. Titulus coloratus sufficit ad quamlibet praescriptionem, titulus existimatus si bona fide falso existimetur adesse; titulus vero praesumptus sufficit solummodo pro longissimi temporis, i. e. 30 annorum, praescriptione 7.

1 Ita etiam Cocchi. Z. c., VI, 184, pag. 364; Vermeersch, *Epitome,* II, 830.
2 Art. 2113; cfr. etiam art. 2120 et 630.
3 Art. 2114.
1 Ferrini, *Manuale di Pandctie2,* n. 31G; Wernz, Z. c., III, 305 ita titulum describit: · Titulus est causa de se habilis ad transmittendum dominium, v. g., emptio, ideoque est fundamentum vel ratio propter quam possessor bona fide putat rem a se possessam juste retineri ut suam »; concordant Ferraris, *Prompta Bibliotheca,* v. *Usucapio,* § 3, n. 2; Santamaria, Z. c IV. 350; Vromant, Z. c., n. 113.
3 Noldin, *De praeceptisl6,* u. 401; Wernz, Z. c., III, 305.
" Cfr. Ferraris, *l. c.,* § 3, n. 9; Vromant, *l. c.,* n. 118; Santuinaria, *l.* c,, IV, 350-351.
' De I.mco. *I. r,,* disput. VII. 15; Wernz. Z. r,, m. 306; Noldin. *I. c.,* KH.

Pro usucapione immémorial! nullus titulus requiritur; ideoque dicitur praescriptio immemorialis habere vim veri et legitimi tituli et qui illam adducere potest allegat meliorem titulum de mundo

d) Varios titulos ad praescribendum enumerabant romani 2, at taxativa titulorum enumeratio necessaria non est; tot enim sunt tituli ad praescribendum quot sunt modi ad dominium acquirendum 3.

Pro praescriptione liberativa titulus erit aut esse potent ipsa lex quae praescriptioni vim agnoscit 4.

1050. — G0 De bona fide. - *a)* Bona fides est iusta, licet erronea opinio quaesiti dominii, vel, pro praescriptione liberativa, persuasio qua quis existimat se non esse debitorem, vel se ad nihil positive agendum teneri pro debiti sui solutione 5.

Praeter hanc, notionem *bonae fidei* quae consistit in insta opinione dominii, quam stricte dictam appellare possumus, alii distinguunt aliam bonam fidem *theologicam,* seu *late sumptam,* quae in hoc consistit quod quis existimet rem a se licite possideri, quae existimatio exsistere potest sine persuasione dominii. Hanc autem bonam fidem sufficere docent pro casibus in quibus lex civilis nullam bonam fidem requirit °.

Qui dubitat de suo iure possidendi aut de solutione facta, aut de iure non monendi debitorem non necessario in mala fide versatur, nisi dubium initio possessionis pro usucapione adfuerit7.

1 Ferraris, Z. c., § 3, n. 11-12; Wernz, *L c.,* III, 293, 2 et 306.
2 « Genera possessionum tot sunt, quot et causae acquirendi eius quod nostrum non sit, vclnt pro emptore, pro donato, pro legato, pro dote, pro herede, pro noxae dedito, pro suo ». De quibus titulis quatenus ad praescriptionem referuntur cfr. titulos IV ct sqs. *Digestorum* llb. 41; Ferrini, Z. c., n. 318 sq.
3 Cfr. Wernz, *I. c.,* III, 305; Ferraris, Z. c., § 3, n. 4 et sqs.
4 Id saltem in opinione illorum qui docent bonam fidem negativam sufficere ad praescriptionem libcrativam. Cfr. Noldin, Z. c., 406, 3, *b* et 407, 3.
5 Cfr. Vermeersch, *Theologiae moralis...,* II, 401, 2 et 3: et etiam Noldin, Z. c., 406, 3 5 et 407, 3; necnon De Lugo. *De iustitia et turc,* disp. VII, 42-43, 49 ct 55. Notio bonae üdei non tam facilis est quantum primo intuitu esse videtur. Ferrini, Z. c., 323, ita notionem *bonae fidei* exponit: ‹ La buona fede consisto nella mancanza di coseienza di recare torto al proprietario. Essa è quindi l'integrazionc etica della *iusta causa.* Ordinariamente è in buona fede colui, il quale crede di avere acquistato per la volonth del precedente proprietario; ma tale opinione non è sempre indispensubile potendosi nonostante ritenere di non fargli torto. Il contiupposio di tona *fides* è *mala fides* o *scientia:* la buona fede invece non è mai earatterizzata positivamente; è un concetto negativo, come infatti lo abbiamo stabilito. È quindi la mala fede il *thema probandum,* non la buona fede. Da ciô deriva che in massima il dubbio non deve ritenersi sufficiente per diritto romano a dirimere la buona fede ·. D'Annibale, Z. c., II, 140, nota 8 haec habet: « Nostri docent, b. f. facere eum qui *sine peccato se* facere putat. Hac re, non immerito quidam docuerunt eum qui rem sciens prudens a non domino emit, sed ignarus, vel posteu oblitus obligationis eam domino restituendi, posse eam usucapere, mmpe usucapione ordinaria, si id rescivit, post eam quaesitam; extraordinaria, etsi sciverit ab initio ».
6 Cfr. Cappello. *De praescriptione* In « *Ius pontificium* », V, pag. 18-19; Claeys Bonuacrt· Simenon, Z. c., n. 1000, in nota; Do Meester, Z. c., III, u. 1463.
7 Cfr. De Lugo. Z. c.. disp. VII. n. 17-18; Ferraris, Z. r., v. *Usucapio,* 5 2, 15-16; cfr. tamen D'Annibale. Z. r., II. 146; Cappello, Z. c., pag. 19.

b) De bonae fidei necessitate haec habet Codex: Nulla valet praescriptio nisi bona fide nitatur, non solum initio possessionis, sed toto possessionis tempore ad praescriptionem requisito L

Bona autem fides intellegitur illius qui praescribere intendit, cui non nocet tertia persona in mala fide a.

0c) Principium hoc iuris naturalis declaratio est, ideoque etiam circa bona non ecclesiastica servandum est, et etiam in casibus in quibus lex civilis nullam bonam fidem requirit. Qui enim rem alienam detinet sine bona fide eam detinendo cum conscientia suae obligationis peccat, quod peccatum ucquit, ne lege quidem civili, affici praemio 3.

β) Ad praescriptionem liberativam probabiliter sufficere videtur *bona fides negativa* quae time habetur cum quis debiti sui erga alteram partem conscius, putat se illius iura non violare non solvendo nisi altera pars debiti solutionem petat. Requiritur tamen, ut id ad praxim deduci licite possit, ut debitor nulla fraude utatur ad debiti solutionem impediendam; et ut lex civilis revera sua praescriptione ius alterius partis, non solam actionem, exstinguere intendat, et ut aliae omnes conditiones a lege civili statutae habeantur L

γ) Ad usucapionem proprie dictam quod attinet, certe bona fides requiritur in eo qui praescriptionem complet, aliter usucapione praemium concederetur peccato. Si tamen is qui praescriptionem complet alii possessori malae fidei successit, mala fides praedecessoris actuali possessori non nocere videtur, si de lege civili agatur quae nullam bonam fidem ad praescribendum requirat. Proinde lex civilis in casu corrigenda erit ad normam c. 1512, ita ut dicatur bona fides necessaria esse non obstante contraria lege civili, at solummodo pro actuali possessore 5 qui de facto in bona fide est. Tempus autem ad praescribendum in hoc casu ex lege civili necessarium ex lege civili aestimari poterit, computando etiam possessionem malae fidei praecedentis possessoris, quippe lex civilis bonam fidem non requirit, nec pro ipso bonam fidem ius naturale requirere videtur; nec hoc iure positivo praemium possessori malae fidei ullo modo tribuitur, sed solum actuali possessori qui in bona fide est6.

Bona fides requiritur etiam in personis moralibus; immo si in istis primus possidens aut collegii membra vel syndicus mala fide operentur, praescripto locum habere nequit, licet eorum successores bona fide agant, quia collegium semper idem esse censetur 7.

C. 1513.

D'Annibale. *L c.,* II, 140, nota 8.

3 Wernz, *l. c.*9 III, 307; De Lugo, *De ivstitia et iure,* disp. VII, 48.

Ita Vermeersch, *Theologiae moralis...,* II, 404; Prümmer, etc. apud eundem auctorem; nec reidtur ut improbabilis haec opinio a Noldln, *De praeceptis™,* 407; cfr. etiam De Lugo, *De iustitia et iure,* disp. VII, 42-13, 49, 55; Lega, *l.* c., n. 308, pag. 282; D'Annibale, 7. c,,II, 152, nota 10; Cappello, *l. c.,* pag. 20-21.

5 Attamen, iuxta ea quae supra ex Cappello et aliis retulimus, In casu sufficiet bona fides theologica seu late sumpta quae est persuasio licitae possessionis. Cfr. De Meester, *l. c.,* III, n. 1463.

6 Ita Vermeersch, *Theologiae moralis...,* II, 404, 2, g, contra communem, ut ipse fatetur, antiquorum opinionem, cfr. De Lugo. *l. c.,* n. 56 eq.

7 D'Annibale, Z. c.. II, 140, nota 8; Cappello, *De praescriptione* in · *Ius pontificium* ›.

Pag.

3) Bonae fidei possessioni certe non opponitur error facti, immo geueratiin facti error coniungitur cum bona fide. Utrum idem dicendum sit de errore aut ignorantia iuris non una est doctorum sententia. At cum de facto is qui laborat errore iuris, eodem modo ac qui laborat errore facti, non peccet aut saltem possit non peccare rem ut suam possidendo, etiam ipsum in bona fide versari posse videtur et proinde praescribere L

Attamen quia iuris saltem clari nec ambigui scientia in foro externo praesumitur, ignorantia talis iuris iuridice probanda erit 2.

1051. — 7° De possessione necessaria ad praescribendum.-

a) *Notio possessionis.* - Possessio est rei corporalis detentio corporis et aninii, iurisque adminiculo 3.

Possessio proprie dicitur si eius obiectinu res physica sit, si vero de iuris exercitio agatur quasi-possessio dicitur.

Possessio *naturalis* dicitur physica rei detentio iuris defensione carens; *civilis* eadem rei detentio iure civili recognita et defensa 4.

Ad notionem rectam possessionis haec iuris romani principia prosunt: «Adipiscimur possessionem aiümo et corpore; neque per se animo, aut per·«e corpore »5; « Animo nostro, corpore etiam alieno possidemus»6; «Generaliim quisquis oumino nostro nomine sit in possessione, veluti procurator, hospes, amicus, nos possidere videmur *n*7.

Ex quibus patet ad possessionis notionem pertinere p.lementnm facti et elementum iuris; elementum animi et elementum corporis; elementum animi personale illi esse debet qui possidere dicitur, non item elementum corporis quod possessor ponere potest per alium 8.

b) Necessitas possessionis in praescriptione. - « Sine possessione usucapio contingere non potest » 9.

1 De Lugo, *l. c.,* 29 sq.; Ferraris, *l. c., v. Usucapio,* § 2, n. 17; D'Annibale, *l. c.,* II, 140; Santamaria, *L c.,* IV, 358.

2 Reg. iuris 82 in sexto: « Qui contra iura mercatur bonam fidem praesumitur non habere ›.

3 De Lugo, *De iustitia et iure,* disp. 2, n. 59 sq. Notio possessionis subtilis, nec proinde facilis. Ferrini. *Manuale di Pandette,* n 239 haec habet: «All'essenza dei possesso appartenÇODO e il rapporte di fatto per cui lu cosa ὺ messa a disposizione della peisona *(Jactum, corpus),* e h corrispondente volontà di disporne *(animus)* ». Novoi, *Commentarium Codicis iuris canoniti,* lib. IV, *De processibus, pars I, De indiciis,* n. 353, pag. 238, sub aspectu philosophico .-eu iuris constituendi hanc notionem possessionis et· quasi-possessionis dat: « Possessio rei definiri potest: Physica rei detentio, per quam activitas etiam spiritualis humana in eam exercetur exclusive et non momentaneo »; ‹ Quasi-possessio definiri potest: Positio interdum unica, interdum frequentata, legitima aut secus alicuius actus, qui ex se est exercitium alicuius iuris ›. Ita etiam fere Badii, Z. c., II, 585.

4 De Lugo. Z. *r.,* disp. 2, n. 59 paulo aliter rem explicat; cfr. Noval. *L c.,* n. 354. pag.

5 Fr. 3, § 1, D., 41. 3.

6 Fr. 3, § 12. D., 41. 3.

7 Fr. 9. D. 41, 3.

^Qui plura desidera! adeat: Penini. *Mu/iuah di l andetb* . n. 23b sq.; Noval, Z. r., n M|.: Sosio d'Angulo, *tns digesturum,* 11, n. 21‹L pag. 232.

3 Fr. 25, D.,

Kequiritur autem possessio ad usucapionem ut conditio *sine qua non,* non ut causa efficiens ipsius usucapionis; causa enim efficiens est legis praescriptum praescriptioni vim tribuens *.

Quod dicitur de possessione rei physicae idem valet de quasi possessione iuris 2.

Xon solum ad usucapionem sed et ad praescriptionem liberativam requiritur possessio aut quasi-possessio, quae tamen tunc in hoc consistit quod is qui praescribit postquam tempore a lege statuto turbatus non fuit a creditore, praescriptione perfecta ius acquirit ne amplius turbari possit 3.

c) Qualitates possessionis ad praescribendum necessariae. - Possessio ad praescriptionem necessaria debet esse:

a) Iusta seu cum titulo et bona, fide coniuncta ut supra explicavimus; pacifica, manifesta, non aequivoca

β) Proprio vel alieno nomine exercita prout de praescriptione in sui vel alterius favorem agitur 5.

y) Continuata toto tempore ad praescribendum ex lege positiva requisito.

Continuationi opponuntur suspensio seu dormitio et interruptio praescriptionis.

Suspendi seu *dormire* dicitur praescriptio quando ob impedimentum is contra quem praescribitur in talibus invenitur circumstantiis in quibus praesumptione iuris et de iure ius suum prosequi non posse censetur, ut proinde aequum sit ut contra ipsum non praescribatur °. Suspensione cessante, remoto scilicet impedimento, praescriptio suum cursum resumit et tempora priora posterioribus coniunguntur 7.

Casus practici in quibus suspensio praescriptionis verificatur ex iure civili cuiusque nationis aestimandi sunt 8.

Interrumpi dicitur praescriptio quando impedimentum supervenit quod

H i Wernz, *L c.,* III, 301.

2 Eadem principia valent In iure civili italien: cfr. Cod. civ. ital. art. 2100: «Per aequiétare mediante la prescrizione è necessario un leglttimo possesso ·.

3 Cfr. De Lugo, *l. c.*. dtep. 7, n. 14; Lega, *L c.*. n. 307. pag. 282; D'Annibale, 7. r., II, 152; (appello. *De pracscriptiunc,* in · *Ius pontificium* V. pag. 21.

4 Cfr. D'Annibale, 7. c, II, 145.

5 Wernz, *l. c.,* III. 302, I; Noldin. 7. c., 405» 1, 6.

G «Contra non valentem agere non currit praescriptio »; D'Annibale. 7. r., II, 141.

7 Cfr. Ferraris, 7. c., v. *Vsucopio,* § 4, n. 9; Dc Logo. 7. c., disp. VII. n. 149; D'Annibale. 7. r., 11,142; Lega, 7. c., n. 298 sqs.; Vermeersch, *Theologiae...,* II. 101, 3; (appello, 7. c.. pug. 22-23.

8 Nos hulusmodi casus ex iure italico iam supra retulimus ubi de personis ad praescribendum habilibus egimus; Cfr. Cod. civil. it. art. 2115-2122. qui tamen partialiter modificantur art. 916 Codicis commercialis ital.: ♦Lu prescrizione commerciale corrc cziandio contro l militari in servizio attivo in tempo di guvrra, contro lu moglic v contro l minori ancotchè doii emancipati e gli Intcrdettl, salvo ad <ssf il regresso contro Il tutore . Iure canonico antiquo praescriptio suspendebatur adversus ecclesiam quando rectore carebat. (Ir. D'Annibale, 7. r., 11. nota 17.

eam prorsus détruit, ita ut impedimento remoto, de novo praescriptio inchoari debeat, nou computato tempore ante interruptionem legitime transacto \

Interruptio dicitur *naturalis* si impedimentum praescriptionis referatur ad aliquod elementum intrinsece aut extrinsece necessarium ad ipsam praescriptionem. Ita habetur naturalis interruptio si cessat tempore a lege determinato iusta possessio 2.

Interruptio civilis habetur cum possessor vocatur in indicium

Interruptio civilis solum in casu quo praescribens in indicium vocatus damnetur, praecedentem praescriptionem destruit; in casu vero quo praescribens absolvatur, nec suspensionis effectum habet 4.

Non habetur interruptio sed *accessio* possessionis si possessio ab uno

1 Ferraris, *l. c., Usucapio,* § 4, n. 10 ct sq.; Dc- Lugo, *l. c.,* disp. VII, d. 150 sqs.; Pacchioni, *l.* c„ n. 298, pag. 373-374.

: ArL 2124 Cod. civil, ital.: · È interrotta natiiralmente fla prcscrizione), quando il possessore viene privato per più di un anno del godimento della cosa »; cfr. Fcrrini. Z. c., n. 32G; Lega, 7. *c.t* 298, 1; D'Annibale, Z. c., II, 143; De Lugo, Z. c., disp. VII, 150 ubi etiam de quaestione utrum temporalis bonae fidei amissio interrumpat naturaliter praescriptionem; cfr. etiam Eichmann, Z. c., pag. 485. Interrumpitur etiam si is qui praescribere incepit, ea nondum completa ius alterius partis agnoverit; D'Annibale, Z. c., II, 143; Cod. civil, ital. art. 2129,2141.

3 Lega, 7. c., 298. Ex iure Codicis interruptio civilis habetur nisi aliud statuatur in iure civili nationis, in qua quaestio oritur, cum citatio legitime facta fuent aut partes sponte in indicium venerint (c. 1725, n. 4; cfr. etiam c. 1731, n. 3). Codex civilis ital. haec de interruptione civili habet: Art. 2125. È interrotta civilmente (la prcscrizione) in forza di una domanda giudiziale, sebbenc fatta davanti a giudice incompetente, di un precetto o di un atto di sequestro intimato alia persona a cui si vuole impedire il corso della prcscrizione, o di qunlunquc altro atto che la costituisca in inora d'adempiere Tobbligazione.

La chiamata o la presentazione volontaria per la coneiliazionc interrompe la prcscrizione, semprç chc la domanda giudiziale sia fatta nel corso di duc mesi dalla non comparsa davanti al conciliatore o dalla non seguita conciliazione.

Art. 212G. Per interrompere la prcscrizione pnô la domanda giudiziale venir proposai contro il terzo all'oggctto di far dichiarare la sussistenza del diritto, ancurchc quoto sia sospeso da tennine o da condizione.

Art. 2127. L'iscrizione e la sua rinnovazione non intarrompono la prcscrizione dclFipotcea.

Art. 2128. Si ha come non interrotta la prcscrizione:

So la cltazioue o intiinazione ô nulla per incompctcnza dciruflizialc che l'ha cseguita, o ivr difetto di forma;

Se l'attore recede dalla domanda;

Se la domanda è perenta;

So la domanda è rigettata.

Art. 2129. La prescrizione ô pure interrotta civilmente, quando il debiture o il possessore rlconosce il diritto di quello contro cui era comlnciata.

Art. 2130. Gli atti enunciati nell'ariicolo 2125, intimati ad uno dei debitori insolide», o la ricogniziono dei diritto fatta da uno di questi interrompono la prcscrizione contro gli altri ed anchc contro i loro eredi.

Gli atti stessi intimati ad uno dcgli credi dei debitore in solido, o la ricogniziono del diritto fatta da questo crede, non Interrompono la prescrizione riguardo agrii altri coercdi. quantunque il credito fosse ipotecario, se Pobbljgaziore non ô indivisibile. Tali atti o rieognizioni con interrompono la prescrizione riguardo agli alui condebltori in solido, che pei la parte dl debito a carico dello stesso erede.

Per interrompere totalmcntc la prescrizione riguardo ai condebitori in solido si riebiede rintimazione dcgli atti summentovati a tutti gli credi dei debitore defunto, ovvero la riccgidzlone per parte di tutti questi credi.

Art. 2131. Qualunque atto chc interrompe la prescrizione a favore di uno dei creditori in solido, giova egualinente agli altri creditori.

Art. 2132. L'intimaziono di un atto d'interruzione al debitore» principek. c lariccgnlzlonc da lui fatta dei diritto, interrompe la prcscrizione anche contro il tideiussorc.

4 D'Annibale. Z. *c.,* II, n. 143 sculptorie: · Praescriptio naturaliter interrupta dcnuo inchoanda est, interrupta civiliter, usucapiente victo, evanescit; victore (quasi nunquam interrupta) procedit >; Lega, Z. c., n. 298. L

possessore in alium transferatur; requiritur autem in hoc casu ut translatio fiat ex iusto titulo, et utraque possessio sit ad praescribendum idonea atque translatio fiat de uno in alterum immediate \

1052. — 8° De tempore ad praescribendum necessario. I

a) Tempus hic accipitur pro « mensura continuatae legitimae possessionis ad praescriptionem « et, sicut de possessione diximus, debet esse continuum, i. e. nec suspensum nec interruptum.

b) Tempus, quantumvis longum aut continuatum, per se iura non transfert; at institutum praescriptionis aliquam temporis continuationem ut conditionem *sine qua non* semper requirit 3.

c) Codex noster haec de tempore ad praescribendum necessario habet: Res immobiles, mobiles pretiosae, iura et actiones sive personales sive reales quae pertinent ad Sedem Apostolicam spatio centum annorum praescribuntur 4.

In centum annis necessariis ad praescribendum contra S. Sedem non computantur anni quibus forte Ecclesia schismate dilanietur. Quod iam antiquitus docebant auctores 5.

Cum res quae ad usum conceduntur Fratrum Minorum et Capuccinorum revera ad S. Seriem iure dominii pertineant, hoc privilegio et ipsae frui videntur.

Quae ad aliam personam moralem ecclesiasticam pertinent, praescribuntur spatio triginta annorum 6.

In praescriptione 30 annorum, quae ante Codicem erat 40 annorum, titalus non videtur necessarius nisi praesumptus qui in bona fide possessoris continetur 7.

Notandum est in utraque paragraphe huius c. 1511, sermonem esse solummodo de rebus immobilibus aut mobilibus pretiosis, quas alibi explicavimus; actiones vero omnes sunt comprehensae dummodo ad Sedem Apostolicam aut ad aliam personam moralem ecclesiasticam pertineant8.

Lega. *l. c.*9 n. 300; D'Annibale, *l. c.,* II, 115.

Art. 693 Cod. civil, ital.: ¶1 possesso continua di diritto nella persona dei Mucccˆore u titolo Universale. Il successore a titolo particulare puô unire al proprio possesso quello del suo autore per iuvocarne c goderne i frutti ». Lex canonica bonam fidem admittit haberi posse in herede quae non erat in auctore hereditatis; cfr. tamen D'Annibale, *L* c., II, 14.

; Lega, Z. *c.t* n. 301, pag. 277.

3 Wernz, *I.* c.r III, 303.

C. 1511, § 1.

5 Santamaria, *l.* c., IV, 357.

β Cfr. Santamaria, Z. c., IV, 357.

7 C. 1511, § 2.

" Circa praescriptionem vero actionum <le statu personarum et criminalium, cfr. cc. 1701 et eqs. «Nonnulla instituta rclisriosa habent specialia privilegia circa praescriptionem; sic. c. g., bona Mendicantium nequeunt praescribi nisi spatio 60 annorum ». Drummer, Z. c., 417. pag. 521, 2, *c,* cui accedunt Cocchi. *l. c.,* VI, 185; Vermeersch, *Epitome, II,* 8.31. Cfr. apud D Annibale, . c.. II, 150 casum specialem in quo res praescribenda aliquo tempore ad Ecdc·Siam pertinet, alio vero tempore ad personam aliquam privatam.

d) Circa alia quae ad tempus ad praescriptionem necessarium referantur ius civile uniuscuiusque Status servandum est etiam ex praescripto iuris canonici

l Lubet hic iuris Italici praescripta referre: Art. 2133. La prescrizione si computa a giomi intierl» non ad ore.

Nelle prcscrizioni che ei compiono a mesi, si computa sempre Il mese di trente giorni.

Art. 2134. La prescrizione ei comple alio scaderc dcll'ultimo giorno del termine.

Art. 3135. Tutto le azioni tanto reali, quanto personali si preecrivono col decorso di Iront'anni, senza che posea in contrario opporsi il difetto di titolo o di buona fede. Cfr. c. 1511.

Art. 2136. 11 debitore di una rendita o di una prestazione annua qualunque, la quale debba durare per più di trent'anni, deve a richicsta dei creditore somministrargli a proprie spese un documento nuovo dopo ventott'anni dalla data deU'ultimo documento.

Art. 2137. Chi acquista in buona fede un immobile o un diritto reale sopra un immobile in forza di un titolo, che sia stato debitamente trascritto e che non sia nnllo per difetto di forma, ne comple in suo favore la prescrizione col decorso di died anni dalla data della trascrlzione.

Art. 2138. Si prescrivono col decorso di sei mesi le azioni degli osti e dei locandieri per l'alloggio e le vivande che sonuninistrano.

Art. 2139. Si preecrivono di un anno le azioni: Del professori, maestri e ripetitori di scienze, lettere ed arti, per le lezioni che dànno a giorni e a mesi;

Degli uscieri. per mercede degli atti che notificano c delle commissioni che escguiscono;

Dei commercianti per il prezzo delle merci vendutc a persone che non ne fanno commercio;

Di coloro che tengono convitto o case di educazionc c d'istruzione d'ogni specie, per il prezzo dolia pensione ed istruzione dei loro convittori, allievi e apprendenti;

Dei domestici, degli opérai e giornalieri, per il pagamento dei salari, delle somministrazioni e loro giornatc di lavoro.

Art. 2140. Si prescrivono col decorso di tre anni le azioni:

Dei professori, maestri e ripetitori di scienze, lettere ed arti stipendiati a tempo più lungo di un mese;

Dei medici, chirurghi e speziali, per le loro visite, operazioni e medicinali;

Degli awocati procuratori aile liti ed altri patrocinatori per il pagamento delle loro spesc edei loro onorari. I tre anni si computano dalla decisione deUa lite o dalla conciliazione delle parti, o dalla rivocazione dei mandato: riguardo agli aïTari non terminati, essi non possono domandare di essore soddisfatti delle spese e degli onorari di cui fossero creditori da tempo maggiore di cinque anni;

Dei notai pel pagamento delle spese e degli onorari. I tre anni si computano dalla data dei loro atti.

Degli ingegneri. dcgU architotti, dei misuratori c ragionieri pci pagamento dei loro onorari. I tre anni si computano dal compimento dei lavori.

Art. 2141. La prescrizione ha luogo nci casi sopra enunciati, quantunque siavi stata continuazione di somininistrazioni di servigi c di lavori.

Non è interrotto, sc non quando vi o stato un riconosc'hncnto del debito per fecritto o ana domanda giudizialc non percuta.

Art. 2142. Nondîmcno quelli cui fossero opposte tali prcserizioiu» possono deferire il giuramento a coloro chc le oppongono, per accertaiO se realmentc ha avuto luogo la estinzionc del debito. Il ginramento puô essere deferito alla vedova, sc questa vi ha intéressé, ed agli credi, ovvcro ai tutori di questi ultimi sc sono minori, per acccrtarc sc abbiano notizia chc fl debito non sia cstinto.

Art. 2143. I cancellieri, gli awocati, i procuratori alie liti e gli altri patrocinatori sono liberati dal render conto delle carte relative alie liti cinque anui dopo che le medesime furono decise od altrimcnti terminate.

Gli uscieri dopo due anni dalla conscgna degli atti sono parimenti liberati dal renderne conto.

Ma anche allé persone designate in questo articolo puô deferirsi Il gluramento alToggctto di far loro dichiarare, se ritengano o sappiano dove si trovano gli atti c le carte.

Art, 2144. Si prescrivono col decorso di cinque anni:

Le annualità de]le rendito perpetue e vitalizie;

Quelle delle pensioni alimentarie;

Le pigioni delle case c fitti del béni rustici;

Gli interessi delle somme dovutc e gencralmento tutto ciô che ô pugabllc ad anno o a termini periodici più brevi.

Art. 2145. Le prescrizioni enunzlate in questa sezione corrono eziandio contro i miU-

1053. — IX. De acquisitione bonorum per actus inter vivos et mortis causa. - 1° Principia retinenda. - a) Qui ex iure naturae et ecclesiastico 1 libere valet de suis bonis statuere, potest ad causas pias, sive per actum inter vivos sive per actum mortis causa, bona relinquere 2.

Bona *ad causas pia# relinquere* idem eet ac de iisdem bonis statuero per actum inter vivos aut mortis causa favore cultus divini, salutis aniinaruip, pauperum, ecclesiarum, monasteriorum etc. 3.

Qua in re finis praecipue offerentis aut fundatoris attenditur, eritque proinde *pia cau#a, pia volunta#* si finis eius Dei cultus aliusve finis supernataralis sit, ut gratiae meritum, satisfactio pro peccatis etc. non item si finis donationis sit mere naturalis, excluso positive fine supernatural!. In Christianis finis supematuralis utpote magis meritorius pro operantibus iure praesumitur, contra quam tamen praesumptionem admittitur probatio 4.

Quodsi bona temporalia ad finem naturaliter pium relinquantur, e. g., ad pauperes sublevandos, excluso tamen positive motivo caritatis supernaturalis, causa habetur philanthropica de qua Codex noster non agit 5.

Actus *rnorlie causa* appellantur illa negotia iuridica quibus quis tendit ad disponendum de suis bonis post mortem suam. Huiusmodi sunt: institutio in heredem, legatum, fideicommissum, donatio mortis causa, etc. 8.

Sunt igitur actus mortis causa idem ac actus ultimarum voluntatum. Ultimae autem voluntates sunt dispositiones postremae legitimae de eo quod quis praesertim de bonis suis post mortem fieri velit. Huiusmodi sunt testamentum, codicillus, substitutio, fideicommissum, legatum et donatio mortis causa 7.

Actus inter vivos dicuntur omnes alii actus iuridici, praeter actus mortis causa, licet exsecutio obligationum ex iisdem natarum haberi nequeat nisi jHist unius aut ambarum contrahentium partium mortem ˃.

Ad actus inter vivos referuntur praesertim contractus a.

In praxi modi acquirendi bona temporalia inter vivos varii esse possunt iu Ecclesia atque inter eos hi praesertim numerari possunt: Sedium seu locorum in ecclesiis aut oratoriis assignatio certis personis aut familiis a quihus compensatio datur; collectae ad offertorium in ecclesiis aut. oratoriis factae; collectae post conciones ab aliquo insigniori verbi Dei praecone factae; collectae in domibus ostiatim a deputatis personis aut a confraternitatibus laetae; praeterea donationes omnes in religionis propagationem et decorem, cleri sustentationem, pauperum sublevationem aliosque pios usus factae3.

Principium iuris naturalis est quemlibet de suis bonis, eo quo maluerit modo sive per actus inter vivos sive per actus mortis causa disponere libere posse; cuius principii applicatio est canon supra relatus. Quod si libera dispositio bonorum admittitur circa quemlibet finem honestum, ea multo magis admittenda erit, ut per se patet, ad causas pias. Hoc igitur canone damnantur leges civiles quae ultimarum voluntatum dispositiones ad causas pias reiciunt, atque invalidas declarant4.

b) Voluntates fidelium facultates suas in pias causas donantium vel relinquentium, sive per actum inter vivos, sive per actum mortis causa diligentissime impleantur etiam circa modum administionis et erogationis bonorum; salva tamen semper vigilantia Ordinariorum °.

1054. — 2° De forma adhibenda in ultimis voluntatibus in bonum Ecclesiae. - In ultimis voluntatibus 0 in bonum Ecclesiae serventur, si fieri potest, sollemnitates iuris civilis; hae si omissae fuerint, heredes moneantur ut testatoris voluntatem adimpleant 7.

Codex loquitur de ultimis voluntatibus *in bonum Ecclesiae,* non de ultimis voluntatibus ad causas pias in genere, sicut in paragraphe prima eiusdem canonis 1513; proinde non videntur comprehendi ultimae voluntates ad causas

fari in servizio attivo iu tempo di guerre, c contro i minori non emancipati c gli interdetli» --ilvo ii loro n-gresso verso il tutore·

Art. 2146. L'azione del proprietario o possessore della cosa mobile, per riaverc la cosa derubata o smarrita in confonnità degli articoli 708 e 709, si prescrive d c ! termine di duc anni.

Art. 2147. Per tutte le prescrizioni minori di trent'anni non menzionate in questa c nclla precedente sezfone, si osservano altrcsi le regole chc particolarmente le riguardanu. Cfr. etiam Cod. commere, ital. art. 918, et sq.

1 Adverte non attendi in hac re dispositiones plerumque restrictivas legis civilis propriae nationis. Santamaria, *l.* c., IV, 359.

2 C. 1513. § 1.

3 Arregui. *Summarium theologiae moralis9,* n. 379; cfr. Reiffenstuel, *L c.,* III, 26, 137; Vermeersch, *Theologiae,..,* II, 564 itemque in *Periodica* XIX (1930) pag. 50· ct sqs. ubi fus? agit de notione causae piae.

4 Cfr. Vermeersch, *Theologiae...,* II. 564; Cavagnis, *Institutiones iuris publici ecclesiastici* \ vol. III. ŋ. 364 et eqs.; Ferraris, *Bibliotheca,* v. *Legatarius, legatum, Additiones cassimnefe* d. 64, sqs.; *Sanctae Romanae Rotae decisiones seu sententiae,* vol. V, pp. 337-338. in causa 37 Mali 1913; *ibidem,* vol. V. pag. 377, in causa 14 lunii 1913; itemque v. VII, pag. 263, in causa 28 lunii 1915; vol. XII, 186-193, in causa 9 Iulii 1920. « È compreso sotto la denominatione di pia volontà anche il deposito fatto a un istituto di credito coi vincolo eho il frutto dei capitale dopo la morte del déportante sia impiegato a scopo pio. La regione ê chc l'espreesione della legge ὐ generica e non distingue ›. *Synodus dioecesana Miniabnsis,* ‹i. 1919, pug Cfr. etiam supra n. 1024 et sqs.

5 Cfr. Santamaria. *l. c.,* IV, 331.

6 Ferrini, *Manuale di Pandetie*,* n. 121.

7 Wernz. *l.* c., III. 37-1, II.

1 Ferrini, *l. c.,* 121.

: Cfr. D'Annibale, *l. c.,* II, lib. tertio, tit. IV, *De actibus* seu *inter vivos, seu ultimae* t»-*luntnlis in (/encre;* titulo V, *De ultimae voluntatis actibus et dc successionibus quae ab intestato nferuntur,* Wernz, *l. c.,* III, tit. X, *De testamentis et ultimis voluntatibus et successionibus ab inbftalo.*

3 Cfr. *Concilium provinciale Westinonasleriense* II, in *Collectanea,* S. C. De Prop. Fid. II. pag. 153 sq. relatum in nota.

1 Wemz, *l. e.,* III, 271. III; cfr. e. g. nrt. 831 Cod. civil, ital.: « Le disposizioni per ranima o a favore dell'anima espressè genericainente sou ❋ulle iteimiue art. 2 quo personalitas Juridica Ecclesiae catholicae qua talis excluditur. Nunc autem standum est art. 1 et 37-30, praesertim vero art. 29, *d.* Concordati Italici u. 1929.

s Cc. 1514 et 1515, § 3.

˃ Advertit recte Claeys Bouuaert-Simenon Ide agi s‹ilnnmiod‹› de ultimis voluntatibus, qumn ob rem ai formalitates civilis legis servatae non sint in ullis douai Ionibus inter vivos hic canon non urget. Cfr. Claeys Bouuaert-Simenon, ŋ. 1001.

7 C. 1513, §

pias non ecclesiasticas seu ab Ecclesia non erectas l. Attamen quia ex c. 1498 bona relicta in bonum causae piae ecclesiasticae dici possunt relicta in bonum *Ecclesiae,* canon ad ipsas referendus videtur. Circa autem ultimas voluntates in bonum Ecclesiae normae iuris civilis servandae praecipiuntur non absolute, sed solum conditionate, si *fieri possit;* cuius clausulae ea videtur esse vis ut hae ultimae voluntates validae sint in locis ubi earum valor absolute non admittitur in bonum Ecclesiae, etsi leges civiles non observantur, quippe quae leges civiles, contra iura nativa Ecclesiae nimis evidenter latae sint et proinde spernendae. Ubi vero leges civiles harum voluntatum in favorem Ecclesiae dispositiones admittunt„ ibi servandae erunt, saltem ad liceitatem. Si formalitates legis civilis omissae fuerint Codex praecipit heredes monendos esse, utique de obligatione ultimas voluntates ad causas pias aequaliter implendi2. Vexata quaestio utrum testamentum itemque aliae ultimae voluntates ad causas pias informes ex iure civili, quasi validae adimplendae ex obligatione sint in foro interno, ab antiquis et modernioribus theologis et canonistis 3 nixis duabus decretalibus Alexandri **III**4 sensu affirmativo communissime soluta est. Quidam tamen ex modernioribus in mitiorem abierant sententiam. Ita D'Annibale, quaestione examinata, ita concludebat: « Quand!u igitur S. Sedes loquuta non fuerit, existimo, non oportere inquietari eos qui extra ditionem pontificiam, non praestant relicta ad causas pias in testamento irrito ex iure civili s. Post Codicem auctores communissime antiquorum sententiam sequuti vim obligatoriam etiam ultimis voluntatibus informibus tribuunt atque hanc esse doctrinam Codicis, hoc canone 1513, § 2, contemtam docent 0.

Aliqui tamen auctores etiam post Codicem in mitiorem inclinantes sententiam strictam obligationem imponi non posse affirmant7, quorum doctrinam probabilem non habemus s.

1 Noldin, *De praeceptis,* d. 556, 4, *b.*

2 Coni. lut. propositum fuit dubium: ‹ Utrum verbum *moneantur,* de quo in canone 1513, 5 2, sit praeceptivum, an tantum exhortativum? » Quae respondit: ‹ Affirmative ad primam partem, negative ad secundam ». *A. A. S.,* XXII, 195.

3 Cfr. Reîffenstuel, *l. c.,* III, 136 sq.; Wernz, *l.* c., III, 279; *S. Romanae Rotae decisiones seu sententiae* a. 1924, vol. VII, pag. 262-263, in causa 82 lunii 1915.

4 Cc. 10-11, X, 3, 26.

6 D'Annibale, 7. c.» IIr 339.

6 Ita Vermeersch, *Epitome,* II, 835, iteinqne *Theologiae...,* II, 564 et in *Periodica,* XXII. 1930, p. 56·-63*; Badii, *l. c.,* II, 631; Ferreres, *Institutiones...,* II, 385, II; Sebastian!, *Summarium theologiae moralis*\ n. 288; Arrcgui, *Summarium theologiae moralis2,* 359; Claeys Bouuaert-Simenon, *l. c.,* n. 1001; De Mcester, *l. c.,* III, n. 1466. Ubi tamen advertit cL auctor hic agi tantummodo de ultimis voluntatibus non de aliis contractibus seu donationibus.

7 Ita Prümmer, *l. c.,* 418: « Cum Codex inr. can. statuat ut heredes sint solummodo monendi ut talia (informia) testamenta et generatim ultimas voluntates carentes formis legalibus adimpleant, confessorius potest aliquando absolvere poenitentem, qui renuit adimplete huiusmodi ultimam voluntatem testatoris »; Noldin, *De praeceptisl*,* n. 561, 3; ‹ Confessorius exsecutionem sub poena denegandae absolutionis urgere non potest »; etiam Eichmann, *l.* c.. p. 487 tenet antiquas leges canonicas hac in re non fuisse a Codice retentas. Monent tamen unctores bonam fidem fidelium non esse turbandam si nihil inde boni sperari possit; atqm· concedunt ex testamento ad causas pius etiam valido deduci posse hereditatem legitimain. Vermeersch, *Epitome,* II, 835; Cocchi, *l. c.,* VI, 192. pag. 372. Coniessarius poenitentibus suadere poterit recursum ad S. Poenitentlarium pro obtinenda compositione quae faciliter conceditur. S. Poenit. 10 Ianuar. 1901.

8 Propositum fuit dubium: «Utrum verbum *moneantur,* de quo in canone 1513, § 2, sit praeceptivum au tantum exhortativum». Et Commissio Inter, respondit: ‹ Affirmative ad primam partem, negative a‹i secundum ». Die 17 Februarii 1930 *A. A.* >s|

Requiritur tamen ut de obligatione adimplendi opera pia certo constet quod de ipsa ultima voluntate certitudo habeatur quae per duos testes et in foro interno, ex sola heredis aut exsecutoris cognitione haberi potest L

1055. — 3° **Iura Ordinarii circa pias voluntates fidelium.** - a) Ordinarii omnium piarum voluntatum tam morti causa quam inter vivos exsecutores 2 sunt 3.

b) Hoc ex iure Ordinarii vigilare possunt ac debent, etiam per visitationem, ut piae voluntates impleantur, et alii exsecutores delegati debent, perfuncti munere, illis rationem reddere.

c) Clausulae huic Ordinariorum iuri contrariae, ultimis voluntatibus adiectae, tanquam non appositae habeantur 4.

Quod Ordinarii exsecutores nati sunt omnium piarum voluntatum fidelium significat ad ipsos, deficientibus aliis exsecutoribus a piis fundatoribus vel oblatoribus designatis, — oblatores enim et fundatores ius eos designandi habent56— devolvi exsecutionem piarum voluntatum, itemque ipsis ius esse vigilandi, visitandi atque redditionem rationis exigendi °.

Clausulae piis voluntatibus forte appositae iuribus Ordinariorum contrariae, utpote turpes, ut non appositae considerandae sunt7.

Haec autem omnia valent solummodo de piis voluntatibus stricte sumptis, seu ut supra diximus, de oblationibus aut fundationibus quae ex fine aliquo supernatural! fiant ad Dei cultum, ad gratias divinas promerendas, ad satisfaciendum pro peccatis; circa haec enim omnia Ecclesia exclusive competens est et a Statu independens. Oblationes tamen fidelium ex fine supernatural! factae esse praesumuntur, quia magis meritoriae et ipsis oblatoribus aut fundatoribus utiliores. Haec autem praesumptio cedere debet veritati atque contra ipsam admittitur probatio, quae tunc haberetur cum oblator aut fundator expresse declaraverit se offerre aut fundare voluisse solo intuitu philanthropiae naturalis 8. In hoc proinde casu clausula Ordinarii ingerentiam excludens, licet ipsi fundatori et oblatori noxia, invalida non erit, nec ut non apposita considerari poterit, et fundatio ut mere laicalis erit consideranda.

Ordinarii de quibus iu hoc canone erunt vel Ordinarii locorum vel Ordi-

1 Cfr. *Synodum dioccesanam Miniatensem,* a. 1919, pag. 273-274.

2 Exsecutores auteni quaelibet· personae esse possunt sive clerici sive laid, sive religiosi ‖· consensu sui Superioris localis, sine cuius licentia illicite, at valide exsecutore funguntur; Fratres Minores exsecutores esse non possunt, ne de licentia quidem sui Superioris. Reiffcnstuel, *l. c.,* 26, 775 sq.; Wernz, *l. c.,* III, 283; Augustine, *l. c.,* VI, 572-573.

3 « Episcopi ipsi exigant... et procurent aedificationem sacrosanctarum ecclesiarum et xenonum et gerontocomiorum vel orphanotrophiorum institutionem vel ptochotrophiorum vel nosocomiorum exstructionem vel captivormn redemptionem vel alium quemcunque pium qui defuncto placuerit; ac praeficiant eorum administrationi xenodochos vel orphuMrophos... » L. 15, C. 1, 3.

C. 1515, § 1-3; cfr. S. Rota G Deo. 1916, *S. It. Rotae decisiones...* vol. VIII, pl 350 et sq.

Cfr. cc. 1189, § 3; 1490, § 1; 1514; Wernz, *l. c.,* III, 283.

Wernz, *l. c.,* III, 283; D'Annibale. *I. c„* II, 369; Reîffenstuel, *I.* r.. III, 30. p.

S. R. Ruta, G Dic. 1916. supra clt.

Cfr. Cavagnis, *l.* c., vol. III, 361 sqs.; Vermeersch, *Theuloyiac...,* 11, 564.

narii religiosorum pro natura et destinatione bonorum pia voluntate relictorum *.

1056. — 4° De bonis ad causas pias fiduciarie a clericis aut a religiosis acceptatis. - *a)* Clericus vel religiosus qui bona ad pias causas sive per actum inter vivos, sive ex testamento fiduciarie accepit % debet de sua fiducia Ordinarium certiorem reddere, eique omnia istiusmodi bona seu mobilia seu immobilia cum oneribus adiunctis indicare; quoti si donator id ⅛ presse ct omnino prohibuerit, fiduciam ne acceptet.

b) Ordinarius debet exigere ut bona fiduciaria in tuto collocentur et vigilare pro exsecutione piae voluntatis.

c) Pro religiosis religionis clericalis exemptae Ordinarius de quo supra erit Superior maior religiosus, nisi agatur de bonis attributis loci vel dioecesis ecclesiis, incolis vel piis causis iuvandis: pro reteris clericis et religiosis Ordinarius loci 3.

Hic canon non est nisi corollarium canonis praecedentis 1515; ex hoc enim quod Ordinarii omnium piarum voluntatum exsecutores sint, sequitur ipsos saltem de huiusmodi piis voluntatibus certiores esse reddendos. Quod quidem per se de bonis quibuslibet personis fiduciarie datis aut relictis ad causas pias valet ;* attamen, quia difficilius contra laicos in hoc neglegentes poenis procedi poterit, ideo Codex *specialem* clericis et religiosis circa hoc obligationem imponit, quo tamen, ni fallimur, laicos ab eadem absolvi non putamus 5.

Agitur autem in canone de bonis per legata aut fideicommissa alicui relictis; at non solum de istis, sed etiam de bonis per actum inter vivos oblatis seu donatis ad causas pias 6.

Fideicommissum est: relictum alicui ea lege ut alteri restituatur, seu est substitutio qua heres testamentarius vel ab intestato obligatur a defuncto

1 Vermeersch, *Epitome,* II, 836; Prümmer, Z. *c.,* 418, 2; aliter Blat, Z. *c.,* IV, 427, pag. 517. Cfr. etiam c. 1550 et 1516, § 3.

2 Rem «*fiduciarie* accipere est ita accipere ut largitio rei acceptae fidei donatarii committatur. Vocatur etiam fideicommissum », de quo postea. Ita Claeys Bouuaert-Simcncn, *l. c.,* n. 1003; cfr. etiam Bondini, in « *Jus pontificium », De fiduciae ad causas pias in /oro triemo probatione,* VI, pag. 87 et sqs.; De Meester, Z. *c.,* III, n. 1469.

8 *C.* 1516, 5 1-3.

4 Et ita revera responsum fuit a S. C. Concilii 7 Aug. 1909: « Utrum sacerdotes vel *loici* possint, inscio Ordinario, legata ad pias causas recipere eorunqne administrationem gertrt ac respective onera implere?... respondendum consuerunt: Omnes, sive sacerdotes, sive latas quorum fidei concredita sunt legata ad pias causas, teneri de hoc quam primum, certiorem reddere Episcopum, qui ius habet vigilandi super administrationem et consulendi securitati eorundem legatorum». *A. A. S.,* I. 766.

5 ‹ Laicus.. non aliam liabet obligationem nisi reddendi rationem et permittendi visitationem Ordinarii». Vermeersch, *Epitome,* II, 836, II. Cfr. etiam Santamaria, Z. *c.,* IV, 361; Vronmnt, Z. c., n. 161. pag. 174; Claeys Bonuaert-Simenon, Z. c., n. 1003; De Meester, Z. r.. III, ‘ n. 1469.

6 Cfr. etiam ‹|› his ultimis cc. «31. 5 3: 533. 5 1. n. ;;-4; 535, § 3. n. 2; buutnmariu, *l. f..* 361.

nl hereditatem aut partem hereditatis tertiae personae praestandam. Fideiivuunissarius est persona cui hereditas est restituenda, heres qui debet restituere fiduciarius appellatur 1.

Utrum valeant fideicommissa in locis ubi iure civili reprobantur, si ad causas pias fiant, eadem est quaestio quam supra de valore testamentorum informium ex iure civili vidimus 2.

Legatum est ultima voluntas qua testator rem quae rationem hereditatis non habet alicui ab herede praestandam liberaliter relinquit 3.

Legatum et fideicommissum particulare idem prorsus sunt: Est autem fideicommissum particulare: res particularis verbis non ad legatarium, sed ad heredem immediate directis, a defuncto relicta, ab herede praestanda ; is cui res praestanda est legatarius seu fideicommissarius particularis dicitur

Codex hoc cauone evidenter supponit etiam religiosos bona recipere posse dve pro domo religiosa vel propria ecclesia sive ad alias causas pias dioecesis vel loci. Iinmo etiam Fratres Minores de observantia et Capuccini qui cuiusvis dominii incapaces ex propria regula sunt et exsecutores testamentarii fieri retantur, legata pro suorum conventuum necessitatibus ad modum eleemosynae et aliis sub conditionibus recipere possunt.

Acceptio bonorum, ut huic canoni subiiciatur, debet esse ad causas pias eo sensu quo supra definivimus, nempe quod fundator aut oblator ex fine supernatural! egerit, quod tamen, praesertim si clerico et religioso elargitio facta est, semper praesumendum est.

Fiduciaria acceptio requirere praeterea videtur ut clerico vel religioso accipienti aliqua bonorum acceptorum, administratio per seipsum vel per alios exercenda committatur quod non verificaretur si summa pecuniae ad specifice et numcrice determinatum finem concederetur 6.

Ecclesiae loci vel dioecesis de quibus in canone non sunt omnes ecclesiae materialiter intra dioecesim sitae seu aedificatae, sed ecclesiae quae aliqua saltem ratione ad dioecesim pertinent; tales praeter ecclesias saeculares non exemptas sunt etiam ecclesiae, paroeciales domibus religiosis incorporatae 7, non item ecclesiae religiosorum exemptorum ad religiosos exclusive pertinentes atque eorum usibus inservientes8.

1 D'Annibale, *l. c.,* II, 352; Ojctti, *Synopsis,* v. *Fideicommissum*§ 2210; Wernz, *l. c.,* III, i85; Vermeersch, *Theologiae....* II, 551; *substitutio* autem est unius in locum ulterius in ultima voluntate vocatio; Wernz, *I. c.,* III, 285. Codex civil, itui. art. 899: · Qualuuquc disposizionc colla quale l'erede o il legatario è gravato con qualsivoglia espressione di conservaro e restituire ad una terza persona, è sostituzione fidecommissaria. Talo sostituzione è vietata ·. •Art. 900: » La nullità della sostituzione fidecommissaria non rcca pregiudizio alla validity della istituzionc d'erede o del legato, a cui è aggiunta: ma son prive di effetto tutte le sostitnzionl anche di primo grado ».

2 Cfr. Ojctti, *Synopsis,* n. 2210.

3 Wernz, *I. c.,* III, 285; D'Annibale, *I. c.,* IT, 354.

1 Reiffenstuel, *I. c„* III, 26, 629 et sqs.

5 Cfr. Wernz, *I. c.,* III, 283 et 286; Mareellinum De Luccia, *De iure PT. Minorum 8. Francisco Capuccinorum deciso,* 1737, pag. 132-223; Ferraris, Z. r., v. *Lcyutum,* n. 95 sqs. ; Riffenstuel, Z. c., III, 26; 103 ct 635-639; S. C. EE. et RR. 2 Sept. 1870 in *Ada Sundae Sedis,* ' I. VI, 113-118.

« *Cfr.* Prümmer, Z. c., pag. 525, nota 5; cul non contradicit Coccbi, Z. *c.,* VI, n· 195.

7 Cfr. tamen vol. I, n. 635.

3 Ita Augustine, Z. *c.,* VI, 574.

Si cui clerico vel religioso fiduciarie bona commissa fuisse fama deferat, Ordinarius inquirere potest utrum probationes haberi possint huiusmodi famam confirmantes; si probationes desint, Ordinarius clerico vel religioso huiusmodi suppletorium iusiurandum deferre potest ad se certiorandum de exsistentia donationis fiduciariae [1].

1057. — 5° De reductione aut commutatione ultimarum voluntatum ad causas pias. - Ultimarum voluntatum reductio, moderatio, commutatio, quae fieri ex iusta et necessaria tantum causa debent. Sedi Apostolicae reservantur, nisi fundator hanc, potestatem etiam Ordinario loci expresse concesserit.

Si tamen exsecutio onerum impositorum, ob imminutos reditus aliamve causam, nulla administratorum culpa, impossibilis evaserit, tunc Ordinarius quoque, auditis iis quorum interest, et servata, meliori quo fieri potest modo, fundatoris voluntate, poterit eadem onera aeque imminuere [2], excepta Missarum reductione quae semper Sedi Apostolicae unice competit [3].

Reductio ultimae voluntatis est imminutio onerum ultima voluntate impositorum. *Moderatio* ultimae voluntatis est eiusdem magis specifica determinatio, praesertim circa accessoria et secundaria. *Commutatio* ultimae voluntatis est condonatio onerum ultima voluntate impositorum cum impositione aliorum onerum, seu est conversio oneris cum alio onere [4]. Plerumque tamen reductio, moderatio et commutatio in eundem actum concurrunt.

Ad quae haec sunt notanda:

1° Ad reductionem onerum piarum voluntatum etiam quando a Sancta Sede fit, iusta et necessaria causa requiritur, quod multo magis valet de reductione quae potestate ordinaria vel delegata fiat a praelato quodam inferiori. Unde etiam Romanus Pontifex invalide ageret sine causa ad reductionem procedens; nullus enim princeps etiam vi alti dominii potest arbitrarie contra dominorum voluntatem de bonis subditorum disponere [5].*

Cum tamen specifice de reductione Missarum agitur, admittunt eiuinentissimi auctores reductionem a Romano Pontifice concessam sine iusta causa rise quidem illicitam, at validam, quia Romanus Pontifex supplere his oneribus potest de thesauro Ecclesiae, cuius ad ipsum administratio spectat [1].

Evidenter tamen *iusta* et *necessaria* causa distinguenda est etiam ex Codice a causa impossibilitatis. Causa iusta et necessaria, pro Romano Pontifice sufficiens, esset opus utilius quam opus a testatore intentum, quamvis et hoc alterum impossibile non evaserit [2].

Certe tamen ex altera huius canonis paragraphe non sufficit quaelibet iusta et rationabilis seu necessaria causa pro commutatione aut reductione Ordinariis permissa de iure vigente, sed pro hac taxative requiritur causa impossibilitatis. Quod ut probabilius iam ante Codicem admittebant auctores [3].

A commutatione distinguenda est interpretatio piarum ultimarum volitatum; quae ab Ordinario fieri potest, quia ipse est omnium piarum voluntatum exsecutor [4].

2° Expressa fundatoris voluntas cognosci potest ex tabulis fundationis, vel etiam aliunde, e. g., ex testamento licet invalido, ex testibus, ex declaratione fiduciarii etc.

3° Ut Ordinarius, etiam Superior maior religionis clericalis exemptae [5], possit ad commutationem aut reductionem procedere requiritur:

a) Ut onerum a testatore impositorum impletio impossibilis evaserit. Impossibilitas autem habetur si pia relicta ad onera designata non sufficiunt vel converti quavis ex alia causa nequeunt eo modo quo voluit testator °.

b) Ut impossibilitas evenerit sine ulla administratorum culpa. Requiritur tamen *culpa mordliter certa,* alioquin fere inutilis foret potestas Ordinario concessa [7].

c) Ut eos quorum interest audiat: ii autem quorum interest sunt generarim heres et exsecutor quorum consensum requirebant antiqui [8] nisi forte sine iusta causa consentire récusassent. Inter personas quarum interesse potest, possunt etiam numerari illae in quarum favorem est ultima voluntas [9].

d) Ut servetur meliori quo fieri potest modo testatoris voluntas; e. g., si pius oblator summam pecuniae reliquit ad dotandam piam domum puellarum pauperum periculis expositarum, et legatum insufficiens sit ad domum dotandam vel fundandam iuxta mentem testatoris, et aliunde fundatio huiusmodi fere inutilis appareat pro ea civitate ubi esset facienda, rationabilis causa habetur assignandi eandem summam domui alicui monialium aut sororum ea conditione ut unam aut duas vel etiam plures puellas recipiant· sine dote a constitutionibus vel regulis requisita [10].

1 Cfr. c. 1829 et eqs., et Bondini, in · *Ius pontificiinn % fiduciae ad j/iâs causas* in *furo externo probatione,* pag. 87 et sqs.

2 Hoc verbo *imminuere* videntur hic comprehendi reductio, moderatio et immutatio de quibus in parawapho 1 huius canonis 1517. Paulo aliter De Mcester, *7. c.,* IIT, n. 1470 excludit commutationem quam facere non posse docet Ordinarium; in praxi tamen ibidem pro impossibilitatis et ipsam concedit.

3 Cc. 1517, § 1-2; et 1551.

4 Cfr. Blat. *I.* c., n. 429; Claeys Bouuaert-Simenon, *l. c.,* n. 1004: De Meestcr, *Ivrii canonici et iuris civilis canonici compendium,* 1926, ГII, n. 1470; Vroniant, *l. c.,* n. 166, p. 179: De Meestcr, 7. c., III, n. 1170. Paulo alitor terminologiam interpretatur Santamaria, 7. c., IV, 361-362.

Ita Wernz, *l. c.,* III. 283, pacr. 297; cfr. tamen Ferraris, *Bibliotheca,* v. *Legatarius, k·gatum* 14 1-146 et in *Additionibus cassinensibus,* n. 80-81 ; *Instruet.* S. C. De Prop. Fide a. 1807, in *Collectanea.* vol. I, n. 689; Augustine. Z. c.. VI. 575

1 Cfr. Geunai-i, *Questioni tcologico-morali2,* n. 636, pag. 806-814; Gaspard, *l.* c., 618.

2 Ita Reiffenstuel, Z. c., III, 26, 807.

1 Cfr. Reiffenstuel, Z. c., III, 807-808; Ferraris, Z. c., v. *Legatarius. Addit, cassin.,* n. 82; Wernz, *l.* c., III, 283; Instruet. S. C. De Prop. F. cit.

4 Bargilliat, *Praelectiones iuris canonici,* II, 1521, *b-c.*

5 Cfr. c. 1550; Blat, Z. c., 429, pag. 523; contra Augustine, Z. *c.,* VI, 576.

6 Reiffenstuel, Z. c., III, 26, 809.

7 Blat. Z. *c.,* IV, 429, pag. 522-523.

8 Reiffenstuel, Z. c., III, 26, 809.

* Cfr. S. C. Concil. 27 Februar. 1875 In *Acta Sanctae Sedis,* vol. VIII, 565 sqs.

" S. C. Concilii 19 Aug. 1724 apud Augustine, Z. c., VI, 576.

Exclusa semper remanet Missarum reductio. Attamen, salvo meliori iudicio et quousque aliter Sancta Sedes declaraverit. Missarum reductio haberi non videtur, si onera Missarum numero non minuantur, licet commutatio aut reductio fiat circa modum, tempus et locum ea implendi L Ita, e. *g.,* poterit Ordinarius loci ex causa impossibilitatis adimpletionis, qua fit ut nemo inveniri possit qui oneribus satisfacere possit aut velit, Missas fundatas cum cantu celebrandas in Missas sine cantu commutare; Missas celebrandas in altari determinato hora determinata ad aliam ecclesiam vel altare aut in aliam horam vel diem transferre; haec enim omnia potiusquam Missarum ad aliorum onerum reductionem pertinent, quam Ordinarius ex causa impossibilitatis ex Podice facere potest.

TITULUS XXVIII.

De bonis ecclesiasticis administrandis

1058. — I. Administrationis notio. - Administratio, ut hic accipitur, comprehendit omnes actus qui ad conservationem, melioratione, perceptionem, erogationem seu applicationem fructuum sen redituum bonorum ecclesiasticorum pertinent 2

Melioratio bonorum quandoque requirere potest ut bona administranda alienentur; tunc in alienatione servandae praeterea sunt normae pro alienatione statutae, licet stricte talis alienatio in hoc casu sit simplex administrationis actus 3.

Evidenter regulis alienationis non subjacent alienationes fructuum aut redituum factae ad pecuniam ex titulis aut fundis deductam impendendam iuxta tabulas fundationis.

Administrator bonorum personarum moralium ecclesiasticarum ad instar tutoris suo officio fungi debet erga ea bona 4 quae nomine Ecclesiae administrat et qua talis de bonorum damnis sua culpa iuridica obvenientibus respondere debet5.

Ecclesiae autem ius competere a Statu quolibet independens sua bona administrandi ex natura eius perfectionis iuridicae liquido profluite.

1 Cfr. Gasparri, *l. c.,* n. 631.

2 S. C. De Prop. Fid. 21 Iui. 1856; Wernz, *l. c.,* III, 147 ; PrOmmer, Z. c., n. 448, pag. 536; Badii, *l. c.,* II, 653; Trombctta Card. Aloysius, *Praxeos regulae circa contractus rerum ealisiasticarum,* pag. 171 sqs.; Vermeersch, *Epitome,* II, 838; Santamaria, *l. c.,* IAT, 362; Vromant· *l. c.,* n. 172-173; Coccbi, Z. *c.,* 307; De Mcester. *l. c.,* III, n. 1471; Augustine, *l. c.,* VI, 589.

3 Cfr. Trombctta Card. Aloysium, 7. *c.,* pag. 171, una cum Wernz, Z. *c.,* III, 150.

l S. Uomanae Holae decisiones seu sententiae, vol. V, pag. 338 in causa 27 -Mali 1913; Sigmillier, *l. c.,* II. § 198. pag. 456; Eichmann, *l. c.,* pag. 489.

5 Wernz, h c., III, 153; Aichner-FHedle, *l. c.,* § 235, 2; *S. Romanae Rotae...,* l. c., pag. 338 sqs.

e Wernz, *t.* r., HI, 118; Burgilliat, *Praelectiones iuris canonici3,* II, 1494; Cccchi, Z. r.. VI, 198.

1059. — II. De supremo bonorum ecclesiasticorum administratore. - Romanus Pontifex est omnium bonorum ecclesiasticorum supremus administrator et dispensator L

Haec suprema administratio Romano Pontifici competit vi primatus jurisdictionis, atque per eam omnia bona ecclesiastica dici possunt ad R. Pontificem, non ut dominum, sed ut dispensatorem pertinere principalem 2.

Et quia non dominus, sed dispensator est atque administrator, fas ei non est ecclesias aliasve in Ecclesia personas iuridicas suis bonis nudare ad ditandos consanguineos aut alios arbitrariis ex causis; bene vero potest, quotiens urgens subeat ratio pro commoditate vel utilitate boni spiritualis et religionis, imperare ut singulae personae morales sacrificium faciant suorum bonorum 3.

Romanus Pontifex directe non administrat de facto omnia bona ecclesiastica, sed solum bona Sanctae Sedis et haec eadem generatim non per se, sed per Romanae Curiae dicasteria, per Sanctae Romanae Ecclesiae Camerarium et Thesaurarium. In ceterorum vero bonorum administratione intervenit ipse leges quibus ipsa administratio regitur condendo et sibi aliquos actus reservando 4.

1060, — III. De administratione Ordinariorum δ. - Ordinarius suae mensae bona administrat et insuper bona ad dioecesim, ens iuridicum qua tale pertinentia, per se vel per alios a se deputatos 6.

Quod autem ad bona aliarum personarum juridicarum in dioecesi cxsistentiiun atque ab eius auctoritate dependentium 7 attinet, Ordiuarius tanquam summus administrationis ordinariae inspector atque ordinator, salva legum universalium observantia, considerari potest 8.

1 C. 1518.

2 S. Thomas, 2-2. qu. 100, art. 1, ad sept.; Santamaria, *l. c.,* IV 363-363; Augustine,

3 Benedictus XIV, Epist. * *Cum cncyclicas* >, 21 Mali 1751 apud Gasparri. *Fontes,* 11, n. 438, § 4.

1 Wernz, *l. c.,* III, 150; cfr. cc. 262; 1532;

5 Pro Italia videndae sunt Litterae circulares S. Congregationis Concilii ad locorum Ordinarios, de administratione bonorum beneficialium ct ecclesiasticorum, ad normam iuris canonici et concordati II Februarii 1929. Cfr. S. C. Concilii, 20 Iunii 1929. *A. A. S.,* XXI» 384-137; ct etiam: *Dispositioni per la custodia c conservatione dcyli oggeiti* ccc. 24 Alaii 1939. *A. A. XXXI,* 266-268.

6 Wernz, *l. c.,* III, 151.

7 Bona religiosorum, atque societatum religionibus asslmilatarum suis normis in libro secundo expositis reguntur.

8 Aichner-Fricdle, Z. *c.,* § 225. Wernz, *l. c.,* III, 151, Ordinarium supremum administratorem appellat quem proinde Vermeersch, *Epitome,* II, 840, reprehendit et merito, ut videtur; Ordinarius enim invalido ad se omnium personarum in sua dioecesi exsistentium bonorum, administrationem revocaret. Aliquo tamen sensu administrator etiam dici potest omnium bonorum quae proprio administratore carent, i. c., eorum bonorum quae causae piae in genere donata vel legata sunt· At etiam in hoc casu eius administratio ad hoc restringitur ut unicuique causae piae proprios deputet administratores; ipse vero non administret, sed administratlonem Inspiciat ct observet. Cfr. l. 45, § 3, C. 1, 3; Ferrini, *Manuale di Pandette3,* n. 82; coi concordat noster Codex c. 1521. Dc Mcester, *l. c.,* III, n. 1173, nola 5, quaestionem utrum Ordinarius sit supremus administrator in sua dioecesi appellat *litem de verbis;* ipse vero tenuinologiam P. Wernz sequitur.

De vigilantia per Ordinarios exercenda. - Loci Ordinarii est sedulo advigilare administration! omnium bonorum ecclesiasticorum quae in suo territorio sint, salvis legitimis praescriptionibus, quae eidem potiora iura tribuant l.

Ordinariorum vigilantiam complent ius visitandi et ius rationum redditionem exigendi2, atque eorum potestas extenditur etiam ad bona fabricarum ecclesiarum quae forte aeditui per collectas collegerint aut sponte a fiuelibus oblata fuerint3.

Jurisdictioni Ordinarii subducuntur bona religiosorum iuxta ea quae alibi explicavimus 4, item bona exempta, nisi forte Ordinarius etiam in istis ei legitima praescriptione potiora iura acquisierit; potiora autem iura acquiri etiam circa aliarum personarum bona ex tabulis fundationis possunt5.*

Porro ad Ordinarium ex iure communi pertinet in pios usus erogare reditus bonorum qui vel ad peculiarem usum non fuerint ab oblatore vel fundatore destinati, vel qui, oneribus a fundatoribus impositis satisfactis, supersunt

Potest etiam Ordinarius exigere ut clerici, quibus donata sunt bona ad causas pias, actus a lege civili impositos ut haec bona in dominium transeant Ecclesiae, ponant 7,

2° De normis pro administratione ab Ordinariis edendis. · Habita ratione iurium, legitimarum consuetudinum et circumstantiarum, Ordinarii opportune editis peculiaribus instructionibus intra fines iuris communis, universum administrationis bonorum ecclesiasticorum negotium ordinandum curent 8.

Ius commune cuius rationem Ordinarii habere debent et intra cuius fines continetur Ordinariorum potestas, hoc praesertim titulo explicatur et passim in Codice.

Iura autem sunt praesertim iura subiectiva, quae vel concordatis vel praescriptione vel privilegii concessione nituntur.

1061. — IV. De Consilio Administrationis dioecesano. I 1° De eiusdem constitutione. - Ad negotium administrationis bonorum ecclesiasticorum rite ordinandum et obeundum quilibet Ordinarius in sua civitate episcopali Consilium instituere debet 9, quod constet praeside, qui est ipsemet Ordinarius, et duobus vel pluribus viris idoneis, iuris etiam civilis, quantum fieri potest, peritis, ab ipso Ordinario, audito Capitulo, eligendis, nisi iure vel consuetudine peculiari iam alio aequivalenti modo legitime fuerit provisum L

Quod iam ante Codicem pro determinatis regionibus iure particulari a Sancta Sede fuerat statutum, nunc lex universalis evasit; attamen si bonae administration! iam provisum fuerit per modos aequivalentes, constitutio Consilii non obligat. Modi aequivalentes essent consilia varia in dioecesi iam erecta ad modum fabricarum ecclesiarum 2.

Circa personas quae in Consilium administrationis adscisci possunt nihil statutum est, nisi quod idoneae esse debent; idoneitas vero ex scientia iuris canonici et civilis nec non ex moralitate et fama personarum metienda est. Haec si habeantur, etiam laici ex iure Codicis eligi possunt, ut videtur 3.

Praeterea citra Apostolicum indultum a munere administratoris excluduntur, qui cum Ordinario loci primo vel secundo consanguinitatis vel affinitatis gradu coniuncti sunt 4.

2° Quando Consilii suffragium necessarium sit. - Loci Ordinarius in administrativis actibus maioris momenti Consilium administrationis audire ne praetermittat; huius tamen sodales votum habent tantum consultivum, nisi iure communi in casibus specialiter expressis vel ex tabulis fundationis eorum consensus exigatur 5.

Actus maioris momenti in quibus Consilium audire debet Ordinarius loci suat praevii tractatus ad alienationes faciendas, ad vigilantiam super administrationem singularum personarum moralium, oblationum, collectarum, ad revisionem redditionum rationum quas singulae personae singulis annis ad Ordinarium mittere debent8.

Oonsensus Consilii requiritur· ex iure communi pro alienatione quam facere vult Ordinarius loci ultra mille libellas, at infra triginta millia libellarum 7.

Sive Consilium deliberativum sive consultivum suffragium habet, suffragatio tamen eius semper ad valorem actus ad normam iuris requiri videtur 8.

1 C. 1519, s 1.
2 C. 1515.
3 Litt. Apost. PU VII, 24 Aug. 1822 in *Collectanea* S. C. De Prop. Fid., I, η. "73.
4 Cfr. cc. 615, 501, 5 1; 531 sq.
0 S. C. De Prop. Fid. 1 April. 1816 ad 2; Santamaria, *l. c.,* IV, 363-364.
e S. C. De Prop. Fid. 13 Ian. 1794 in *Collectanea* S. C. De Prop. Fid., I, 617.
7 S. C. De Prop. Fid. 27 Mail 1881 in *Collectanea,* II. 1553.
' C. 1519, i 2.
9 Codex revera habet simpliciter *instituat;* at ex contextu atque oχ rei momento obligatio gravis agnosci illi verbo videtur; ita etiam Blat, *l. c.,* IV. n. 13 4, pag. 530; Vermeersch, *Epitome, II,* 811; Augustine, *l.* c., ~~VI~~; Huring, *l. c.,* 5 180, pag. 697.

1 C. 1520, § 1. In missionibus consultores ildcm esse possunt qui electi sunt pro Consilio Missionis (Praefectus S. C. De Propaganda Fido, 13 lunii 1921, Cfr. Sartori, *Enchiridion,* can. 1520).
2 Huiusmodi consilia iam in aliquibus regionibus Germaniae ante Codicem viguisse testantur auctores illarum regionum; cfr. Eichmann, *l. c.,* pag. 490, nota 4; Haring, *l.* c., p. 697, nota 6; requiritur tamen ut modus aequivalens habeatur quod consiliariorum opera revera habeatur; ita Augustine, *l. c.,* VI, 580. Consilium administrationis iure praescriptum fuit· primum pro vicariatibus apostolicis Indiarum orientalium, 8 Sept. 1869 in *Collectanea* S. Coug. De Prop. Fide, II, 1346, 27; deinde vicariatibus apostolicis imperii sinensis 18 Oct. 1883 in *Collectanea...,* II, 1606, XIV.
3 Augustine, *l. c.,* VI, 581; Blat, *l. c.,* IV, n. 434, pag. 530.
' C. 1520, § 2.
5 C. 1520, § 3.
4 Cfr. Instruet. S. C. De Prop. Fide, 18 Oct. 1883 in *Collectanea...,* II, n. 1606, XIV.
7 C. 1532, § 3; cfr. etiam c. 1533.
4 Cfr. o. 105, n.I ; ita etiam Blat, *l. c.,* IV, 434, pag. 532; Eichmann, *l. c„* pag. 490; Ferrees, *Institutione.'!...,* II, 190, contra Vermeersch, *Epitome,* II, 841, ubi iu verbis *ne praetermittat* monitionem tantum agnoscit.

3° De obligatione consiliariorum emittendi iusiurandum. - Sodales Consilii administrationis antequam officium ineant vel in ipsa officii susceptione iusiurandum de munere bene et fideliter adimplendo coram Ordinario emittant 1.

1062. — V. De aliis administratoribus personarum moralium inferiorum. - 1° Qui, qua ratione eligendi. - Singulae personae ecclesiasticae proprios habere debent administratores qui administrationem nomine Ecclesiae non Status gerant. Designatio autem administratorum plerumque iure communi fit directa legis designatione 2 vel concessione facultatis eligendi ipsos administratores 3.

Si bona ecclesiastica quae ad aliquam ecclesiam 4 pertinent proprium administratorem modo a iure definito designatum vel designandum aut ex tabulis fundationis determinatum vel determinandum non habeant, Ordinarius loci debet 5 ad id assumere viros providos, idoneos et boni testimonii, quibus, elapso triennio, alios sufficiat 6, nisi locorum circumstantiae aliud suadeant 7.

Ultima clausula, *nisi locorum...,* videtur esse referenda, ex mente legislatoris, non ad totam hanc paragraphum, ita ut Ordinarius possit pro suo arbitrio administratorem pro singulis personis non designare aut omnium personarum juridicarum adniinistrationem Consilio diopcesano, praetermissa designatione aliorum administratorum, committere, sed solum ad ultimum comma quo duratio in officio ad triennium restringitur 89 Laicus nequit ipse solus designari administrator bonorum ecclesiasticorum; fas tamen est vel ex legitimo fundationis seu erectionis titulo, vel ex Ordinarii loci voluntate ei permittere ut una cum clericis partes quasdam ° *in* administratione aliqua ecclesiastica determinata exerceat. Nihilominus etiam in hoc casu luiivcrsa administratio, cum ecclesiastica sit, nomine Ecclesiae facienda est, ac salvo iure Ordinarii visitandi, exigendi rationes et praescribendi modum administrationis 10.

1 C. 1520, s 3.

2 Cfr. e. g. cc. 1182 ct sq& ubi de administratoribus ecclesiarum vel oratoriorum publicorum; cc. 1476 sq. circa adniinistrationem beneficiorum; c. 1489, § 3 ubi de hospitalibus etc.

3 Cfr. cc. 410; 532; 689; G91; 697.

4 Cfr. c. 1498.

5 Licet Codex hoc verbum *debet* non habeat, intelllgunt tamen communiter auctores veram obligationem u verbo *assumat* designari; cfr. Blat, *I. c.t* IV, 435, pag. 531-532; Ferreres, *L* c., U. 491; Eichmann, *L c.,* pag. 490; Haring, *L c.,* § 189, pag. G97-698; Cocchi, *I. ft,* VI, 303; Augustine, *L* c., VI, 582.

• Hiring. Z. c., § 189, pag. 697-698, intellegit hanc Codicis praescriptionem eo sensu quod Ordinarius teneatur Consilium administrationis apud unamquamque ecclesiam instituere; hic tamen non videtur sensus a legislatore intentus; sufficit ut unaquaeque persona singularem habeat ad ministratorem; ita etiam Blat. Z. c., IV, n. 135. pag. 532: Ferreros, Z. c., II, 491.

7 C. 1521, *I* 1.

8 Ita etiam Blat, Z. c., IV, 435. pag. 533.

9 Non universum administrat Ionem; Blat, Z. c.» IV, 135, pag. 533

10 C. 1531, i 3.

AdministratorcH rnale adininmtrajitftH Ordinarii removere possunt etiarn triennio non completo J.

2° Obligationes administratorum ab Ordinariis designatorum. - Antequam administratores bonorum ecclesiasticorum, de quibus in c. 1521, suum munus ineant:

a) Debent se bene et fideliter administraturos coram Ordinario loci vel vicario foraneo iureiurando cavere;

b) Fiat accuratum et distinctum inventarium, ab omnibus administratoribus subscribendum, rerum immobilium, reruni mobilium pretiosarum aliarum ve cum descriptione atque aestimatione earundeni; vel factum antea inventarium acceptetur, adnotatis rebus quae interim amissae vel acquisitae fuerint 2;

c) Huius inventarii alterum exemplar conservetur in tabulario administrationis, alterum in archivo Cimae; et in utroque quaelibet immutatio adnotetur quam patrimonium subire contingat 3.

1063. — VI. Officia et iura administratorum bonorum ecclesiasticorum generalia. - 1° Normae communes et generales. - Administratores bonorum ecclesiasticorum diligentia boni patrisfamihas l suum munus implere tenentur; ac proinde debent:

«) Vigilare ne bona ecclesiastica suae curae concredita quoquo modo pereant aut detrimentum capiant s;

b) Praescripta servare iuris tam canonici quam civilis, aut quae a fundatore vel donatore vel legitima auctoritate imposita sunt 6;

Ojetti, *Si/iurpsis,..,* v. *Administratio,* n. 182 et 184.

2 En qua ratione haec in dioecesi Cavensi ad praxim redacta sunt: · Infra tres menses ab his synodalibus constitutionibus promulgatis, ecclesiastici Administratores, qui nullum adhuc inventarium bonorum seu mobilium seu immobilium Nostrae Curiae exhibuerunt, tenentur illud conficere iuxta regulas iam alias a Nobis datas, eiusque exemplar Curiae trudere. Quae inventaria atque plateae antiquitus confecta incompleta nunc reperiantur, diligenti revisioni subiiciantur, atque redituum imminutiones vel uugrmenta adnotentur, adnotationesque pariter singulis exeuntibus aimis Curiae communicentur ». *Synodus dioecesana Cavensis, a.* 1921, n. 553-551.

3 C. 1522, n. 1-3.

4 Huius dictionis ea est vis ut diligentem ct prudentem administratorem designet, qui scilicet de bonis quae administrat diligentem curam habeat, nec eam solam quam communiter homines in suis rebus adhibere solent; cfr. Haring, Z. c., pag. 698, nota 3; Eichmann, Z. c., pag. 491, nota 4.

5 C. 1523, n.I; Ordinarius potest modos determinatos custodiendi res seu bona excludere aut determinatas cautiones exigere: cfr/e. g. *Synodum dioccesanam Carensem,* n. 555-556: • Vasa sacra, aurea vel argentea, res pretiosae, indumenta ct sacra paramenta, quae ad ecclesiam pertinent, ne cuiquum privatae familiae custodienda tradantur, sed tutiori quo potest modo ab ipsis ecclesiarum rectoribus custodiantur. Si quo in casu peculiari, prudentius visum fuerit ecclesiae thesaurum privatae familiae committere, quae omni suspicione superior nullum periculum timere sinat, ad omnem in posterum contestationis causam ciun heredibus praecavendam, quam maximae adhibeantur cautiones »; cfr. etiam *Synodum dioecesanam Clararrnstm secundam,* a. 1921, n. 505.

6 C 1523 n 2· quaenam praecipuo praescripta in singulis casibus servanda sint a .synodh dio-eJsanis determinatur; cfr. *Synodum dioccesanam Miuudcnsnn,* a. 1919, d. 821.

c) Peditus bonorum et proventus accurate et insto tempore exigere exactosque loco tuto servare et secundum fundatoris mentem aut statutas leges vel normas impendere ‘;

d) Pecuniam ecclesiae, quae de expensis supersit et utiliter collocari potest, de consensu Ordinarii, in emolumentum ipsius ecclesiae occupare 2;

f) Accepti et expensi libros bene ordinatos habere 3;

/) Documenta et instrumenta, quibus iura ecclesiae in bona nituntur, rite ordinare et iu ecclesiae archivo vel armario convenienti et apto custodire; authentica vero eorum exemplaria, ubi commode fieri potest, in archivo vel armario Curiae deponere ‘.

Administratores qui administrare ex officio non tenentur, ius habent pro officio administrationis quod exercent ad iustam mercedem 5.

1064. — 2° De obligatione speciali iustam mercedem operariis assignandi. - Omnes, et praesertim clerici, religiosi et rerum ecclesiasticarum administratores, in operum locatione debent assignare operariis honestam iustamque mercedem; curare ut iidem pietati, idoneo temporis spatio, vacent; nullo pacto eos abducere a domestica cura parsimoniaeque studio, neque plus eisdem imponere operis quam vires ferre queant neque id genus quod cum aetate sexuque dissideat ·.

Canon iste sociological humanitatem Ecclesiae erga operarios valde commendat; in ipso Ecclesia in mentem revocat omnium qui operariorum opera utuntur iuris naturalis et etiam positivi observantiam circa obligationes erga operarios. Merces insta ex iustitia commutativa ea erit dicenda quae valori correspondet qui ex labore ad materiam elaboratam accrevit, isque sufficiens saltem semper esse debebit ad individualem ipsius operarii sustentationem honestam atque decentem.

Insuper sin minus ex iustitia commutativa, ex iustitia saltem legali obligatur conductor operarum operariis assignare etiam mercedem *familiarem* quae scilicet sufficiens sit ad honestam familiae, quae quinque aut sex membris constet, sustentationem

1 c. 1523, n. 3.
1523, n. 4.
1523, u. 5.
1523, n. 6.
5 Ojetti, *Synopsis.·.,* v. *Administratio,* n. 190.
6 C. 1524.
7 Leo XIII, Litt. Encycl. « *Rcrum novarum* », 15 Mali 1891; Ferreres, *Institutiones..^* II, 495; Noldln, *De praecepïisle,* ŋ. 610 sq.; Vermeersch, *Theologiae...,* II, 484; Mackscy, *Argumenta sociologica ad usum privatum...,* 1918, pag. 75 sq.; Augustine, *Z. c.,* IV, 585. Hoc loco Santamaria, *l. c.*. IV, 368, occasionem arripit docendi ab administratoribus ecclesiasticis concedi non posse operariis compurtlcipationem utilitati laborum, quia, ait ipse, id esset alienatio. Quod tamen non probatur.

1065. — 3° **De obligatione rationem Ordinario reddendi. -** Reprobata contraria consuetudine, administratores tam ecclesiastici quam laici cuiusvis ecclesiae etiam cathedralie aut loci pii canonice erecti aut confraternitatis singulis annis officio tenentur reddendi rationem administrationis Ordinario loci.

Si ex peculiari iure aliis ad id designatis ratio reddenda sit, tunc etiam Ordinarius loci vel eius delegatus cum his admittatur, ea lege ut aliter factae liberationes ipsis administratoribus minime suffragentur **1**

Reprobatur hoc canone contraria consuetudo; privilegia autem si quae sint in usu non revocantur2; ecclesiae exemptorum regularium rationem reddere non tenentur nisi sint paroeciales aut beneficio incorporatae 3.

Confraternitates hic accipiuntur· pro qualibet associatione fidelium in personam iuridicam erecta I etiam quae in ecclesiis regularium erectae sunt 5.

Causae piae seu piae fundationes in domibus regularium exemptorum clericalium non videntur hoc canone ligarie.

Illi qui rationes reddere debent suae obligationi non satisfaciunt praesentando aliquas paginas etiam manu propria firmatas aut conscriptas, sed omnino praesentare debent fibrum rationum qui contineat data et accepta, ex qua causa nomination, et qua die 7.

Ad redditionem rationum Ordinario faciendam tenentur etiam loca pia quae sub regum protectione sunt, quamvis haec loca, si a primaeva sua fundatione in hac protectione inveniantur, a visitatione Ordinariorum exempta sint 8.

Si administratores longe distent a civitate episcopali seu a loco residentiae Episcopi, non debent cum magno suo incomτηodo adminisfratorps cum libris revidendis ad civitatem accedere episcopalem, sed redditio rationum in loco Ordinario aut eius delegato facienda erit9, nec potest Ordinarius mercedem pro revisionis labore exigere, sed hoc gratis praestare debet10.

Ordinarius habet non solum ius ad redditionem rationum post factum, sed etiam ius in deliberationibus faciendis interveniendi u.

Loca pia simpliciter dicta, idest, quae non sunt religiosa, seu non sunt canonice ab Ordinario aut alio competente Praelato ecclesiastico erecta in personam moralem, ad redditionem rationum non tenentur12.

1 C. 1525, § 1-2.
2 C. 4; Blat» *l. c.,* IV, 439, pag. 538; Cocchl, *l. c.,* VI, 206.
3 Augustine, *I. c.,* VI, 586; Vermeersch, *l. c.,* II, 843; Blat, *Z. c.,* VI, 439. Cfr. vol. I, n. 635.
1 Blat, Z. c., IV, 439, pag. 538; Cocchl, *Z. c.,* VI, 206; Eichmann, Z. c., 492; Haring, Z. r., pag. 698, nota 6.
5 Augustine, Z. c., VI, 587.
6 Cfr. quae supra de hoc diximus n. 1028; severius Augustine, Z. c., VI, 586-587; cfr. etiam Reiffenstuel, Z. c., **III,** 36, 7.
7 Ojetti, *Synopsis r. Administratio,* n. 189; Ferraris, *Bibliotheca* v. *Administratio* n. 22 ct sq.
8 Ferraris, 12 sq.; Augustine, *Z. c.t* VI, 587; Blat, Z. c., n. 400, pag. 481.
9 Ferraris, Z. c., n. 19 sq.
10 Ferraris, *ibidem,* n. 26.
11 Ferraris, *I. c.,* n 9.
12 Ojetti, *Synopsis* v. *Loca pin,* n. 2667 et *Bona ecclesiastica,* n. 655.

Rationum redditio aliis praeter Ordinarios facienda praecipi potest sive in tabulis fundationis, sive ex iure particulari etiam consuetinline inducto, sive etiam ex statutis particularibus personae moralis *

1066. — 4° De necessitate licentiae ad inchoandam litem. - Administratores litem nomine ecclesiae ne inchoent vel contestentur, nisi licentiam obtinuerint scripto datam Ordinarii loci, aut saltem, si res urgeat, vicarii foranei, qui statim Ordinarium de concessa licentia certiorem reddere debet 1.

1067. — 5° Ad quos actus se extendat ordinaria administratorum potestas. - Nisi prius ab Ordinario loci facultatem impetraverint, scriptis dandam, administratores invalide actus ponunt qui ordinariae administratioms fines et modum excedant.

Ecclesia non tenetur respondere de contractibus ab administratoribus sine licentia competentis Superioris initis, nisi quando et quatenus in rem suam versum sit3.

Inter actus qui ordinariam administrationem excedunt hi possunt enumerari: hereditatem, legata, donationes sollemniter factas vel fundationes acceptare, aut iisdem renuntiare; bona immobilia emere, vendere, permutare, hypothecae subiicere, oppignerare, servitutibus above modo onerare, aut ultra trium annorum spatium locare res ecclesiae immobiles; vendere, permutare, oppignerare vel alio quovis modo a destinatione sua avertere obiecta artificiosa, monumenta historica aliave mobilia alicuius magni momenti; magnas pecuniae summas mutuo accipere; transactiones afiosque contractus onerosos facere; aedes ecclesiasticas excitare, diruere, aut nova forma induere, et reparationes extraordinarias facere; coemeteria condere; facere aut supprimere parochiales, sive ad rem ecclesiasticam parochiae pertinentes, institutiones; imponere capitationem; collectas inducere, aut eas quas habet ecclesia, aliis donare » 4.

Ecclesia tenetur solum in quantum in rem sicam versum est, significat ecclesiam seu personam moralem responsabilem esse erga tertiam personam quae illegitime cum suo administratore contraxit, solum in ea mensura in qua *ex* contractu illegitimo sibi aliquis favor evenit ; et proinde tertiae personae *actio cie iu rem verso* competit ad repetendum vel ad reparandum solum in eadem mensura 5.*

1 Cfr. Claeys Bouuaert-Simenon, *l. c.,* n. 1014.

? C. 1526; quod iure particulari ante Codicem iam statuebatur pro pluribus locis id iure Codicis lex universalis evasit; Wernz, Z. c., III, 153.

3 C. 1527, 5 1-3.

4 Cfr. S. C. De Prop. Fid. 21 Aug. 1856, in *Collectanea,* I, ŋ. 1127; Augustine, *l. c.,* VI, 589. Cfr. etiam De Meester, Z. c., n. 1479.

5 Cfr. Bonfante. *tstituzioni di diritto remano',* 5 56, pag. 171-172; Eichmann, Z. c., p. 211, et 492; Haring, Z. c., pag. 698, nota 8.

1068. — 6° De obligatione exercendi munus administratoris. - Etsi ad administrationem non teneantur titulo beneficii vel officii ecclesiastici, administratores qui munus expresse vel tacite susceptum arbitratu suo dimittunt ita ut damnum exinde ecclesiae obveniat, ad restitutionem tenentur ».

Hoc canone ius novum commune statuitur, quo quorumlibet administratorum ecclesiasticorum, eorum etiam qui tacite tantum officium administratoris susceperunt, e. g., susceptione alterius officii vel beneficii, ut parochi «i paroeciali beneficio aliquod ecclesiasticum institutum unitum sit, responsabilitas iuridica et moralis extenditur, atque contra eos personae morali damnum passae actio de damno infecto conceditur 2.

TITULUS XXIX.

De contractibus

1069. — I. Canonizatio legum civilium circa contractus. - Quae ius civile in territorio statuit de contractibus tam in genere, quam in specie, sive nominatis, sive innominatis, et de solutionibus, eadem iure canonico in materia ecclesiastica iisdem cum effectibus serventur, nisi iuri divino contraria sint aut aliud iure canonico caveatur 3.

1° Contractus definiri potest: duorum pluriumve in idem placitum et consensus, obligationem ex iustitia commutativa saltem in una contrahentium parte inducens 4.

Ad quemlibet contractum haec requisita essentialia requiruntur: Contrahendi capacitas; validus contrahentium consensus; obiectuni aliquod determinatum quod contractus materia esse possit; causa licita ad se ex contractu obligandum 5.

Contractus dicuntur *bilaterales* quando in contrahentibus ultro citroque habetur obligatio e; *unilateralis* est contractus quando altera tantum pars

C. 1528.

² C. 1678... si iorte evenerit ex alia re quacunque.

³ C. 1529.

4 Cfr. Badii. Z. c., II, 600; Ferrinl, *Manuale di Pandeltc3,* n. 520 ubi banc dat definitionem: · L'incontro ed il consenso di due o più persone diretto a costituiro un'obbligazloiu e a rendere l'una debitrice dell'altra « et ibidem in notis 4 et 5 pag. 655 ubi de quaestione utram quis possit cum seipso contrahere. Codex civilis italiens hanc dat contractus definitionem art. 1098: - Il contratto è l'accordo di due o più persone per costituire. regolare o sciogliere fra loro un vlncolo gluridico ».

5 Art. 1101 Cod. civil, ital.: cfr. Pacchioni, *Elementi di diritto civile7,* n. 421 sq.; Badii, L c., II, 601 eq.

8 Art. 1099, Cod. civ. ital.; quandoque obligatio ultro citroque est essentialis; quandoque vero accidentalis; Ferrinl, *l. c.,* 521.

erga alteram contrahentem obligatur obligatio autem etiam in hoc casu est ex iustitia. postquam contractus intervenit 2.

Contractus qui propriam habent denominationem *nominati,* qui vero non habent *innominati* vocantur; e. g., contractus nominati sunt emptio· venditio, locatio, depositum etc.; innominati sunt contractus qui his formulis enuntiantur: *do ut des, facio ut facias; facio ut des; do ut facias.*

Cuiusvis contractus rite initi effectus est obligatio iustitiae commutativae saltem in una contrahentium parte 3.

Theorias de contractibus in genere et in specie exponunt oivilistae et moralistae; nobis de his agere non vacat 4.

Solutiones proprie et stricte sunt idoneae et sufficientes debiti praestationes seu satisfactiones, tempore et loco convenienti legitime factae5.*

2° Valde commendat hic canon 1529 mitem spiritum Ecclesiae quae, licet possit· circa contractus sicut circa alia quae ad ipsam pertinent, suas leges ferre a civilibus forte legibus regionis discrepantes, tamen ne inutilis oriatur inter duas supremas potestates conflictus se ad iuris civilis dispositiones remittit leges civiles canonizando. Vis autem huiusmodi *canonizationis* ea est ut leges omnes civiles possint vi huius canonis ut leges ecclesiasticae considerari earundemque locum teneant, eum exceptionibus in canone appositis 89

Cum habilitas personarum ad ineundum contractum ut essentiale requisitum necessaria sit, nisi exceptio iure divino aut positivo canonico probetur ', etiam leges civiles quae personarum habilitatem ad contrahendum determinant aut restringunt vi huius canonis canonizari videntur 8.

Xotanda tamen est clausula qua declaratur in casu conflictus inter legem civilem et canonicam, legem canonicam servandam esse et praevalere deberes.

1070. — II. De alienatione bonorum ecclesiasticorum. · 1° Alienationis notio et liceitas. - *a)* «Alienatio non solum denotat omnem actum legitimum quo bonum temporale ex dominio directo alicuius ecclesiae vel instituti ecclesiastici in dominium alterius subiecti sive ecclesiastici sive saecularis transfertur, sed etiam comprehendit illos actus legitimos, quibus bona ecclesiastica, retento dominio directo, quoad dominium utile vel usumfructum transferuntur aut aliis iuribus in illa concessis periculo amissionis exponuntur, aut ad longius tempus directae possessioni Ecclesiae subtrahuntur aut generarim peioris conditionis fiunt » L

Comprehendit proinde alienatio in sensu a Codice intellecto: actus quibus transfertur *ius in re,* ut donationem, venditionem, permutationem, datio-nem iu solutum, cessionem litis iuris aut actionis iam quaesitae; actus qui alienationem praeparant ut pignus, hypothecam specialem, compromissum, transactionem; actus quibus transfertur dominium semiplenum ut infeudationem, emphyteusim, locationem diuturnam, constitutionem usus, usumfructum, servitutes 2.

Non venit vero nomine alienationis simplex lucri repudiatio etiam sine causa facta illicite ab administratore; nec emptio quae fiat pecunia quae nondum est stabile *capitale* 3, nec item debiti solutio eadem pecunia facta, nec mutuo accepta aut fructuose et secure data pecunia; nec item furtum aut iniusta damnificatio quae aliquo delicto commissa fuerit4.

Congruenter ad haec quae iam ante Codicem vel ex claris inribus vel ex communi doctorum opinione vigebant, Codex haec statuit: Sollemnitates ad normam canonum requiruntur non solum in alienatione proprie dicta, sed etiam in quolibet contractu quo conditio Ecclesiae peior fieri possit s.

Et quia conditio Ecclesiae peior non fit alienatione vel distractione alicuius veteris supellectilis, e. g., paramentorum, sacrorum, ad novam comparandam aeque saltem pretiosam; nec praedii forte non exigui at plus incommodi quam, utilitatis Ecclesiae afferentis, huiusmodi rerum alienationes docent auctores non subiici sollemnitatibus nec nomine alienationis in sensu canonum venire e. Alienatio e contra habetur etsi fiat de persona morali ecclesiastica ad aliam item ecclesiasticam 7.

ά) Cum res ecclesiasticae, etiam quae sacrae non sunt stricto sensu, aliquam tamen ex ipsarum destinatione, destinantur enim ad finem spiritualem ipsius Ecclesiae, consecrationem consequantur et ea quae semel Deo eiusque servitio dicata sunt ad alios usus distrahi

1 Art. 1110.
2 Badii, Z. *c.,* II, 600, *a.*
3 Badii, Z. *c.,* II, 603.
5 Qui plura desiderat adeat: Lessium, *De iustitia et iure,* lib. II, cap. 16; De Lngo, *Di iustitia et iure,* disputat. XXII et sq.; D'Annibale, *Summula,* II, 299 sq.; Wernz, *Ius dtcritalium,* III, 388 sq.; Badii, *l. c.,* II, 600 et eq.
5 Reiffenstuel. I. c., III. 23, 2-3.
e Wernz, Z. c., I, 57 et 195.
7 Cfr. c. g. cc. 100, § 1; 1496, § 1; 1513, § 1 etc.
8 Cfr. tamen Vermeersch, *Epitome,* II, 850 ubi de hoc dubitare videtur.
9 Cfr. De Meester, *l. c.,* II, n. 1481, ubi varii casus conflictus plerumque contingentes afferuntur.

1 Wernz, *l. c.,* III, 154; Reiffenstuel, Z. c., III, 13, 3-3; Aichncr-Friedie, Z. *c.,* § 362; Sflgmüller, Z. c., II, § 199; Augustine, Z. c., VI, 593 sq.; De Meester, Z. *c.,* III, n. 1482; Moersdorf, *Dii SecMssprachc...,* p. 273-274.
2 Cfr. c. unie. 3, 4 in extrav. conv.; Aichnor-Frledle, Z. c., § 236; Wernz, Z. c., III, 154; Santamaria, Z. c., IV, 371-372; Augustine, Z. *c.,* VI, 592-593; Vromant. Z. c., n. 173, pag. 186; Claeys Bonuacrt-Simenon, Z. c., n. 1018; De Meester, Z. c., n. 1482.
3 Vermeersch, *Epitome,* II, 851; contra Prümmer, Z. c., 451.
1 Vermeersch, Z. *c.,* II, 851; Prftmmer, Z. c., 451; Ojetti, *Synopsis...,* v. *Alienatio,* n. 300.
s C. 1533.
* Cfr. D'Annibale, *Summula,* W, 79; Ojetti, Z. *c* n. 300.
7 Wernz, Z. *c.,* III, \\56; Ojetti, Z. *c.,* v. *Alienatio^* 296; Aichnor-Frledle, Z. c.. § 226, 2; Reif-[enstael, *l. c., III,* 13, 49-51; De Meester, Z. *c.,* III, n. 1482.

non congruat; alienatio quaelibet bonorum ecclesiasticorum regulariter ut prohibita consideranda est. Attamen huiusmodi congruentia tanta non est ut absoluto quamlibet alienationem prohibeat, et casus accidere possunt in quibus causae sat graves alienationem potius suadere videantur. Casus et causas huiusmodi sicut et universum negotium alienationis bonorum ecclesiasticorum legibus canonicis determinat Ecclesia, quae praeterea et alias cautiones seu sollemnitates in qualibet alienatione servandas praescribit *.

1071. — 2° Servanda in qualibet alienatione bonorum ecclesiasticorum. - Ad alienandas res ecclesiasticas immobiles aut mobiles, quae servando servari possunt, requiritur 1 aestimatio rei alienandae, iusta causa, licentia Superioris, et aliae insuper cautelae quae a Superiore in singulis casibus praescribuntur. De Ids quaedam singillatim 3.

Non subiiciuntur sollemnitatibus alienationes rerum mobilium non pretiosarum, nec pariter rerum immobilium non pretiosarum seu n inimi momenti; item aliarum rerum etiam pretiosarum immobilium quae donatae sint domibus religiosis possidendi incapacibus? ac tandem rerum quarumlibet donatarum ea conditione ut vendantur 4.

a) Qua ratione facienda sit alienatio ne ecclesia damnum patiatur. - a) Res alienari minori pretio non debet quam aestimaverint probi periti 5.*

Gravis certe obligatio, at non sub sanctione nullitatis alienationis ·.

β) Antequam ad alienationem procedatur, aestimatio rei alienandae a probis peritis facienda est atque scripto consignanda '.

Si de licentia Ordinarii aut Sanctae Sedis alienanda sit pecunia quae vel ex iure vel ex mente oblatorum ad finem determinatum esset investienda, quo in casu habetur vera alienatio pecuniae8, aestimatio ipsius pecuniae inutilis est nec proinde praecipitur facienda.

Periti autem aestimationem facientes maximum et minimum pretium

1 Cfr. Aichner-Friedle, *i. c.,* 226, 1-2; Sflgmüller, *l. c.,* II, § 199; Eichmann, *l. c.,* p.3W. 3; Augustine, *L c.,* VI. 591.
2 C. 1530, § 1.
3 Circa alienationes reliquiarum et imaginum pretiosarum videndus et servandus est c. 1231.
Cir. De Meester, I. *c.,* III, n. 1185.
C. 1531, J 1.
e Augustine, *l. c.,* VI, 596; Vromant, *l.* c., n. 283; De Meester, *l. c.,* n. 1185.
7 C. 1530, § 1, u. i.
8 Cfr. Ojetti, *l* c., v. *Alienatio»* n. 30U; BeiffenstueI, Z. c., III, 13, 15,

constituero possunt, atque sufficit ut saltem emptor rei alienandae minimum pretium solvat. Aestimationem erratam periti corrigere possunt L

Cum pluralis dictio in duobus peritis verificetur, duo sufficere videntur, qui aestimationem vel simul uniti faciant vel separatim 2.

γ) Alienatio fiat per publicam licitationem aut saltem nota reddatur, nisi aliud circumstantiae suadeant; et res ei concedatur qui omnibus perpensis plus obtulerit 3.

Notant auctores nostris diebus facile casus occurrere in quibus aliud suadeant circumstantiae in locis praesertim ubi auctoritas civdlie Ecclesiae auctoritati adversatur; in his casibus forte alienatio tutior fiet secreto 4. Celerum de hac re indicium Ordinario loci reservatur; nec ista validitatem alienationis tangunt 5.

‹5) Pecunia ex alienatione percepta caute, tuto et utiliter in commodum Ecclesiae collocetur' °.

Si ad aliquem finem specialem facta sit alienatio, aut Superior, qui licentiam ad alienationem faciendam dedit, modum collocationis determinavit, ratio ipsius collocationis iam determinata est. Si nihil horum verificetur, varios modos collocandi pecuniam adhibere fas est. Cum collocatio in hoc casu actus sit administrationis ordinariae, administrator in ea facienda ut diligens paterfamilias se gerere debet. Ex ea igitur pecunia praedia emere et cum primis rustica expedit; possunt cum ipsa nova aedificia exstrui etiam in proprio solo, immo et antiqua et cadentia reparari7.

Nostris diebus plerumque optima collocatio erit quae fit in censibus et titulis bancariis dummodo hac in re prudenter procedatur, et instituta bancaria tutiora adeantur. Utrum autem collocatio in titulis frugiferis bancariis aut statalibus facta mutari possit cum aliis titulis eiusdem generis, non vero eiusdem speciei, quaestio est, quam probabiliter affirmative resolvere possumus 8.

Non necessario is qui maiorem prae ceteris pecuniae summam in emptione rerum ecclesiasticarum offert ceteris emptoribus est eo ipso praeferendus; attendendum est etiam ad facilitatem solutionem pecuniae obtinendi et perpendendae omnes circumstantiae, ita ut ecclesia minori quo fieri potest modo gravetur· 9.

Valor collocationis pecuniae non tangitur etsi in collocatione securitas pecuniae non fuerit observata 10.

1 Vermeersch, *Epitome»* II, 853.
2 Blat, *l. c.,* IV, 446, p. 517; cfr. etiam cc. 1792-1805.
3 C. 1531, § 2.
4 Cfr. Vermeersch, *Epitome,* II. 853.
5 Augustine, Z. *c.,* VI, 596; Claeys Bouuaert-Simenon, Z. *c.,* n. 1020.
β f 1531, § 3.
7 Cfr. D'Annibale, Z. *c.,* III, 80, nota 37.
8 Cfr. Vermeersch, *Epitome,* II, 852-853; cfr. etiam c. 1539, § 2; cfr. etiam vol. I, n. 200.
3 Cfr. Vermeersch, *Epitome,* II, 853.
10 Augustine, Z. c., VI, 596-597.

&) De causa necessaria ad alienationem. - Ad quamlibet alienationem bonorum ecclesiasticorum 1 iusta causa requiritur; instas autem causas enumerant Codex et auctores, *urgentem necessitatem,* e. g., si urgeant creditores, si id lex aut index imponat, *evidentem utilitatem, e. g.,* si quid melius pecunia ex alienatione accepta comparari possit, *pietatem,* e. g., si pauperes alendi sint in aliqua publica calamitate aut captivi Uberandi, aut ecclesia ahqua necessaria aedificanda '.

Quaestio fiebat ante Codicem utrum iusta causa intervenire debeat solum curo Sanctae Sedis licentia postulatur an etiam quando exsecutioni alienatio mandatur; hoc ultimum affirmandum videtur 3.

Auctores ante Codicem iustam causam requirere videntur· solummodo pro alienatione rerum immobilium aut mobilium pretiosarum; Codex modo omnino generali requirit etiam pro rebus mobilibus. Certe tamen levior causa requiritur etiam post Codicem ad has quam ad Hias res alienandas 4.

Ante Codicem iustam causam ad valorem alienationis requirebant auctores; Codex id amplius non requirit5.

c) De licentia ad alienationem necessaria. - Ad quamlibet alienationem bonorum ecclesiasticorum quae servando servari possunt requiritur licentia legitimi Superioris, sine qua alienatio invalida est

a) Superior legitimus ad licentiam hanc concedendam est Sedes Apostolica, si agatur de rebus pretiosis, itemque de rebus quae valorem excedunt triginta millium libellarum seu francorum 7.

Quid sint res pretiosae iam supra definivimus 8.

Computatio libellarum aut francorum fieri potest, ut iam alibi diximus, ad valorem aureum eiusdem pecuniae seu nummorum °.

Licentia fion est necessaria, quia non habetur vera alienatio, si vendendi sint tituli quos administrator provisorie emit ex pecunia donata ad aliquem finem particularem, e. *g.,* ad organum vel campanas emendas 10.

1 Bona locorum piorum ab Ecclesia in personam moralem non erectorum ecclesiasti» non sunt; proinde in eorum alienatione regulae a Codice statutae servandae non sunt; D'Annibale, Z. e., III, 77; Ojetti, Z. *c.,* v. *Alienatio,* 300; Wernz, Z. c., III, 155.

2 C. 1530, 5 1, n. 2; D'Annibale, *l. c.*. III, 77 in nota 5; Reiffenstuel, Z. *c.,* III, 13, 18·22; Alchner-Friedle, Z. c., § 226; De Meester, Z. c., III, n. 1485. Si causa sit *extrema urgcnstucessitas,* dispensat ab aliis sollemnitatibus, etsi agitur de re immobili pretiosa; De Meester. *ibidem,* n. 1484.

3 Cfr. Ojetti, Z. *c.,* n. 302; cfr. tamen etiam c. 41.

4 Cfr. c. 1530, \$ 1, n. 2; Reiffenstuel, Z. c., III, 13, 17 sq.

5 Santamaria, Z. *c.,* IV, 371, confer tamen ibidem, pag. 374-375, quod non probatur; Vromant, Z. c., n. 283, pag. 302; Cocchi, Z. c,, n. 215; Claeys Bouuaert-Simenon, Z. *c.,* n. 1013; De Meester, Z. c., n. 1485; Augustine, Z. *c.,* VI, 595.

6 C. 1530, 5 1, n. 3; C. I. 21 Nov. 1920, *A. A. S.,* XII, 577.

7 C. 1532, § 1, n. 1-2.

8 Cfr. c. 1497, } 2; S. C. Concil. 12 Iui. 1919, *A. A. S.,* XI, 416 sq.; Haring, Z.f., pag. 699 nota 5 aûcrt. opinionem quod pretiosa ea res est quae 25 scutatorum aureorum valorem habet et 25 scutata aurea 500 circiter *marcis aureis* adaequat; cfr. supra n. 1034, uti * de c. 1497, § 2 loquuti simum

9 Cfr. etiam De Meester. Z. c.. IIT, n. 1487.

10 De Meester, Z. c., III, u. use.

Si agatur do alienanda re divisibili, in petenda licentia aut consensu pro alienatione exprimi debent partes antea alienatae; secus licentia irrita est1.

Haec paragraphus ad evitandas fraudes quibus cludi forte poterat expostulatio licentiae vel consensus introducta est. Requiritur ut res alienanda divisibilis aliqua saltem unitate physica, e. g., praedium, domus eiusdem variae contignationes (piani), vel morali *una* dici possit ad hoc ut haec iuris sanctio vim obtineat 2.

Insuper si eiusdem rei pars multis ante annis, ab alio forte administratore alienata legitime fuit, ita ut eius fere memoria alienationis perierit, quia nullum in hoc casu fraudis periculum haberi potest, reticentia antea factae alienationis valori licentiae aut consensus obstare non videtur 3.

Alienationem invalidam ob defectum licentiae hoc c. 1532 requisitae ad valorem, sanare nequit in radice Ordinarius, sed sanatio huiusmodi uni Sanctae Sedi reservatur 4.

Valor rei alienandae non ex pretio de facto ex alienatione percepto, sed ex pretio in aestimatione a probis viris facta, est aestimandus, ita ut si rei pretium viginti novem libellarum millia existimetur, licentia Romani Pontificis seu Sanctae Sedis non sit necessaria, licet in licitatione forte triginta quinque millia libellarum percipi possint5.

Nomine Sedis Apostolicae hac in re venit: S. C. Concilii; S. Congr. De Propag. Fide; S. C. pro Ecclesia Orient.; S. C. De Religiosis, ad normam Codicis 6.

Codex non requirit, quando licentia Sanctae Sedis est necessaria, ullum aliarum personarum consensum; at facile id ut conditio sine qua non apponi poterit a Sancta Sede in ipsa licentiae concessione.

β) Si agatur de rebus quae valorem non excedunt mille libellarum seu francorum, licentiam ad validam et licitam alienationem dare potest loci Ordinarius, audito administrationis Consilio, nisi res minimi momenti sit, et cum eorum consensu quorum interest 7.

Ii quorum interest sunt bénéficiaius, administrator, personae collegialis (•illegium 8, patronus, et ipsa persona moralis non collegialis, qua proinde vacante, alienatio bonorum eius ab Ordinario fieri non potest9.

Si plurium intersit nullius consensum supplere potest Ordinarius loci 10.

Clausula, *audito Consilio,* ad valorem ipsius alienationis referri videtur 11.

1 Cc. 1532, § 4; 43, § 1.

2 Cfr. Claeys Bouuaert-Simenon, Z. *c.,* n. 1021.

3 Cfr. etiam Blat, Z. c., 448, pag. 554.

4 Cfr. S. C. C. 17 LMaii 1919, *A. A. S.,* XI, 383 sqs. Cfr. etiam Vroiuant, Z. c,, n. 295, pag. 311: Claeys Bouuaert-Simenon, Z. c., n. 1031.

5 C. 1530, § 1, ŋ. 1; *Commissio interpr.* 24 Nov. 1930, *A. A. S.,* XII, 577.

6 Cc. 250: 353, § 3; 257, § 2; 351.

7 C. 1533, § 2.

8 Eichmann. Z. *c.,* 501, 3, *b;* Blat, Z. *c.,* IV, 448, pag. 553-553.

9 S. C. EE. et RR· 14 lannar. 1788, in *Collectanea* Bizzarri, pag. 40-41.

10 Vermeersch. Z. *c.,* II, 854.

11 Eichmann, Z. c., 501, 3, *b;* Blat, Z. c., IV, 448, p. 553: contra Vermeersch, *l. c.,* 354: cfr. supra n. 1060.

Res minimi momenti potest administrator alienare de licentia Ordinarii loci, at cum consensu eorum quorum interest. Valor minimi momenti erit res cuius pretium non multum excedat centum aut ducentas libellas.

Ex canonis dictione hoc e. 1532, § 2 videtur eorum quorum interest consensus requiri semper ad quamlibet, etia minimi momenti, alienationem. Hac proinde praescriptione facile explicari potest cur donaria votiva etiam minimi valons alienari nunquam possint sine Sanctae Sedis licentia L Votiva enim huiusmodi donaria eo quod Sanctis vel Deo facta seu oblata sunt, aliquam cum iisdem personis relationem obtinent ita ut imaginis Sancti, et per eius imaginem aut reliquias, ipsius etiam Sancti intersit ne donaria alienentur. Et cum solus Romanus Pontifex, vi supremae suae iurisdictionis, Dei vicariam potestatem obtineat, fit ut ipsius licentia ad alienationem huiusmodi donariorum etiam parvi et minimi momenti necessaria semper sit.

γ) Si agatur de rebus quarum pretium continetur, ex aestimatione duorum saltem proborum peritorum, intra mille libellas et triginta millia libellarum seu francorum, licentiam dare potest Ordinarius loci, dummodo 2 accesserit consensus tum Capituli cathedralis. tum Consilii administrationis, tum eorum quorum interest3.

Triplex consensus, de quo hic sermo est, ad valorem requiritur ipsius alienationis, ita ut Ordinarius loci nullius consensus defectum supplere possit; non requiritur tamen unanimis consensus Consilii aut Capituli, nec, ut videtur, etiam eorum quorum interest; sufficit ut maior pars uniuscuiusque classis personarum consentiat4.

Ordinarius loci alienationes quascunque, etiam quae ad ipsius pertinent de inre ordinario potestatem, male factas et ex aliquo defectu solleninitatiiin invalidas sanare non potest 5.

Ordinarius loci de quo in hoc canone est etiam Vicarius Capitularis, cui tamen non est potestas consensum seu licentiam dandi pro alienatione honorum meusac episcopalis 6; immo haec bona nec ipse Episcopus sine .Sanctae Sedis licentia alienare potest 7.

Circa consensum et formalitates requisitas in alienatione bonorum ad religiones pertinentium canonibus specialibus attendendum est 8. Docebant auctores ante Codicem posse alienari sine sollemnitatibus a iure praeceptis bona

1 Cfr. S. C. Concilii 12 Iulii 1919, *A. A. S.,* XI, 417 sq.; 14 lanuur. 1922, **J. J.** ö'., XIV. n. 161.

2 Hacc dictio *dummodo* in Codice valorem designat; cfr. c. 39; De Mcester, Z. c., III, n. 1487.

3 *C.* 1532, § 3.
Cfr. S. C. Concilii 14 lanuar. 1922, *A. A. S.,* XIV, 160; Clacys Bouuaert-SimeiMD, n. 1031.

5 S. C. Concilii 17 Mail 1919, *A. A. S.,* XI, 386 sq.
S. C. EE. et RR. 14 lunii 1788.
Cfr. formulam iuramenti ab Episcopo emittendi in *Pontificale rornano,* tlt. *De r^nte cratione electi in Episcopum:* « Possessiones ad mensam meam pertinentes non vendam, neque donabo, neque impignorabo, nec de novo infeudabo, vel aliquo modo alienabo, etiam cum consensu Capituli Ecclesiae meae, inconsulto Romano Pontifice ». Eichmann, Z. c., pag. 501·#!

8 Cfr. c. 534.

immobilia relicta religiosis possidendi incapacibus ut sunt Capuccini et Fratres Minores Observantes. Cum ex iure Codicis etiam nunc tales sint proprietatis incapaces, idem valere poterit si agatur de nova possessione acquirenda praeter eas quae ex privilegiis iam obtinent L

ô) *Dc cautelis in sinyulis casibus a Superiore praeceptis.* - Aliae quoque opportunae cautelae ab ipsomet Superiore pro diversis adiunctis, praescribendae ne omittantur, ut Ecclesiae damnum vitetur

1072. — 3° De actione iudiciali et poenis contra male alienantes. - *a)* De actione iudiciali. - Ecclesiae competit actio personalis contra eum qui sine debitis sollemnitatibus bona ecclesiastica alienaverit et contra eius heredes; realis vero, si alienatio nulla fuerit, contra quemlibet possessorem, salvo iure emptoris contra male alienantem 3.

Contra invalidam rerum ecclesiasticarum alienationem agere possunt qui rem alienavit, eius Superior, utriusque successor in officio, tandem quilibet clericus illi ecclesiae adseriptus, quae damnum passa sit 4.

Immo qui rem alienavit, successor et Superior agere ex *iustitia* debent; alii vero clerici solum ex caritate 5.

Si alienationis contractus sit nullus datur actio ob nullitatem actorum 6; si autem fuerit invalidus, et graviter laesivus, datur praeterea remedium restitutionis in integrum 7.

Actio personalis et actio realis experiri ambae possunt; at damni refectione obtenta una actione, alteram amplius experiri nequit ecclesia seu persona moralis 8.

b) **Poenae contra male alienantes.** - Si facta fuerit alienatio, ad quam ex supradictis necessaria fuisset licentia Sedis Apostolicae sine hac licentia, omnes qui in hoc scienter deliquerint sive dando, sive accipiendo, sive consensum praebendo excommunicationem nemini reservatam ipso facto incurrunt °.

1 Cfr. Ojetti, Z. c., v. *Alienatio,* n. 297; Aiclincr-Friedle, Z. c., § 226, 2; id post Codicem admittit Vermeersch, *Epitome,* II, 861.

2 C. 1530, § 2; cfr. e. g., *Synodum Miniatensem,* a. 1919, Constit. 827, § 4: «Pecunia ex alienatione perceptu in titulis Status vulgo « *Rendita di Stato* » collocanda est vel alio modo tuto et utili a nobis designando ».

Actionum duo genera sunt: *in rem* quae dicitur vindicatio *(actio realis): in personam* Quae condictio appellatur *(actio personalis).* Vindicaro significat aliquam rem ut suam asserere, condicere, prisca lingua, est idem ac expetere ut aliquid fiat. Cfr. § 15, I, 4. 6; Lega, *Praeit' ctiones in textum iuris canonici, De indiciis ecclesiasticis,* vol. I, *De indiens ecclesiasticis čtvi libus2,* 1905. n. 180; Santamaria, Z. *c., TV,* 374.

4 C. 1534, § 1-2.

5 De Mcester, Z. *c* III, n. 1488.

ь Cfr. cc. 1679 et sq.; Reiffenstuel, Z. *c.,* III, 13, 58.

7 C. 1687 sq.; Reiffenstuel, Z. c., III 50.
Reiffenstuel, Z. c., HI, 13, 69-154.

9 C 2317. n. 3; ofr. praeterea aims poenas, in eodem canone, ferendae sententiae: Pe Meestcr, Z. *c.* III, II. 1489.

1073. — III. Specialiter notanda circa alienationes in variis contractuum speciebus. - 1° Speciatim notanda in donatione. · *a) De donatione bonorum ecclesiasticorum ad extra.* - Praelati et rectores de bonis mobilibus suarum ecclesiarum donationes, praeterquam parvas et modicas secundum legitimam loci consuetudinem, facere ne praesumant, nisi iusta interveniente causa renumerationis aut pietatis aut Christianae caritatis; secus donatio a successoribus revocari poterit

Donatio est gratuita cessio alicuius rei in favorem alterius; potest autem esse inter vivos aut mortis causa prout effectus habet aut solum morte donantis. Hic canon agit de donatione inter vivos. Permittit autem generatim parvas donationes iuxta loci consuetudinem; maioris vero momenti si iusta intervenerit causa 1.

Codex excludere proisus videtur donationes de immobilibus fieri pos-e a Praelatis; attamen etiam id permittunt auctores, dummodo non multum excedant merita donatariorum et sollemnitates pro alienatione rerum ecclesiasticarum praescriptae serventur

Etiam religiosi, extra domum religiosam, beneficium cum libera administratione habentes parvas et modicas iuxta morem loci facere possunt donationes. Hoc valet etiam de religioso in conventu suo degente si habeat ibi administrationem *.

Donationem contra normas hic statutas non constat esse invalidam, sed solum rescindibilem 5. Invaliditas haberetur si deficerent ea quae ad valorem alienationum requiruntur °.

b) De (lunationibus jactis ecclesias. - a) Nisi contrarium probetur, praesumendum est ea quae donantur rectoribus ecclesiarum, etiam religiosorum, esse ecclesiae donata 7.

Hoc canone praesumptio iuris statuitur quam paulatim contra antiquum ius commune, quo omnes oblationes seu donationes a fidelibus intra fines paroeciae factae ad parochum pertinere dicebantur, ius novum introducit

Praesumptio autem iuris a Codice statuta facile elidi potest; si, e. g., antequam in ecclesia oblatio fiat declaretur et invitetur populus ad determinati finis collectam faciendam; item si collecta fiat in ecclesia ad imaginem ante quam finis determinatus in capsula inscribitur, vel saltem si id universim a populo sciatur; multoque magis si id oblator declaret expresse.

Generatim igitur ad indicandum utrum ecclesiae facta sit donatio an eiua rectori vel Superiori attendendum est ante omnia ad expressam implicite vel explicite oblatorum voluntatem. Si de hac voluntate non constet, tunc iuris praesumptio, quam Codex hoc canone statuit, locum habet; quae tamen praesumptio non ita generali modo intellegenda est ut omnes omnino oblationes fidelium ecclesiae factae existimari debeant non rectori. In ipsa enim Const. « *Romanos Pontifices* » ex qua canon desumptus esse videtur referuntur verba Reiffenstuel agnoscentis non ecclesiae sed rectori factas oblationes pro missarum celebratione, occasione administrationis sacramentorum, sepultuime et aliarum sacrarum functionum. Ceterum in hac re multum consuetudini ad mentem oblatorum interpretandam deferendum est *.

/>) Donatio facta ecclesiae, ab eius rectore seu Superiore repudiari nequit sine licentia Ordinarii. Repudiata illegitime donatione, ob damna quae inde obvenerint actio datur restitutionis in integrum vel indemnitatis 2.

Repudiatio tamen valida erit, nec nomine alienationis venit. Actionem promovere possunt tum Ordinarius, tum omnes clerici adscript! ecclesiae quae damnum passa est3.

Actio restitutionis in integrum huc tendit ut ecclesiae iterum facultas acceptandi concedatur. Actio vero indemnitatis dirigitur contra Praelatum seu administratorem qui repudiavit sine consilo Capituli, ut ipse etiam de suis bonis patrimonialibus ecclesiae damnum ex repudiatione obventum resarciat 4.

y) Donatio ecclesiae facta et ab eadem legitime acceptata, propter ingratum Praelati animum vel rectoris revocari nequits.

Ratio est quia donatio non est facta rectori aut Praelato, sed personae morali, cuius illi sunt solummodo administratores. Ex hoc autem praescripto derogatur- legi civili6 rescissionem statuenti ob ingratum animum. Si aliae causae rescissionis statuantur a lege civili, ut supervenientes donatori filii, liis etiam in foro canonico attendendum est7.

1074. — 2° Speciatim notanda de commodato. - Res sacrae ne commodentur ad usum qui eanmdem naturae repugnet 8.

1 C. 1535.
2 Augustine, *I. c.,* VI, 601.
3 Cfr. Reiffenstuel. *I.* c., III, 21, 32 et sq.
4 Reiffenstuel, *l. c.,* III, 24. 35 et 47-49.
5 Vroniant, *l. c.,* n. 321. contra Santamaria. Z. c., IV, 375 eam habet invalidam ipsoiuir.
6 De Meestcr, Z. c., n. 1490; Claeys Bouuacrt-Simenon, Z. c., n. 1024.
C. 1536, § 1.
8 Cfr. Reiffenstuel, Z. e., IIT, 30, 190; attamen lam ipse Reiff., *I. c.,* n. 190 et sq. proplaribiis casibus contrariam miserebat legitime vigere consuetudinem, c. g., pro oblationibus in»·cellis ad aliquam imaginem factis etc.

1 Cfr. Constit. · *Romanos Pontifices* », 8 Maii 1881, in *Collectanea* S. Cong. De Prop. F., II. 1552; *Signaturam Apostolicam,* G Mart., 6 April. 1920, *A. A. S.,* XII, 352 et *Romanum Rotam,* 10 Aug. 1921 apud *Monitore ecclesiastico,* vol. 34, pag. 357 sq.
z O 153G § 2-3.
3 Cfr. analogice, c. 1534, § 2; Vromant, *l. c.,* n. 325; Reiffenstuel, *l. c.,* III, 10, 38 et sqs. contra Santamaria, *l. c.,* IV, 376.
4 Vromant, *l. c.,* n. 326; De Meester, *l. c.,* n. 32«; De Meester. *I.* c.. n. 1490; Claeys Honiiaert-Simeuon, *l. c.,* 1025.
6 C. 1536, § 4.
Cod. olv. ital. art. 1078 et sqs.
De Meestcr, Z. *c.,* III, n- 1 90. Cfr. Cod. civil. It. art. 1078-1090.
8

Commodatum est contractus nominatus, realis, bilateralis, quo res iwn fungibilis ad certum usum et tempus gratis ea lege conceditur ut tempore elapso eadem in individuo restituatur l.

Referi canon regulam 51 iuris in *sexto:* Semel Deo dicatum non est ad usus humanos ulterius transferendum ».

1075. — 3? Speciatim notanda de hypothecis super bona ecclesiastica. - Si ecclesiae bona, legitima interveniente causa oppigneranda vel hypothecae nomine obliganda sint, vel agatur de aere alieno contrahendo, legitimus Superior exigat ut antea omnes quorum interest, audiantur, et curet ut. cum primum fieri poterit, aes alienum solvatur.

Hac de causa ratae ab eodem Ordinario praefiniantur quae exstinguendo debito sint destinatae

Pignus est contractus quo debitor creditori dat rem mobilem in securitatem crediti eo pacto ut eadem res in specie restituatur post exstinctionem debiti 3.

Hypotheca est ius reale constitutum super bona debitoris aut etiam tertiae personae ad commodum creditoris ut securitatem obtineat per ipsam satisfactionis alicuius obligationis 4.

Aes alienum contrahitur cum quis pecuniam, quam non statim restituere potest aut vult, statim consummendam mutuo accipit, aut cum quis alteri, quod ei ex aliquo contractu debet, non solvit.

Contractio debiti per se non est stricte alienatio, dummodo nec pignus nec hypotheca in ea interveniat,- aliquam tamen speciem alienationis induit, quia qui aere alieno erga alterum ligatur eo ipso suis iuribus detrahit; ideo iam ante Codicem in contrahendis debitis, ecclesiae sollemnitates iuris pro alienatione praescriptas servare debebant; quod a fortiori valet de hypotheca et de pignore 5.

Qua in re hoc quoque notandum est, ecclesiam seu personam moralem ad ea tantum debita solvenda teneri quae in utilitatem ipsius personae contracta sunt, nec ea omnia, sed ea tantummodo quae administrator, si usufructuarius fuit, ut accidit in beneficiario, pro extraordinariis expensis sustinuit. Administrator enim usufructuarius expensas ordinarias debet ipse sustinere, quae proinde ipsum gravant atque eius heredes 6.

1 Wernz, Z. *c.,* III. 256; Codex civilis it., art. 1805 et sqs.

2 C. 1538; legitimus Superior is est qui licentiam dare debet ad res ecclesiasticasallenandas; c. 1532, § 1-3.

3 Art. 1878 Cod. civil, it.; Wernz, *l.* c., III, 269; Reiffenstuel, *L c.,* III, 20, 2 et sq.

1 Codex civil, it., art. 1961; clarius Wernz, Z. *c.,* III, 269: « Hypotheca quatenus a pignore stricto distinguitur est contractas consensualis quo res aliqua immobilis creditori in securitatem debiti ita obligatur, at non traditur in possessionem, ut non soluto debito creditor M vendit Ione n-i sese indemnem facere possit ».

Cfr. Wernz, Z. *c.,* III, 272 et 269, III. Paulo aliter Vermeersoh, *Epitome,* II, 860 ilocrt ante Codicem, debita contrahere non fuisse prohibitum.

Cfr. Reiffenstuel, /. c., III, 23. 16-19; Wernz, Z. c.. 272.

In concedenda licentia ad pignus, hypothecam aut aes alienum, Ordinarius, praeter alias conditiones de audiendis interesse habentibus, de constatatioue iustae causae, tempus determinet intra quod persona moralis in cuius favorem pignus datur aut aes alienum contrahitur, debitum exstinguere debeat atque ut hoc de facto obtineatur praefinire debet summam pecuniae singulis annis apud capsam publicam vel honestam et idoneam personam deponendam 1.

Docent quidam auctores constitutionem hypothecae in actu emptionis alicuius praedii vel domus non esse alienationem, nec proinde hoc casu opus esse licentia 2.

1076. — 4° Speciatim notanda circa venditionem, permutationem et locationem bonorum ecclesiasticorum. - *a) Specialia de venditione et permutatione.* - In venditione aut permutatione rerum sacrarum nulla ratio consecrationis vel benedictionis in pretii aestimatione habeatur 3.

Administratores possunt *titulos ad latorem (titoli al portatore)* quos vocant, commutare in alios titulos magis aut saltem aeque tutos ac frugiferos, exclusa qualibet commercii vel negotiationis specie de consensu Ordinarii, dioecesani Consilii administrationis aliorumque quorum interest '.

Venditio est contractus consensualis bilateralis quo quis se obligat ad rem alteri dandam pro pretio determinato pecuniario 5.

Permutatio specifice est contractus innominatus, consensualis. bilateralis quo utraque pars contrahens se obligat ad rem pro re dandam, exclusa pecunia 6.

Hac paragrapho declaratur, ut videtur, commutationem titulorum ad latorem esse actum administrationis, non alienationis; ob periculum tamen damni quod ecclesiae ex inconsulta permutatione pervenire posset, in eadem peragenda eaedem fero cautiones adhibendae praecipiuntur quae in ipsa alienatione.

No tamen titulorum permutationem severioribus legibus prohiberi existimemus, dicemus consensum Ordinarii aut Consilii administrationis requiri ad normam c. 1532, habita scilicet ratione quantitatis et valons ipsorum titulorum.

Si agatur de prima collocatione pecuniae, Consilii administrationis consensus non requiritur; prudentia tamen eius requisitionem suadet 7.

Cfr. S. C. De Prop. Fide. 30 Iulii 1867. in *Collectanea,* II, n. 1310, 1.

2 Vermeersch, /. c., II3, n. 859; contra De Meester, *l. c.,* III, n. 1192, pag. 110, nota 3.

3 C. 1539. § 1; aliter habetur simonia; cfr. c. 730.

C. 1539. § 2.

5 Art. 1147, Cod. civ. it.; Wernz, *l. c.,* III, 261.

6 Art. 1519, Cod. civ. it.; Wernz, Z. c., III, 265.

7 Vermeersch, *Epitome,* II, 861. Do natura titulorum in iure canonico ante Codicein cfr. S. C. C. 17 Febr. 1906, ubi tituli ad latorem nt bona Immobilia considerantur. Cfr. De Mc< -t< ⊦, *l.* c.. III, n. 1494.

b) Prohibitio vendendi aut locandi consanguineis aut affinions administratarum. - Bona ecclesiae immobilia propriis administratoribus eorunque coniimctis in primo et secundo consanguinitatis vel affinitatis gradu non sunt vendenda aut locanda sine speciali Ordinarii Joci licentia 1.

Canon non est irritans; respicit sola bona immobilia; casibus in quibus vera utilitas pro ecclesia haberi potest, per specialem Ordinarii loci licentiam providetur.

Locatio quae esse potest rerum vel operarum, vel operis, est contractus consensual» de usu aut usufructu rei, de operis seu servitiis praestandis, vel de opere pariter praestando pro determinata mercede a.

c) Specialia praescripta pro locatione bonorum ecclesiasticorum. I *a)* Contractus locationis alicuius fundi ecclesiastici debent fieri, nisi aliud circumstantiae suadeant, per publicam licitationem aut saltem publicas locationes et fundi ei locentur qui omnibus perpensis, plus obtulerit '.

Insuper iu his contractibus semper ăddantur conditiones de limitibus custodiendis, de bona cultione, de rite solvendo canone, de opportuna cautela pro conditionibus implendis *

β) In locatione bonorum ecclesiasticorum, anticipatae ultra semestre solutiones, sine licentia Ordinarii loci, qui eam dare sine cautionibus non debet, prohibentur 5.

γ) Si valor locationis excedat triginta millia libellarum seu francorum et locatio sit ultra novennium, requiritur beneplacitum apostolicum. Si locatio non sit ultra novennium, licet excedat triginta millia libellarum, requiritur· licentia Ordinarii loci, consensus Capitnli, Consilii dioecesani administrationis et eorum quorum interest6; idem valet etiam si locatio sit ultra novennium, at non excedat triginta millia· libellarum '.

Pretium triginta millia libellarum aut aliud in Iwc canone suppositum intellegendum est pretium annuum si res locata fructum ferat singulis annis; est pretium duorum annorum si res fructus ferat binis annis 8.

1 C. 1540.
2 Wernz, *l. c.,* III, 266; art. 1568-1570 Cod. civil, it.
3 Cc. 1541, § 1 et 1531, § 2.
1 C. 1541, 5 1.
5 Co. 1541, § 2 et 1479.
e Ce. 1541, t 2, η. 1; 1532, § 3.
7 Cc. 1511, 5 2, η. 2 et 1532, § 3.
« Cfr. Vermeersch. *Epitome,* II, 862; Cocchi, *l. c.,* VI, 223, pag. 424.

ô) Si valor locationis contineatur intra mille libellas et tritnnta millia libellarum seu francorum et locatio non sit ultra novennium, requiritur licentia Ordinarii loci, cum suffragio consultivo Consilii administrationis et cum consensu eorum quorum interest L

e) Si valor locationis non excedat mille libellas seu francos et locatio sit ultra novennium, licentia Ordinarii loci cum suffragio consultivo Consilii administrationis et consensu eorum quorum interest requiritur 2. In eodem autem casu, si locatio non sit ultra novennium, fieri potest· a. legitimis administratoribus, monitu Ordinario 3.

1077. — 5° Speciatim servanda in emphyteusi bonorum ecclesiasticorum. - «) Emphyteusis est contractus quo bonum aliquod immobile in perpetuum vel ad tempus alicui conceditur cum onere illud meliorandi et certum annuum canonem in pecunia vel annona persolvendi4.

Emphyteuta is dicitur cui res in emphyteusim datur; is autem qui dat, dominus directus vel concedens dicitur 5.

Praeter canonem annuum debetur· *domino directo laudemium* quotiens emphyteusis de uno ad alterum emphyteutam transfertur; datur autem pro laudemio quinquagesima, trigesima vel vigesima pars pretii quo bonum emphyteuticum aestimatur 6.

b) Cum per emphyteusim conditio Ecclesiae peior revera fiat, perse patet, et id iam supra vidimus, contractum istum ut alienationem considerari 7

c) In emphyteusi bonorum ecclesiasticorum emphyteuta nequit canonem redimere sine licentia legitimi Superioris ecclesiastici, habita ratione valoris seu pretii boni immobilis quod in emphyteusim datur 8; quod si, de licentia obtenta, redemerit, pro ipsa redemptione eam saltem pecuniae vim ecclesiae dare debet, quae canoni respondeat

1 Cc. 1511, § 2, n. 2 et 1532, § 2.
2 Cc. 1511, § 2, n. 3 et 1532, § 2.
3 C. 1511, § 2, u. 3.
* Art. 1550 Cod. civil, ital.; Pacchioni, *Elementi di dirillo civile2,* n. 367 sq.; Beiffeiustucl, *l. C.* III, 18, 118 sq.
5 Rciffenstuel, *ibidem,* 118.
6 Rciffenstuel, *l. c.,* III, 18, 214; lus ad *laudemium* non admittit Codex civilis Italicus, Cfr. art. 1562.
7 C. 1533; Wernz, *l.* c., III, 267, III; Reiffenstuel, *l. c.,* III, 360 sq.; Cocchi, *l. c.,* VI. m, pag. 426-427; Vromant, *l. c.,* n. 342. Aliud insinuare videtur Claeys Bouuaert-Simenon, t c.. 1030, applicando emphyteusi leges pro locatione latas; at applicatio practica non erit diversa a theoria Wernz et aliorum.
a Cfr. c. 1532.
' C. 1542, § 1. Episcopus permittere nequit redemptionem canonum titulis publicis iuxta valorem nominalem, si valor nominalis sit superior valore reali. S. C. Concilii, 23 lanuarii 1033. *A. A. S.,* XV, 513-514.

Is *canonem redimere* dicitur qui loco solutionis annui canonis determinatam summam pecuniae unico actu solvit ut ita dominium etiam directum fundi antea sibi in emphyteusiin dati obtineat *

Ordinarius loci, vi huius paragraph!, nequit permittere ut redemptio canonum fiat solutione titulorum publicorum, quando valor nominalis horum titulorum sit superior valori reali. In casu notandum quod iuxta praxim S. Cong. Concilii, emphyteutae redimenti canonem, prius imponi solebat onus solvendi aliquam summam in compensationem deterioris reditus qui cauoni subrogatur; in praesens vero attenta imminutione valor® titulorum publicorum, imponi iam solet onus tradendi, ex toto vel saltem ex parte, differentiam inter valorem nominalem et realem eorundem titulorum.

Dispositio huius paragraph! de canonis emphyteutic! redemptione applicatur etiam, ob rationis identitatem, redemptioni censuum, aliarumque praestationum favorem Ecclesiae nec non legatorum liberationi2.

d) Ab emphyteuta congrua exigatur cautio pro solutione canonis et conditionibus implendis; in ipso instrumento pacti emphyteutici forum ecclesiasticum arbiter statuatur ad dirimendas controversias inter partes forte exorituras et expresse declaretur meliorationes solo cedere 3.

Clausula huius paragraph! qua praecipitur forum ecclesiasticum statui debere in ipsa emphyteusi ineunda arbitrum ad dirimendas controversias inter partes maximi momenti est, quia per eam occurritur difficultatibus ex legibus civilibus legi ecclesiasticae contrariis ortis vel orituris, et per eam insuper ius Ecclesiae indicandi de his rebus exerceri poterit etiam in locis ubi Ecclesiae competentia modo generali non admittitur.

1078. — 6° **Speciatim notanda de contractu mutui.** - Sires fungibilis ita alicui detur ut eius fiat et postea tantundem in eo genere restituatur, nihil lucri, ratione ipsius contractus, percipi potest; sed in praestatione rei fungibilis non est per se illicitum de lucro legali pacisci, nisi constet ipsum esse immoderatum, aut etiam de lucro maiore, si iustus et proportionatus titulus suffragetur L

Mutuum est contractus quo res fungibilis seu primo usu consumptibilis alteri in dominio datur cum obligatione rem similem eiusdem speciei et valons statute tempore reddendi. Inter res primo usu consumptibiles semper etiam pecunia adnumerata est.

Prima parte huius canonis Codex usuram, quae est lucrum ex simplici contractu mutui exactum, condemnat; altera *ve* o parte pactiones de lucro legali aut etiam non legali ex alio titulo contractui mutui accedentes licitas declarat. Varias theorias a doctoribus inventas ad lucri cum contractu mutui connexionem explicandam videre est apud moralistas 2.

1 Eu quid circa hoc statuit Codex civil, it.: « L cnfitcuta ρηὺ seinprc redimere il fottio enfiteutico mediante il pagamento di un capitale In denaro, corrispondcnte all'annuo canone sulla base dell'intéressé legale, od al valore dello stesso canone, se ὺ in derrate, sulla bate del prezzo medio di queste ncgli ultimi dieci anni. Le parti possono tuttavia convenire il pagamento di un capitale inferiore a qucllo sopra accennato. Ove si tratti di enfiteusi concessa a tempo determinato e non eccedente i trent'anni, possono anche convenire il pagamento di un capitale superiore, che non potrà perd eccedere il quarto di qucllo sopra stabilito »; cir. etiam art. 1557 : « L'Enûteusi è regolata dalle convenzioni delle parti in quanto non siano contrarie aile disposizioni degli artlcoli 1562, 1563 e 1564 ».

2 S. C. Concilii 23 lauuar. 1923, *A. A. S.*, XV, 513. Quae tamen dispositiones licet forte iuris constituti mere declaratoriae et ad redemptiones ante illud decretum peractas applicandae; tamen ex quadam aequitate quae in Codice ct in praxi rationem habet redemptlcaitn et liberationibus futuris solui iodo applicabuntur in tota sua extensione. Quod autem dicitur in resolutione S. Congreg. de liberatione legatorum intellegendum est de legatis antiquis fundis antiquitus impositis Ita Vermeersch, *Periodica.* XII, pflg. 153-154.

3 C. 1542, § 2.

TITULUS XXX.

De piis fundationibus

1079. — **I. Notio piae fundationis.** - Nomine piarum fundationum significantur bona temporalia alicui personae morali in Ecclesia quoquo modo data, cum onere in perpetuum vel in diuturnum tempus ex reditibus annuis aliquas Missas celebrandi, vel alias praefinitas functiones ecclesiasticas explendi, aut nonnulla pietatis et caritatis opera peragendi3.

Bona temporalia proprie appellantur dos piae fundationis, atque possunt esse bona mobilia, ut pecunia aut tituli, vel immobilia, ut fundi, praedia, domus etc.; requiruntur autem bona ut elementum constitutivum essentiale fundationum piarum. Fundatio pia vim obtinet contractus bilateralis innominati, quo ex ima parte dantur bona temporalia ad obligationem ex iustitia gignendam in altera parte ad determinata opera pietatis peragenda.

Ut habeatur *pia fundatio ecclesiastica* seu *in sensu· stricto* 4, prout in Codice hic accipitur, requiritur ut bona non constituantur in personam moralem ecclesiasticam, sed personae morali exsistenti, et quidem ecclesiasticae, non civili, donentur cum onere pii operis.

Item ex Codice requiritur, ut habeatur pia fundatio, quod donatio fiat

1 C. 1543.

2 Cfr., e. g., *Instruet.* S. C. De Prop. Fide a. 1873 in *Collectanea,* II, n. 1393 ubi plurima documenta afferuntur; Noldin, *De. praeceptis™,* 575 sq.; Ferrcres, *Institutiones canonicae,* II, 511-515; Aertnys-Damen, *Theologia moralis,* III, 910 et sqs.; Vermeersch, *De iustitia,* il 361 et sqs.

3 C. 1544. § 1.

4 *Pia fundatio in sensu lato* seu laicalis dicitur quaelibet donatio facta ad Unem phuu quae proinde comprehendit etiam bona heredibus aut associationi in personam iurldicum nun erectae, vel erectae a societate tantummodo civili relicta cum onere ea in finem pium impendendi. Solmn bona quae personae morali ecclesiasticae relicta sunt ad hunc finem sensu proprio sunt ρi/κ *fundationis* ecclesiasticae dos. Cfr. supra n. 1024.

cum onere bona donata conservandi *hi perpetuum aut ad diuturnum lenpiu* et ita ex reditibus periodice, i. e., singulis annis opera iniiuicta compleri possint. Tempus diuturnum saltem quadraginta annos attingere debet1.

Bona ad piam fundationem constituendam relinqui possunt personae morali ecclesiasticae *quoquo modo,* idest per actus inter vivos vel per ultimam voluntatem, scripto vel etiam voce 2; decet autem quam maxime, et hoc praecipi potest ab Ordinario loci, ut formulis seu sollemnitatibus a iure civili recognitis donatio fiat, quod valet praesertim de ultimis voluntatibus 3.

Veruntamen sollemnitates iuris eivilis ad valorem ipsius fundationis non sunt necessariae 0.

Ex hac notione, quam tradit Codex hoc canone, pias fundationes considerare possumus ut *speciem causarum piarum* seu institutorum ecclesiasticorum non collegialium 5 ex Codice enim causae piae constitui possunt in personam iuridicam independentem cuius natura definita est iure communi, cuiusmodi sunt. e. g.. beneficia et seminaria; aut in personam iuridicam, independentem quidem, cuius tamen natura in individuo definienda est in ipsa eius erectione® cuiusmodi sunt instituta ecclesiastica non collegialia de quibus *praexerlhn'* .agit titulus XXVI; constitui tertio possunt causae piae sine propria iuridiea personalitate quo casu *proprie el stricte piae fundationes* appellantur.

Causae igitur piae possunt esse ecclesiasticae aut non ecclesiasticae seu profanae. Causae piae profanae bona non sunt bona ecclesiastica, subsunt autem auctoritati Ordinarii loci vi can. 1515, non item circa alia s.

Causae autem piae ecclesiasticae, quarum scilicet bona sunt vere bona ecclesiastica, seu in dominio Ecclesiae, subdividuntur in causas pias erectas in personam iuridicam et in causas pias imitas alii personae iuridicae ecclesiasticae praeexsistenti aut coexsistenti; priores *instituta ecclesiastica non collegialia sunt;* hae proprie appellantur *piae fundationes ecclesiasticae.*

Igitur pia fundatio specifice sumpta nunquam est persona moralis independens, sed potius est donatio sub modo, seu contractus synallagmaticus seu bilateralis vim obtinens ex adiecto modo obligationem patiente iustitiae '.

1 Blat, Z. c., IV', 462, pag. 576, quadraginta annos sufficientes habet; communius tamen quinquaginta requirunt; cfr. Many, *Praclecliomes dc Missa,* n. 61; Vermeersch, *Epitome,* II, 865; Cocchl, Z. *c.,* VI. 227; Claeys Bouuaert-Simenon, Z. c., n. 1032 decem annos sufficere docet, idemque admittit De Meester, Z. c., III, n. 1199.

Imo Vromant, Z. *c.,* m 316, pag. 358 in nota tempus satis longum pro Belgio reputat tempus sex annorum, quod tribunalis civilis auctoritate confirmat.

2 Cfr. tamen pro hoc casu c. 1548, § 1.

3 Cfr. c. 1513, § 2; Gasparri» *Tractatus canonicus de Sanctissima Eucharistia,* I, SCO: Cappello, *Tractatus canonico~moralis Dc Sacramentis,* I, 715; Dp Meester, Z. e., III, n.lW.

4 Ctr tamen quae supra, n. 1054, diximus de valore ultimarum voluntatum; itemque Cappello, Z. c.« I. 715. 2; Gasparri, Z. c., I, 560 in nota.

ng||Cfr. e. 1491, 5 1, *pius fundator;* c. 1491, 5 2.

σ Cfr. c. 1490.

7 Dico *praesertim,* quia revera Ln titulo XXVI, non unice sermo est de institutis non coilegiullbus ln personam iuridicam erectis, ut constat ex c. 1491, § 1, non obstante rubrica tituli, qua aliud insinuari videretur.

8 Causae piae profanae vocantur etiam *piae fundationes simpliciter* ut distinguantur a piis fundationibus ecclesiasticis de quibus praecipue hoc titulo agitur; Wernz, Z. r, III, 19C; Vermeersch, *Epitome,* II, 865.

9 C. 1511, 5 2; Wernz, Z. e., TIΓ, 200.

1080. — II. Acceptatio piae fundationis. - 1° Acceptationis necessitas. - Cum quaelibet pia fundatio ecclesiastica naturam induat contractus bilateralis, sicut ex parte fundatoris bonorum largitio, ita etiam ex parte personae moralis cui largitio fit, acceptatio necessaria est·. Acceptatione autem persona moralis in se suscipit simul bona et onera in compensationem bonorum adimplenda. Tunc vero fundatio in suo *esse* constituitur cum donatio et acceptatio simul uniuntur; tunc enim proprii» contractus initui· l.

Aule acceptationem ex pario personae moralis, fundatio non exsistit; et quia donec acceptata fuerit quaelibet donatio revocari potest, praestat ut quam primum acceptetur, saltem snb conditione, praesertim si fiat per ultimam voluntatem 2.

2° De licentia ad acceptandum necessaria. - Ufc quaelibet pia fundatio ecclesiastica a persona morali acceptari possit, requiritur consensus Ordinarii loci, in scriptis datus, qui eum ne praebeat, antequam legitime compererit personam moralem tum novo oneri suscipiendo, tum antiquis iam susceptis satisfacere posse; maximeque caveat ut reditus omnino respondeant oneribus adiunctis secundum cuiusque dioecesis morem 3.

Monent auctores reditus omnino debere esse aliquatenus superiores taxae manuali dioecesanae, si de missis celebrandis agatur, tum ob instabilitatem pecuniae, tum etiam ut oneribus cum celebratione coniunctis subveniatur 4.

Persona moralis hic intellegitur illa cui fit donatio; illius igitur personae consensus et acceptatio requiritur, illamque supplere non posse videtur Ordinarius loci, nisi eo tempore persona moralis proprios administratores non habeat.

Persona moralis ad licitam5 acceptationem consensu Ordinarii eget °.

1 C. 1544, § 2; sunt qui negent requiri ad validitatem fundationis piae seu potius donationis ad fundationem piam acceptationem explicitain» ct implicitam, quae semper adest, sufficere docent; communius tamen tenent expressam acceptationem requiri; cfr. Cappello, î. *c.,* I, 716, pag. 574, nota 3.

2 Many, *Praelectiones canonicae dc Missa,* n. 62; Bargilliat, *Praelectiones iuris canonici,* IPl, n. 1515; Wernz, Z. *c:,* IIT, 200; Gasparri, Z. e., I, 561.

3 C. 154G, § 1.

4 Cfr. Micheletti. *Summula theologiae pastoralis,* part. II, 1921, n. 158» 5; Cappello, *L* c., I, 716, 2, d; Many, /. c., 63, 3, a; Eichmann, Z. c.. pag. 506, nota 2.

5 Ad validitatem acceptationis sufficere videtur consensus praesumptus, qui tunc adesse Censetur cum Superior positive non contradicit; etenim nec Codex hoc loco, nec ius antecedens clausulam habent irritantem; cfr. Wernz, Z. c., III, 209; Gasparri, Z. c., I, 561; Cappello, Z. c., I, 716, 2, 8; Many, *Dc Missa,* n. 63. Ex c. 1527, post Codicem, Vromant, Z. c.. n. 349. pag. 362-363, sustinet consensum Ordinarii loci pro bonis institutorum saecularium requiri ad valorem.

6 ‹ Ut cautius et securius procedatur, Episcopus vel Praelatus regularis decreto generali declarare et statuere possunt fundationes nullo modo esse acceptandas, nisi certis conditionibus impletis. Quo in casu, qui per testamenta vel actus inter vivos fundationes constituunt, merito praesumuntur sese decretis Illis conformasse ». Wernz, Z. *c.,* 1II, 200.

Loci Ordinarii est normas praescribere de dotis quantitate infra quam pia fundatio admitti nequeat et de eius fructibus rite distribuendis x.

In acceptatione, constitutione et administratione fundationis patronus ecclesiae nullum ius habet !.

Pro piis fundationibus in ecclesiis, etiam paroecialibus, religiosorum exemptorum, iura et officia Ordinarii loci circa fundationes pias, exclusive competunt Superiori maiori 3.

Religiosi igitur exempti non tenentur circa Missas fundatas taxae dioecesanae obedire «.

1081. — III. De depositione et collocatione bonorum piae fundationis. - Pecunia et mobilia, dotationis nomine assignata, statim in loco tuto 5;* ab eodem Ordinario designando, deponantur ad eum finem ut eadem pecunia vel bonorum pretium custodiantur et quamprimum caute et utiliter secundum prudens eiusdem Ordinarii arbitrium, auditis et iis quorum interest et dioecesano administrationis Consilio, collocentur in commodum eiusdem fundationis cum expressa et individua mentione oneris 0.

Si dos in bonis mobilibus consistat, bona vendenda erunt atque ex eorum pretio obtenta pecunia collocanda; collocatio autem de iure vigente fieri potest in titulis debiti publici reipublicae civilis aut aliis similibus titulis.

Postrema verba huius canonis: *cum expressa et individua mentione onerum* insinuant bona singularum fundationum remanere debere inter se separata, ita ut si in aliqua ecclesia quatuor habeantur piae fundationes, unaquaeque earum sua bona pariter ac onera habeat ab aliarum distincta; quem modum collocandi pecuniam *specializationem* appellant; atque id servatur semper quando bona fundationum sunt immobilia. Codex tamen stricte et absolute specializationem dotis et onerum quando dos in titulis frugiferis consistit praecipere non videtur, et saltem pro piis fundationibus iam exsistentibus, ubi consuetudine invaluit, retineri potest alius modus, quem *generalizationcm* appellare possumus, et quo omnia bona omnium piarum fundationum alicuius determinatae ecclesiae in unicam massam deponuntur et confunduntur cum individua tamen mentione omnium onerum singularum fundationum illam massam gravantium. In hoc casu, ut patet, si reditus minuantur aut pars titulorum pereat, omnia onera fundationum minuenda erunt, dum e contra in casu specializatiouis sola onera quorum reditus minuti sunt aut tituli perierunt. In cxsu generalizatinnis habetur assecurationis contractus implicitus1.

1 C. 1545.
5 C. 1546, § 2.
3 C. 1550 et ce. 1545-1549.
* Vermeersch. *Epitome,* II, 8G9.
u)°kilia in Curia deponantur» ab Ordinario loci tuto, caute ct utiliter collocanda (Micheletti» *Summula theologiae pastoralis,* Part. II, pine 154» n. 158, r/); quod tamen iure comnumi pnwceptum non eet, at potest lure particulari praescribi.
V. Idi i.

1082. — IV. De documentis piarum fundationum. - 1° De documento factae fundationis conficiendo. - Fundationes, etiam riva voce factae, scripto consignentur 2*

Huiusmodi autem documentum in duplici exemplari conficiendum est.

2° De custodia documentorum et librorum piarum fundationum. - *a)* Alterum tabularum seu documentorum exemplar in Curiae archivo, alterum in archivo personae moralis, ad quam fundatio spectat, tuto asservetur 3.

Si de religiosis exemptis agatur, documentum alterum in Superioris maioris archivo, non in archivo Curiae episcopalis, deponendum erit4.

6) In qualibet ecclesia onerum ex piis fundationibus incumbentium tabella conficiatur, quae apud rectorem in loco tuto conservetur.

Pariter praeter librum Missarum manualium alter liber retineatur et apud rectorem servetur, in quo singula onera perpetua et temporaria eorunque implementum et eleemosynae adnotentur, ut de iis omnibus exacta ratio Ordinario loci reddatur 5.

Iam deciderunt, ex hoc canone severiores antiquae dispositiones de tabella asservanda in sacristia e.

3° De administratione piarum fundationum. - Onera fundationum ab iis ad quos spectat religiose adimplenda sunt; fructus earundem fundationum non faciunt suos oneribus non satisfacientes 7.

Parochus omnium fundationum in sua ecclesia onerum adimplendorum officium et redituum percipiendorum ius hahero praesumitur; quod si omnia onera adimplere non possit, ea adimplere per alios debito modo tenetur; atque in hoc casu, si dos fundationum, ut pars dotis beneficii paroecialis constituta sit, ei, cui onera adimplenda committit, non tenetur omnes reditus dare, quos ipse ex fundatione percipit8.

1 Cfr. Vermeersch, *Epitome,* II, 837, et 8G7: Vromant, *l.* c., n. 351. Paulo aliter Claeys Bouuaert-Simenon docent non permitti hoo canone generalizationcm pro fundationibus; itemque De Meester, Z. *c.,* III, n. 1501, pag. 419, nota 1.
» C. 1548, § 1; ex qua paragraphe supponi videtur fundationes etiam sine scripto validas esse. Verreres, *Institutiones canonicae,* II, 517.
3 C. 1518, I 2.
4 C. 1550; I'riimmer, Z. *c.,* 150. 5.
5 Cc. 1549, § 1-2; 813, 51.
' I'riimmer, Z. c., 45G, 6; Vermeersch, *Epitome.* II. 868.
7 Wernz, Z. c., III, 202.
8 Bargilllat, Z. c., II31, 1518.

Circa iura vero et officia Ordinarii loci vel Ordinarii religiosi in administra-tion© piarum fundationum, valent quae supra diximus do ultimis voluntatibus. tum circa exsecutionem earum, tum circa ius interveniendi in collocatione bonorum, tum circa ius reducendi onera ot demum circa ius et ofliciuin exigendi rationum redditionem *

1083. — V. De reductione onerum piarum fundationum. - 1" Notio. - Reductio piarum fundationum est actus legitimi et competentis Superioris ecclesiastici, quo onera piam fundationem gravantia minuuntur 3,

Differt reductio a:

a) Condonatione, quae est absolutio pro oneribus in praeteritum non adimpletis; dum reductio respicit solum tempus futurum 3.

Reservatur autem condonatio de iure vigente Sanctae Sedi quae eam concedere solet ex iusta et aequa causa et dummodo mala fides non obstet, nec reditus desint quibus suppleri possit oneribus omissis 4.

b) Compositione Missarum, quae est condonatio onerum Missarum non adimpletorum a S. Congr. Fabricae S. Petri concessa cum impositione ei qui condonationem petit, alicuius mulctae pecuniariae 5.

c) *Commutatione,* quae tunc habetur cum onera a pio fundatore definita in alia pia opera commutantur seu convertuntur; commutatio de iure vigente Eomano Pontifici reservatur; in casibus tamen impossibilitatis exsecutionis ultimarum voluntatum non est absolute exclusa potestas Ordinariorum 0.

d) Translatione, qua onera de loco in locum seu de una persona morali in aliam transferuntur 7.

Permittunt auctores ut Episcopus ordinaria auctoritate onera fundatiomun immutet quod ;ul locum, horam ct diem attinet 8.

e) Exstinctione piae fundationis, quae tunc habetur cuiu reditus omnino deficiunt, (pio casu, si exstinctio sine ulla personae moralis eiusque administratoris culpa· evenerit, onera sine ulla reductionis necessitate aut condonationis cessant ipso facto °.

Cfr. cc. 1519. i 1: 1511-1517; 1535; 1550.

Wernz, *l. c.,* III, 207; Gasparri, *l, c.,* G17 eq. Cfr. etiam supra n. 1057.

3 Gaspand, L *c.,* G13.

Wernz, *l. c.,* III, 207; Gasparri, *l. c.,* 215; Many, */. c.,* 81.

5 Many. L *c.,* 81; Gasparri, *l. c.,* 615; Ojetti, *Synopsis, v. Reductio,* n. 3405.

0 C. 1517; Wernz. Z. *c.,* III, 208; Bargilliat, *Praelectiones iuris canonici31, II, 1521.*

7 Gasparri, Z. c., 631.

8 Cfr. De Meester, *l. c-,* III, n. 1502, pag. 420.

9 Wernz, Z. c., III, 537 ; Ferraris, *Bibliotheca,* v. *Missa, art.* II, 19-20, 52-53; Many, *1.l.* 70; Gasparri. 588; Noldin, *De sacramentisl·,* 193, 2.*'b; VeV^'êr^L'Kp«<^G'n/836 uMaf*firmat onus non reviviscere etsi postea reditus abundantius renascantur. Tdque valet etiam

Si bona piarum fundationum vi legum iniquarum usurpata fuerint, onera piarum fundationum non cessant, sed iis stricte incumbunt qui bona usurparunt aut detinent :*

1084. — 2° Quis reductionem onerum facere possit. - Reductio onerum quae pias fundationes gravant, uni Sedi Apostolicae reservatur, nisi in tabulis fundationis aliud expresse caveatur, aut aliorum, non Missarum, onerum exsecutio quavis ex causa impossibilis evaserit, sine ulla administratorum culpa, ut alibi iam vidimus 2.

Si igitur in tabulis fundationis id expresse concedatur, Ordinarius potest reducere etiam onera Missarum 3.

Cum cappellaiiiae laicales, ab Ordinario non acceptatae, nomine piae fundationis ecclesiasticae non veniant, ab ipsis fundatoribus, dum vivunt, vel ia testamento supprimi aut reduci aut quovis alio modo immutari possunt4.

Si fundator bona determinata reliquit ecclesiae ut eorum reditus ad Missas celebrandas singulis annis adhiberentur, nullo numero Missarum definito, potest Ordinarius numerum determinare alio atque alio modo pro temporum, locorum et aliarum circumstantiarum conditionibus; in hoc enim proprie dicta reductio non habetur δ. Idemque valet si testator titulos aut fundos reliquit pro determinato numero Missarum legatarum, et facta titulorum aut fundorum verificatione, apprehendatur testatorem errasse in fundorum aut titulorum pretii computationee.

de exstinctione temporanea totali; S. C. Concil. 7 lunii 1687, et 8 Aug. 1705 apud Badii, *L c.,* II, pag. 250, in nota 3. Quod tamen post Codicem extendi nequit ad onera Missarum manualium; cfr. c. 829 quo probabilitas opinionis eminentissimorum etiam canonistarum, ut Card. Gasparri, explosa est; cfr. Gasparri, *L c.*9 588 una cum Wernz, Z. c., III, 537, in nota 115; ubi etiam ratio affertur cur id ad manuales Alissas non sit extendendum.

1 S. C. De Neg. extraord. a. 1906, apud Bargilliat, *Praetectiones iuris canonici,* II31, n. 1520, *b.*

2 Cc. 1551, § 1 et 1517, § 2. Etiam optimae notae auctores ante Codicem probabilem habebant opinionem qua Ordinarius etiam onera Missarum reducere posset si sine personae moralis culpa reditus aut ipsum *capitate* deminutionem passa fuissent; ita Schmakgrueibcr. S. Alphonsus, Icard, D'Annibale, Gennari etc. quos videre poteris apud Many, 7. *c.,* 76. 2. Id tamen nunc vi cc. 1517, § 2, et 1551. § 1, amplius admitti nequit-; et ita canonizata est doctrina Lucidi, Benedicti XIV, Ferrari, Ferraris, Ojetti etc.

3 Com. Intcrpr. 14 Iulii 1922 ad XI, atque ad hoc sufficit ut causa iusta redituum minutio; cfr. *A. A. S.,* XIV, 529.

4 Cfr. R. Rotam, 26 Februar. 1921, *A. A. S.,* XIII, 505.

5 Gasparri, Z. c., 588; Many, Z. c., 76, NB.

° Benedictus XIV, *De Synodo dioecesana,* lib. XIII, cap. ult.; Ojetti, Z. c., v. *Iteductio* ÏL 3101. SÏ reditus piae fundationis decreverint: ' Vel sua cuique Missae assignata fuit eleemosyna (ex tcinporc fundationis aestimanda); ut si dixerit: fabricae ecclesiae *teyo late olivetum cum onere ut ex annuis fructibus centum stipendia duorum /rancorum pro totidem ^lissis desumantur,* time pro augmento vel imminutione redituum, augendus vel minuendus erit numerus Missarum; vel testator numerum Missarum absolute definivit; tunc nonnulli, permittebant ut, ex mento testatoris, beneficiatus de numero Missarum *pro rata* demeret, si ex reditibus non Iam eam taxam hauriret quae ex antiqua computatione erat congrua... Sed nunc ex c, 1517, § 2 ad S. Sedem pro ista Missarum reductione recurrendum est ». Vermeersch, *Theo-lrjQiae moralis* III. n. 292; cfr. etiam Gasparri, Z. c., n. 588; Gennari, *Consullazioni morali, caniche, lituruiche2,* pag. H sq. specialiter pair. 15 in nota.

Romanus Pontifex sua potestate reducendi onera piarum fundationum utitur per Sacras Congregationes quae ad hoc ordinariam potestatem habent aut per Ordinarios locorum quibus facultas reducendi onera fundationum piarum communicatur !.

1085. — 3° De interpretatione facultatum reducendi onera fundationum piarum. - Circa interpretationem indultorum seu facultatum a Sancta Sede circa hoc concessarum haec valent·:

a) Indultum reducendi Missas fundatas non protenditur nec ad alias Missas ex contractu debitas nec ad alia onera piae fundationis 3.

Pro Missis ex contractu debitis 1 si questio aliqua oriatur, corain indice ordinario videnda est; index autem videre debet au redituum imminutio, iuxta receptas iuris regulas, sufficiar ad rescindendum contractum, vel saltem ad eundem ad iusti et aequi normam reducendum s.

b) Indultum vero generale reducendi onera piarum fundationum ita intellegendum est, nisi aliud constet, ut indultarius potius alia onera quam Missas reducat ·.

Ratio huius paragraph! est praesumptio voluntatis fundatoris qui proclivior fuisse censetur in casu impossibilitatis aut difficultatis ea retinere opera quae animae suae magis sint profutura. Si tamen constet ex tabuli fundationis aliam fuisse fundatoris mentem, vis huius praesumptionis eliditur7.

Licet in induito concedatur facultas reducendi *pia legata et onera Missarum*, non praesumitur concessa nisi potestas Missas reducendi8.

c) Praeterea attendendum est ad clausulas indulti seu facultatis ipsius et ad stylum Curiae praesertim circa haec quae sequuntur:

1 l*ro furo interno S. Poenitvnt luria, pro externo S. Congr. Concilii, De Religiosis, Dc Propag. Fide, vel Fabricae S. Petri pro sua quaeque provincia; Vermeersch, *Eyib/mc,* 11, 836.

2 Cfr. e. g. apud Gasparri, *l. c.,* 616 formulam hujusmodi facultatum; S. Cong. Conai-Htorial. 29 lulii 1919. *Facultates lejaiis upostolicis et Ordinariis tum in dioecesibus, tum in terris missionum a Sanctu Sede concessas* apud Hilling. *Codicis iuris canonici supidcninduni.* pag. 27; vel apud Vermeersch, *Periodica,* XIi, pag. (75 sq.); *Index facultatum (/uiniiuennahum* etc. in *A. A. S,,* XV, 173, sqs.

3 C. 1551, 5 2.

4 Fundatio Heri potest per contractum: quod supponit duas personas viventes et contrahontes, sive contractus flat inter aliquam ecclesiam aut Institutum, ct pium fundatorem, sive flat inter duas ecclesias aut instituta, quorum unum, servatis servandis, in se assumit onus aliquod ab alio translatum. Si contractus decursu temporis fiat laesivus ecclesiae vel instl- impositus est» ut, c. g.. si reditus valde minuantur, Ordinarius ad instantiam partis potest ad aequalitatem reducere contractum; ita Many, Z. c.. 75 quod et nunc valet.

5 *Cfr. Benedictum XIV, IΛ synodo *diocccsana,* lib. XIII. cap. ult.. n. 35; Ferraris, *Bibliotheca,* v. *Missa,* II, n. 21-22; Gasparri, *l. c.,* 619; Gcunuri, *Consultazioni morali, canonichc, liiuryichc2,* pag. 16, lu nota.

e C. 1551, § 3.

7 Cfr. Benedictum XIV. *Dc synodo diocccsana,* lib. XIII. cap. ult.. n. 23; Many, *l. c.,* S0.

s Benedictus XIV, *Dc synodo dioccesana,* lib. XIII, cap. ult.. n. 2 sq.

«) Sancta Se.des non solet concedere reductionem quando bona piae fundationis sunt relicta a testatore per legatum *demonstrativo modo* designatum; concedit e contra quando bona piae fundationis fuerunt *taxativo modo* relicta; quia in priori casu piae fundationis onus heredis personae haeret, in altero vero casu bonis relictis; proindeque in priori casu *demonstrativae* designationis heredes supplere tenentur, non item in casu designationis taxativae si bona gravata seu onerata pereant aut minuantur.

Dicitur autem pia fundatio *taxativo modo* facta, si in formula a pio testatore adhibita prius bona designantur, deinde onera super bonis relictis, e. g., lego agrum seu fundum. Cornelianum ut ex eius reditibus pro anima mea singulis annis centum Missae sollemnes celebrentur. Si vero prius onera indicentur et deinde bona, fundatio pia praesumitur *demonstrativo modo* facta, e. *g.* meus heres singulis annis centum Missas celebrari curabit, pro quo onere ei lego agrum Cornelianum b

Attamen etiam in casu quo piae fundationis onera post expressionem bonorum disignata sint, si aliam constet fuisse testatoris mentem, gravandi nempe hereditatem, non heredem, reductio concedi potest. Agitur enim de mera praesumptione contra quam valet veritas et quaelibet iuridica probatio 1. Immo hodie si in formula facultatis verba *taxative* aut *demonstrative* non habeantur, reductio concedi poterit ab Ordinario, nulla habita ratione illius clausulae 3.

β) Reductionis induito Ordinarii locorum uti possunt etiam favore regularium in suis dioecesibus degentium 4.

γ) Ut valeat reductionis aut condonationis concessio omnino requiritur ut is cui conceditur malitiose non egerit sub spe obtinendi reductionem aut condonationem 56

ὁ) lusta causa semper ad valorem reductionis requiritur e.

ε) In facultatibus ponitur quandoque clausula: dummodo onera alias reducta non fuerint: si haec clausula habeatur et facultate Ordinarius usus semel iam sit, poterit utique concessam reductionem prorogare, at non de novo concedere eam mutando 7.

1 Cfr. Benedictum XIV, *De. synodo diocccsuna,* lib. XIII, cap. ult., n. 33; Ferrarie, *Bibliotheca,* v. *Legatum,* 173 sq. et v. *Missa,* II, 39; Lucidi, *De Visitatione sacrorum liminum*,* III, doc. 42, pag. 504 sq.; Gcnnari, *Questioni teologico-morali,* n. 115, pag. 175 sq.; Gasparri, *l. c.,* 620; Many, *l. c.,* 78, 2.

2 Cfr. Ferraris, *l. c.,* v. *Legatum,* 176-183.

3 Augustine, *l. c.,* VI, 616; Cfr. tamen, S. C. Concll. 21 Mali 1927, *A. A. S.,* XXI, 116, sqs., ubi negatur reductio quia bona *demonstrative* relicta fuerant.

1 Gasparri, Z. c., 619; Many, *l. c.,* 78, 6.

5 Cfr. Gcnnari, *Consultation i morali, canonichc, liturgichc2,* pag. 11-15 in notu; Innocentius XII, » *Nuper* », § 17 apud Gasparri, *Fontes,* I, 260; Many, *l. c.,* 81; Ojetti, *Synopsis,* v. *Reductio,* n. 3105; Gasparri. *I. c.,* 611.

6 C. 1517, § 1; Gcnnari, *Consultazioni morali, canoniche, liturgichc 2,* p. 15-17, in nota.

7 Gcnnari, *Questioni teologico-morali,* n. 108, pag. 160; *Monitore ecclesiastico,* vol. 11 part. III, pag- 55.

APPENDIX

ACTA ROMANORUM PONTIFICUM

LITTERAE ENCYCLICAL

De praedicatione divini verbi

BENEDICTUS PP. XV

Venerabiles fratres salutem, et apostolicam benedictionem.

Humani generis Redemptionem lesus Christus in ara Crucis moriendo cum tonsum masset, velletque adducere homines ut, suis praeceptis obtemperando, compotes fierent aeternae vitae, non alia usus est via quam suorum voce praeconum qui, quae ad salutem credenda faciendaque essent, hominum universitati denuntiarent. *Placuit Deo per stultitiam praedicationis salvos facere credentes* x. Elegit igitur Apostolos, quibus cum per Spiritum Sanctum dona infudisset tanto muneri consentanea, *Euntes,* inquit, *in mundum universum praeducte Evangelium* 2. Quae quidem praedicatio faciem orbis terrae renovavit. Xam, si Fides Christiana mentes hominum a multiplici errore ad veritatem, animosque a sordidus vitiorum ad omnium virtutum excellentiam convertit, profecto ipsius praedicationis ope convertit: *Eides ex auditu, auditus autem ptr verbum Christi*3. Quapropter, quoniam, Dei nutu, iisdem causis quibus procreatae sunt, res conservantur, patet praedicationem christiaaae sapientiae ad continuandum aeternae salutis opus divinitus adhiberi; et eam in maximis gravissimisque rebus iure numerari: in quam propterea curae cogitationesque a Xobis precipuae conferendae sunt, maxime si aliqua ex parte, a nativa integritate, cum suae efficacitatis detrimento, deficere videatur.

Id enimvero est, venerabiles Fratres, quod ad ceteras miserias horum temporum quibus Nos ante alios sollicitamur, accedit. Etenim, si circumspiciamus quam multi sint qui verbo Dei praedicando dant operam, tanta occurret copia, quanta fortasse numquam fuit antea. Si autem consideremus, quo loco sint publice ac privatim mores atque instituta populorum, crescit

* *Cor.,* 1, 21.
: Marc., 16, 15.
' *Rom.,* 10, 17.

in dies vulgo rerum quae supra naturam sunt, despicientia et oblivio; sensim a christianae virtutis severitate disceditur, maioreeque ad probrosam ethnicorum vitam cotidie regressus fiunt.

Horum quidem malorum variae sunt multiplicesque causae: nemo tamen negaverit deplorandum esse quod eis malis a ministris verbi non satis afferatur medicinae. Numquid sermo Dei talis esse desii quali.? ab Apostolo dicebatnr, vivus et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti? Num gladii Imius aciem usus diuturnitas hebetavit? Vitio certe tribuendum est ministrorum qui non tractant, quem ad modum oportet, hunc gladium, si is non omnibus locis vim suam exerceat. Neque enim dici potest melioribus, quam nos, temporibus Apostolos usos esse, quasi tum aut plus esset docilitatis ad Evangelium aut minus contra divinam legem contumaciae.

Omnino igitur, quod Nos apostolici officii conscientia admonet duorumque proximorum Decessorum exemplum hortatur, huc summo studio, pro rei gravitate, incumbendum Nobis esse intellegimus, ut praedicationem divini verbi ad eam normam, ad quam Christi Domini iussu Ecclesiaeque statutis dirigenda est, ubique revocemus.

Principio, venerabiles Fratres, quaeramus oportet, quas ob cotisas in hoc genere de via declinetur. Iam istae causae ad tres redire videntur: aut is ad praedicandum assumitur qui non debet; aut id muneris non eo exercetur consilio quo debet; aut non eo modo quo oportet.

Etenim praedicationis munus, ex Tridentiuae Synodi doctrina, *Episcoporum praecipuum est*[1]. Apostoli quidem, quorum in locum successere Episcopi, hoc maxime suarum partium esse duxerunt. Ita Paulus: *Non enim misit me Christus baptizare, sed evang?lizare*[2].* Ceterorum autem Apostolorum ea fuit sententia: *Non est aequum nos derelinquere verbum Dei, et ministrare mensis*[3]. Etsi autem proprium id est Episcoporum, tamen, quoniam variis distenti curis in suarum gubernatione ecclesiarum, nec semper nec usque quaque ipsi per se possunt, necesse est etiam per alios huic officio satisfaciant. Quare in hoc munere quicumque praeter Episcopos versantur, dubitandum non est quin, episcopali fungentes officio, versentur. — Haec igitur prima lex sanciatur, ut mimus praedicationis sua sponte suscipere liceat nemini; sed ad illud exsequendum cuivis opus sit missione legitima, quae, nisi ab Episcopo, dari non potest: *Quomodo praedicabunt, nisi mittantur?* 45 Missi sunt enim Apostoli et ab Eo missi qui summus est Pastor et Episcopus animarum nostrarum s; missi septuaginta duo illi discipuli; ipseque Paulus, quamvis constitutus iam a Christo vas electionis ut nomen eius coram gentibus et regibus portaret[6], tum demum iniit apostolatum cum seniores, Spiritus Sancti mandato *Segregate mihi Saulum* in *opus* (Evangelii)[7], obtemperantes, eum cum impositione manuum dimisissent. Id

1 Ses?. XXIV, *Dc Ref.,* c. IV.
5 1 *Cor.,* 1, 17.
·' *Ad.,* 6, 2.
l *Rmn.,* io, 15.
5 1 1'etr., 2, 25.
e *Ad.,* 9, 15.
' *Aci.,* 13, 2

quod primis Ecclesiae temporibus perpetuo usitatum est. Omnes enim, vel qui in sacerdotum ordine eminebant, ut Origenes, et qui postea ad episcopatum evecti eunt, ut Cyrillufi Hierosolymitanus, ut loannes Chrysostomus, ut Augustinus ceterique Doctores Ecclesiae veteres, sese ex sui quisque Episcopi auctoritate ad praedicandum contulerunt.

Nunc vero, venerabiles Fratres, longe aliud venisse in cosuetudinem ridetur. E sacris oratoribus non ita pauci sunt in quos apte cadere illud dixeris quod queritur Dominus apud leremiam: *Non mittebam prophetae, et ipsi currebantl.* Nam cuicuinque vel ex ingenii indole vel aliis quibusvis de causis ministerium verbi suscipere libuerit, facile ei putet aditus ad suggesta templorum, tamquam ad palaestram in qua quivis suo arbitratu sese exerceat. Itaque ut iam do medio tollatur tanta perversitas, vestrum est, venerabiles Fratres, providere; et quoniam de pabulo vestris gregibus praebito reddenda Deo Ecclesiaeque a vobis ratio est, ne sinite ut quis, iniussu vestro, in ovile se inferat, et oves Christi ad suum arbitrium pascat. Nemo igitur in dioecesibus vestris, nisi vocatus probatusque a vobis, iam nunc sacras contiones habeat.

Hic vero summa cum vigilantia attendatis volumus quibus munus tam sanctum demandetis. Qua in re Episcopis hoc tantum, Concilii Tridentini decreto, permittitur ut *idoneos* eligant, id est qui possint *officium praeditalionis salubriter exsequi. Salubriter,* dictum est — notate verbum quo rei continetur norma — non *eloquenter,* non *cum plausu audientium,* verum cum animarum fructu, ad quem, tamquam finem, divini verbi administratio pertinet. — Quod si pressius definiri a Nobis cupitis quos reapse habeatis idoneos, eos dicimus in quibus divinae vocationis argumenta reperietis. Nam quod requiritur ut quis ad sacerdotium admittatur: *Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo* -, idem opus est ut quis ad praedicandum habilis aptusque indicetur. Quae quidem vocatio haud difficile deprehenditur. Christus enim, Dominus et Magister Noster, cum in eo esset ut in caelum ascenderet, nequaquam dixit Apostolis ut ilico, diversi abeuntes, praedicare inciperent: *Sedete,* inquit, *in civitate, quoadusque induamini virtute ex alto* 3. Hoc igitur erit indicio quempiam divinitus ad id muneris vocari, si is virtute ex alto sit indutus. Quod cuiusmodi sit, licet ex iis colligere, venerabiles Fratres, quae in Apostolis, statim ut virtutem desuper acceperint, scimus evenisse. Ubi enim in eos Spiritus Sanctus descendit — ne mirifica, quibus aucti sunt, charismata attingamus — ex rudibus infirmisque hominibus docti perfectique evaserunt. Sit igitur sacerdos quispiam congruenti tum scientia tum virtute praeditus — modo ei dona naturae suppetant quae necessaria sunt ne tentetur Deus — recte ad praedicationem vocatus videbitur, neque erit cui' ab Episcopo ad hoc munus non possit assumi. Quod ipsum vult Tridentina Synodus, cum edicit, ne quos Episcopus praedicare sinat qui non *sint moribus et doctrina probati* l. Itaque Episcopi est eos, quibus praedicandi munus deferre cogitat, diu multumque experiri ut quae quantaque sit eorum et doctrinae copia et vitae sanctimonia

Icrem., '
Hebr., 5
I.uc., 21
Loc. cit.

cognoscat, Qui si remisse neglegenterque se gesserit, id profecto in re gravbai· ma deliquerit, et in eius caput- culpa recidet vel errorum quos imperitus prae- dicator fuderit, vel offensionis malique exempli quod improbus dederit.

Quo autem, faciliores in hoc vestras, venerabiles Fratres, reddamus partes, volumus ut qui predicandi potestatem petunt, non secus ac qui confessiones peccatorum excipiendi, de eorum moribus et eruditione posthac duplex seve- rumque fiat indicium. Quisquis igitur in alterutro mancus et claudicans repertus sit, nullo rei cuiusquam respectu, repellatur ab eiuamodi munere cui non esse eum idoneum constiterit. Postulat id vestra ipsorum dignitas, quorum vices a praedicatoribus geruntur, ut diximus; flagitat Ecclesiae sanctae utili- tas, quandoquidem *sal terrae* et *lux mundi* esse1, si quis alius, is debet qui in verbi ministerio versatur.

His probe consideratis rebus, ultra progredi ad explicandum quem sacrae praedicationis et finem et modum esse oporteat, supervacaneum potest viueri. Nam si ad eam, quam memoravimus, regulam sacrorum oratorum delectus exigatur, quid est dubii quin, congruis ornati virtutibus, dignam in praedicando et causam sibi proponant et rationem teneant? Sed tamen prodest haec duo illustrare capita, ut eo melius appareat, quare interdum boni praedicatoris forma in non nullis desideretur.

Quid praedicatoribus debeat in suscepto munere exsequendo esse pro- positum, licet intellegere ex eo quod ii possunt ac debent de se idem, quod Paulus, affirmare: *Pro Christo legatione fungimur*2. Si autem legati sunt Christi, illud ipsum velle debent in legatione peragenda quod Christus voluit in danda; iinmo quod ipse, dum vixit in terris, sibi proposuit. Neque enim Apostoli, et praedicatores post Apostolos, alio missi sunt atque Christus: *Sicut misit me Pater, et ego mitto vos* 3. Scimus autem cuius rei gratia Christus de caelo descen- derit: aperte enim declaravit: *Ego ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati*4, *Ego veni, ut vitam habeant*5.

Utrumque igitur persequantur oportet qui sacrae praedicationi dant ope- ram, id est, ut traiitae a Deo veritatis diffundant lumen et ut in iis qui audiunt, supernaturalem excitent alantque vitam; brevi, ut animarum quaerendo salutem. Dei promoveant gloriam. Quare, sicut perperam appelletur medicus, qui medicinam non faciat, vel alicuius artis doctor qui eam non doceat artem, sic qui praedicanao non curat ad pleniorem Dei cognitionem et ad aeternae salutis viam homines adducere, eum declamatorem vaniloquum appellari licet, praedicatorem evangelicum non licet. Atque utinam huiusmodi decla- matores nulli sint ! — Quid vero est quo ducuntur maxime? Alii quidem inanis gloriae cupiditate: cui scilicet ut satisfaciant: « Student magis alta quam apta dicere, facientes apud infirmas intellegentias miraculum sui, non ipsorum sa- lutem operantes. Erubescunt humilia et plana dicere, ne sola haec scisse vi-

1 Matth., 5, 13. 11.
2 2 Cor.. 5, 20
3 Ioann., 20. 2
1 Ibid., 18, 37.
5 Ibid., 10, 10.

deantur Erubescunt hiHare parvulo* Cumque Iesus Dominux ex hmnilitato auditorum ostenderet ho eum ease qui exspectabatur: *Paupere» ermuje-*
quid non moliuntur isti, ut ex urbium celebritate atque ex ṕrima
riorum dignitate templorum commendationem suis sermonibus acquirant? quoniam autem in rebus a Deo revelati» quaedam sunt quibus corruptae humanae naturae perterreatur iuli· initas, quaeque ob eam causam accommodatae non sunt ad evocandam multitudinem, ab iis caute se abstinent eaque tractiuit in quibus, si loci rationem excipias, nihil est sacrum. Ac non raro contingit ut in media pertractatione rerum aeternarum labantur ad politica, praesertim si quid eius generis animos audientium vehementer teneat occupatos. Omnino unum hoc iis esse studium videtur, placere audientibus eisque morem gerere quos Paulus *prurientes auribus* 3 dicit. Hinc ille gestus non sedatus et gravis, sed qualis in scaena aut in contione populari solet agi; hinc illae vocis vel remissiones molliores, vel contentiones tragicae; hinc illud orationis genus proprium ephemeridum; hinc sententiarum illa copia ab impiorum et acatholicorum petita scriptis, non a divinis Litteris, non a Sanctis Patribus; hinc denique illa et, quae ab eorum plerisque usurpatur, volubilitas tanta verborum, qua obtundant quidem aures et admirationem moveant audientibus, sed nihil his bonis afferant quod domum reportent. Iam vero mirum quantum praedicatores isti opinione falluntur. Habeant licet quem tanto cum labore nec sine sacrilegio petunt plausum imperitorum: num pretium est operae, quando simul subeunda eis est prudentium omnium vituperatio et, quod est maius, formidandum Christi severissimum indicium?

Quamquam, venerabiles Fratres, unice plausus quaerere praedicando non omnium est qui a regula normaque aberrant. Plerumque huiusmodi significationes qui captant, ideo captant ut eas ad aliud assequendum dirigant vel minus honestum. Nam, oblivioni dantes illud Gregorii: « Non praedicat sacerdos ut comedat, sed ideo ut praedicet, manducare debet »·4 haud ita rari sunt qui, cum ad alia munera, quibus decenter alerentur, non se factos esse intellegerent, ad praedicationem se contulerunt, non ministerii sanctissimi rite exercendi, Verum quaestus faciendi causa. Videmus igitur curas omnes istorum minime conversas esse ad quaerendum ubi maior sperari possit fructus animarnni, sed ubi plus conficiatur praedicando lucri.

Iam vero, cum ab his nihil exspectare liceat Ecclesiae, nisi damnum et dedecus, summopere vobis, venerabiles Fratres, est vigilandum, ut, si quem inveneritis praedicatione ad suam gloriam vel ad quaestum abuti, eum sine cunctatione amoveatis ab officio praedicandi. Nam qui rem tam sanctam polluere non veretur tanta perversitate propositi, non sane dubitabit ad omnes indignitates descendere, ignominiae labem aspergens non sibi tantum, sed ipsi etiam sacro muneri, quod tam prave administrat.

Eadem autem erit adhibenda severitas in eos qui quo decet· modo non praedicent, propterea quod ea neglexerint, quae ad recte hoc ministerium

1 Gillebcrtus Ab., *Iu Cani. Caniicor. senn. XXVJI,* 2.
2 Matth., 11, 5.
' 2 *Tim...* 4, 3.
4 *In I Ileffum,* lib. III.

obeundum necessario requiruntur. Haec vero quae sint, docet exemplo suu ik qui ab Ecclesia cognominatus est *Praedicator veritatis,* Paulus Apostolus: cuius similes praedicatores urinam. Dei miserentis beneficio, multo plures ha. beamus.

Primum igitur quod discimus a Paulo hoc est. quam bene paratus ct instructus ad praedicandum venerit. Neque vero hic loquimur de doctrinae studiis in quibus, Gamaliele magistro, diligenter versatus erat. Scientia enim in eo *per revelationem* infusa, obscurabat ac paene obruebat eam quam ipse sibi comparaverat: quamquam hanc quoque non parum ei profuisse ex eius Epistolis apparet. Prorsus necessaria est praedicatori, scientia, ut diximus, cuius quidem luce qui caret, facile labitur, ex Concilii Lateranensis IV verissima sententia: · Ignorantia est mater cunctorum errorum . Non tamen de qualibet rerum scientia volumus intellegi, sed de ea scilicet quae propria est sacerdotis, quaeque, ut in pauca conferamus rem, cognitione sui. Dei. et officiorum continetur: sui, inquimus, ut suas quisque utilitates omittat; Dei, ut omnes ad eum et cognoscendum et diligendum adducat; officiorum, ut ea servet et servari praecipiat Ceterarum rerum scientia, ista si desd, *inflat* nec quiequam prodest.

Illud potius videamus, qualis in Apostolo praeparatio fuerit animi. Qua quidem in re tria sunt maxime consideranda. Primum ut se totum Paulus divinae voluntati dediderit. Vixdum enim, cum iter faceret Damascum, lesu Domini virtute tactus est. edidit illam Apostolo dignam vocem: *Domine, quid me vis jacere?*[1]. Nam promiscua illi statim coeperunt osse pro Christo, sicut perpetuo fuerunt postea, laborare et quiescere, egere et abundare, laudari et contemni, vivere et mori. Non est dubium quin ideo in apostolatu tantum profecerit, quod se Dei voluntati pleno cum obsequio permisit. Quare similiter ante omnia obsequatur Deo quisquis praedicator ad salutem animarum nititur; ut nihil quiequam sit sollicitus quos auditores, quem successum, quos fructus habiturus sit: denique ut Deum dumtaxat, non se respiciat.

Hoc autem tantum Deo obsequendi studium animum postulat adeo comparatum ad patiendum, ut nullum fugiat laboris molestiaeque genus. Quod alterum in Paulo fuit insigne. Nam. cum de eo dixisset Dominus: *Ego ostendam illi, quanta oporteat eum pio nomine meo pati* [2], ipse deinde aerumnas omnes tanta voluntate complexus est ut scriberet: *Superabundo gaudio in omni'tribulatione nostra* [3]. Iam vero haec laboris tolerantia in praedicatore si emineat, cum quicquid humani in eo sit, abstergeat, ac Dei gratiam ei ad fructum ferendum conciliet, tum incredibile est quam eius operam cliristiano populo commendet. Contra, parum ad permovendos animos ii possunt, qui quocumque, venerint, ibi commoditates vitae plus aequo consectantur, ac dum suas contiones habeant, nihil aliud fere attingunt ministerii sacri, ut appareat plus eos propriae servire valetudini, quam animarum utilitati.

Tertio denique loco *spiritum orationis* qui dicitur, necessarium praedicatori esse intellegimus ex Apostolo; (pii ut primum vocatus est ad apostolatum,

[1] *Act.,* 9. 6.
[!] Ibid., 9. 16.
[3] 2 *Cor., 7,* 4.

Deu supplex esse institiui : *lJcce. enim orall.** Etenim non copiose dieendo nec subtiliter disserendo aut vehementer perorando salue quaeritur animarum: qui lue consistat praedicator nihil est nisi *aes sonans aut cymbalum tinniens*l. Id tpio fit ut vigeant humana verba mirificeque valeant ad salutem, divina esi
I gratia: *Deus incrementum dedit*3. Dei autem gratia non studio et arte comparatur, sed precibus impetratur. Quare qui parum aut nihil orationi est deditus, frustra in praedicatione operam curamque consumit, cum coram Deo nec sibi nec audientibus quiequam proficiat.

Itaque, paucis concludentes quae hactenus diximus, his Petri Damiani verbis utamur: «Praedicatori duo sunt permaxime necessaria, videlicet ut sententiis doctrinae spiritualis exuberet, et religiosae vitae splendore coruscet. Quod si sacerdos quispiam ad utrumque non sufficit, ut et vita clarus et doctrinae facultate sit profluus; melior est vita procul dubio quam doctrina... Plus valet vitae claritas ad exemplum, quam eloquentia vel urbanitas
j accurata sermonum... Necesse est ut sacerdos, qui praedicationis officio fungitur.
. et doctrinae spiritualis imbribus pluat, et religiosae vitae radiis splendeat: instar illius Angeli, qui natum Dominum pastoribus nuntians, et splendore claritatis emicuit, et quod evangelizare venerat, verbis expressit 4.

Sed, ut ad Paulum redeamus, si quaerimus quibus de rebus consuevisset praedicando agere, ipse sic omnia complectitur: *Non enim indicavi me scire aliquid inter vos. nisi lesum Christum, et hunc crucifixum* 5. Efficere ut lesum Christum homines magis magisque cognoscerent et quidem cognitione quae ad vivendum, non modo ad credendum, pertineret, hoc est quod omni apostolici pectoris contentione laboravit. Itaque Christi dogmata et praecepta omnia vel severiora sic tradebat ut nihil nec reticeret nec molliret, de humilitate, de abnegatione sui, de castitate, de rerum humanarum contemptu, de oboedientia. de venia inimicis danda, de similibus. Nec vero timide illa denuntiabat: inter Deum et Belial eligendum esse cui serviatur, utrique non posse; omnes, ut e vivis excesserint, tremendum manere indicium; cum Deo non licere transigi; aut vitam aeternam sperandam, si universae obtemperetur legi, aut, si cupiditatibus indulgendo deseratur officium, ignem aeternum esse exspectandum. Neque enim *Praedicator veritatis* umquam putavit abstinendum ab huiusmodi argumentis propterea quia, ob corruptionem temporum, nimis dura viderentur iis, ad quos loquebatur. —I Apparet igitur quam non probandi dnt ii praedicatores, qui quaedam Christianae doctrinae capita, ne fastidio sint audientibus, non audent attingere. Num medicus quisquam inutilia remedia dabit aegrotanti, quia is ab utilibus abhorreat? Ceterum inde probabitur oratoris virtus et facultas, si, quae ingrata sunt, ea grata dicendo reddiderit.

Quae autem tractanda susceperat, quo modo Apostolus explicabat? *Sw in persuasibilibus humanae sapientiae verbis* c. Quanti refert, venerabiles

I *Ari.,* 11.
1 Cor.,
4 Ibid.. 3
4 Epp. lib. I, / *Eı>. I ail CinlMum Urbis Prae/.*
I *Cor.,*
Ibid..

Fratres, hoc omnibus esse exploratissimum, eum videmus non paucos e sacru contionatoribus ita dicere ut Scripturas Sanctas, Patres Doctoresque Ecclesiae, theologiae sacrae argumenta praetermittant ; nihii fere nisi rationem loquantur. Perperam profecto: neque enim in ordine supernatandi humanis tantum adminiculis quiequam proficitur. At illud opponitur: praedicatori qui quae divinitus revelata sunt, urgeat, non haberi fidem. - Itane vero? Sit sane apud «catholicos: quamquam cum Graeci sapientiam, nimirum huius saeculi, quaererent, Apostolus tame:· eis Christum crucifixum praedicabat '. Quod si oculos convertamus ad gentes catholicas, in his ii qui alieni sunt a nobis, fere Fidei radicem retinent: mentes enim obcaecantur eo quod animi corrumpuntur.

Postremo qua mente praedicabat Paulus Î Non ut hominibus, sed ut Christo placeret: ⁑'i *hominibus placerem, Christi servus non essem* 12 Cum animum gereret incensum caritate Chi isti, nihil quaerebat praeter Christi gloriam. 0 utinam qui in verbi ministerio elaborant, omnes vere lesum Christum diligant; utinam possint illa usurpare Pauli: *Propter quem* (lesum Christum) *omnia detrimentum ieci3;* et *Mihi virere Christus est* l. Tantum qui amore ardent, ceteros inflammare sciunt. Quare S. Bernardus ita praedicatorem admonet: Si sapis, concham te exhibebis et non canalem ›. 3; hoc est: quod dicis, eo plenus ipse esto, et ne satis habeas in alios transfundere. Verum, ut idem Doctor addit, canales hodie in Ecclesia multos habemus, conchas vero perpaucas i » :*

Hoc ne eveniat in posterum, vobis omni ope atque opera enitendum est, venerabiles Fratres: quorum est et indignos repellendo, et indoneos eligendo, conformando, moderando, efficere ut praedicatores. qui sint secundum Dei cor, iam plurimi exsista.it. — Kespiciat autem misericors gregem suum Pastor aeternus, lesus Christus. Virgine Sanctissima quidem, ut Matre augusta ipsius Verbi incarnati et Regina Apostolorum, deprecante; ac spiritum apostolatui in Clero refovens, plurimos esse iubeat qui studeant · se ipsos probabiles exhibere Deo. operarios inconfusibiles, recte tractantes verbum veritatis · ~.

Auspicem divinorum munerum ac testem benevolentiae Nostrae vobis, venerabiles Fratres, vestroque Clero ac populo apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 15 iunii, in festo Sacratissimi Cordis lesu, anno 1917, Pontificatus Nostri tertio.

BENEDICTUS Pp. XV.

1 1 *Cor.*. 1. 23.
2 *(lai.,* 1. 1·'.
3 Philip., 3. 8.
‘ Ibid., I, 21.
“ *In Cani. semi.* 18.
” Ibid.
' 2 *Tim*.. 2, 15.

EPISTOLA APOSTOL1CA PU PAPAE XI
1>E SEMINARIIS E'I STUOIIS CLERICORUM

Dilecte fili noster (Card. Bisleti) *salutem et apostolicam benedictionem.*

Officiorum omnium sanctissimorum, quaecumque apostolici muneris amplitudo complectitur, nullum sane nec maius est nec patet latius, quam curare et efficere ut Ecclesiae ad divina sua munia obeunda bonorum ministrorum satis magna copia suppetat. Id enim est eiusmodi, quod Ecclesiae et dignitatem et efficientiam et vitam ipsam eoniunctam habet; quodque ad salutem humani generis tam interest quam quod maxime: siquidem quae mundo parta sunt a lesu Christo Redemptore impensa beneficia, ea non cum hominibus nisi per ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei communicantur. Iam vero ex hac beati Petri Cathedra, in qua nullo merito nostro divinitus collocati sumus, circumspicientibus Nobis eum, qui proximis Nostris curis demandatus est, orbem catholicum, aestimare licet ex una parte quae et quam magnae sint animorum necessitates, ex altera autem quam non eis plurifariam clerus, pro sua praesertim paucitate, sufficiat: difficultatesque ad eum rite supplendum, quae iam gravissimae aderant, quanto factae sint recentis belli damnis iacturisque graviores. Quod si omnibus, quotquot divinae gloriae alienaeque saluti student, longeque ante alios sacris Pastoribus, permolestum accidat oportet, facile intelligitur Nos, cum omnium ecclesiarum curam sustineamus, multo vehementius quam ceteros, eam ipsam ob causam anxios esse atque sollicitos. Itaque in exordio pontificatus maximi nihil Nobis est antiquius, quam singulare quoddam studium ad rem tanti momenti conterre: praecipueque advocatam adhibere operam istius Urbani Consilii cuius est educationem doctrinamque sacrae iuventutis universae moderari. Novimus enim multa iam a decessoribus nostris eodem Consilio, ut instrumento, usis peropportune esse praescripta, quae Nos et valde probamus omnia et Nostrae auctoritatis suffragio confirmamus: verum nonnulla ex iis sunt, quae omnino volumus eo vel urgentius urgeri, tamquam sancto proposito maxime conducibilia. Quapropter, ad te, dilecte fili Noster, eiusdem sacri Consilii praefectum has damus litteras, ut quemadmodum huius Nostrae tantae sollicitudinis in primis es particeps, ita ad ea significanda quae eamdem levare possunt, teipso interprete, utamur.

Principio, quoniam sacri ordinis Ecclesiaeque rationes quae arctissime, ut diximus, inter se cohaerent, non est dubitandum quin omni tempore satis hominum a Deo ad sacerdotium destinetur; alioquin necessaria in re Deus umquam deesset Ecclesiae suae, quod nefas est dicere.

Quamquam hac ipsa in re aeque ao in ceteris quao ad communem animarum salutem opus sunt, ea divinae providentiae lex valet, nt communes preces amplissimum locum habeant ad impetrandum. Apertum enim notumque omnibus est illud: Afessis *quidem multa. operarii autem pauci. Jtogate ergo Dominum messis ut mittat operarios in messem suam* 1. Quoniam igitur huic efficio optimus quisque satisfacere. Ecclesia praeeunto, consuevit, iam ut candidalorum ad sacra numerus accrescat, in primis servari cupimus optamusque quod in iuris canonici Codice ita praescriptum est: *Dent operam «acerdotes, praesertim parochi, ut pueros, qui indicia praebeant ecclesiasticae* renilionis, *peculiaribus curis a saeculi contagiis arceant, ad pietatem informent, primis litterarum studiis imbuant divinaeque in eis vocationis germen foveant'·,* Qui quidem, ubi maturum tempus esse indicaverint, suos alumnos studebunt sacro alicui Seminario tradere in disciplinam, ut in eis quod ipsi inchoaverint, rite perficiatur. Quod si huic rei tenuitas adulescentulorum fuerit impedimento, nec sacerdotes sumptus suppeditare ipsi possint, bonorum animos excitent ad succurrendum, proposita rei tum sanctitate, tum etiam incredibili utilitate. Quo loco facere non possumus quin rogemus omnes, quicnmque Ecclesiam diligunt, ut illud ‹ Opus vocationum ecclesiasticarum quod, pueris spei bonae et domi et apud parochos et intra Seminariorum septa sedulo adiuvandis. salubriter institutum est, omni foveant studio atque promoveant.

Illud enirnve.ro maximae est curae, modisque omnibus efficiendum est. quod decessores Nostri Leo Nil| et Pius X saepius praeceperunt, ut sacra Seminaria, nisi ad eam rem. cuius causa condita sunt, ne adhibeantur, id est ad sacrorum administros, ut oportet, instituendos. Quare non modo in eis locus esse non debet pueris vel adulescentulis, qui nullam ad sacerdotium praeferafit propensionem voluntatis. — horum enim consuetudo clericis mirum quantum obest. — sed etiam cum pietatis exercitationes, tum ratio studiorum, tum ipsum gubernationis genus huc omnino spectent oportet, ut ad perfunctionem divini muneris accommode alumnorum animi praeparentur. Haec esto Seminariorum omnium, nullo excepto, sanctissima lex; cui quidem si religiosius usque adhuc obtemperatum esset, tanta fere ubique non esset paucitas sacerdotum. Nam hoc est in proclivi, quae non congruenter suae propriae naturae regantur Seminaria, ea suum quidem retinere nomen, re autem vera societati civili multum prodesse posse, at sacro ordini vix aliquid aut omnino nihil proficere.

Iam quomodo constituta esse oporteat Seminaria ut idonea exsistant sacerdotibus educandis, qui et a pietate et a doctrina bene instructi sint, non est Nobis in animo hic explicare: dumtaxat nonnulla sunt, quae praecipue, u» maximi momenti et ponderis, cupimus, dilecte fili Noster, universos sacrorum Antistites diligenter attendere.

Primum est de linguae latinae studio in litterariis clericorum ludis omni cura fovendo atque provehendo, quam linguam scientia et usu habere perceptam. non tam humanitatis et litterarum, quam religionis interest. Etenim

1 Maith. IX, 37, 38.
2 Cuu. 1353.

Ecclesia, ut quae el nationes omnes complexu suo contineat, et consummationem saeculorum sit permansura, et prorsus a sui gubernatione vulgus arceat, sermonem suaptc natura requirit universalem, immutabilem, non vulgarem. Huiusmodi cum sit sermo latinue, divinitus provisum eet ut is mirifico esset usui Ecclesiae docenti, idemque. eliristifidelibus doctioribus ex unini gente magnum ministraret vinculum imitatis; iis dando scilicet non solum aude, vel locorum intervallo disiuncti vel in unum locum congregati, facile inter se sensa ment is et consilia conferrent, sed etiam, quod maius est. unie, (piae Ecclesiae matris sunt, altius cognoscerent et cum Ecclesiae capite arctius cohaererent. Utraque de causa, ut cetera omittamus, liquet clerum, ante ftlios, latinae linguae perstudiosum esse oportere; neque enim hic laudes persequimur quibus hoc commendatur loquendi genus, pressum, locuples, numerosum, niaiestatis plenum et dignitatis, quod mire dixeris comparatum ad serviendum Romani Pontificatus gloriae, ad quem ipsa imperii sedes tamquam hereditate pervenerit. Quod si in quopiam homine laico, qui quidem sit tinctus litteris, latinae linguae, quam dicere catholicam vere possumus, ignoratio quemdam amoris erga Ecclesiam languorem indicat, quanto magis omnes clericos, quotquot sunt, decet eiusdem linguae satis gnaros esse atque peritos! Horum profecto est latinitatem tanto tueri constantius quanto a sapientiae catholicae adversariis qui saee. XVI Europae in ima fidei doctrina consensionem labefactarunt, acrius eam norunt oppugnatam. Quare — quod ipsum in iure canonico cautum est 1 — in litterarum ludis, ubi spes sacri ordinis adolescunt, accuratissime sermone latino volumus alumnos institui, hanc etiam oh causam ne deinde, cum ad maiores disciplinas accesserint, quae latine utique et tradendae et percipiendae sunt, fiat, ut prae sermonis inscitia plenam doctrinarum intelligentiam assequi non possint, nedum se exercere scholasticis illis disputationibus, quibus egregie iuvenum acuuntur ingenia ad defensionem veritatis. Ita iam non continget, quod saepius dolemus fieri, ut nostri clerici sacerdotesque, cum haud satis operae litterarum latinarum studio dederint, neglectis Patrum Doctorumque Ecclesiae copiosis voluminibus, quibus fidei dogmata exhibentur dum dilucide proposita tum invicte defensa, idoneam sibi doctrinae copiam a recentioribus petant auctoribus, in quibus fere non modo perspicuum dicendi genus et accurata disserendi ratio solet, sed fidelis etiam dogmatum interpretatio desiderari. Quae igitur Paulus Timotheum admonuit: *Formam habe, sanorum verborum 2...; Depositum custodi, devitans profanas vocum novitates, oppositiones falsi nominis scientiae, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt*3, haec, si umquam alias, his praesertim temporibus valent, cum varias errorum fallacias, scientiae nomine specieque obtectas, nimis multi usque quaque venditare consueverunt. Has autem quis detegere possit ac redarguere, nisi fidei dogmatum probe sensum teneat vimque verborum quibus sollemniter sunt expressa, denique nisi ipsum, quo Ecclesia utitur, sermonem calleat!

Alterum in quo singularem Episcoporum vigilantiam requirimus, ad al-

Can. 1304.
// *Tim*

tiora adolescentis cleri studia pertinent. Omnino quae hac de re sunt in iure canonico providentissime ‚statuta ea sancte inviolateque observari debent, si quidem consilium est sacerdotum parare copiam. qui tantae magnitudini numeris impares non sint. Confecto igitur litterarum curriculo, nostri alumni, ut sacrae Theologiae aptam praeparationem adhibeant, minimum biennio diligentissime in Philosophiae studio versentur. *Scholasticam* intelligimus Philosophiam. a sanetis Patribus Scholaeque Ductoribus quadam laborum continuatione naviter expolitam, ae denique opera et ingenio Thomae Aquinatis ad summum perfectionis gradum adductam, quam quidem decessor Koster illustris Leo XIII fidei propugnaculum ac veluti firmum religionis munimentum ı appellare non dubitavit. Profecto ipsius Leonis magna laus est Philosophiam christianam. excitato Doctoris Angelici amore cultuque, instaurasse: atque etiam sic indicamus, omnium rerum, quas in diuturno pontificatu pro Ecclesia et pro societate civili utilissime gesserit, hoc adeo luisse caput, ut si cetera non «adessent, haec una res satis esset ad tanti Pontificis nomen immortalitati commendandum. Itaque in primis sibi curae habeant magistri Philosophiae in hac disciplina clericis tradenda non solum rationem seu methodum, verum etiam doctrinam et principia sequi Sancti Thomae: idque eo faciant vel studiosi®, quod sciant nullum Ecclesiae Doetorem *modernistic* eeterisque fidei catholicae hostibus ita esse terrori et formidini, ut Aquinatem.

Quod autem de Philosophia dicimus, idem est de sacrae Theologiae disciplina intelligendum. Nam, ut Sixti V verbis utamur: Huius quidem tam salutaris scientiae cognitio et exercitatio, quae ab uberrimis divinarum Litterarum. Summorum Pontificum. Sanctorum Patrum et Conciliorum fontibus dimanat, certe semper maximum Ecclesiae adiumentum afferre potuit, sive ad Scripturas ipsas vere et sane intelligendas et interpretandas, sive ad Patres securius et utilius perlegendos et explicandos, sive ad varios errores et haereses detegendas; his novissimis diebus, quibus iam advenerunt tempora illa periculosa ab Apostolo descripta, et homines blasphemi superbi et seductores proficiunt in peius, errantes et alios in errorem mit'entes, sane catholicae fidei dogmatibus confirmandis pernecessaria est 3. Etenim id quod efficit ut hoc disciplinae genus vim scientiae veri nominis habeat, in eoque — ut desiderallissimus decessor Noster praeclare ait ’ — plena sir, quantum per humanam rationem licet, explicatio invictaque defensio traditae divinitus veritatis . nihil est aliud nisi Philosophia Scholastica duce et magistro Aquinate, in usum ipsius sacrae, disciplinae conversa. Hinc «apta illa ct inter se nexa rerum el causarum cohaerentia, ille ordo et disp-«sitio tamquam militum in pugnanda instructio, illae dilucidae definitiones et distinctiones, illa argumentorum firmitas et acutissimae disputationes, quibus lux a tenebris, verum a falso distinguitur, haereticorum memlacia. multis praestigiis et fallaciis involuta, tamquam veste detracta, patefiunt et denudantur 5.

1 Can. 136.5 et 1366.
2 LitL Eue. *Ademi Patria.*
1 Bulla *Triumphantis* a. 1588.
‹ Benedic»w. XV. Motn proprio De *Thmnat Aeailcmin* a. 1BU.
’ Sixtus V, /. ‹.

Consequens est, non boue sacrae iuventuti consuleie, qui omnem de Théo logia institutionem, scholastica ratione neglecta, ad *positivam methodum,* ut dicitur, exigendam putent; multoque minus eos officio suo satisfacere, qui huius doctrinae magisterium non .diter exerceant, nisi ordinem tmiemque dogmatum atque haeresum doctis disquisitionibus exsequendo. Illa enim positiva methodus necessario quidem scholasticae adiungenda est, sed sola non sufficit; cum bene comparari nostros oporteat ad fidei veritatem non modo convincendam, sed illustrandam etiam ac defendendam; fidei enim dogmata contrariosque errores ex ordine temporum recensere, ecclesiasticae quidem historiae est, non vero munus Theologiae.

Tertio loco, quod ad clericorum studia pertinet, qui, pro conscientia officii, ea moderetur, non is profecto praescriptiones iuris canonici negliget de Theologia *pastorali*[1] : imino plurimum tribuet huic disciplinae, qua quidem proxime animarum quaeritur salus. Nec vero dumtaxat, quam sancte sint divina tractanda, praecipiet; sed praeterea quemadmodum sint maiore semper cum fructu hominibus applicanda. In quo ei erit temporum habenda ratio diligentissime. Multa enim in populi christiani mores rerum cursus induxit, patrum nostrorum inaudita temporibus: quae pernovisse hodie sacerdotem oportet ut nova novis remedia malis in lesu Christi virtute reperiat, et salutarem religionis vim in omnes venas afferat humanae societatis.

Denique scito, dilecte fili Noster, admodum cordi Nobis illud esse quod pariter in iuris canonici Codice statuitur: Si *constitui Seminarium dioecesanum nequeat, aut in constituto Seminario conveniens institutio, praesertim in philosophicis ac theologicis disciplinis, desideretur, Episcopus alumnos in alienum Seminarium mittat, nisi Seminarium interdioecesanum vel regionale, auctoritate apostolica, constitutum fuerit* In quo quidem optandum est ut Episcopi, quorum id refert, Apostolicae Sedis providentiam aestiment eique libentibus animis suffragentur. Quam multi enim sunt, qui vel moderatorum praeceptorumque inopia, vel fortunarum angustiis, vel alia de causa nequeunt adolescentes clericos, si quos habent maioribus studiis maturos, apud se curare, ut dignum est. instituendos? Iis igitur ut possent permagno sui muneris officio fungi, opportune haec Apostolica Sedes opitulata est, conditis, maxime per Italiam, in singularum regionum commodum, nonnullis Seminariis, iisque praesidum doctoriuuque nobilitate florentibus, mule sacerdotes exsisterent ad omne opus bonum instructi, paratisque se devovere totos Dei gloriae animarumque saluti. Nos equidem id instituti[2] genus, in quo sapientia aeque ac munificentia decessorum Nostrorum Pii X et Benedicti XV spectata est, cum sartum et tectum conservare volumus, tum etiam, quantum est in Nobis, omni ope in maius provehere.

At vero par est et consentaneum, sacrorum quoque Antistites, qui eius dut regionis, cuius gratia Seminarium huiusmodi sit excitatum, debere omnes eidem pro virili parte prospicere. Quos quidem rogamus, ne inviti id faciant, quod non solum communis ab eis, sed propriae etiam ipsorum utilitatis ratio postulat. Etenim si reputaverint — quod res est — suam cuiusque causam

[1] Can. 1365 § 3.
[2] Cnn. 1301, › 3.

hic agi, et. Seminarium interdioecesanum vel regionale suarum cuique dioecesium •Seminarii maioris instar esse, in quo ipsi eadem iura oademque officia singuli habeant, nihil sane, quod intelligant a se iu eius bonum conferri posse, uniquam recusabunt.

Haec habuimus, dilecte fili Noster, ad te de clericorum institutione scribere. Iam istius cui praeses. Urbani Consilii erit curare, ut tam in sacris Seminanis Collegiisque clericorum tum in magnis Lyceis et *facultatibus* seu doctorum ordinibus quicumque eidem Consilio subiecti sunt, ea diligenter ubique ad effectum adducantur. Eadem ipsa igitur, ex auctoritate Nostra omnibus quorum interest, tu significabis. Deprecante autem Virgine beatissima, Eius Matre qui est *Sacerdos in aeternum,* confidimus rem magno cum emolumento sacri ordinis, Dei miserentis gratia, successuram.

Auspicem interea divinorum munerum ac peculiaris Nostrae benevolentiae testem, apostolicam benedictionem tibi, dilecte Fili Noster, amantissime impertimur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die 1 mensis augusti, anno 1922, Pontificatus Nostri primo.

PIUS PP. XI.

III.

MOTU PROPRIO PII PAPAE XI, 27 aprilis 1924

DE DISCIPLINAE BIBLICAE MAGISTERIIS

PIUS PAPA XI

Bibliorum scientiam quanti Ecclesia Dei perpetuo fecerit, vel scripta testantur, a Christianae religionis primordiis usque adhuc, ad fidem docendam tuendamque edita. Libris enim sacris, altero divinae revelationis fonte, haud secus ac traditis sine scripto doctrinis, quicquid de Deo, de Christo hominum Redemptore, de nativa Ecclesiae constitutione deque morum disciplina scimus. Quamobrem rei biblicae studia, tanto plus viguerunt, quanto oportuit acrius aut veritatem illustrare aut errores inimice infesteque in Chi isti divinitatem inque Ecclesiam prolatos refellere; acatholicis autem et rationalistic eousque temeritatis audaciaeque progressis, ut ipsam Scripturae Sanctae auctoritatem atque ab errore immunitatem appeterent, iam nostris necessc fuit, magna sanae eruditionis copia instructis, in certamen descendere, ut divinum Coelestis Sapientiae donum a falsae scientiae commentis defenderet. In qua quidem palaestra, si omnes ex utroque clero alumni, per sacrorum studiorum cursum, graviter institui atque exerceri debent, at plenissimam tamen incorruptamque rei biblicae cognitionem ii percipiant oportet, qui ad eiusmodi disciplinam aut in Seminariis studiorumve Universitatibus tradendam aut scripto tractandam peculiari quadam ingenii sui propensione allici et reservari videantur: qui si tantulum ab Ecclesiae sensu aberrarint, iam apud plures alios integritas fidei in periculum discrimenque vocabitur. Rei huiusce momenta cum proximi

Motu proprio Bibliorum scientiam *

ilwessnres nostri provido inteiiloqnc animo pondérassent. Commissione, aiunt, purpuratorum Patrum ct, Instituto item biblico conditis, datisq haud semel, ut Sacrae Scripturae studia proveherent, ad universos etiam catholivi orbis Antistites. Litteris, inter alia id quoque edixerunt, magistros eius liecipliuae esse caute prudenterque diligendos, et alumnos optimae spei, qui nati apti ad Bibliorum studia viderentur, ad promerenda etiam huius disciplinae insignia excitari adiuvarique debere, quibus aliquando divinarum Litterarum magisteria committerentur. Quae quidem hortamenta et iussa sapientissimorum Pontificum magno sane emolumento fuere; verumtamen ut eailem, additis per Nos praescript is atque incitamentis, quae temporum condicio postulat, uberiores solidioresque afferant utilitates, placet, haec quae sequuntur, auctoritate Nostra decernere:

I. Gradus academici, apud Commissionem Biblicam vel Institutum biblieum, facto scientiae periculo, impetrati, eadem pariant iura eosdemque canonicos effectus ac gradus in sacra Theologia vel in iure canonico a quibusvis Pontificiis Athenaeis et catholicis Institutis conlati.

II. Beneficium, in quo canonice insit onus Sacrae Scripturae populo explanandae, ulli ne conferatur nisi praeter alia, sit is licentia aut laurea in re biblica potitus.

III. Nullus item Sacrarum Litterarum in Seminariis tradendae doctor esto, nisi, confecto peculiari eiusdem disciplinae curriculo, gradus academicos apud Commissionem Biblicam vel Institutum Biblieum adeptus legitime sit. Volumus autem ut baccalaurei titulus iis ab Instituto Biblico tributus, qui ibidem primum alterumque curriculi annum — graviores nempe doctrinas percipiendo — peregerint, satis sit cum ad rem biblicam docendam, tum ad beneficium, de quo η. II, assequendum, incolumi tamen inre eos anteferendi qui licentia laureave aucti sint.

IV. Summi Ordinum regularium Sodalitatumque religiosarum mode* ratores id velle Nos sciant, ut quos ex alumnis suis, aut Romae aut alibi saerarum disciplinarum curriculum agentibus, ad divinarum Litterarum studia aptiores deprehenderint, si non omnes at saltem eorum aliquem, post exactum theologiae cursum, scholas Instituti Biblici frequentare iubeant.

V. Id ipsum catholici orbis Episcopis sanctum et sollemne esto, qui, praeterea, rem Nobis pergratam facturi sunt, si annuam pecuniam constituerint, constituendamve aliorum liberajitate curarint, ut uni vel pluribus e sua cuiusque dioecesi sacerdotibus Romae alendis, ea causa, ut Instituti Biblici scholas celebrent ibique gradus academicos adipiscantur. Quos tamen Episcopi, huius rei gratia, in Urbem miserint, iis excipiendis hospitia profecto non deerunt.

VI. Ut quod postremo loco hortati sumus, id exemplo confirmemus Xostro, ducenta libellarum italicarum millia largimur quarum annuum reditum in sacerdotes, duos, ut supra, Romae alendos per Sacram Congregationem Seminariis studiorumque Universitatibus praepositam erogaturi sumus; cui qoidem Sacrae Congregationi omnia, quae superioribus quinque capitibus

decrevimus, ad otlectum deducenda ac pro prudenti arbitrio moderanda aitii-lmimus. Divinam interea Sapientiam rogamus incepto faveat nostro, quocum maximum religioni bonum, cohaeret profecto ac coniungiinr.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die 27 mensis Aprilis, anno 1921. Pontificatus Xostri tertio.

PH'S PAPA XI.

(Ex .1. J.. S. XVI. 180 sq.)

Epistola Apostolica Unigenitus Dei Filius Pii XI. 19 Martii 1924.
(Haec Epistula invenitur in Appendice ad l volumen, p. 933).

V.

BULLA PH XI

De Liturgia deque cantu gregoriano et musica saura cotidie magis PROVEHENDIS

PIUS EPISCOPUS

Servus serrornni Dei ad perpetuam rei memoriam.

Divini cultus sanctitatem tuendi cum Ecclesia a Conditore Christo mimus acceperit, eiusdem est profecto salva quidem sacrificii et sacramentorum sub-stantif, ea praecipere — caeremonias nempe, ritus, formulas, praeces, cantum -- quibus ministerium illud augustum et publicum optime regatur, cuius pe-culiare nomen est *liturgia* quasi actio sacra praecellenter. Atque res utique sacra est liturgia; per eam enim ad Deum evehimur ipsique coniungimur. fidem nostram praestamur, nosque gravissimo ei obligamur officio ob accepta beneficia et auxilia, quibus perpetuo indigemus. Hinc intima quaedam neces-situdo inter dogma et liturgiam sacram, itemque inter cultum Christianum ei populi sanctificationem. Quapropter Coele-tinus I fidei canonem expressum esse censebat in venerandis liturgiae formulis; ait enim: legem credendi, les statuat supplicandi. Cum enim sanctarum plebium praesules mandata sibiinet legatione fungantur, apud divinam clementiam humani generis agunt causam, et tota secum Ecclesia congemiscente postulant et precantur··1.

Quae communes supplicationes primum *opus Dei,* deinde *officium divinum* appellatae, quasi debitum cotidie Deo solvendo noctu dieque olim fiebant, magna quidem Christianorum frequentia. Ac mirum quantum iam inde ab ips» antiquitate temporum ingenuae illae cantilenae, ad fovendam in populo pie-tatem contulerunt. Xamque in veteribus praesertim basilicis, ubi Episcopus, clerus populusque divinas laudes alterne concinebat, non parum liturgici cantus

' Epist. art Episcopos GalUanun, Patrol. I.«t. L. 535.

ıó valuere ut plurimi ex barbaris ad cliristianum civilemqiie cultum, historia leste, adducerentur. In templis catholicae rei oppugnatores altius Sanctorum comnnmionis dogma didicerunt ; quamobrern Valens arianue, prae divini mysterii inaiostate, a Sancio Basilio peracti, stupore quodam insolito correptus, animo deficiebat; ac Mediolani Sanctus Ambrosius ab haereticis arguebatur se turbas liturgicis cantibus fascinare, quibus quidem perculsus Augustinus consilium cepit Christi fidem amplectendi. In ecclesiis deinde, ubi ex tota 1ère civitate, chorus ingens fiebat, opifices, aedium 'fabri, pictores, sculptores, litterarum ipsi studiosi, per liturgiam ea theologicarum rerum cognitione imbuebantur. quae hodie ex illius aetatis mediae monumentis tantopere elucet.

Ex his mtelligitur cur Romani Pontifices tantam adhibuerint sollicitudinem in liturgia tutanda et custodienda; et quemadmodum tam multa erat eis cura in dogmate aptis verbis exprimendo, ita liturgiae sacrae leges ordinare, luerict ab omni adulteratione praeservare studuerint. Itemque patet cur Sancti Patres liturgiam sacram (seu *supplicandi legem)* verbis scriptisque commentati sint; et Tridentinum Concilium voluerit eam esse Christiano populo exponendam et explicandam.

Quod vero ad nostra haec tempora attinet, Pius X, abhinc annos XXV. in praescriptionibus illis *Motu proprio* promulgatis, quae ad cantum gregorianum
I et musicam sacram pertinent, hoc in primis proposuit ut scilicet christianum spiritum in populis excitaret et aleret, ea sapienter removendo quae templi sanctitudinem maiestatemque dedecerent. Etenim ob eam causam ad aedes sacras fideles conveniunt ut pietatem inde, tamquam ex praecipuo fonte, hauriant, veneranda Ecclesiae Mysteria ac publicas sollenmesque preces actuose participando. Permagni igitur interest quidquid est liturgiae ornamentum normis quibusdam praeceptisque Ecclesiae contineri, ut artes reapse vehit par est, quasi ancillae nobilissimae divino cultui inserviant ; quod quidem nedum in detrimentum, in maiorem potius dignitatem splendoremque ipsarum artium quae in sacris locis adbibentur certe cedet. Idque mirum sane in modum in musica sacra effectum est; ubicumque enim praescriptiones illae sunt in usum deductae, ibidem vel lectissimae artis venustates reviviscere, tum religiosi spiritus late florere coeperunt; propterea quod populus Christianus, liturgico sensu altius imbutus et eucharisticum ritum et psalmodiam sacram et supplicationes publicus participare impensius consuevit. Quod Nos quidem ipsi tam ineunde experti sumus, cum, primo pontificatus nostri anno, ingeris clericorum chorus ex omni natione liturgiam sollemnem, quam in Vaticana Basilica celebravimus, gregoriano cantu nobilitavit.

Iam vero dolendum hic est quibusdam in locis eas leges sapientissimas plene non fuisse in usum deductas; ideoque optatos fructus inde perceptos non esse. Namque probe novimus vel dictitasse aliquos se eis legibus non teneri quae tam sollemniter edictae fuerant; vel nonnullos, primum quidem iisdem paruisse, sed pedotentim ei musicae generi induxisse quod est omnino a templis arcendum; vel denique alicubi, ctun praesertim saecularia sollemnia in memoriam celebrentur musicorum illustrium, causam inde quaesitam esse quaedam in templo exsequendi quae, quamvis praeclara, cum sacri loci et liturgiae sanctitati non congruerent, in ecclesiis nequaquam erant adhibenda.

Attamen, quo clerus popuiusque eis legnnis et praescriptionirius, quae sancte inviolateqne in Ecclesia universa servandae sunt, religiose pareat, non· nulla heic adieere placet, quae nempe hoc XX\ annorum spatio experiendo didicimus. Idque eo libentius Nos facimus quod hoc anno non solum musicae sacrae restaurationis, quam diximus, recordatio, sed etiam memoria monachi illius Guidonis Aretini celebrata est; qui, cum circiter abhinc annos nongentos, Romani Pontificis iussu, in Urbem venisset. ingeniosum illud suum inventum protulit, quo liturgici cantus, iam inde ab antiquitate trauiti. et facilius evulgarentur, et. ad Ecclesiae artisque ipsius utilitatem ac decus, integre serrarentur in posterum. In Lateranis Aedibus, ubi antea S. Gregorius Magnus, monodiae sacrae thesauro — hereditate quidem monumentoque Patrum — collecto, digesto et aucto. Scholam illam percelebrem, ad veram liturgicorum cantuum interpretationem perpetuandam, tam sapienter constituerat, Guido monachus experimentum egit mirifici sui inventi, coram romano clero ipsoque Pontifice Maximo; qui, rem eximie probando meritaque laude prosequendo, hoc effecit ut eadem innovatio longe lateque paulatim propagaretur, atque omne musicae artis genus magnum inde caperet incrementum.

Omnibus igitur Episcopis atque Ordinariis, quibus quidem, cum sint liturgiae custodes, de sacris artibus in ecclesiis cura esse debet, nonnulla hic Nos commendare volumus, quasi optatis respondentes, quae ex tot musicis congressionibus, praecipueque ex recentiore conventu. Romae habito, Nobis significarunt non pauci sacri Pastores ac studiosissimi rei huius praecones, quos omnes merita hic laude honestamus; eademque. ut infra, etlicacioribus viis rationibusque propositis, ad effectum deduci iubemus.

I. Quicumque sacerdotio initiari cupiunt, non modo in Seminariis sed etiam in religiosorum domibus, iam inde a prima aetate cantu gregoriano et musica sacra imbuantur; propterea quod facilius tum ea perdiscant, quae ad modulationes sonbsque pertinent ; et vocis vitia, si fortasse habeant, eradicare vel saltem corrigere queunt, quibus quidem postea, adult lores aetate, mederi prorsus non possent. Ab ipsis primordiorum scholis institutio cantus et musicae incipienda est,ac deinde in gymnasio et lycaeo continuanda; ita enim qui sacros ordines suscepturi sunt, cum iam cantus periti sensim sine sensu facti sint, theologicorum studiorum curriculo, sine ullo quidem labore ac difficultate, altiore illa disciplina instituti poterunt quam verissime *aisfheticam* dixeris monodiae gregorianae ac musicae artis, polyphoniae atque organi, quamque clerum pernoscere omnino decet. -

II. Esto igitur in Seminariis ceterisque studiorum domiciliis, utrique clero recte conformando, brevis quidem sed frequens ac paene cotidiana cantus gregoriani et musicae sacrae lectio \el exercitatio; quae si liturgie» spiritu peragatur, solatium potius quam onus, post severiorum disciplinarum studium, alumnorum animis afferet. Auctior ita pleniorque utriusque cleri in liturgico musica institutio id certe efficiet ut ad dignitatem priscam ꝑplendore.mqut *chorale officium* restituatur, quod pars est divini cultus praecipua; iteinque ut· *scholae* et *capellae musicorum.* quas vocant, ad veterem gloriam revocentur.

III. Quioumque in *basilicis aedibusque cathedralibus, collegiatis* et *con*▮ *teiilualibus religiosorum* cultum moderantur et exercent, iidem totis viribus contondant ut rite, idest ad Ecclesiae praescripta, *chorale officixLm* instauretur; neque id solum quod ad commune praeceptum spectat divini officii peragendi *digue* semper, *attente et décote,* sed etiam quantum ad canendi artem attinet; in psallendo enim, et iusta tonorum ratio curanda est una cum inediis suis numeris clausulisque ad sonum exquisitis, et congruens ad asteriscum mora, et plena denique concordia illa in psalmodicis versiculis hymnorumqne strophis conclamandis. Quae si egregie efficiantur, omnes rite psallentes, cum suorum animorum in adorando Deo unitatem mirifice ostendant, tum, in moderata duarum chori, partium vice, sempiternam illam Seraphim laudem, qui clamabant alter ad alterum: « *Sanctus, Sanctus, Sanctus* · aemulari ridentur.

IV. Ne quis autem in posterum faciles excusationes praetexat ut ab officio Ecclesiae legibus parendi liberatum se existimet, ordines canonicorum omnes ac religiosae eaedem communitates de his rebus in statis coetibus agant; et quemadmodum olim *cantor* erat seu *rector chori,* ita in posterum m canonicorum et religiosorum choris aliquis eligatur peritus, qui cum liturgiae cantusque choralis normas in usum deducendas curet, tum singulorum vel chori universi vitia emendet. Quo in genere praetereundum non est, ex veteri constantique Ecclesiae disciplina atque ex ipsis capitularibus constitutionibus quae adhuc rigent, quotquot ad chorale officium tenentur, eos omnes saltem cantum gregorianum rite pernoscere oportere. Cantus vero gregorianus, in ecclesiis omnibus cuiusvis ordinis adhibendus, idest qui ad veterum codicum fidem restitutus, ah Ecclesia in editione authentica, vaticanis typis, iam propositus est.

\ . *Capellas* etiam *musicorum* iis omnibus ad quos spectat commendatas hic volumus, utpote quae, decursu temporum, in antiquarum *scholarum* locum suffectae, eo pacto in basilicis maioribusque templis constitutae sint ut polyphonicam praecipue musicam ibidem efficerent. Quam quidem ad rem, merito *potyphonia* sacra post gregorianum cautum altero loco haberi solet; ideoque vehementer Nos cupimus ut *capellae* huiusmodi quemadmodum a saeculo **XIV** ad saeculum **XVI** floruerunt, ita hodie illic maxime renoventur ac reviviscant ubi divini cultus frequentia et amplitudo maiorem cantorum numerum exquisitioremque eorum delectum postulant.

VI. *Scholae puerorum,* non modo apud maiora templa et cathédrales, sed etiam penes minores et paroeciales aedes excitentur; pueri autem a *capellarum* magistris ad recte canendum instituantur ut ipsorum voces, iuxta veterem Ecclesiae morem, virorum choris sese adiungant. maxime cum in polyphonica musica, ut olim, adhibendae sint pro suprema voce, quae *cantus* appellari consuevit. Ex eorum numero, saeculo praesertim **XVI.** polyphoniaê auctores peritissimi, uti est compertum, prodiere, quos inter omnium facile princeps loannes ille Petrus Aloisius Praenestinus.

VII. Quoniam vero didicimus tentari alicubi ut quoddam musicae genus desumatur, sacrorum officiorum perfunctioni haud omnino congruens, praesertim ob immoderatiorem instrumentorum· usum, Nos quidem hic pro-

fitemur cantum eum symphonia coniunctum nullo modo al» Ecclesia tamquam perfectiorem musicae formam rebusque sacris aptiorem haberi; etenim magis quam instrumenta, vocem ipsam in sacris aedibus resonare decet: vocem nempe cleri, cautorum, populi. Neque est putandum incremento musicae artis Eoclesiam obsistere, quod instrumento cuilibet humanam vocem anteponat; siquidem nullum instrumentum, quamvis eximium atque perfectum in exprimendis animi sensibus humanam vocem superare potest, tum maxime cum ipse animus ea utitur ut preces et laudes ad omnipotentem Deum extollat.

VIII. Est quidem Ecclesiae proprium musicum instrumentum a maioribus traditum, *organum,* ut aiunt: quod, oh miram quamdam granditatem maiestatemque, dignum habitum est ut cum liturgicis ritibus coniungeretui. sise cantum comitando, sive, silente choro, ad praescripta, harmonias suavissimas eliciendo. At vero in hoc etiam illa vitanda est sacri et profani permixtio, quae causa cum fabrorum organa conficiunt, tum modulatorum quorumdam qui novissimae musicae portentis indulgent, huc demum evaderet ut de ipso ad quem destinatur fine mirificum deflecteret. Equidem ad liturgiae normas Nosmet ipsi optamus ut quaecumque ad organum spectant nova semper incrementa capiant; sed temperare Nobis non possumus quin conqueramur quod, uti olim aliis musicae formis quas merito Ecclesia prohibuit, ita hodie novissimis sane formis tentetur ut in templum profani spiritus invehantur; quas quidem formas, si gliscere inciperent, facere non posset Ecclesia quin omnino damnaret. Personent in templis ii tantum organi concentus qui maicstatem loci referant ac rituum sanctitudinem redoleant; hoc enim pacto ars tum fabrorum in construendis organis, tum musicorum in eisdem adhibendis, revivisceret ad liturgiae efficax adiuinenturu.

IX. Quo autem actuosius fideles divinum cultum participent, cantus gregorianus, in iis quae ad populum spectant, in usum populi restituatur. Ac revera pernecesse est ut fideles, non tamquam extranei vel muti spectatores, sed penitus liturgiae pulchritudine affecti, sic caeremoniis sacris intersint — tum etiam cum pompae seu processiones, quas vocant, instructio cJeri ac sodalitatum agmine, aguntur — ut vocem suam sacerdotis vel scholae vocibus, ad praescriptas normas, alternet; quod si auspicato contingat, iam non illud eveniet ut populus aut nequaquam, aut levi quodam demissoque murmure communibus precibus, liturgica vulgarique lingua propositis, vix respondeat.

X. In hoc utriusque cleri industria desudet, praeeuntibus quidem Episcopis et locorum Ordinariis, ut, per se vel per alios rei peritos, liturgicam musicamque populi institutionem curent, utpotc cum doctrina Christiana coniunctam. Quod quidem facilius efficietur scholas praecipue, pia sodalitia ceterasque consociationes liturgicis cantibus instruendo; religiosorum autem, sororum ac piarum feminarum communitates alacres sint ad hunc finem assequendum in variis institutis quae sibi ad educandum et erudiendum concredita sunt. Iternque valde ad hanc rem valituras esse confidimus eas societates quae in nonnullis regionibus, ecclesiasticis auctoritatibus obsequentes, musicam sacram ad Ecclesiae leges restaurare contendunt.

XI. Ad hate omnia, quae sperantur, adipiscenda peritis magistris iis· deiuijue frequentissimis omnino opus est. Quo in genere, Scholis et Institutis illis passim per catholicum orbem conditis, debitas laudes tribuimus; siquidem disciplinas huiusmodi diligenter docendo, praeceptores optimos idoneosque cfliugunt. Sed maxime memorare hoc loco ac dilaudare placet *Pontificiam Scholam musicae sacrae ăllia tradendae,* quae inde ab anno 1910 in Cibe a Pio X constituta est. Hanc Scholam, quam deinde proximus decessor Noster Benedictus XV studiose provexit novaque sede donavit, Nos quoque peculiari quodam favore prosequimur, tamquam pretiosa Nobis hereditate a duobus Pontificibus relictam, eamdemque idcirco Ordinariis omnibus magnopere commendatam volumus.

Equidem probe novimus ea omnia, quae supra mandavimus, quantum studii postulant ac laboris. At vero quis ignorat quam multa opera quamque magno artificio confecta, nullis devicti difficultatibus, maiores nostri posteritati tradiderint, utpote qui pietatis studio ad liturgiae spiritu imbuti essent. Neque id mirum: quidquid enim ab ipsa, quam Ecclesia vivit, interiore vita proficiscitur, mundi huius perfectissima quaeque transcendit. Difficultates coepti huius sanctissimi animos Ecclesiae Antistitum excitent atque erigant nedum infringant; qui voluntati Nostrae concorditer omnes constanterque obsequentes, operam navabunt Summo Episcopo episcopali suo munere dignissimam.

Haec edicimus, declaramus, sancimus, decernentes Apostolicam hanc Constitutionem firmam, valdam et efficacem semper esse et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri atque obtinere, contrariis quibusvis non obstantibus. Nulli igitur hominum liceat hanc Constitutionem a Nobis promulgatam infringere vel eidem temerario ausu contraire.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, in quinquagesimo sacerdotii Nostri natali, die 20 jnensis Decembris anno 1928, Pontificatus Nostri septimo.

Camillus Card. Laurenti, δ. *Ii. C.Pro-Praefectus.*

Fr. Andreas Card. Frnehwirth, *Cancellarius* ·$'. *11.* /·.'.

losephus Wilperi, Decanus coll. Proton. Apostolicmum.

Dominicus Polverini. Protonotarius Apostolicus.

Loco f Plumbi.

LITTERAE EXCYCLICAE QUADRAGESIMO AXXO

DE ORDINE SOCIALI INSTAURANDO ET AD EUANGELICAE LEGIS NORMAM PEU-HCIENDO IN ANNUM XL POST EDITAS LEONIS XII1 LITTERAS ENCYCUCA;· RERUM NOVARUM »

Ad *Venerabiles Fraires Patriarchas. Primates, Archiepiscopos dtiogqur locorum Ordinarios pacem et communionem cum Apostolica Sede habentes itemmp itd Christifideles catholici orbis universos.*

PIUS PP. XI

Venerabile fratres, dilecti filii salutem et Apostolicam benedictionem.

RERUM XOVARUM

Quadragesimo anno expleto, ex quo fel. rec. Leonis XIII egregiae Litterae *Perum novarum* prodiere, universus orbis catholicus grata recordatione perfunditur, easque digna celebratione commemorandas suscipit.

Et sane, quamquam insigni illi pastoralis sollicitudinis documento viam quodammodo straverant eiusdem Decessoris Nostri Litterae sive de societatis humanae principio, quod est familia et venerandum matrimonii Sacramentum[3] sive de origine civilis potestatis - eiusque ordinata eum Ecclesia colligatione sive de praecipuis civium Christianorum officiis sive adversus ‹c socialistarum placita 5 et pravam de humana libertate doctrinam e aliaeque id genus, quae Leonis XIII mentem abunde expresserant, Eueyclicae tamen Litterae *Perum novarum* hoc peculiare habuerunt prae ceteris, quod universo humano generi ad arduam de humana consortione causam quam ‹ socialem quaestionem › appellant, rite solvendam tutissimas statuerunt normas cum maxime id opportunum atque adeo necessarium erat.

OCCASIO

Xam saeculo Undevicesimo ad exitum properante, novum rei oeconomicae obortum genus novaeque industriae incrementa in plerisque nationibus e« devenerant, ut hominum communitas magis magisque in dnas classes disper-

1 Litt. Eucycl. *Arcanum.* ‹l. lo Febr. 18.S0.
- Litt. Eucycl. *Diuturnum,* d. 29 luu. 1881.
3 Litt. Encycl. *Immortale bel,* d. 1 uov. 1885.
1 Litt. Encycl. *Sapientiae Christianae.* ‹l. 10 lau. 189·».
r Litt. Encycl. *Qwxlupostolici muneris,* d. 28 Dec. lets.
". Litt. Encycl. *Libertus,* d. 20 luu. 1888.

Uta appareret : quarum altera quidem numero exigua, vix non omnibus fruebatiir commodis a modernis inventis tam copiose allatis; altera vero, ingeniriu complectens opificum multitudinem, calamitosa egestate pressa, frustra ex angustiis, in quibus versabatur, excedere contendebat.

Rerum condicionem facile profecto ferebant ii, qui, divitiis abundantes, eam incessurus oeconomiae legibus inductam putabant, ideoque totam de miseris sublevandis curam uni caritati demandatam volebant, perinde quasi caritas iustitiae violationem a legumlatoribus non modo toleratam, sed interdum sancitam, tegere debuisset. Contra duriore fortuna conflictati aegerrime hl tolerabant durissimoqne iugo diutius colla supponere detrectabant opifices, quorum alii, malorum consiliorum aestu abrepti, omnium rerum perturbationem appetebant, alii, quos Christiana institutio a pravis huiusmodi conatibus absterreret, in ea tamen sententia perstabant, plurima hac in re prorsus et quam cito esse reformanda.

Nec aliter sentiebant complures illi catholici viri, sive sacerdotes sive laici, quos miranda sane caritas ad immeritam proletariorum inopiam sublevandam iam diu concitaverat, quique sibi persuadere nullatenus poterant tam ingens tamque iniquum in temporalium bonorum distributione discrimen cum Sapienfesimi Creatoris consiliis revera congruere.

Profecto ad lugendam hanc rerum publicarum deordinationem praesens hi remedium, firmumque contra peiora pericula munimen sincere quaerebant; -ea. quae est humanarum mentium vel optimarum imbecillitas, hinc ut perniciosi novatores repulsi, illinc ab ipsis boni operis sociis aliorum consiliorum fautoribus impediti, inter varias opiniones incerti, quo se verterent ancipites haerebant.

In tanta igitur animorum conflictione, cum ultro citroque, nec semper pacifice exerceretur lis, ut saepe alias, omnium oculi ad Petri Cathedram adiiciebantur, ad sacrum hoc totius veritatis depositum, unde verba salutis in universum orbem effunduntur; atque ad pedes Christi in terris Vicarii insueta quadam frequentia confluentes, et rerum socialium periti, et operum conductores, et opifices ipsi, uno oie efflagitabant ut tandem sibi tutum indicaretur iter.

Diu haec omnia secum coram Deo perpendit prudentissimus Pontifex, peritissimos quosque in consilium accivit, rerum momenta hinc inde attente pensitavit ; ac tandem, Apostolici muneris conscientia » monente l, ne officium taciturnitate neglexisse videretur 2, universam Christi Ecclesiam atque adeo humanum genus universum pro divino magisterio sibi credito alloqui statuit.

Intonuit ergo die 15 AIaii anni 1891 vox illa diu expetita, caque neque rei difficultate deterrita neque senio debilitata, sed experrecta virtute humanam familiam novas in re sociali docuit aggredi vias.

l Litt. Encycl. *Rerum nnvarum,* die 15 Afaii 18ÏH. n. 1.
- Cfr. Litt. Encycl. *Rerum ntntnrum,* n. 13.

STMMA CAPITA

Xostis. Venerabiles Eratres dilectique Filii. et optime calletis mirabilem doctrinam quae Litteras Encyclicas *litruni novarum* ad temporum memoriam insignes fecit. In his optimus Pastor, tam magnam hominum partem dolens in misera calamitosaque fortuna indigne versari, opificum causam, quos inhumanitati dominorum effrenataeque competitorum cupiditati solitarios atque indefensos tempus tradiderat 1, magno animo per se ipse tuendam suscepit, nihil auxilii petens neque a liheralismo neque a socialism©, quorum alter ad causam socialem legitime dirimendam prorsus impôt entem sese probaverat, alter remedium proponens, quod malum ipsum longe superaret, humanam societatem in peiora pericula conieeisset.

Pontifex vero, iure suo plane usus atque probe tenens religionis custodiam dispensationemque earum rerum quae cum illa arcto vinculo sociantur, sibi potissimum commissas fuisse, cum causa ageretur, cuius exitus probabilis quidem nullus, nisi advocata religione Ecclesiaque . reperiretur2, immutabilibus principiis ex rectae rationis ac divinae revelationis thesauro deprom-ptis tantum innixas. « iura et officia, quibus locupletes et proletarios, eos qui rem et eos qui operam conferant, inter se oportet contineri 3, atque etiam quid Ecclesia, quid rei publicae principes, quid ii ipsi quorum interest praestare debeant, confidenter et sicut potestatem habens 4 indicavit atque procla-max it.

Nec frustra intonuit Apostolica vox; quin immo, stupentes eam audivere, ma.ximoque prosecuti sunt favore non modo oboedientes Ecclesiae filii, sed etiam complures a veritate aut ab unitate fidei longe aberrantes, et vix non omnes quotquot de re sociali et oeconomica sive privato studio sive legibus ferendis solliciti deinceps fuere.

Sed maxime laetabundi Litteras illas exceperunt christiani opifices, qui se a suprema in terris Auctoritate vindicatos et defensos senserunt, iique omnes generosi viri qui, de opificum levanda condicione iam diu solliciti, nihil fere adhuc invenerant nisi multorum incuriam atque adeo odiosas plurium suspi-ciones sint minus apertas hostilitates. Iure igitur hi omnes Apostolicas Lit-teras tantis deinceps honoribus semper honestarunt, ut passim soleant varia pro variis locis grati animi significatione illarum memoriam quotannis recolere.

In tanto animorum concentu non defuerunt tamen qui nonnihil commo-verentur; (pio factum est. ut tam nobilis et alta Leonis XIII doctrina mundanis auribus prorsus nova, a quibusdam vel inter catholicos in suspicionem voca-retur, quosdam vero etiam offenderet. Per eam enim liberalism! idola audacter impetita evertebantur, inveterata praeiudicia nihili fiebant, tempora praeter

' Litt. Encyelicae *Rerum norarum*. num. 2.
Cfr. Litt. Eucycl. *Iterum nararum*. n. 1;;.
3 Litt. Encycl. *Rerum nararum*. η. 1.
• Matth., YII. 29.

qu'in pracvertebanlur. ita ut el tardi corde novam hanc philosophiam sodalem ediscere aspernarentur, et animo pavidi fastigium illud ascendere per(imesceroiit· Fuerunt etiam qui hanc lucem quidem admirarentur, sed fictam quandiun perfectionis speciem optandam magis quam exspectandam reputarent.

SI'OPI'S PRAESENTIUM LITTERARI A!

Opportunum ergo ducimus. Venerabiles Eratres et dilecti Filii, dum sollemnis commemoratio quadragesimi anniversarii Litterarum *Rerum novarum* tanto animi fervore ah omnibus ubique, maxime vero ab opificibus catholicis undique in hanc Almam Urbem confluentibus, celebratur, hac uti occasione ut quae magna ex iis in Ecclesiam catholicam atque adeo in humanam societatem universam redundarunt bona recolamus; tanti Magistri doctrinam de re sociali et oeconomica, a dubitationibus quibusdam vindicatam, enueleatiu: quoad quaedam capita evolvamus; denique oeconomia hodierna in indicium vocata et socialism! cognita causa, radicem praesentis socialis turbationis detegamus simulque unam salutiferae instaurationis viam ostendamus, Christianam nempe morum reformationem. Haec omnia, quae tractanda suscipimus, tria constituent capita, in quibus exponendis praesentes hae Litterae totae versabuntur.

I. — Quae ex R. N. profluxerint beneficia

Atque, ut ab eo initium capiamus, quod primo loco dicendum proposuimus, temperare Nobis non possumus quin, monitum secuti S. Ambrosii dicentis: Nullum referenda gratia maius esse officium [1] amplissimas Deo O. M. referamus grates ob ingentia quae ex Leonianis Litteris Ecclesiae et societati humanae beneficia obvenerunt. Quae quidem beneficia si vel cursim commemorare velimus, vix non solida horum quadraginta annorum historia, ad rem socialem quod attinet, esset in memoriam revocanda. Ea tamen ad tria potissimum capita commode redigi possunt, secundum tria auxiliorum genera, quae Decessor Noster ad magnum suum instaurationis opus perficiendum exoptabat.

– Quid egerit Ecclesia

Et primum quidem, quid ab Ecclesia exspectandum esset ipse Leo luculenter edixerat: Videlicet Ecclesia est. quae promit ex Evangelio doctrinas quarum virtute aut plane componi certamen potest, aut certe fieri, detracta

[1] S. Ambre- , *De excessu fratris sui Salirri,* lib. I, II.

asperitate, mollius; eademque esi, quae non instruere mentem tantummodo, sed regere vitam et mores singulorum praeceptis suis contendit; quae statum ipsum proletariorum ad meliora promovet pluribus utilissime institutis

IX RE DOCTRINALI

Iamvero pretiosos hos latices Ecclesia inertes in sinu suo haerere nullatenus est passa, sed ad commune exoptatae pacis bonum copiose inde hausit. Quam enim doctrinam de re sociali et oeconomica Litterae *Rerum novarum* tradiderant. eam ipse Leo XIII eiusque Successores iterum iterumque qua voce qua scriptis proclamare et urgere ac rerum temporumque rationibus convenienter aptare pro re nata non destiterunt, paternam semper prae se ferentes caritatem et pastoralem constantiam, in pauperum maxime ac debilium defensione2; nec aliter se gesserunt tot Sacrorum Antistites, qui eandem doctrinam assidue ac scite interpretati, commentationibus illustrarunt atque ad diversarum regionum condiciones secundum Sanctae Sedis mentem et institutiones accommodandam curarunt.

Xil igitur mirum quod. Ecclesia duce et magistra, complures docti viri, sive ecclesiastici sive laiei, socialem et oeconomicam disciplinam secundum nostrae aetatis rationes evolvendam sint naviter aggressi, eo studio praecipue ducti, ut immutata prorsus atque immutabilis Ecclesiae doctrina novis necessitatibus efficacius occurrerer.

Atque ita, Leonianis illis Litteris viam demonstrantibus et lumen affe-

rentibus. vera quaedam disciplina socialis catholica exorta est. quam cotidie impigra opera fovent ac ditant lecti illi viri, quos Ecclesiae adiutores appellavimus. Qui quidem non in eruditis umbraculis delitescere sinunt, sed in solem atque pulverem eam producunt, quemadmodum scholae apprime utiles atque celebratae, in Catholicis Universitatibus, Academiis. Seminariis institutae; sociales conventus, seu hebdomadae . saepius habiti laetisque cumulati fructibus. studiorum excitata coenacula; opportuna denique et sana scripta quaquaversus et quacumque ratione vulgata, luculenter ostendunt.

. Neque his tantum limitibus utilitas circumscribitur, quae ex Leoniano documento promanavit; siquidem doctrina Litteris *Rerum novarum* tradita sensim sine sensu in eos quoque irrepsit qui. catholicae unitatis exsortes. Ecclesiae potestatem non agnoscunt: quo factum, ut catholica de re sociali principia paulatim in totius humanae societatis patrimonium transierint, aeternasque veritates quas cl. mera. Decessor Noster tam alte proclamaret, non modo in acatholicis quoque ephemeridibus et libris, verum etiam in legumlatorum curiis aut tribunalium rostris crebro adductas atque vindicatas gratulemur.

Quid vero, quod post immane bellum potiorum nationum rectores pacem.

1 Litt. Encycl. *Rerum novarum.* ». 13.

- Satis sit aliqua tantum eorum indicare: Leo XIH. Litt. Xpostol. *Praedura,* ‹l. 2« Itui. 1894; Litt. Encycl. *Graves de communi,* d. 18 h-n. 19011 — Pius X, Motu proprio *de Jctûnu populari Christiana,* d. 8 Dcc. 1903. — Benedictus XV. Litt. Encycl. *.Id Bealisdmi,* cL 1 Nor. 1911. — Plus XI, Litt. Encycl. *rbi arcano,* d. 23 Dcc. 1922: Litt. Encycl. *Rile ernfalis,* d. 3" Apr. 1926.

renovatis ex integro socialibus condicionibus, redintegrantes, inter statutas normas quae opificum laborem ad ius ct aequum moderarentur, plurima sanserunt quae cum Leonianis principiis et monitis tam mirifice congruunt, ut ex iis data opera deducta rideantur? Litterae nimirum *Herum novarum* documentum exstiterunt memorandum, in ea«que iure converti possunt verba Isaiae: ' Levabit signum in nationes!

IN DOCTRINA APPLICANDA

Interea, dum scientificis investigationibus praeeuntibus, late in hominum mentes Leoniana praecepta diffunduntur, ad eorundem usum ventum est. Atque in primis actuosa cum benevolentia sedulae curae collatae sunt ad eorum lioininum classem erigendam, quae ob recentiora artium incrementa in immensum quidem aucta, aequum in humana consortione locum seu gradum nondum obtinuerat, proptereaque neglecta paene et despecta iacebat: opifices dicimus, quibus excolendis impigram statim ex utroque clero sacerdotes, quamvis aliis pastoralibus curis distenti, Episcopis praeeuntibus, manum admoverunt magno eum illarum animarum fructu. Qui quidem constans labor in opificum animos christiano spiritu imbuendos susceptus, plurimum quoque iuvit ad eos de sua vera dignitate conscios efficiendos habilesque reddendos, qui iuribus et officiis suae classis clare propositis, legitime et prospere progrederentur atque aded reliquorum duces fierent.

Exinde uberiora vitae adimnenta tutius sunt comparata; nam non modo beneficentiae et caritatis opera, secundum Pontificis hortationes, multiplicari sunt coepta; sed praeterea ubique novae quoque et copiosiores in dies institutae consociationes, quibus Ecclesiae consilio ac plerumque Sacerdotum ductu, opifices, artifices, agricolae, mercenarii denique cuiusque generis mutuum auxilium mutuamque opem et praestant simul et accipiunt.

2. — Quid egerit potestas civilis

Ad civilem vero potestatem quod attinet, Leo XIII, fines a libéralisme impositos audacter transiliens, intrepide docet eam non meram esse habendam iurimn rectique ordinis custodem, sed potius omni ope ei enitendum esse, ut tota ratione legum atque institutorum... ex ipsa conformatione atque institutione rei publicae ultro prosperitas tam communitatis quam privatorum elHorescat Singulis sane cum civibus tum familiis iustam agendi libertatem permittendam; id tamen servato bono communi et remota cuiusquam ioiuria. Rei publicae autem moderatorum esse communitatem eiusque partes tueri; sed in ipsis protegendis privatorum iuribus, praecipue infirmorum atque inopuiu rationem esse habendam. » Siquidem natio divitum. suis saepta praesidiis. minus eget tutela publica; miserum vulgas, nullis opibus suis tutum.

1 Is., XI. I·.'.
: Lift. EucvcJ. *licrwn iturarum,* n.

in patrocinio reipublicae maxime innititur. Quocirca mercenarios, cum in multitudine egena numerentur, debet cura providentiaque singulari complecti res publica :*

Xon equidem negamus quosdam populorum moderatores iam ante Leonianas Litteras nrgentioribus quibusdam opificum necessitatibus consuluisse atrocioresque iniurias contra eos illatas repressisse. Postquam vero a Petri Cathedra Vox Apustolica in orbem universum personuit, gentium moderatores, tandem muneris plenius conscii, ad uberiorem politicam socialem promovendam animum cogitationemque adjecerunt.

Reapse Encyclicae Litterae *Rerum novarum,* labantibus liberalism! placitis, quae iam diu efficacem gubernantium operam impediebant, populus ipsos ad politicam quandam socialem verius impeusiusque fovendam impulerunt,- et optimos quosque catholicos viros ad utilem reipublicae rectoribw- operam hac in re praestandam tantopere concitarunt, ut crebro novae huijtt politicae etiam in publicorum legatorum coetibus perillustres fautores exstiterint; quin et ipsae recens conditae sociales leges haud raro a sacris Ecclesiae ministris Leoniana doctrina penitus imbutis popularium oratorum suffragiis propositae sunt earumque exsecutio vehementer exacta ac promota.

Ex hoo autem continenti atque indefesso labore nova iuris disciplinae sectio superiori aetati prorsus ignota orta est. quae sacra opificum iura ab hominis christianique dignitate profluentia fortiter tuetur: animam, sanitatem, vires, familiam, domos, officinas, mercedem, laboris pericula, omnia demum quae ad mercenariorum condicionem pertinent, hae leges protegenda suscipiunt, maxime quod ad mulieres puerosque attinet. Quod si huiusmodi statuta coin Leoniimis monitis non ubique nec in omnibus examussim conveniunt, negari tamen nequit in iis multa deprehendi quae Litteras *Herum novarum* redolent, quibus plurimum est referendum si opificum condicio in melius fuit mutata.

3. — Quid egerint ii quorum intererat

Postremo provideutissimus Pontifex ostendit dominos ipsosque opifices multa hac in causa posse, iis videlicet institutis, quorum ope et opportune subveniatur indigentibus, et ordo alter propius accedat ad alterum [2]. Principem vero locum inter haec instituta tribuendum affirmat sodaliciis, quae sive sola opifices sive opifices simul et heros complecterentur; in quibus illustrandis et commendandis multus est. eorum natura, causa, opportunitate, intibus, officiis, legibus mira prorsus sapientia declaratis.

Quae quidem documenta opportune prorsus edita sunt: ea quippe tempestate io nonnullis nationibus qui rei publicae gubernacula tractabant, libéralisme plane addicti, sodaliciis hujusmodi operariorum parum favebant, immo aperte adversabantur; similesque aliarum hominum classium consociatione.' ultro agnoscentes patrocinioque sospitantes, nefaria iniuria nativum in socie-

1 Litt. Eueycl. *Itorum lUMinini,* n. 2Î1
Litt. Encycd. *runarum,* n. 36.

latent coeundi iu» iis denegabant, quibus maxime opus erat, ut a potent iorum vexationibus eese defenderent; neque inter ipsos catholicos deerant, qui operariorum conatus ad huiusmodi sodalicia ineunda obliquis oculis aspicerent, ac si quondam socialisticum aut seditiosum spiritum sapèrent.

SODALICI \ OPIFICU M

Maxima igitur commendatione normae a Leone XIII pro sua auctoritate traditae dignae habentur, quae has oppositiones infringere et suspiciones dicere potuerint; sed praestantiores quoque sunt factae, quod Christianos opifices ad mutuas secundum varia artium genera consociationes instituendas hortatae sunt modumque id praestandi eos docuerunt, eorumque bene multos in officii via valde confirmarunt, quos socialistarum consociationes, seipsas ut unicum humilium ac oppressorum praesidium et vindices venditantes, vehementer alliciebant.

Peropportune autem declarabant Encyclicae Litterae *Rerum novarum* in condendis hisce consociationibus « ita constitui itaque gubernari opificum collegia oportere, ut instrumenta suppeditent aptissima maximeque expedita ad.d, quod est propositum, quodque in eo consistit ut singuli e societate incrementum bonorum corporis, animi, rei familiaris, quoad potest, assequantur » ; perspicuum vero esse, ad perfectionem pietatis et morum tamquam ad causam praecipuam spectari oportere: eaque potissimum causa disciplinam socialem penitus dirigendam »›l Etenim › socialium iegum posito in religione, fundamento, pronum est iter ad stabiliendas sociorum rationes mutuas, ut convictus quietus ac res florentes consequantur »

His autem sodaliciis instituendis laudabili sane sedulitate sese devoverunt ubique cum clerus tum laici complures, integrum Leonis XIII propositum exsequi revera cupientes. Atque ita huiusmodi consociationes finxerunt opifices vere Christianos, qui. diligens suae artis exercitium cum salutaribus religionis praeceptis amice sociantes, propria temporalia negotia ac iura efficaciter ac firmiter defenderent, servato debito iustitiae obsequio et sincero cum aliis societatis classibus collaborandi studio, ad Christianam totius vitae socialis renovationem.

Quae Leonis XIII consilia ac monita alii aliter secundum varias locorum rationes ad effectum adduxerunt. Etenim in quibusdam regionibus ima cademque consociatio omnes a Pontifice praestitutos fines persequendos suscepit : in aliis vero, rerum adiunctis id suadentibus vel postulantibus, ad quandam operae divisionem deventum est, distinctaeque sunt conditae consociationes, quarum aliae ad sodalium iura atque legitima commoda in operae mercatu defendenda incumberent, aliae mutuum in rebus oeconomicis adiutorium praestandum curarent. alia denique religiosis ac moralibus officiis aliisque id genus muneribus adimplendis omnem operam conferrent suam.

Altera haec via ibi potissimum inita est. ubi sive patriae leges, sive certa

l Litt. Encycl. *Iterum navarum,* n.
.* Litt. Encycl. *Rerum novarum,* n.

quaedam oeconomica instituta, sive Invendu ilia in hodierna societate tam late patens animorum et cordinm dissensio atque urgens contra conferta novarunt rerum molitorum agmina studiis viribusque coniunctis resistendi necessitas, impedimento erat, quominus catholici catholicos syndicates condere possent. In ea enim rerum condicione vix non cogi videntur syndicatibus neutris se adscribere. qui tamen semper iustitiam er aequitatem profiteantur et sociis catholicis plenam suae conscientiae providendi atque Ecclesiae mandatis obtemperandi libertatem faciant. Episcoporum sane est, ubi has consociatione ex rerum adiunctis necessarias neque religioni periculosas noverint, approbare ut eis adhaereant catholici opifices, habitis tamen prae oculis principiis et cautionibus quas sanctae memoriae Decessor Noster Pius X commendabat[1]; quarum quidem cautionum prima et praecipua haec est ut simul cum illis syndicatibus semper adsint sodalicia, quae religionis ac morum disciplina socios imbuere et ornare studiose satagant, ut hi deinde syndicales consortiones eo bono spiritu permeare valeant, quo in tota sua agendi ratione dirigi debent: quo fiet ut sodalicia haec etiam ultra suorum asseclarum ambitum fructu conferant optimo-.

Itaque, Leonianis Litteris id acceptum referendum est, quod hae opificum consociationes ubique ita effloruerint, ut iam nunc, quamquam socialistarum et communistarum sodaliciis adhuc — proh dolor — superantur numero, permagnam cogant opificum multitudinem, et valide possint tam intra cuiusque nationis fines quam in conventibus amplioribus iura et legitima catholicorum opificum postulata vindicare atque adeo salutifera Christiana de societate principia urgere.

SODALICIA IN Classibus

Accedit praeterea quod, quae de nativo sese consociandi iure Leo XIII tam scite disseruit ac valide propugnavit, ea ad alia quoque, eaque non tantum operariorum, sodalicia facile applicari coepta sunt; quare, iisdem Leonianis Litteris haud exigua ex parte tribuendum ridetur, quod etiam inter agricolas aliosque mediae condicionis homines tantopere florere et augeri in dies cernuntur utilissimae huiusmodi consociationes, aliaque. id genus instituta, quibus cum oeconomico emolumento animorum cultus feliciter copulatur.

SODALICIA HERORUM

Quod si idem affirmari nequit de sodaliciis, quae inter operum conductores et industriae rectores ab eodem Decessore Nostro vehementer instituenda exoptabantur, quaeque profecto sat pauca esse dolemus, id non penitus hominum voluntati tribuendum est. sed difficultatibus longe gravioribus quae huiusmodi sodaliciis obsistunt, quasque Nos optime scimus et debita ratione pensamus. Firma autem affulget spes brevi fore nt haec quoque impedimenta

1 Pi»H X, Lltt. Encycl. *Simjulari quatiam,* d. 24 Sept. 1912.

dirimantur, atque intimo animi Nostri gaudio iam nue salutamus quaedam nec inaria hac in re tentamina, (piorum uberes fructus uberiores in futurum colligendos promittunt ‘.

Conclusio : R. N. Magna socialis ordinis Charta

Haec autem omnia. Venerabiles Fratres dilectique Filii, Leonianarum Litterarum beneficia, quae delibando potius quam describendo commemoravimus, tot tantaque sunt, ut plane ostendant immortali illo documento non commenticiam utut pulcherrimam humanae societatis speciem exhiberi; at potius Decessorem Nostrum et Evangelio, ideoque ex fonte semper vivo et vitali, hausisse doctrinas, quae exitiale illud et intestinum humanam familiam dilacerans certamen, sin minus statim componere, valde tamen mitigare queat. Huius vero boni seminis, ante quadraginta annos tam copiose sati, partem in terram bonam cecidisse laetae testantur fruges, quae Christi Ecclesia atque humanum genus universum, Deo favente, inde collegit ad salutem. Nec temero dici potest Leonianas Litteras longinqui temporis usu, *Magnam CJiartam* sese probasse, iu qua tota Christiana in re sociali activitas tamquam fundamento nitatur oporteat. Qui autem easdem Pontificias Litteras earumque commemorationem parvipendere videntur, ii vel quod ignorant blasphemant, vel de iis, quae utcumque norunt, nihil intellegunt, vel, si intellegunt, iniuriae et ingratitudinis sollemniter redarguuntur.

Verum, cum, hoc eodem annorum fluxu, et dubia quaedam de nonnullis Leonianarum Litterarum partibus recte interpretandis aut de consectariis inde deducendis prodierint, quae inter ipsos catholicos non semper quietis controversiis ansam dederunt; et ex altera parte novae nostrae aetatis necessitates mutataeque rerum condiciones accuratiorem Leonianae doctrinae applicationem vel et'am additamenta quaedam necessaria reddiderint,''opportunam perlibenter arripimus occasionem, his dubiis hisque hodiernae aetatis postulationibus pro munere Nostro Apostolico, quo omnibus debitores sumus 2, quantum in Nobis est, faciendi satis.

II.

II, — Ecclesiae auctoritas in re sociali et oeconomica

Sed ante quam ad haec explananda accedamus, illud praestituendum est, quod iampridem Leo XIII luculenter confirmavit, ius officiumque Nobis ines.se de rebus istis, socialibus et oeconomicis suprema auctoritate indicandi3. Profecto Ecclesiae non haec fuit demandata provincia, homines ad fluxam solum “t caducam felicitatem dirigendi, sed ad aeternam; immo · terrenis hisce ne-

1 Cfr. Epiât. S. Congr. Concilii nd Episcopum lusulensem, ὺ Lunii 1929.
3 Cfr. *limn.,* I, 14·
" Gfr. Litt. Encycl. *Iterum novarum,* u. 13.

gotiis sine ratione se immiscere netas putat Ecclesia ». Ast renuntiare nullatenus potest muneri sibi a Deo concredito, ut auctoritatem interponat suam non iis quidem, quae artis sunt, ad quae neque mediis aptis est instructa nec nfficio praedita; sed in iis omnibus quae ad regulam morum referuntur. Quantum enim ad haec attinet, depositum veritatis Nobis a Deo commissum gravissimumque munus legis moralis universae divulgandae, interpretandae atque etiam opportune importune urgendae, supremo Nostro indicio cum socialium ordinem rerum, tum res ipsas oeconomicas snbiicit et subdit.

Nam, etsi oeconomica res et moralis disciplina in suo quaeque ambitu suis utuntur principiis, error tamen est oeconomicum ordinem et moralem ita dissitos ac inter se alienos dicere, ut ex hoc ille nulla ratione pendeat. Sane oeconomicae quae dicuntur leges, ex ipsis rerum naturis et humani corporis animique indole profectae, statuunt quidem quosnam fines hominis efficientia non possit, quosnam possit quibusque adhibitis mediis in campo oeconomico persequi: ipsa vero ratio ex rerum et hominis individua sucindique natura finem rei oeconomicae universae a Deo Creatore praescriptum aperte manifestat.

Una autem est lex moralis, qua iubemur. quemadmodum in omni nostra agendi ratione finem nostrum supremum et ultimum, ita in singulis quoque generibus eos fines recta quaerere, quos a natura seu potius ab auctore naturae Deo huic rerum agendarum ordini propositos esse intelligimus, ordinataque colligatione hos illi substernere. Cui legi si fideliter obtemperabimus, fiet ut peculiares fines, cum individuates tum sociales, in re oeconomica quaesiti iu universum finium ordinem apte inserantur nosque per eos, quasi per gradus, ascendentes finem omnium rerum ultimum assequamur. Deum scilicet, Sibi et nobis summum et inexhaustum bonum.

De dominio seu iure proprietatis

Iam ut ad singula descendamus, initium facimus a dominio seu iure proprietatis. Nostis, Venerabiles Fratres dilectique Filii, felicis recordationis Praedecessorem Nostrum contra socialistarum suae aetatis placita fortiter ftu proprietatis defendisse, cum ostenderet privati dominii eversionem non in commodum sed in extremam opificum classis perniciem esse cessuram. Cum vero sint qui Summum Pontificem atque ipsam Ecclesiam, quasi locupletium partes contra proletarios egisset et adhunc agat, caluinnientur, quo nihil sane est iniuriosius, dissideantque catholici inter se de vera germanaque Leonis sententia, visum est eam. id est catholicam de hac re doctrinam, et a calumniis vindicare et a falsis interpretationibus tueri.

IN DOLES ET IN DIVIDUALIS ET SOCIALIS

Primo igitur pro comperto et explorato habeatur neque Leonem neque eos qui, Ecclesia duce et magistra, docuere theologos, negasse unquam vel in dubium vocasse duplicem dominii rationem, quam individualem vocant et· so-

1 Litt. Encycl. *Ubi arcano,* d. 23 De<:. 1922.

dialem, prout singulos respicit vel ad bonum spectat commune; sed semper imo ore atlirmassi· a natura seu a Creatore ipso ius dominii privati hominibus isse tributum, cum ut sibi familiaeque singuli providere possint, tum ut, huius institut' ope, bona, quae Creator universae hominum familiae destinavit. huic fini vere inserviant, quae onuiia obtineri nullo modo possunt nisi certo et determinato ordine servato.

Itaque duplex in quem impingi potest scopulus naviter cavendus est. Xam. sicut ex negata vel extenuata iuris proprietatis indole sociali et publica, in individualismuni quem dicunt ruitur aut ad eum acceditur; ita privata ac individual» eiusdem iuris indole repulsa vel attenuata, in collectivismuin properetur vel saltem eiusdem placita attingantur necesse est. Nisi haec prae oculis habeantur, prono itinere in modernismi moralis, iuridici ac socialis syrtes abrumpendum est, quas Litteris initio Pontificatus Nostri datis1 denuntiavimus; idque potissimum noverint ii. qui novis rebus studentes, probrosis calumniis Ecclesiam criminari non verentur, quasi permiserit in theologorum doctrinam dominii conceptum ethnicum irrepere, cui alius sit piorsua sufficiendus, quem mira inscitia « Christianum » appellant.

OBLIGATIONES DOMINIO INHAERENTE"

Ut autem controversiis quae de dominio orticiisque eidem inhaerentibus agitari coeperunt, certos limites ponamus, fundamenti instar praemittendum est, quod Leo XIII constituit, ius nempe proprietatis ab eius usu distingui 2. Etenim possessionum divisionem sancte servare neque proprii dominii limites excedendo alienum ius invadere iustitia illa iubet, quae commutativa audit; dominos autem re sua non uti nisi honeste, non huius est iustitiae, sed aliarum virtutum, quarum officia lege agendo petere ius non est n3. Quare immerito pronuntiant quidam dominium honestumque eius usum iisdem contineri limitibus; multoque magis a veritate abhorret, ipso abusu vel nonusu ius proprietatis perimi aut amitti.

Quapropter, ut salutare et omni laude dignum opus agunt quicumque, salve animorrun concordia et doctrinae integritate, quam semper tradidit Ecclesia, intimam horum olficiorum naturam atque limites definire conantur, quibus vel ipsum ius proprietatis vel usus seu exercitium dominiorum sint a socialis convictus necessitatibus circumscripta; sic contra falluntur et errant qui indolem dominii individualem adeo extenuare contendunt, ut eam de facto destruant.

QUID RES PUBLICA POSSIT

Re vera hominibus hac in re non solum sui proprii commodi, sed etiam communis boni esse rationem habendam, ex ipsa dominii quam diximus indole individual! simul et sociali deducitur. Officia vero haec singillatim definire.

1 Lift. Encycl. *I bi arcano,* d. 23 Dec. 1922.
2 Cfr. Litt. Encycl. *Rerum novarum,* n. It».
" Cfr. Lio. Encycl. *Rerum novarum,* n. 19.

ubi id necessitas postulaverit neque ipsa lex naturalis praestiterit, eorum est qui rei publicae praesunt. Quapropter quid, considerata boni communis xera necessitate, eis qui possident liceat, quid illicitum sit in suorum bonorum usu. publica auctoritas, lege naturali et divina semper praelucente, sciscere potest accuratius. Immo vero Leo XIII sapienter docuerat industriae hominum institutisque populorum esse a Deo permissam privatarum possessionem de-scriptionem ·1. Etenim, ut cetera socialis vitae elementa, ita dominium non esse plane immobile historia teste comprobari Nos ipsi aliquando hisce verbi? declaravimus: Quam diversas formas induit proprietas a primaeva illa, ru dium et agrestium gentium, quam etiam nostro tempore alicubi est cernere, ad possessionis formam aevi patriarchalis. atque ita deinceps ad varias tyran-nicas (quod vocabulum vi sua classica adhibemus), deinde per feudalcs, per monarchicas usque ad varias aetatis recentioris species Reipublicae tameu suo munere pro arbitrio fungi non licere in aperto est. Semper enim ipsum na-turale ius et possidendi privarim et hereditate transmittendi bona intactum inviolatumque maneat oportet, quippe quod respublica auferre nequeat; -est enim homo quam res publica senior 3, atque etiam convictus domesticus et cogitatione et re prior quam civilis eoniunctio '. LTnde iam sapientissimus Pontifex edixerat nefas esse reipublicae privatos census immanitate tributorum et vectigalium exhaurire. · Ius enim possidendi privarim bona cum non sit lege hominum sed natura datum, non ipsum abolere, sed tantummodo ipsius usum temperare et eum communi bono componere auctoritas publica potest :* Cum vero res publica dominia cum boni communis necessitatibus componit, non heris privatis inimicam sed amicam operam praestat; etenim hac ratione valide obstat, quominus privata bonorum possessio quam ad vitae humanae subsidium providentissimus naturae Auctor decrevit, intolerabilia gignat in-commoda, atque ita in exitium ruat: neque possessiones privatas elidit, sed tuetur; privataque dominia non debilitat, sed roborat.

obligationes circa reditus liberos

Neque omnimodo hominis arbitrio reditus eius liberi relinquuntur; ii scilicet quibus ad vitam convenienter atque decore sustentandam non eget: quin immo gravissimo divites teneri praecepto eleemosynae, beneficentiae, magnificentiae exercendae, Sacra Scriptura Sanctique Ecclesiae Patres aper-tissimis verbis assidue denuntiant.

Largiores autem impendere proventus, ut quaestuosae operae commo-ditas abunde fiat modo ea opera ad bona vere utilia comparanda insumatur, illustre ac temporum necessitatibus apprime aptum opus virtutis magnifcen-tiae esse censendum, ex Angelici Doctoris principiis argumentando colligimus ·.

1 Litt. Encycl. *Rerum iturarum,* n. 7.
- AUocutio ad Conventum Act. Gath. in. r Italiam, d. 16 Muii 1926.
3 Litt. Encycl. *Rerum notarum,* n. 6.
* Litt. Encycl. *Rerum novarum,* u. 10.
Litt. Encycl. *Rerum novarum,* n. 35.
6 Cfr. S. Them., Sunon. *Theol.,* 1I-Π q. 131.

TITULI DOMINII ACQUIRENDI

Acquiri autem dominium primitus et occupatione rei nullius et industria seu specificatione quam vocant, cum omnium temporum traditio, tum Leonis Decessoris Nostri doctrina luculenter testantur. Neque enim ulla fit cuiquam iniuria, quidquid in contrarium nonnulli effutiunt, cum res in medio posita, seu quae nullius sit, occupatur; industria vero quae ab homine proprio nomine exerceatur, cuiusque ope nova species aut augmentum rei accesserit, ea una est quae hos fructus laboranti addicit.

Res (“ capitale „) et opera

Longe alia est ratio operae, quae aliis locata in re aliena exercetur. Cui quidem id maxime congruit, quod « verissimum » esse Leo XIII inquit, « non aliunde nisi ex opificum labore gigni divitias civitatum »1. Nonne enim oculis cernimus ingentia illa bona, quibus hominum opes constant, procreari et prodire ex operariorum manibus, quae vel solae operantur, vel instrumentis sive machinis instructae efficientiam suam mirum in modum producunt? Immo vero nemo est qui ignoret nullum umquam populum ex inopia et egestate meliorem eelsioremque fortunam attigisse, nisi ingenti collato labore omnium popularium — et eorum qui opera dirigunt et eorum qui iussa exsequuntur. Sed non minus patet summos illos conatus irritos futuros fuisse vanosque, immo vero ne tentari quidem potuisse, nisi Creator omnium Deus pro sua bonitate divitias et supellectilem naturalem, opes ac vires naturae, prius fuisset largitus. Quid enim aliud est operari quam animorum corporumque vires in his ipsis aut per haec ipsa adhibere vel exercere? Postulat autem lex natuiae seu Dei voluntas per eam promulgata, ut rectus ordo servetur in naturali supellectili humanis usibus applicanda; hic autem ordo in eo stat, ut suum quaeque res habeat dominum.

NEUTRA SINE ALTERA QUIDQUAM EFFICERE valet

Hinc fit, ut nisi quis in re sua laborem exerceat, cum opera alterius tum res alterius consociari debeant: neutra enim sine altera quidquam efficit·. Quod sane respexit Leo XIII scribens: « *Non res* sine opera nec sine re potest opera consistere Quocirca falsum prorsus est sive uni rei sive uni operae quidquid ex earundem conlata efficientia obtentum est, adscribere; iniustumque omnino, alterutrum, alterius efficacitate negata, quidquid effectum est sibi arrorare.

INIUSTAE VINDICATIONES « CAPITALIS »

Diu profecto res seu « capitale praeripere sibi nimium potuit. Quaecumque procreata erant, qnicumque redibant fructus, capitale sibi vindicabat, vix operario relictis, quae viribus reficiendis atque recreandis sufficerent.

1 Litt. Encycl. *Rerum novarum,* n. 27
2 Litt. Encycl. *Rerum norarum,* u. 15.

Nam lege quadam oeconomica pianc invincibili coacervationem omnem capitalis fortunatis cedere, eademquo lege operarios perpetuae inopiae seu ternissimae vitae addictos et. obstrictos praedicabant. Verum (pridem est cum eiusmodi placito liberalium, qui a Manchester vulgo dicuntur, actionem rorum non semper et ubique consensisse: negari tamen nequit ad id constanti conatu instituta oeconomico-socialia inclinasse. Has falsas sententias, haec fallacia postulata vehementer impugnata fuisse, nec ab eis solum, qui per ea nativn iure melioris adipiscendae fortunae privabantur, profecto nemo mirabitur.

INJUSTAE VINDICATIONES OPERAE

Ideo operariis lacessitis accessere, qui intellectuales appellati siuit, commentitiae legi morale principium aeque commentitium opponentes: quaecumque scilicet aut progignuntur aut redeunt, iis tantum demptis quae capitali reficiendo et recreando sint satis, ea omnia iure ipso opificibus cedere. Qui error, quo fucatior quam socialistarum quorundam affirmantium qnaecumque bonis conficiendis inserviunt, ea in rem publicam transferenda seu, ut aiunt, socializanda esse, eo periculosior est et ad incautos fallendos aptior: blandum venenum, quod multi avide hausere, quos apertus socialismus decipere noa potuerat.

PRINCIPIUM DIRECTIVUM JUSTAE ATTRIBUTIONIS

Dubio procul, ne falsis hisce placitis aditum ad justitiam ct ad pacem sibi intercluderent, utrique praemoneri debuerunt Decessoris Nostri sapientissimis verbis: Utcumque inter privatos distributa, inservire omnium utilitati terra non cessat Idem ct Nos ipsi docuimus paulo ante, cum ediximus, ut eam utilitatem res creatae certo firmoque ordine parere possint hominibus, bonorum partitionem, quae per dominia privata fiat, ab ipsa natura esse stabilitam. Id quod, né a recto veritatis tramite aberretur, continenter prae oculis habeatur oportet.

Iam vero non omnis rerum opumve distributio inter homines apta est, per quam finis a Deo intentus aut omnino aut ea qua par est perfectionem obtineatur. Quamobrem divitiae, quae per incrementa oeconomico-socialia iugiter amplificantur. singulis personis et hominum classibus ita attribuantur oportet, ut salva sit illa, quam Leo XIII laudat communis omnium utilitas seu, aliis verbis, ut immune servetur societatis universae commune bonum. Hac iustitiae socialis lege, altera classis alteram ab emolumentorum participatione excludere vetatur. Non minus igitur illam violat locupletium classis, cum voluti curarum expers in suis fortunis aequum rerum ordinem illuni putat, quo sibi totum, operario nihil obveniat, quam proletaria classis, cum propter laesam iustitiam vehe· menter incensa et in unum suum ius. cuius est conscia, male vindicandum nimis prona, omnia utpote suis manibus effecta sibi flagitat, ideoque. dominium nc reditus seu proventus, qui labore non sint quaesiti, cuiuscumque generis ii

1 Litt, Encycl. K<rMrn IMWerMtn n. 7.

Litterae eno. Quadragesimo anno

Mint, alit cuiiwoumqm.· muneris iu humano convictu vicem pnieslaui, non aliam nb causam, nisi quin talia sunt, impugnat et abolere contendit.

Ner praetereundum est hac in re inepte aeque ac immerito a quibusdam Ajtoslohim appellari dicentem: 'Si quis non vult operari, nec. manducet ;* sententiam enim Apostolus fert in eos, qui ab opere abstinent, etsi laborare possunt et debent, mouetque, tempore ac viribus sive corporis sive animi sedulo utendum neque alios gravandos, cum ipsi nobis providere possimus. Laborem autem unicum esse titulum recipiendi victum aut proventus haudquaqunin Apostolus docet 3.

Sua igitur cuique pars bonorum attribuenda est: efficiendumque, rt ad boni communis seu socialis iustitiae normas revocetur et conformetur partitio honorum creatorum, quam hodie ob ingens discrimen inter paucos praedivites et innumeros rerum inopes gravissimo laborare· incommodo cordatus quisque novit.

3. Redemptio proletariorum

Est autem hic iile, quem Decessor Noster necessario quaerendum finem edixit: redemptionem proletariorum. Idque ideo asserendum pressius et repetendum instantius, quod non raro tam salutaria Pontificis iussa oblivioni data fuerunt, sive quod de industria silentio premebantur, sive quia factu nefas putabantur, cum tamen fieri et possint et debeant. Neque, quia minus late grassetur u pauperismus » ille, quem Leo XIII tam horrendum conspiciebat, pro nostra hac aetate vim et sapientiam amisere suam. In melius sane restituta est atque aequior facta operariorum condicio, praesertim in cultioribus et amplioribus civitatibus, in quibus opifices iam non possunt omnes ad imum pro miseria afflictis et inopia vitae laborantibus haberi. Sed postquam artes mechanicae humanaeque industriae quam celerrime innumeras regiones, eiun novas quas vocamus terras, tum ab antiquo exculta Orientis remoti regna pervasere et occupavere, in immensum excrevit proletariorum inopum numerus, quorum gemitils clamant ad Deum de terra: hisque accedit ingens ruralium mercenariorum exercitus ad infimam vitae condicionem depressus omnique spe destitutus u quippiam quod solo contineatur » 3; umquam obtinendi, proindeque, nisi consentanea atque efficacia remedia adhibeantur, proletariae condicioni perpetuo obnoxius.

At licet verissimum sit proletariam condicionem a pauperismo esse probe discernendam, ipsa tamen immanis multitudo proletariorum ex altera parte, ex altera vero quorundam praedivitum ingentissimae opes argumento sunt omni exceptione maiori, divitias hac nostra, quam vocant « industrialismi ▮. aetate tam copiose partas, hanc recte esse distributas diversisque hominum classibus haud aeque applicatas.

l *II These.* ni, 10.
- Cfr. *II These.* Ill, 8-10.
Lift. Eneycl. *Rerum neutrum,* n. 35.

PROLETARIA CONDICIO SUPERANDA EO
QUOD AD REM FAMILIAREM PROLETARII PERVENIANT

Quare omni vi ac contentione enitendum est. ut saltem in posterum partae rerum copiae aequa proportione coacerventur apud eos, qui opibus valent, satisque ample profundantur in eos. qui operam conferunt, non in labore remissi fiant. — natus est enim homo ad laborem sicut avis ad volatum, — sed ut rem familiarem parsimonia augeant; auctam sapienter administrando facilius ac securius familiae onera sustineant; atque emersi ex incerta vitae sorte, cuius varietate iactantur proletarii, non solum vicissitudinibus vitae perferendis sint pares, sed etiam post huius vitae exitum iis, quos post se relinquunt, quodammodo provisum fore confidant.

Haec omnia a Decessore Nostro non solum insinuata, sed clare et aperte proclamata, hisce Nostris Litteris etiam atque etiam inculcamus; quae nisi pro virili ac mula interposita mora suscipiantur ad effectum deducenda, ordinem publicum, pacem et tranquillitatem societatis humanae contra no\aruni rerum concitatores efficaciter defendi posse nemo sibi persuadeat.

4. — lustum salarium

Deduei autem ad effectum non poterunt, nisi sollertia et parsimonia ad modicum aliquem censum proletarii provehantur, quemadmodum iam. Decessoris Nostri vestigiis insistentes, innuimus. Unde vero nisi ex operae niereede poterit, parce vivendo, quidquam sibi seponere, qui nihil aliud habeat nisi operam, qua sibi victum et vitae necessaria comparet? Hanc igitur de salario, quam Leo XIII a sat magni momenti »l dixit, quaestionem ineamus, illius doctrinam et praecepta, ubi opus fuerit, declarando et evolvendo.

SALARIATU8 NON VI SUA INJUSTUS

Ac primum quidem, qui operae conducendae locandaeque contractum, vi sua iniustum ac proinde in eius locum societatis contractum sufficiendum esse pronuntiant, absona profecto dicunt et prave calumniantur Decessorem Nostrum, cuius Litterae Encyclicae salariatum 0 non solum recipiunt, sed io eo ad normas iustitiae regendo diutius versantur.

Hodiernis tamen humanae consortionis condicionibus consultius fore reputamus si, quoad eius fieri possit, contractus operae per societatis contractum aliquantum temperetur, quemadmodum diversis modis fieri iam coepit, haud exiguo operariorum et possessorum emolumento. Ita operarii officialesque consortes fiunt dominii vel curationis, aut de lucris perceptis aliqua ratione participant.

Mercedis vero iustam portionem non ex uno, sed ex pluribus nominibus

1 Litt. EncycL *Return novarum.* u. 34.

esso aestimandam iam sapienter Leo XIII edixerat illis verbis: . (Jt mercedis statuatur ex aequitate modus, causae sunt considerandae plures» L

Qua sententia plane refellit levitatem eorum, qui facili negotio, unica regula seu mensura adhibita, eaque a vero longe aliena, gravissimam hanc rem expediri arbitrantur.

Namque egregie falluntur, qui illud principium vulgare non dubitant, tanti operam valere et tantidem esse remunerandam, quanti fructus aestimantur ex ea parti, ideoque ius inesse operam locanti totum id reposcendi, quod ex cius labore sit effectum; quod quantum a veritate absit, vel ex his patet, quae de re et opera agentes exposuimus.

OPERAE INDOLES ET INDIVIDUAL!* ET SOCIALIS

Iam vero, sicut dominii, ita operae, eius praecipue quae alteri locatur, praeter personalem seu individualem, socialem quoque rationem esse considerandam liquido deprehenditur: nisi enim corpus vere sociale et organicum constet, nisi socialis et iiuidicus ordo operae exercitium tueatur, nisi variae artes, quarum aliae ab aliis dependent, inter se conspirent ac mutuo compleant, nisi, quod maius est, consocientur, ac quasi in imum conveniant intellectus, res, opera, nequit fructus suos gignere efficientia hominum. Haec ergo nec iuste aestimari neque ad aequalitatem rependi poterit, eius natura sociali et individual! posthabita.

TRIA CAPITA RESPICIENDA:

Ex hac autem duplici nota, quae operae humanae insita natura est, gravissima emanant consectaria, quibus salarium regi et determinari debet.

II) OPERARII EIUSQUE FAMILIAE SUSTENTATIO

Ac primum quidem merces operario suppeditanda est, quae ad illius eiusque familiae sustentationem par sit2. Aequum sane est reliquam quoque familiam pro viribus suis ad communem omnium sustentationem conferre, ut videre est in agricolarum praesertim, sed etiam in multis artificum et minorum mercatorum familiis; ast nefas est infantili aetate feminaeque debilitate abuti. Domi potissimum vel in iis, quae domui adiacent, matresfamilias operam navent suam in domesticas curas incumbendo. Pessimus vero est abusus et omni conatu auferendus, quod matresfamilias ob patris salarii tenuitatem extra domesticos parietes quaestuosam artem exercere coguntur, curis officiisque peculiaribus ac praesertim infantium institutione neglectis. Omni igitur opp enitendum est, ut mercedem patresfamilias percipiant sat amplam, quae communibus domesticis necessitatibus convenienter subveniat. Quod si iu praesentibus rerum adiunctis non semper id praestari poterit, postulat iustitia

l Litt. Enoycl. *lierunt novarum,* u. 17.
- Cfr. Lift. Encycl. *Uaeti connubii,* tl. 31 Dec. 1939.

socialis, ut eae mutationes quamprimum inducuntur, quibus cuivis adulto operario eiusmodi salaria firmentur. Non abs re erit hic merita laude pro. sequi eos omnes, qui sapientissime utiliœimoqu© consilio varias exparti sunt atque tentaverunt vias, quibus merces laboris ita oneribus familiae accoin- modetur, ut his auctis, amplior illa numeretur,- immo, si id obtingat, extraor- dinariis necessitatibus fiat satis.

/>) OFFICINAE CONDICIO

Officinae etiam eiusque susceptoris ratio habenda est in mercedis magni- tudine statuenda; iniuste enim immodica salaria exquirerentur, quae absque sui exitio atque ex eo consecutura operariorum calamitate, officina tolerare non potest. Quamquam si ob segnitiem vel ignaviam aut technici et oeconomici progressus incuriam minus lucrum facit, non haec iusta reputanda est causa mercedis operariis minuendae. Quod si ipsi officinae non tanta vis pecuniae redit, quanta aequae mercedi operariis solvendae sit satis, quia aut oneribus miustis opprimitur aut opus artificio partum minoris quam iustum est cogitur vendere, qui eam sic vexant, gravis piaculi rei sunt; iusta enim mercede hi privant operarios, qui necessitate adstricti, aequa minorem accipere com- pelluntur.

Coniunctis igitur viribus et consiliis enitantur omnes, et opifices et mode- ratores. rerum difficultates et obstacula superare, eisque in tam salutifero opere auctoritatis publicae sapiens opituletur providentia. Si vero res ad sum- mas angustias deducta fuerit, tunc demum deliberandum erit, utrum officina in incepto perstare possit an alia aliqua ratione operariis sit consulendum. Quo iu negotio, sane gravissimo, necessitudo quaedam et christiana animorum cor- cordia inter moderatores et operarios vigeat atque efficaciter operetur oportet.

CoMMUNIS BONI NECESSITA"

Denique publico bono oeconomico mercedis magnitudo attemperanda est. Quantopere ad hoc commune bonum conferat, operarios officialesque. mercedis aliqua parte, quae necessariis sumptibus supersit, seposita, ad modi- cum censum paulavim pervenire, superius iam exposuimus; sed aliud prae- tereundum non est vix minoris momenti, nostrisque temporibus apprime ne- cessarium, ut iis nempe, qui laborare et valent et volunt, laborandi opportu- nitas praebeatur. Hoc autem a salarii determinatione haud parum pendent; quae, sicut iuvare, ubi rectis finibus contineatur, vicissim, si hos excedat, ob- sistere potest. Quis enim nesciat salaria nimis extenuata vel praeter modiun aucta, in causa fuisse, cur operarii ab opera locanda arcerentur? Quod quidem incommodum, cum praesertim Pontificatus Nostri temporibus productum videamus plurimosque vexaverit, operarios in miseriam et tentationes coniecit. prosperitatem civitatum pessum dedit, ac publicum ordinem, pacem et tran- quillitatem totius orbis terrarum in discrimen adduxit. Alienum est igitur a iu- stitia sociali, ut proprii emolumenti gratia et posthabita boni communis ratione opificum salaria nimis deprimantur aut extollantur·: eademque postulat, ut

consiliorum et voluntatum consensione, quantum fieri potest, salaria ita regantur, ut quam plurimi operam locare convenientesque fructus ad vitae sustentationem percipere possint.

Apposite etiam ad rem faci^ recta inter salaria proportio: quacum arcte cohaeret recta proportio pretiorum, quibus illa veneunt, quae a diversis artibus progignuntur, (pialia habentur agricultura, ars industriaiis, alia. Haec omnia si congruenter serventur, diversae artes in imum veluti corpus coagmentabuniir ct coalescent, membrorumque instar, mutuam sibi opem perfectionemque afferent. Etenim tum demum res oeconomico socialis et vere constabit et suos tines obtinebit, si omnibus et singulis bona omnia suppeditata fuerint, quae opibus ot subsidiis naturae, arte teclmica, sociali rei oeconomicae constitutione praestari possunt; quae quidem bona tot esse debent, quot necessaria sunt ct ad necessitatibus honestisque commodis satisfaciendum et ad homines provehendos ad feliciorem illum vitae cultum, qui, modo prudenter res geratur, virtuti non solum non obest, sed magnopere prodest b

5. — Societatis ordo instaurandus

Quae de partitione aequa bonorum et de iustis salariis hucusque enuntiaviinus, singulares personas respiciunt nec nisi oblique socialem ordinem attingunt, in quem ad sanae philosophiae principia instaurandum, atque ad Evangelicae legis altissima praecepta perficiendum. Decessor Noster Leo XIII ouuiem curam cogitationemque contulit suam.

Attamen ut eius feliciter incepta stabiliantur, perficianturque reliqua, atque uberiora adhuc et laetiora in humanam familiam redundent emolumenta, duo necessaria maxime sunt: institutionum reformatio atque emendatio morum.

Ac reformationem quidem institutionum cum commemoramus, res publica praecipue menti obversatur, non quasi ab eius opera universa salus sit expectanda, sed quia ob [individualism] quem diximus vitium eo res sunt redactae, ut, prostrata ac paene exstincta locuplete illa et quondam per diversi generis consociationes composite evoluta vita sociali, fere soli remanserint singulares homines et res publica, haud parvo ipsius rei publicae detrimento, quae, amissa forma regiminis socialis susceptisque oneribus omnibus, quae deletae illae consociationes antea perferebant, negotiis et officiis propemodum infinitis obruta est atque oppressa.

Nam etsi verum est, idque historia luculenter ostendit, ob mutatas rerum condiciones multa nunc non nisi a magnis consociationibus posse praestari, quae superiore aetate a parvis etiam praebebantur, fixum tamen immotumque manet in philosophia sociali gravissimum illud principium quod neque moveri neque mutari potest: sicut quae a singularibus hominibus proprio marte et propria industria possunt perfici, nefas est eisdem eripere et communitati demandare, ita quae a minoribus et inferioribus communitatibus effici praestarique possunt, ea ad maiorem et altiorem societatem avocare iniuria est simulque grave damnum ac recti ordinis perturbatio; cum socialis quaevis opera

1 Cfr. S. Thoma *De regimine principum,* I, 15. — Utt. Encyd, *Rerum unarum,* u. 27.

vi naturaque sua subsidium afferre membris corporis socialis debeat, numquain vero eadem destruere et absorbere.

Minoris igitur momenti negotia et curas, quibus alioquin maxime distineretur. inferioribus coetibus expedienda permittat suprema rei publicae auctoritas oportet; quo fiet, ut liberius fortius et efficacius ea omnia exsequatur, quae ad ipsam solam spectat, utpote quae sola ipsa praestare possit: dirigendo, vigilando, urgendo, coercendo, prout casus fert et necessitas postulat. Quare sibi animo persuasum habeant, qui rerum potiuntur: quo perfectius, servato hoc subsidiarii officii principio, hierarchicus inter diversas consociationes ordo viguerit, eo praestantiorem fore socialem et auctoritatem et efficientiam, eoque feliciorem laetioremque rei publicae statum.

ORDINUM MUTUA CONSPIRATU»

Id autem in primis spectare, in id intendere et res publica et optimus quisque civis debent, ut classium oppositarum disceptatione superata, concors ordinum conspiratio excitetur et provehatur.

In reficiendos igitur ordines ars politica socialis incumbat necesse est. Reapse violenta adhuc perseverat et hac de causa instabilis ad nutans humanae societatis condicio, quippe quae classibus innitatur diversa appetentibus et ideo oppositis, proptereaque ad inimicitias dimicationesque pronis.

Etenim, quamquam opera, ut luculenter explanat Decessor Noster in suis Litteris,* non est vilis merx, sed operarii dignitas humana in ea agnoscatur oportet ac proinde nequit mercis cuiuslibet instar emi vendique, tamen, quae nunc est rerum condicio, operae conductio ac locatio homines in mercatu quem dicunt laboris in duas partes ceu acies dispescit; harum autem partium disceptatio ipsum operae mercatum quasi in campum vertit, ubi adversis frontibus acriter illae acies dimicant. Huic pessimo malo, quo tota humana societas in exitium abripitur, quam citissime esse medendum nemo est qui non intellegat. Ast perfecta sanatio tum tantum efflorescet, curo, oppositione illa e medio sublata, socialis corporis membra bene instructa constituentur: c ordines » nimirum, quibus inserantur homines non pro munere, quod quis in mercatu laboris habeat, sed pro diversis partibus socialibus, quas singuli exerceant. Natura enim duce fit, ut, sicut qui loci vicinitate coniuncti sunt municipia constituunt, ita qui in eandem artem vel professionem incumbunt — sive oeconomica est sive alterius generis — collegia seu corpora quaedam efficiant, adeo ut haec consortia iure proprio utentia a multis, sin minus essentialia societati civili, at saltem naturalia diei consueverint.

Cum vero ordo, ut egregie disserit S. Thomas imum sit ex plurium accommodata dispositione oriens, verus ad genuinus socialis ordo postulat, ut varia societatis membra firmo aliquo vinculo in unum copulentur. Adest autem haec coniungendi vis cum in ipsis bonis producendis aut officiis praestandis, in quae eiusdem « ordinis » conductores et locatores sociato studio adlaborant, tum in bono illo communi, in quod omnes simul ordines, pro sua quisque parte.

1 Lltt. Encycl. *Rerum nonarum,* u. 16.

amice conspirare debent. Quae quidem unio eo erit validior et ellicacior, quo fidelius singuli homines ipsique «ordines» professionem suam exercere in eaque excellere sategerint.

Ex quo facile deducitur, in illis collegiis ea, quae totius «ordinis» sunt communia, longe primas ferre, inter quae eminet uniuscuiusque artis ad bonum commune civitatis conspiratio quam maxime fovenda. De negotiis autem, in quibus peculiaria commoda vel incommoda herorum opificumve speciali indigeant cura et tutela si quando occurrunt, seorsim utrique deliberare vel. prout res fert, decernere poterunt.

Vix est necesse commemorare, quod Leo XIII de politici regiminis forma docuit, idem, servata proportione, professionum quoque collegiis seu corporibus aeque applicari: nimirum integrum esse hominibus quam maluerint formam eligere, dummodo et iustitiae et boni communis necessitatibus sit consultum x.

Iam vero, quemadmodum municipii incolae ad fines maxime varios consociationes condere solent, quibus nomen dandi aut secus unicuique est ampla potestas, ita qui in eadem arte versantur, consociationes pariter liberas alii cum aliis inibunt ad fines aliqua ratione cum ipsa arte exercenda connexos. Cum liberae hae consociationes a cl. mem. Decessore Nostro distincte ac dilucide explanentur, satis habemus, id unum inculcare: liberam esse homini facultatem, non solum has consociationes condendi, quae iuris et ordinis sunt privati, sed etiam eam in iis « libere optandi disciplinam, easque leges, quae maxime conducere ad id, quod propositum est, indicentur »2. Eadem affirmanda est libertas consociationes instituendi, quae singularum artium limites excedant. Quae autem iam florent ac salutaribus laetantur fructibus liberae associationes, collegiis iis praestantioribus seu « ordinibus », de quibus supra mentionem facimus, ad mentem doctrinae socialis christianae viam parare sibi praestituant et pro virili parte exsequantur!

DIRECTIVUM OECONOMIAE PRINCIPIUM INSTAURANDUM

Aliud praeterea est curandum, valde cum priore cohaerens. Quemadmodum unitas societatis humanae inniti non potest oppositione ‹ classium ·. ita rei oeconomicae rectus ordo non potest permitti libero virium certamini. Ex hoc enim capite, tamquam ex inquinato fonte omnes errores disciplinae oeconomiae individualisticae » dimanarunt ; quae, oblivione aut inscitia socialem ac moralem indolem rei oeconomicae delens, hanc existimavit ab auctoritate publica ut solutam prorsus ac liberam indicandam esse et tractandam, propterea quod in mercatu seu libero competitorum certamine principium sui ipsius directivum haberet, quo multo perfectius quam ullo intellectu creato interveniente regeretur. At liberum certamen, quamquam dum certis finibus contineatur, aequum sit et sane utile, rem oeconomicam dirigere plane nequit ; id quod eventus satis superque comprobavit, postquam pravi individualistic! spiritus pia-

1 Cfr. Litt. Encycl. *Immortale Dei,* ‹l. 1 Nor. 1885.
2 Cfr. Litt. Encycl. *Rerum novarum,* n. 42.

cita exsecutioni stint mandata. 1'erquam necessariinn igitur est rem oeconomicam vero atque efficaci principio directivo, iterum subdi et subiici. Cuiib quidem muneris ♆ice oeconomicus potentatus qui liberum certamen nuper excepit, multo minus gerere potest, cum hic praeceps quaedam vis et potentia vehemens sit, quae ur salutaris hominibus evadat, frenari debet fortiter et regi sapienter; frenari autem et regi non potest a se ipso. Altiora igitur et nobiliora exquirenda sunt, quibus hic potentatus severe integreque gubernetur: socialis nimirum iustitia et caritas socialis. Quapropter ipsa populorum atque adeo socialis vitae totius instituta ea iustitia imbuantur oportet maximeque necessarium est, ut vere efficiens evadat seu ordinem iuridicum et socialem constituat, quo oeconomia tota veluti informetur. Caritas vero socialis quasi anima esse debet huius ordinis; ad quem efficienter tuendum et vindicandum auctoritas publica alacris incumbat oportet; id quod minus difficulter praestare poterit, si ea onera a se excusserit, quae ei non esse propria ante declaravimus.

Iiunio vero consociatis studiis laboribusque variae nationes id enitantur decet, ut, quoniam in genere oeconomico plurimum inter se pendent ac mutua ope indigent, faustam quondam et feiicem in re oeconomica populorum conspirationem sapientibus pactionibus atque institutis promoveant.

Membra igitur socialis corporis, si, ut lictum est. reficiantur, atque rei oeconomico-socialis directivum principium si restituatur, etiam de hoc corpore aliqua ratione dici poterit, quod de Christi corpore mystico ait Apostolus: ‹ Totum corpus compactum et connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri, augmentum corporis facit in aedificationem sui in caritate · L

Recens, ut omnes norunt, singulari inita est syndicatuum atque artium collegiorum ratio, quae, pro harum Litterarum argumento, breviter videtur hic adumbranda, opportunis quibusdam adiectis animadversionibus.

Ipsa civilis potestas syndicatum ita constituit in personam iuridicam, ut simul quoddam monopolii privilegium ei conferat, cum ille solus, sic approbatus, opificium herorumve (pro syndicatus specie) iura vindicare, i'le solus de opera locanda et conducenda pacisci atque laboris foedera, quae dicuntur, firmare possit. Syndicatui nomen dare necne integrum cuique est, atque inter hos tantum limites huiusmodi syndicatus liber dici poteet; nam et syndicalis collecta et peculiaria quaedam tributa ab omnibus prorsus certae cuiusque artis seu professionis membris, sive opifices hi sunt sive heri, exiguntur, quemadmodum operum pactionibus a iuridico syndicatu initis omnes ligantur. Verum tamen est ex officio esse declaratum hunc iuridicum syndicatum non officere, quominus exsistant aliae eiusdem professionis asseclarum consociationes non tamen iure agnitae.

Collegia seu corpora constituuntur ex delegatis utriusque syndicatus (operariorum nimirum et herorum) eiusdem artis seu professionis et, tamquam vera ac propria Status instrumenta atque instituta, syndicatus ipsos dirigunt eosque in rebus communibus ad nnum indemque coordinant.

l EyK.. IV, 1«.

Litterae one. Quadragesimo anno

Cessationes operae vetantur; si partes litem componere nequeant, adest magistratus.

lamvero, huius, quam summatim descripsimus, institutionis quaenam dnt commoda, quicumque vel parum rem perpenderit, facile perspiciet: diversarum classium opera pacifice sociata, socialistarum repressa sodalicia, molimina cohibita, peculiaris magistratus moderatricem auctoritatem exercens. Ne tamen in re tanti momenti quidpiam neglegamus, utque omnia, quae sive cum principiis generalioribus, quae supra in memoriam redegimus, sive cum iis, (piae mox sumus adituri, apte colligentur, fateri cogimur compertum Nos habere non deesso qui vereantur ne res publica, cui satis esse deberet ui necessarium et sufficiens auxilium praestaret, liberae activitati se substituat, nevo syndicalis ille et corporativus novus ordo complexam administrationem et politicam nimis sapiat, nove (generalioribus illis commodis ultro equidem admissis) particularibus politicis scopis potius inserviat quam ad meliorem socialem ordinem instaurandum promovendumque conducat.

Ad hunc alterum autem nobilissimum finem assequendum et commune honuiu Aera ac stabili ratione maxime iuvandum, id in primis et ante omnia prorsus necessarium putamus, ut Deus propitius adsit, utque dein omnes qui bonam gerunt voluntatem sociata opera ad illiun scopum adlaborent. Persuasum praeterea habemus, id quod ex priore colligimus, illum finem eo certius obtentum Li quo copiosior sit· eorum numerus, qui technicam et professionalem et socialem peritiam suam ad id conferre sint parati, atque etiam (quod pluris est) quo copiosius erit tributum ex principiis catholicis eoruihque usu ad id collatum non quidem ab Actione Catholica (quae activam vim proprie syndicalem vel politicam sibi interdicit), sed ab iis filiis Nostris, quos ipsa Actio Catholica illis principiis imbuit quosque instituit ad apostolatum exercendum, Ecclesia duce ac magistra,- Ecclesiam dicimus, quae etiam in hoc, quem adumbravimus, campo, sicut ubicumque de rebus moralibus quaestio est ac disceptatio, vigilantiae et magisterii mandatum sibi divinitus impositum oblivioni dare vel incuria praeterire non potest umquam.

Quae autem de sociali ordine instaurando et perficiendo docuimus, ea profecto effici nullatenus posse sine morum reformatione vel ipsa rerum gestarum documenta aperte démonstratif. Fuit enim aliquando ordo quidam socialis, qui etsi perfectus quidem et omnibus numeris absolutus non erat, pro temporum tamen condicione et necessitatibus rectae rationi quadantenus congruebat. Quod si periit ille ordo iamdudum, sane id non accidit, quia mutatis rerum condicionibus et necessitatibus ipse accommodari se evolvendo et quodammodo dilatari non potuit, sed ideo potius, quia homines aut nimio sui amore obdurati eius ordinis gremium pandere, ut oportuisset, crescenti numero multitudinis renuerunt, aut quia falsae libertatis specie aliisque erroribus illecti cuiusvis potestatis impatientes, omne detrectaro imperium conati sunt.

Reliquum igitur est ut, ea quae nunc viget rei oeconomicae ratione, et socialisme, acerrimo eius accusatore, iterum in indicium vocatis atque aperta de illis iustaque lata sententia, tot malorum, radicem penitius investigemus et primum maximeque necessarium remedium in moribus reformandis indicemus.

111.

III. — Res inde a Leoniana aetate plurimum mutatae

(«rares sane mutationes cum rei oeconomicae ratio tum socialisinus indo a Leonis XIII aetate subiere.

Ac primum quidem oeconomiae speciem vehementer commutatam esse, in oculis est omnium. Nostis, Venerabiles Fratres dilectique Filii, fel. ree. Decessorem Nostrum suis Litteris eam vel maxime oeconomiae rationem spectasse, qua generatim ad commune rei oeconomicae exercitium ab aliis res. ab aliis opera praestaretur, quemadmodum, felici verborum complexu usus, eam definiebat: Non res sine opera nec sine re potest opera consistere»1.

1. — Rei oeconomicae species mutata

Hanc autem oeconomiae rationem ad recti ordinis normam componere Leo XIII totis viribus contendit: unde patet per se ipsam non esse damnandam. Et sane suapte natura vitiosa non est; sed tunc rectum ordinem violat, quando res operarios se proletarium classem eo fine, eaque condicione conducit, ut negotia atque adeo res oeconomica tota ad sui ipsius nutum et commodum vertantur, humana operariorum dignitate, sociali oeconomiae indole ipsaque institua sociali ac bono communi contemptis.

Verum est ne hodie quidem solam hanc oeconomiae rationem ubique vigere: est enim et alia ratio, cui addicta est adhuc ingens et numero et pondere valens hominum multitudo, ut v. gr. ordo agricolarum, in quo maior generis humani pars honeste ac probe quae ad victum cultumque pertinent, sibi comparat. Suis etiam haec angustiis premitur et difficultatibus, quas et respicit Decessor Noster non paucis Litterarum suarum locis, et Nos hisce Nostris non semel attigimus.

Ast (capitalisticum oeconomiae regimen, cum industriae usus toto orbe terrarum dilatatus sit, plurimum et ipsum post Leonis XIII Encyclicas Litteras datas quaquaversus est dilapsum, adeo, ut etiam eorum, qui extra eius ambitum versantur, oeconomicam et socialem condicionem invaserit et pervaserit, eamque suis sive commodis sive incommodis et vitiis, vere afficiat et quodammodo informet.

Itaque non eorum solum, qui regiones incolunt capitali » et industriae addictas, sed omnium prorsus hominum bono consulimus, cum ad mutationes praesertim, quas capitalistica oeconomiae ratio hide a Leonis tempore passa est, animos convertimus.

1 Litt. Encycl. literuni >wwr»M. n. 15.

Liti arae eue. Quadragesimo anno

POTENTATUS SUCCESSIT LIBERAE COMPETITIONI

Atque in primis omnium oculos percellit, nostris temporibus non modo coacervari opes, sed immanem accumulari potentiam et despoticurn potentatum oeconomicum penes paucos, qui plerumque non domini, sed depositae rei custodes tantum ed administratores sunt eamque nutu suo arbitrioque regunt.

Qui potentatus ab iis vehementissime exercetur, qui, cum pecunias teneant ct in eis dominentur, potiuntur etiam fenebris fidei et in credenda pecunia regnant, eamque ob causam veluti sanguinem administrant, quo vivit tota res oeconomica, et manibus suis quasi animam rei oeconomicae ita versant, ut contra eorum nutum respirare nemo possit.

Haec potentiae, et virium accumulatio, recentissimae oeconomiae quasi nativa nota, fructus est quem natura sua protulit infinita competitorum certando libertas, quae eos tantum superstites relinquit qui plurimum valeant, quod saepe idem est ac dicere, qui omnium violentissime dimicant, qui minime animi conscientiam curant.

Ea vïcissim virium et potentiae acervatio tria gignit concertationum genera: contenditur enim primum de ipso oeconomico potentatu, tam acriter decertatur de potentatu in rempublicam capessendo, ut eius viribus atque potestate ad oeconomicas congressiones liceat abuti; inter ipsas denique respublicas dimicatur, cum quod nationes, ad suorum quaeque civium oeconomica commoda promovenda, vim et politicam suam adhibent, tum quod potentatu et viribus suis oeconomicis adhibitis, politicas controversias inter nationes ortas dirimere contendunt.

funestae sequelae

Individualistici profecto in re oeconomica spiritus ultima consectaria sunt ea, quae vos ipsi, Venerabiles Fratres dilectique Filii, et perspicitis et doletis: liberum virium certamen ipsum se interemit: libero mercatui oeconomicus potentatus suffectus est; lucri cupiditati proinde effrenata potentatus ambitio successit; tota oeconomia horrendum in modum dura, immitis, atrox est facta. Huc accedunt quae ex publicae potestatis et ipsius oeconomiae muneribus officiisque permixtis et foede confusis orta sunt gravissima damna: quale, unum ex summis, abiectio quaedam reipublicae maiestatis. quae cum ab omni studio partium libera et imi bono communi iustitiaeque intenta, veluti regina et suprema arbitra rerum, alte sedere deberet, serva fit, hominum libidini et cupiditatibus tradita et mancipata. Quod autem ed nationes attinet inter se agentes, ex uno capite duplex effluxit diversum flumen: hinc nationalism's » emanat aut etiam « imperialismus » oeconomicus, illinc vero non minus funestus et exsecrandus rei nummariae « internationalismus » seu imperialismus internationalis 0 cui. ubi bene, ibi patria est.

REMEDIA

Quae tantis his malis mederi possint, ea in parte altera harum Litterarum exposuimus ubi doctrinam data opera tradimus, ita ut hoc loco breviter illa in

memoriam redigere satis habeamus. Quandoquidem re et opera maximo iiini-titur praesens oeconomiae ratio, rectae rationis seu Christianae philosopliiac socialis principia circa rem. operam carumqiie consociationem ct mento agnoscantur et opere ad olivetum deducantur necesse est. Duplex imprimis «i rei seu dominii et operae seu laboris ratio, id est individual» et socialis, aequo et rite pensanda est. ut et individualism! et collectivism! scopuli vitentur. Mu· tuae utrorumque relationes ad strictissimae iustitiae leges, (piam commuta tivam vocant, exigi debent, Christiana caritate adminiculante. Liberum cer-tamen certis ac debitis limitibus saeptum, magis etiam oeconomicus potentatus publicae auctoritati in iis, quae ad eius manus spectant, efficaciter subdantur oportet. Ipsa vero populorum publica instituta ad boni communis necessitates seu ad iustitiae socialis normam totam humanam consortionem conformare debent ; quo fieri nequit quin etiam gravissima illa vitae socialis pars, quae est res oeconomica, ad rectum et sanum ordinem redeat.

2. — Socialismus mutatus

Haud minus profunde quam oeconomiae species inde a Leonis aetate mutatus est ipse socialismus. quocum fuit maxime Decessori nostro certandum. Qui enim tunc unus fere dici poterat et doctrinae capita propugnabat defi-nita eaque in unum corpus compacta, hi exinde in duas praecipue partes in-vicem plerumque adversante.·, atque adeo infensissimas discissus est. ita tamen ut a fundamento fidei Christianae contiario. quod sociaiismo proprium erat, neutra discesserit.

a) PARS VIOLENTIOR SET COMMI'XIS AIUS

Alter; enim socialism! pais eandem fere subiit mutationem, quam oeco-nomiam capitalist icam subiifsse supra explicuimus, et in s communisuniui ruit, qui bina docet ac persequitur, neque id occulte aut per cuniculos, sed palam, aperte, omnibus mediis etiam violentissimis quibusque adhibitis.· acer-rimam inter classes luctationem, plenamque dominii privati exstinctionem. In quibus persequendis, nihil est quod non audeat, niliil quod veieatur; rerum vero potitus, incredibile ac portento simile est quam se atrocem quam inhu-manum ostendat. Testantur id exitiosae illae strages et ruinae, quibus vastis-simas Europae orientalis atque Asiae ditiones constravit; Sanctae vero Ecclesiae ipsique Deo quam sit mimicus et apertus hostis, nimis, proh dolor! nimis est factis comprobatum et omnibus apprime notum. Ideo, quamquam probos quidem ac fideles Ecclesiae filios de impia et iniqua communismi natura monere supervacaneum existimamus, tamen sine profundo dolore contemplari non possumus incuriam eorum, qui imminentia haec pericula contemnere videntur, et inerti quadam desidia patiuntur propagari quaquaversus ea, qui-bus per vim. per eaedem, tota societas contrucidetur; eoque gravius condem-nanda est socordia eorum, qui auferre aut mutare neglegunt eas rerum condi-ciones. quibus populorum animi exasperantur atque via munitur ad societa-tem subvertendam et profligandam.

h) I'AKS MITJOK QIKE S(K'IALHMI NOMKN ICET/KEH

Alitior sane esi altera pars, quae « socialism! » nomen retinuit, quae non Miluin a vi adhibenda abstinendum profitetur, sed ipsam classium pugnam et privatae possessionis exstinctionem, si minus abiicit, aliqua ratione mitigat et temperat. Suis principiis et consectariis inde a communisme deductis exter-
ritum. soeialismum ad veritates, quas Christiana traditio semper sollemnes habuit, vergere ct quodammodo accedere diceres: negari enim nequit ad ea quae cliristiani societatis reformatores iure postulant, horum plaeita interdum vakle appropinquare.

Λ PUGNA CLASSIUM DOMINIIQUE EXSTINCTIONE ALIQUANTUM RECEDIT

Classium enim pugna, modo ab inimicitiis mutuoque odio abstineat, paulatiiu transit in honestam quandam disceptationem, iustitiae studio fundatam, quae, etsi non est illa beata pax socialis quam omnes appetimus, principium esse potest et debet unde ad mutuam « ordinum » cooperationem deveniatur. Bellum etiam dominiis privatis indictum, magis magisque sedatum, restringitur ita, ut tandem aliquando non ipsa possessio impetatur earum rerum, quae producendis bonis inserviant, sed imperium quoddam sociale, quod contra omne ius dominium arripuit et usurpavit. Re enim vera tale imperium non ipsis dominis, sed publicae potestati est proprium. Quod si fiat, eo perveniri potest, ut sensim sine sensu haec mitioris socialism! plaçita a votis et postulatis eorum qui, Christianis principiis innixi, humanam societatem reformare student, iam non dissideant. Etenim certa quaedam bonorum genera rei publicae reservanda merit,o contenditur, cum tam magnum secum ferant potentatum, quantus privatis hominibus, salva re publica, permitti non possit.

Uniusmodi iusta postulata et desideria iam nil habent, quod a Christiana veritate abhorreat, multoque minus socialisme sunt propria. Quapropter, qui haec tantummodo persequuntur, non habent cur socialismo se aggregent.

NUM MEDIA VTA INIRI POSSIT'

Neque tamen existimet quisquam eas sectas seu factiones socialisticas. quae non sunt communisticae, ad unam omnes sive re sive nomine eo usque resipuisse. Ut plurimum sive classium pugnam, sive dominii exstinctionem non ahiicimit, sed solummodo aliqua ratione temperant. Iamvero, si ita falsa principia mitigantur et aliqua ratione oblitterantur, oritur, seu potius immerito a quibusdam movetur quaestio, num forte etiam christianae veritatis principia aliqua ratione aut mitigari aut temperari possint ita, ut socialismo eatur obviam et media quasi via cum eo conveniatur. Sunt, qui inani spe illiciuntur fore, ut hac ratione socialistae ad nos pertrahantur. Vana tamen spes! Qui enim apostoli esse volunt inter socialistas, Christianam veritatem plenam atque integram aperte et sincero profiteantur oportet, neque ulla ratione erroribus

conniveant. Id imprimis satagant si vere Ev&ngelii praecones esse velint, ut socialistis ostendant eorum postulata, quatenus iusta sint, ex principiis Christianae fidei multo validius detendi et ex viribus ehristianac caritatis inulto efficacius provehi.

Sed quid, si ad pugnam classium et dominia privata quod attinet socialiemus re vera ita sit temperatus atque emendatus, ut circa haec iam nihil in e‹» sit reprehendendum! Xumquid illico naturam suam religioni ehristianac contrariam abdicavit ! Est haec quaestio, quae multorum animos suspensos tenet. Et plurimi sunt catholici homines, qui, cum plane perspectum habeant Christiana principia nec missa fieri nec abradi unquam posse, oculos in hanc Sanctam Sedem intendere et enixe efflagitare videntur, ut decernamus, num hic socialisions a doctrinis falsis adeo resipuerit, ut sine cuiusquam principii christiani iactura admitti et quodammodo baptizari possit. Quibus ut pro paterna Nostra sollicitudine faciamus satis, haec edicimus: sive ut doctrina, sive ut factum historicum, sive ut actio consideretur soeialismus, si vere manet soeialismus, etiam postquam veritati et iustitiae in his, quae diximus, concessit, componi cum Ecclesiae catholicae dogmatibus non potest: siquidem ipsam societatem fingit a Christiana veritate quam maxime alienam.

•SOCIETATEM ATQUE HOMINIS INDOLEM SOCIALEM FINGIT ALIENISSIMA A CHRISTIANA VERITATE

Nam secundum Christianam doctrinam horno, sociali natura praeditus. iu his terris collocatur, ut in societate et sub auctoritate a Deo ordinata [1] vitam ducens, omnes suas facultates in laudem et gloriam Creatoris sui plene excolat evolvatque, atque artis aliusve vocationis suae munere fideliter fungendo temporalem simul et aeternam sibi comparet felicitatem. Soeialismus autem, sublimis huius, cum hominis tum societatis, finis penitus ignarus et incuriosus, solius commodi causa humanam consortionem autumat esse institutam.

Ex eo enim, quod apta operum divisione efficacius quam dispertitis singulorum conatibus bona progignantur, socialistae inferunt oeconomicam efficientiam. cuius sola materialia obiecta mentibus obversantur, socialiter ex necessitate procedere debere. Qua necessitate, ut totos societati se dedant subdantque ad bonorum effectionem quod attinet, homines adstringi existimant. Immo quam amplissimam possidere copiam rerum, quae huius vitae commodis inserviant, tanti fit. ut altiora hominis bona, ipsa libertate minime excepta, sint posthabenda atque etiam immolanda exigentiis efficacissimae bonorum effectionis. Hanc vero humanae dignitatis iacturam in ‖ sociaiizato » productionis processu subeundam, facile repensum iri autumant abundantia bonorum socialiter procreatorum, quae ad singulos profundantur, ut pro suo beneplacito commodis et cultui vitae libere ea appacare valeant. Societas ergo qualem soeialismus fingit atera ex parte absque vi plane nimia nec esse nec concipi potest, ex altera parte haud minus falsae libertati indulget, vera sociali aucto-

1 Cfr. Rom., XIII 1.

riiate ab ea exulante, quippe quae non in temporalibus ac materialibus commodis innitatur, sed a solo Deo, rerum omnium Creatore atque ultimo fine descendat

CATHOLICUS ET SOCIALISTA PUGNANTIA DTCUNT

Quodsi soeialismus, ut omnes errores, aliquid in se veritatis admisit (quod quidem Summi Pontifices numquam sunt inficiati), nititur tamen doctrina de humana societate, ipsi propria, a vero Christianismo absona. Soeialismus religiosus. Soeialismus cliristianus pugnantia dicunt: remo potest simul catholicus probus esse et veri nominis socialista.

SOCIALI8MUS MORES CULTUMQÜE PERVADENS

Quae quidem omnia, a Nobis sollemni auctoritate innovata et confirmata, pari modo applicanda suat novo cuidam socialistico procedendi modo, hactenus quidem minus noto, nunc vero ad plures socia'ismi sectas propagato. In animos moresque instituendos imprimis mcumbit; praecipue quidem infantes ipsos teneros amicitiae specie sibi allicit secumque trahit sed totam etiam hominum multitudinem complectitur, ut homines tandem socialistic! formentur, qui humanum convictum ad socialism! placita conforment.

Cum in Nostris Encyclicis Litteris *Divini illius Magistri,* quibus principiis insistat, quos fines persequatur paedagogia Christiana docuerimus abunde[2]. quam eis repugnent quae facit et quaerit hic soeialismus mores cultumque pervadens, tam perspicuum est et evidens, ut declaratione non indigeat. Gravissima vero quae secum fert pericula videntur ii aut ignorare aut minus ponderare, qui nihil pensi habent eis pro rerum gravitate fortiter naviterque resistere. Hos de imminenti gravissimo damno commonefacere Nostri pastoralis officii est: meminerint omnes, huius socialism! mores cultumque pervadentis parentem quidem liberalismum fuisse, heredem vero « bolscevismum futurum.

CATHOLICI TRANSFUGAE IN CASTRIS SOCIALISMI

Quae cum ita sint. Venerabiles Fratres, intelligerc potestis quanto cum dolore cernamus, in quibusdam praesertim regionibus, filios Nostros non paucos quos veram fidem rectamque voluntatem deposuisse persuadere Nobis non possumus, ab Ecclesiae castris transfugisse et ad socialism! acies convolasse: quorum alii ut aperte socialistarum nomine glorientur et dogmata ipsa socialistica profiteantur, alii vel socordes vel etiam quasi inviti ut consociationibus adhaereant, quae professione aut factis .sunt socialisticae.

Nos autem, paterna sollecitudine anxii, animo revolvimus et perscrutari conamur, qui fieri potuerit ut eo usque aberraverint, et audire Nobis videmur, quae multi ex eis respondent et causantur: ab Ecclesia et eis qui Ecclesiae addictos se proclamant, locupletibus faveri, operarios neglegi, curam horum

[1] Cfr. Ltt. Encycl. *Diuturnum.* <. 29 Inu. 1881.
[2] Lift Encycl. *Divini illitu Mff/Mri.* <l. 31 Dec. 1929.

haberi nullam; eam ob causam se, ut sibi consulerent, in acies socialism! instrui et inseri debuisse.

Deflendum sane est, Venerabiles Fratres, fuisse, iinmo etiam nunc esse, qui cum catholicos se profiteantur, sublimis illius iustitiae et caritatis legis, qua non solum, quod suum est cuique reddere, sed fratribus egentibus ut ipsi Christo Domino succurrere tenemur! fere immemores sunt, quodque gravius, ob lucri cupiditatem operarios vexare non verentur. Iinmo vero, non desunt qui religione ipsa abutantur, eiusque nomine iniustas exactiones velare conentui. ut a iustis plane operariorum expostulationibus se tutentur. Quorum agendi rationem graviter arguere numquam desistemus. Ipsi enim in causa sunt, cur Ecclesia, etsi immerito, videri potuerit et insimularetur partes agere locupletium, eorum autem, qui quasi natural! sua hereditate privati erant, necessitatibus et angustiis minime commoveri. Immerito et iniuria haec videri et dici, totius Ecclesiae historia clare demonstrat ; ipsaeque Encyclicae Litterae, quarum anniversarium festum celebramus luculentissimum testimonium sunt in Ecclesiam eiusque doctrinam nonnisi iniustissime has calumnias et contumelias coniici.

UT REDEANT INVITANTUR

Verumtamen tantum abest ut. iniuria lacessiti aut paterno dolore deiecti, filios misere deceptos et tam longe a vero et salute digressos repellamus aut reiiciamus, ut effici non possit, quin omni qua possumus sollicitudine, ad maternum Ecclesiae sinum, ut revertantur, invitemus. Utinam voci Nostrae pronas praebeant aures! Utinam unde exiere, eo redeant, domum nimirum paternam, ibique consistant, ubi proprius eorum locus est·, in eorum videlicet ordinibus, (pii monita a Leone promulgata et a Nobis sollemniter innovata studiose secuti, societatem ad mentem Ecclesiae, sociali iustitia socialiquc caritate firmatis, instaurare nituntur. Sibique persuadeant nidlibi se posse etiam in terris pleniorem invenire beatitudinem. nisi apud Eum, qui propter nos egenus est factus cum esset dives, ut Illius inopia nos divites essemus 2; qui pauper fuit et in laboribus a inventute sua. qui omnes laborantes et oneratos ad Se invitat ut eos in caritate Cordis Sui plene reficiat3; qui denique sine ulla personarum acceptione, plus exiget ab iis quibus plus datum est4 et «reddet unicuique secundum opera eius c 5.

3. Morum renovatio

Verum, si rem diligentius penitiusque inspiciamus, liquido deprehendemus, hanc optatissimam instaurationem socialem spiritus christiani renovatio, a qu<· misere passim defecerunt tot homines rei oeconomicae addicti, praecedat opor-

1 Cir. Epiel. S. lacubi, <·. 2.
2 *II Cor.*, VIU. !>.
3 Matth., XI. 2S.
‘ Cfr. LUC., XII. 18.
·’ Matth.. XVI 27.

tero, ne tot conatus incassum cadant, aedificiumque struatur non super petram -ed super mobilem arenam 1.

Et sane, hodiernam oeconomiam conspeximus, Venerabiles Fratres dilectique Filii, eamque gravissimis vitiis laborantem agnovimus. Communismuni quoque et socialismum rursus in indicium vocavimus, eorumque omnes vel mitigatas species ab Evangelii praeceptis longe aberrare deprehendimus.

Quare — ut. Decessoris Nostri verbis utamur, — si societati generis humani medendum, est. revocatio vitae institutorumque Christianorum sola medebitur 2. Nam haec una nimiae de caducis rebus sollicitudini, quae omnium est vitiorum origo, efficax remedium afferre, haec ima fascinatos hominum oculos, in fluxis huius mundi rebus plane defixos, inde avellere et ad caelum attollere («test. Quo quidem remedio nunc humanam consortionem maxime indigere quis neget?

PRAECIPUA HODIERNI REGIMINIS DEORDINATIO: DAMNUM ANIMARUM

Etenim omnium animi temporalibus perturbationibus, cladibus, ruinis fere unice afficiuntur. Sed quid, si Christianis oculis, prout decet, res perpendimus, haec omnia sunt, si cum animarum ruina conferantur? Nihilominus haud temere dici potest eas nunc esse socialis atque oeconomicae vitae rationes, ut ingenti hominum numero maxima impedimenta creent quominus unum illud necessarium, aeternam nempe salutem, curent.

Innumerabilium equidem harum ovium Pastoi et Tutor a Pastorum Prmeipe, qui eas Sanguine Suo redemit, constituti, hoc maximum earum periculum siccis oculis contemplari non possumus; quin potius, pastorali officii memores, paterna sollicitudine et quomodo cis opitulari possimus continenter meditamur, aliorum quoque, quorum ex iustitia aut caritate interest, indefesso studio advocato. Quid enim proderit hominibus sapientiore divinarum usu vel ad universum mundum lucrandum aptiores fieri, si inde animae suae detrimentum patiantur? 3. Quid, eos tuta de re oeconomica principia docere, si effrena cupiditate et sordida, suarum rorum studio ita abripi se sinant, ut, «audientes mandata Domini, omnia faciant contraria·?4.

HUIUS DAMNI CAUSAE

Unius vero a Christiana lege in re sociali et oeconomica defectionis, et inde profluentis plurimorum opificum a fide catholica apostasiae radix et fous sunt inordinatae animi affectiones, triste consectarium primaevae labis, quae miram humanarum facultatum concordiam ita disiimxit, ut homo pravis cupiditatibus facile abstractus ad caduca huius mundi bona caelestibus et firmis anteponenda vehementer incitetur. Hinc enexplebilis illa divitiarum et temporalium bonorum sitis, quae homines ad Dei leges infringendas et proximorum

1 Cfr. Mattii.. VII, 21 s-i<l-
1 Litt. Encycl. *Iterum nOrarum,* n. 22.
3 Ctr. Mattii. XVI. 20.
1 Cfr. *Tuflir.,* II, 17.

as \ OonotfATA, *rmifiniri.* · II.

iura conculcanda omnibus quidem temporibus impulit, sed per hodiernam rei oeconomicae rationem humanae fragilitati longe plures parat laqueos. Etenim eum incertus status rei oeconomicae ac praesertim eiusdem complexionis, summam assiduamque postulet eorum qui illi se dedunt virium contentionem, nonnulli conscientiae stimulis ita obduruerunt, ut in eam devenerint sententiam sibi licitum esse et lucra sua quoquo modo augere, et opes magno conatu studioque partas per fas et nefas contra repentinos fortunae casus tueri. Facilia emolumenta, quae cuilibet in mercatu omni legi soluto obveniunt, permultos ad merces permutandas distrahendasque alliciunt, qui. id unum inhiantes, ut minimo interiecto labore expedita sibi lucra comparent, effrena negotiatione, mercium pretia pro arbitrio et aviditate tam crebro augent vel minuunt, ut prudentes fabricatorum provisiones pessum dent. Quae lege sunt statuta ad foederatos quaestus provehendos, dum rerum agendarum periculum dividunt ac finiunt, foedissimae licentiae ansam praebuerunt. Cernimus enim ab hac extenuata rationum reddendarum obligatione animos modice tangi; insuper in tutamine communis cuiusdam nominis delitescendo, pessimas perpetrari iniurias et circumscriptiones; tandem oeconomicarum consociationum curatores, muneris sui oblitos, eorum prodere iura, quorum compendia administranda susceperant. Neque postremo omittendi sunt callidi illi viri, qui de honesta artificii sui utilitate minime solliciti, hominum cupiditatibus stimulos subiicere haud verentur, eisque excitatis ad proprium lucrum utuntur.

Gravissima haec incommoda propulsare, vel etiam antevertere, potuisset severa ac tuta morum disciplina a rei publicae moderatoribus strenue exacta: haec tamen nimis saepe misere defecit. Nam, cum novae oeconomiae rationis germina tunc primum erumperent, quando rationalism! placita in plurium mentibus insederant radicesque egerant, brevi oeconomica quaedam doctrina a vera lege morali remota est orta, quo factum est ut humanis cupiditatibus habenae prorsus laxarentur.

Itaque evenit, ut multo quam antea plures nihil nisi de divitiis quacumque ratione augendis soPiciti essent; seque super omnia et prae omnibus quae rentes, nihil, ne maxima quidem in alios delicta, sibi religioni verterent. Qui primi vero hanc spatiosam viam, quae ducit ad perditionem l sunt ingressi, ii facile sive apparentis sui successus exemplo, sive insolenti suarum divitiarum pompa, sive aliorum conscientiam quasi inanibus anxietatibus exagitatam deridendo, sive demum timoratiores competitores conculcando, plurimos iniquitatis suae imitatores nacti sunt.

Pronum vero fuit, ut rei economicae moderatoribus a recto tramite deviis euntibus, operariorum quoque vulgus in idem barathrum passim rueret praeceps; idque eo magis quod plurimi ex praefectis artificum suis operariis ut ineris instrumentis usi sunt, nihil prorsus de eorum anima solliciti, immo de supernis rebus ne cogitantes quidem. Et sane, horrescit animus, si gravissima perpendantur pericula, quibus in modernis officinis obiciuntur operariorum (iuniorum praesertim) mores et puellarum aliarumque mulierum pudicitia: si mente recolamus quam saepe hodiernum rei oeconomicae genus et

Cfr. Muttii.,

ortie one. (Quadragesimo anno ·

praesertim absona habitandi ratio familiari vinculo familiarique vitae con· ,uetudini obstacula creet; si memoria repetamus quot quantaque festis diebus rit? sanctificandis inferunt ur impedimenta ; si universalem consideremus ex- inanitionem sensus illius ⱱeri Christiani, quo vel rudes et indocti homines tam dhisapere consueverant, eius loco suffecta de quotidiano victu utcumque com- parando unica sollicitudine. Atque ita labor corporalis, quem divina Providentia etiam post originale peccattun in humani corporis simul et animi bonum sta- tuerat exercendum, in perversionis instrumentum passim convertitur: iners scilicet materia ex officina nobilitata egreditur, homines \ ero ibidem corrum- puntur et viliores fiunt.

REMEDIA:

(I) CHRISTIANA RATIONE INFORMETUR VITA OECONOMICA

Huic tam lugendae animarum cladi, qua perdurante omne societatis re- generandae studium irritum erit, nullum validum remedium afferri potest nisi ad evangelicam doctrinam aperte et sincere redeant homines, ad Illius nimirum praecepta, qui unus verba Vitae aeternae habet \ talia videlicet verba, quae caelis et terra transeuntibus, nunquam praeteribunt 2. Siquidem, quotquot sunt in re sociali vere periti, enixe expetunt compositionem ad nor- mas rationis exactam, quae vitam oeconomicam ad sanum rectumque ordi- nem reducat. Sed hic ordo, quem Nos ipsi vehementer exoptamus impensoquc fovemus studio, mancus omnino et imperfectus erit, nisi omnes humanae effi- cientiae ad miram divini consilii unitatem imitandam et, quantum humanis viribus datum est, assequendam amice conspirent: perfectum dicimus illum ordinem, quem magna vi et contentione proclamat Ecclesia, quem recta ipsa expostulat humana ratio: ut nimirum ad Deum tamquam ad primum ac su- premum totius creatae efficientiae terminum omnia dirigantur, et sub Deo creata quaelibet bona ut mere instrumenta habeatur, quibus tantum uten- dum sit quantum ad supremum finem attingendum ducant.

Neque putandum est per hoc minoris fieri aut minus dignitati humanae consonans aestimari quaestuosas artes; quin immo in iis apertam divini Con- ditoris voluntatem venerabundi agnoscere docemur, qui posuit hominem in terra ut operaretur illam, eaque ad suas necessitates multifariam uteretur. Fortunam autem suam rite et iuste amplificare non prohibentur quicumque ad bona progignenda dant operam, immo aequum est, ut qui communitati deservit eamque reddit ditiorem, ex auctis communitatis bonis ipse quoqu·· pro sua condicione ditior fiat, dummodo haec omnia cum debito erga Dei leges obsequio et illaesis aliorum iuribus quaerantur et secundum fidei et rectae rationis ordinem adhibeantur.

Quae si ab omnibus, si ubique, si semper serventur, non modo rerum confe- ctio et acquisitio, sed divitiarum quoque usus, qui nunc saepe tam inordinatus

1 Cfr. Io., λ
- Cfr. Mutt h

cernitur. brevi intra aequitatis et iusiae distributionis limites revocabitur: atque sordido propriarum dumtaxat rerum studio, quod nostrae aetatis esi dedecus et grande peccatum. re et lactis opponetur suavissima at simul validissima christianae moderationis lex, qua homo iubetur quaerere primum regnum Dei et iustitiam eius, certo seiens bona quoque temporalia ex divina liberalitato certaque promissione sibi quantum opus luerit adiectuin iril.

/») CARITATIS PARTES

Verum, in his omnibus praestandis, potiores partes semper lex ćaritati teneat oportet, quod est vinculum perfectionis 2. Quam ergo falluntur incauti illi reformatores, qui solam iustitiam eamque commutativam servandam curantes. caritatis auxilium superbe reiiciimt! Profecto iustitiae ex officio debitar et inique denegatae caritas vicaria succedere nequit. At, etsi omnia sibi debita quisque hominum supponatur tandem adepturus, amplissimus caritati semper patebit campus: sola enim iustitia, vel fidelissime exhibita, socialium certaminum causas quidem removere, nunquam tamen corda unire animosque copulare poterit.

Iam vero quaecumque ad pacem firmandam mutuumque inter homines auxilium promovendum sunt instituta, quantumvis perfecta videantur, in mutuo animorum vinculo, quo sodales invicem uniantur, potissimum habent suae firmitatis fundamentum, quo deficiente, ut saepius experiendo didicimus, optima quaeque praescripta irrita evadunt. Itaque time solum vera omnium in unum commune bonum conspiratio haberi terit, cum societatis partes intime sentiant se unius esse magnae familiae membra eiusdemque caelestis Patris filios, immo se unum corpus in Christo, «singuli autem alter alterius membra'3, ita ut si quid patitur unum membrum, compatiantur omnia membra"4. Tunc enim divites aliique proceres, pristinam suam erga pauperiores fratres incuriam in sollicitam et operosam dilectionem mutabunt eorum insta postulata aperto corde excipient, eorumque forte culpis et erroribus libenter parcent. Operarii vero, quovis odii invidiaeque sensu, quo socialis certaminis fautores cam callide abutuntur, sincere restincto, locum sibi a divina Providentia in humana societate assignatum non solum non fastidient, sed magni facient in pote bene sibi conscii, ad commune bonum pro suo quemque munere et officio vere utiliter et honorifice adlaborare eiusque vestigia pressius sequi, qui cum in forma Dei esset, faber inter homines esse et fabri filius haberi ńit.

OPUS ADSTAT SAXE ARDUUM

Ex hac igitur nova in rnundum diffusione Evangclici spiritus, qui christianae moderationis et universalis caritatis spiritus est, optatissimam illam ac plenam humanae societatis instaurationem in Christo illamqiie Pacem Christi in Regno

1 Cfr. Mattii., VI. 33.
- *Ctdos#..* IIT, 11.
3 Knm., XII,
4 1 Cor.. XII. 215.

Christi k futuram confidimus, in quam ab ipso Pontificatus Nostri exordio, omnes curas Nostras omnemque pastoralem sollicitudinem intendere decrevimus flrmiV'rque apud Nos statuimus"; Vosque Venerabiles Fratres, qui Ecclesiam Dei, Spiritu Sancto mandante, Nobiscum regitis 1, ad eundem Imuc praecipuum et in praesens maxime necessarium finem, in omnibus orbis partibus, etiam in regionibus sacrarum ad infideles Missionum laudabili admodum zelo impense adlaboratis. Vobis sint merita laudationum praeconia, simulque iis omnibus sive clericis sive laicis, quos eiusdem magni operis cotidianos participes atque validos adiutores laeti conspicimus, dilectos Filios Nostros Actioni Catholicae addictos, qui peculiari studio de re sociali curam, quatenus haec Ecclesiae ex ipsa sua divina institutione competit et incumbit. Noliiscum suscipiunt. Hos omnes etiam atque etiam in Domino hortamur, ui nullis parcant laboribus, nullis vincantur difficultatibus, sed magis magisque in dies confortentur et sint robusti 3. Arduum sane ipsis aggrediendum proponimus opus: probe enim novimus utrinque, sive inter superiores, sive inter inferiores societat is classes, obstacula et impedimenta, quae vinci debeant, exstare plurima. Ne tamen animo despondeant : asperis certaminibus se obiicere Christianorum est; graves autem exantlare labores, eorum qui nt boni Christi milites4 eum propius sequuntur.

Omnipotenti ergo auxilio unice confisi Illius, qui » omnes homines vult salvos fieri «", urseras illas animas a Deo aversas totis viribus iuvare contendamus casque a temporalibus curis abstrahentes, quibus nimis implicantur, ad aeterna fidenter aspirare doceamus. Id autem quandoque facilius obtinebitur, quam prima fronte sperandum forte videbatur. Etenim, si etiam iu latebris vel perditissimi hominis latent, ceu igniculi sub cinere, mirae spirituales vires, testimonia haud dubia illius animae naturaliter christianae, quanto magis in cordibus eorum quam plurimorum, qui potius per ignorantiam vel externa rerum adiuncta in errorem inducti sunt.

Ceterum, laeta quaedam socialis restaurationis signa ipsa opificum agmina iam portendunt, in quibus magno animi Nostri gaudio confertos cernimus etiam globos iuniorum operariorum, qui et secundis auribus divinae gratiae consilia excipiunt et miro zelo socios suos Christo lucrifacere student. Nec minori laude prosequendi sunt opificum coetuum duces qui, propriis commodis posthabitis et unice do sodalium suorum bono solliciti, aequas eorum expostulationes cum totius artificii prosperitate prudenter componere et promovere satagunt, neque ab eximio hoc munere se deterrere sinunt ullis sive impedimentis sive suspicionibus. Quin et complures iuvenes, mox inter societatis proceres sive ob ingenium sive ob divitias clarum locum habituros, intensiore studio sociales res excolentes est cernere, qui sociali instaurationi totos se reapse dedituros laetam spem faciunt.

1 Cfr. l ift. Encycl. *Ubi arcann,* d. 23 Dec. 1922.
2 C'fr *tcL.* XX. 2S
Cir. *Dealer* *i.*
11. 3.

QUA via procedendum

Itaque praesentes rerum rationes qua via, Venerabiles Fratres, incedenduui sit clare demonstrant. Nobis enim nunc, ut alias non semel in Ecclesiae historia, mundus obiicitur magna ex parte in paganismum fere relapsus. Ut integrae hae hominum classes ad Christum, (piem negarunt, reducantur, 6x iis ipsis seligendi sunt et formandi auxiliares Ecclesiae milites, qui illos illorumquo mentes et optata bene norint. (pii in eorum corda suavi quadam fraterna caritate penetrare possint. Primi et proximi nimirum opificum apostoli, opifices sint oportet: apostoli vero inter artificii coniuereiique asseclas, ex iisdem hominibus esse debent.

Hos laicos cum opificum tum herorum apostolos studiose quaerere, prudenter eligere, apte excolere et instituere Vestrum, Venerabiles Fratres, vestrique cleri potissimum est. Difficilis sane provincia sacerdotibus imponitur, ad quam obeundam acri de re sociali studio rite parandi sunt quicumquc in spem Ecclesiae adolescunt; sed maxime necesse est ut. quos peculiari ratione ad hoc munus deputaturi estis, tales se exhibeant, qui exquisitissimo iustitiae sensu praediti, cuicumque iniqua expostulanti aut iniuste agenti, virili prorsus constantia obsistant; qui prudentia et discretione a quovis extremo aliena excellant; quos praesertim caritas Christi intime pervaserit, quae una valet hominum corda et voluntates iustitiae aequitatisque legibus fortiter simul et suaviter subigere. Hac via, quam felix rerum usus non semel comprobavit, omni alacritate incedendum esse non est cur ambigamus.

Hos autem dilectos Filios Nostros ad tantum opus electos enixe in Domino hortamur, ut excolendis viris sibi commissis totos se dedant, in eoque officio apprime sacerdotali et apostolicô adimplendo christiauae institutionis vi opportune utantur, iuvenes docendo, Christiana sodalicia instituendo, studiorum coenacula condendo ad normam fidei excolendorum. In primis autem magni faciant et in bonum suorum alumnorum assidue adhibeant pretiosissimum cum privatae tum socialis instaurationis instrumentum, quod Litteris Nostri Encyclicis JZen-s *Nostra*l in Exercitiis spiritualibus positum esse edocuimus: ((uibus Litteris cum Exercitia pro laicis quibuscumque, tum etiam utilissimos opificum secessus aperte commemoravimus vehementerque commendavimus: in illa enim spiritus schola non modo optimi excoluntur christiani, sed veri quoque apostoli pro quavis vitae condicione instituuntur, et igne Cordis Christi inflammantur. Ex hac schola, ut Apostoli e Coenaculo Hierosolymitano, prodibunt in fide fortissimi, invicta in insertationibus constantia firmati, zelo flagrantes de Regno Christi quaquaversus propagando solum solliciti.

Et sane, talibus nunc maxime opus est robustis Christi militibus, qui totis viribus adlaborent ad humanam familiam incolumem servandam ab immani prorsus exitio, in quod rueret si. spretis evangelicis doctrinis, ille rerum ordo praevalere permitteretur, qui non minus leges naturae quam divinas conculcat. Ecclesia Christi super inconcussam petram constituta nihil habet cur sibi timeat, cum pro certo sciat numquam fore ut portae inferi contra ipsam prae·

1 Lltt. Encycl. *Mens Noftra,* d. 20 Dec. 1929.

valeant1: quin imino tot saeculorum usu compertum habet se e maximis pronllis fortiorem egredi solere novisque ornatam triumphis. Sed materna eius viscera nequeunt non commoveri ob innumera mala, quibus inter huiusmodi procellae tot hominum milia vexarentur, atque potissimum ob gravissima spiritualia damna inde secutura, quae tot animas Christi Sanguine redemptas ad aeternam agerent ruinam.

Nihil igitur intentatum relinqui debet ad tanta mala al> humana societate avertenda: huc labores, huc industriae omnes, huc assiduae fervidaeque ad Deum preces vergant. Etenim, divina adiuvante gratia, humanae familiae sortes in manibus nostris sunt.

Ne sinamus, Venerabiles Fratres dilectique Filii, ut filii huius saeculi in generatione sua nobis prudentiores videantur, qui ex divina bonitate filii lucis sumus2. Illos siquidem deprehendimus summa sagacitate strenuos asseclas sibi seligere et instituere, qui errores suos per omnes hominum ordines totiusque orbis terrarum plagas in dies latius diffundant. Quandocumque autem Ecclesiam Christi vehementius impugnare suscipiunt, videmus eos intestinis dissensionibus sepositis in unam aciem magna concordia cogi et ad communem finem assequendum viribus prorsus unitis adlaborare.

ARCTA COMMENDATUR UNIO ET CONSPIRATIO

Iam vero, quot quantaque indefessus catholicorum zelus, cum ad bonum sociale et oeconomicum, tum in re scholari et religiosa ubique moliatur, nemo profecto est qui ignoret. Sed mira haec et laboriosa actio haud raro minus efficax evadit ob vires nimis in diversa distractas. Uniantur igitur omnes bonae voluntatis viri, quotquot sub Ecclesiae Pastoribus hoc bonum ac pacificum Christi certamen certare volunt; omnesque. Ecclesia duce ac magistra, in Christianam humanae consortionis restaurationem, quam Leo XIII per immortales Litteras *Rerum novarum* auspicatus est, quo cuiusque ingemo, viribus, condicione. aliquid conferre nitantur; non se nec sua quaerentes, sed quae sunt lesu Christi3; non propria consilia omnino urgere contendentes,sed ea vel optima remittere parati, si maius commune bonum id requirere videatur: ut in omnibus et super omnia Christus regnet, Christus imperet, cui ıı honor et gloria et potestas in saecula »4.

Quod ut fiat feliciter, Vobis omnibus, Venerabiles Fratres dilectique Filii, quotquot permagnae Catholicae, familiae Nobis commissae estis membra at peculiari quadam cordis Nostri dilectione opificibus aliisque manualium artium operariis a divina Providentia vehementius Nobis commendatis necnon Christianis heris operumque curatoribus, paterno ex animo Apostolicam Benedictionem impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XV mensis Maii. anno 1931. Pontificatus Nostri anno decimo.

PIUS PP. XI.

| Cfr. Miitth.,
' Cfr. Luc., X
:l Cfr. *Philipp.*
4 .*Ilxjc.,* V, 1

BULLA DEUS SCiEXTIARUM

DE UNIVERSITATIBUS ET FACULTATIBUS STUDIORUM ECCLESIASTICORUM

PUS EPISCOPUS

Serens serrarum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Deus scientiarum Dominus eum Ecclesiae suae divinum conuniseril mandatum docendi omnes gentes -, eam sine dubio magistram constituit divinae veritatis falli nesciam atque adeo praecipuam totius humanae doctrinae patronam atque altricem. Ecclesiae enim est sacra hominibus praecepta tradere. quae ipsamet a Dei Revelatione repetit atque deducit ; quoniam autem tides et humana ratio non solum « inter se dissidere nunquam possunt », sed. perspecta eorum omnimoda concordia, opem quoque sibi mutuam ferunt . mdlo non tempore Ecclesia Christi sui officii esse duxit humanarum artium et disciplinarum culturam iuvare atque promovere3; quod sane bene inulta ac luculentissima testantur litterarum monumenta. Etenim, post primam Ecclesiae aetatem, in qua Spiritus Sanctus ipse per se, charismatum suorum abundantia, eam christifidelibus doctrinam suppeditabat, quae in iis forte desideraretur, secundo post Christum natum saeculo praeclare iam Smyrnae, Romae, Alexandrine, Edessae christianae sapientiae domicilia floruere. Quo sacculo exeunto atque vertente tertio, illustria illa Alexandrine, Caesareae, Antiochiae *(lidascrdeia* exorta sunt, ex quibus suam hauserunt scientiam, ut praestantiores tantummodo nominemus. Clemens Alexandrinus, Origenes, S. Dionysius Magnus, Eusebius Caesariensis, S. Athanasius, Didymus Caecus, S. Bnsilius Magnus. S. Gregorius Nazianzenus. S. Gregorius Nyssenus, S. Cyrillus Alexandrinus, S. Joannes Chrysostomus, Theodoretus. Qui Patres et Scriptores Ecclesiastici, una cum S. Ephraem, S. Hilario Pictaviensi, S. Ambrosio, S. Hieronymo, S. Augustino, aliisque illius aetatis fere innumeris Ecclesiae doctoribus et magistris, in civili hominum consortione, veluti scientiarum optimates ab omnibus habebantur. Exacta vero magnorum Patrum aetate, sollerti potissimum monachorum Episcoporumque opera, scholae non paucae conditae sunt, opitulantibus quidem iis qui rem publicam tunc temporis moderabantur. Ac sine dubio civilis omnium cultus et ecclesiastica doctrina, hoc saeculorum intervallo, idem veluti unum efficiebant, quod e litterariis ludis, — prope cathédrales aedes atqpe coenobia constitutis — in commune bonum copiose profluebat.

In eu namque mediae aetatis parte, ipme obscurissima dici solet, cum lit-

I Sami>9 II, 3.

' Matth.. KXVill, 11); Marc., XVI. 1.5.

Cone. XiUic. Conçut. *De fide calholu:a9* eat». L

teras mgenuasque artes novi barbarorum incursus permiscere ac submergere minitarentur, hae, ab omnibus derelictae ac misere pessumdatae, apud Catholicae Religionis templa atque monasteria, in unum scilicet, quod daretur, perfugium atque asylum, tuto se receperunt. Atque, Concilia annis 820 et 853 Rumae habita eam sanciebant legem, quasi lucem in tenebris, qua « in universis episcopiis, subiectisque plebibus, et aliis locis in quibus necessitas occurrisset, omnis cura et diligentia haberetur, ut magistri et doctores constituerentur, qui studia litterarum liberaliumque artium assidue docerent».

Quod si Romana Ecclesia, hac procellosa aetate, prisca humani cultus documenta neutiquam tutata esset, haud dubie hominum genus eos in perpennun litterarum thesauros amisisset, quos antique tradiderant tempora.

Studiorum autem Universitas, gloriosum illud mediae aetatis institutum, quod eo tempore « Studium » vel « Generale Studium » vocabatur, Ecclesiam habet iaminde ab initio liberalissimam matrem atque patronam. Etenim, si non omnes ab Ecclesia Catholica suum duxerunt exordium Universitates, nihilo setius exploratum omnino est fere omnia antiquitatis Athenaea Romanos Pontifices aut conditores, aut saltem habuisse fautores atque duces.

Qua de re, id certo omnibus admirationem movet quantum Apostolica haec Sedes ad sacrae profanaeque doctrinae profectum contulerit, etiamsi unum saeculum consideretur. In quinquaginta et duabus Universitatibus ante annum 1400 per litteras conditis, haud minus viginti novem per Romanos tantummodo Pontifices, ac decem praeterea per Imperatoris vel Principum documenta simulque per Apostolicas Constitutiones creatae fuere. Celeberrima autem Athenaea, quae, ut alia praetereamus, Bononiae, Parisiis, Oxoniae. Salmanticae, Tolosae, Romae, Patavii, Cantabrigae, Pisis, Perusii, Florentiae. Papiae, Olisipone, Senis, Gratianopoli. Pragae. Aandobonae, Coloniae, Heidelbergae, Lipsiae, Monte Pessulano, Ferrariae, Lovanii, Basileae, Cracoviae. Vilnae, Graecii, Vallisoleti, Mexici, Compluti, Manilae, Sanctae Fidei, Quiti. Limae, Guatimalae, Calari, Leopoli atque Varsiiviae constitutae sunt, ab hae Almae Urbis Ecclesia principium vel certe incrementum ceperunt.

Haud raro quidem rei publicae moderatores Ecclesiae regimini atque tutelae Unix ersitates scholasque non paucas pedetentim subduxerunt, attamen Ecclesia, quanquam sua expers libertate omniumque rerum, quibus affluebat, copia, nihilominus, pro sibi insita natura, eiusmodi sapientiae veluti coenacula docendique instituta condere atque fovere nunquam destitit. Ob huiusmodi nempe mimus, quod Ecclesia divinitus obtinet. Catholicae Religionis praecones omni prorsus ope contendunt ut prope ea, quae in barbaris regionibus construunt sacella, scholae etiam aperiantur; atque inibi non modo sacras, sed profanas quoque disciplinas pro viribus tradunt, itemque peculiaria scientiae civilisque cultus adiumenta invehunt, ad rudes illas gentes primis litterarum elementis agrorumque colendorum arte imbuendas. Quod si aliquando commenticiae cuiusdam progressionis iactatores, ad regiones illas penetrantes, quas lesu Christi legati cruce et aratro nobilitarunt, conditas ibi scholas Christianis principiis praeceptisque exuere enitentur, iidem infitiari haud poterunt Ecclesiam violatas a se litterarum sedes primum constituisse.

Xeque solum in sacrarum Missionum regionibus hominum cultum pro-

movet Ecclesia sed etiam, immo impensius, in iis nationibus in quibus plus semel ipsa beneficentiae suo patrimonio despoliata est. Videre igitur est eius opera prosperas studiorum Universitates nostro quoque tempore exoriri, ut ea quae Mediolani Sacro lesu Cordi dicata est, ut Parisiensis, Insulensis, Audegavensis, Lugdunensis, Tolosana in Gallia, ut Noviomagensis in Ilollandia, Lublinensis in Polonia, Berytensis in Syria. Vashingtoniensis in Foederatis Americae Civitatibus. Quebecensis, Marianopolitana, Octaviensis in Canadensi regione, S. lacobi in Chilensi Republic», Seiangaiensis et Pekinensis in Sinis, Tokiensis in laponia, aliaeque non paucae.

Illud praeterea luculenter ostendit Ecclesiam hominum cultum atque doctrinam impense fovisse, quod magnam semper de bibliothecis condendis asservandisque curam habuit. A Caesariensi enim Bibliotheca ad Ambrosianam usque et Vaticanam quot manu scriptos codices, quot libros typis impressos haec sancta mater Ecclesia summa cum industria collegerit nemo sane enumerare poterit. Atque in comperto est prima iam christiani nominis aetate sacros pastores, ingruente periculo, bonorum suorum iacturam aequo animo passos esse, sed una cum sacrificalibus vasis scientiae volumina diligentissime servasse. Quapropter omni prorsus fundamento destituitur falsa ea quorundam criminatio, Ecclesiam hominum mentibus ignorantiae caliginem offundere; quandoquidem Catholica Religio non insectatores metuit, qui eam martyrii gloria redimire possint, non haereses, quae suum sacrae doctrinae depositum accuratius illustrari iubeant, sed id imum timet: veritatis ignorationem; cum pro certo habeat adversarios, dummodo eius praeceptis atque rationibus, alieno a praeiudicatis opinionibus animo, diligenter studeant, minime eam esse malevola simultate prosecuturos, quemadmodum secundo iam saetulo de Christiani nominis osoribus Tertullianus asseverabat: « Desinunt odisse qui desinunt ignorare »L

At si Decessores Nostri, vertentibus saeculis, neque curis pepercerunt neque laboribus, ut disciplinarum studia liberalesque artes alerentur quam maxime, utque omne genus magisteria multis locis instituerentur, peculiarem tamen voluntatem studiumque praecipuum in divinae doctrinae incrementum contulerunt, quippe quae ad causam sibi divinitus creditam potissimum conducat4. Iamvero Nos, gravissimi a Deo Nobis demandati muneris probe conscii, actuosissime ad sacras praesertim disciplinas animum adiecimus Nostrum, pro viribus contendentes, ut ecclesiasticae Universitates Facultatesque, sicut praecipua dignitate sua, ita etiam studiorum subtilitate scientiarumque splendore inter cetera omnia Athenaea in primis eniteant. Siquidem, vixdum ad supremi Pontificatus cathedram evecti, officii Nostri duximus eam apparare legem, qua altioris huiusmodi disciplinae Institutis, plus centum ubique gentium conditis, finis assequendus clarius proponeretur, docendi methodus accuratius praescriberetur, unius denique formae constitutio definiretur, minime tamen peculiaribus posthabitis rerum locorumque rationibus, ita quidem ut eadem praesentibus necessitatibus omnino respondere valeant.

1 *Ad Natione*,* **i, i.**
2 5. Thornap, *Sumina TheoL* P. **I,** q. 1. n. 5

Oinue genus errores, nostris potissimum temporibus sapientiae specie fucari solent, quo magis ab omnibus credantur, cum doctrinae lumen plurimum possit multorum animos allicere. Pernecesse igitur est eos christifideles, qui scientiarum pervestigationi aptiores se praebeant, ac potissimum delectos sicronun alumnos, fusis ad Patrem luminum precibus[1] inemoresque illius sententiae » in malevolam animam non introibit sapientia »,[2] penitus in sacras disciplinas et in eas, quae quomodocumque cum iisdem cohaereant, animum intendere atque ita id omne adipisci, ut possint, occasione data, catholicam veritatem rite docere et contra adversariorum incursus ac fallacias strenuissime tutari.

Equidem, pro Nostra parte pro Nostraque facultate, nihil Nobis reliqui faciemus, ut sacrae disciplinae, sicut olim in publicis studiorum Universitatibus primas ferebant, ita nunc quoque, potiorem locum teneant, cum id ditissimus postulet, quem impertiuntur, veritatis thesaurus, et salutaris ille impulsus, quem in catholica confirmanda fide, in errorum tenebris profligandis, iu omnium moribus ad evangelica praecepta conformandis pro natura sua exercent. Ita enim auspicato continget, ut omnes homines, de tenebris in admirabile lumen fidei vocati[3], ad agnitionem veritatis veniant·[4], et omnis intellectus, adiinante Dei gratia, in captivitatem redigatur in obsequium Christi[5].

Quibus Nos propositis rationibusque permoti, prope Sacram Seminariorum •Studiorumque Universitatum Congregationem peculiare constitutum voluimus Consilium ex viris rerum intellegentia et usu praestantibus, cui quidem incumberet· rebus omnibus studere atque considere, quae ad studiorum ecclesiasticorum Universitates et Facultates ordinandas perficiendasque pertinerent — missis interim quae postea cum de aliis institutionibus tum praesertim de Pontificia Romana a S. Thoma Aquinate Academia, quam peculiari prosequimur cura, magis magisque promovenda adiungere opportunum videbitur.

Quod quidem Consilium, post diuturnam diligentemque operam, adiutum sane e lectissimis variarum nationum doctoribus, laudabili omnino sollertia concreditum sibi munus, sub auspicio ac ductu Nostro, feliciter explevit. Quapropter Nos, optata Nostra tandem ad effectum adducentes, omnibus mature perpensis, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua intéresse praesumant consensu, certa scientia ac de Apostolicae potestatis plenitudine has, quae sequuntur, leges et normas decernimus atque statuimus, easdemque ah omnibus, ad quos pertinent, observari iuhemus.

1 I'.U. I, 17.
2 *Sap.*, I, 1.
3 *I Prlr.* H. U.
4 *f Tin·.*, II, 1.

TITULUS I.

Normae generales

Art. 1. – Universitates et Facultates studiorum ecclesiasticorum eae sunt, quae auctoritate Sanctae Sedis ad disciplinas sacras vel enm sacris conexas tradendas et excolendas instituuntur, eum iure conferendi gradus academicos.

Art. 2. Universitatum et Facultatum studiorum ecclesiasticorum linis est: auditores disciplinis. quae sacrae vel cum sacris conexae sunt, secundani doctrinam catholicam altius instituere; eos ad fontium cognitionem, ad investigationis laborisque scientifici usum atque ad magisterium exercendum instruere; denique iisdem disciplinis excolendis provebendisque quam maxime consulere.

Art. 3. § I. - Facultates studiorum ecclesiasticorum censentur: Theologicae. Inridicae, Philosophicae, aliae denique omnes, quae ad finem, de quo in art. 2, a Sancta Sede instituantur.

§ 2. - Nomine Universitatum vel Facultatum comprehenduntur etiam haec Instituta a Sancta Sede in Urbe erecta:

Pontificium Institutum Biblicum, Pontificium Institutum Studiorum Orientalium, Pontificium Institutum Utriusque Iuris. Pontificium Institutum Archaeologiae Christianae, Pontificium Institutum Musicae Sacrae.

Art. 4. Canonica erectio et suprema moderatio cuiusvis Universitatis et Facultatis studiorum ecclesiasticorum, in locis quoque et Institutis «piae Sacris Congregationibus pro Ecclesia Orientali et de Propaganda Fide sublecta sunt, atque etiam Facultatum quae simt pro Religiosis Familiis quibuslibet, reservantur Sacrae Congregationi de Seminariis et Studiorum Universitatibus.

Art. 5. Statuta ima cum Ratione studiorum imiuscuiusque Universitatis vel Facultatibus indigent approbatione Sacrae (kmgregationis fle Seminariis et Studiorum Universitatibus.

Art. ii. Solis Universitatibus vel Facultatibus canonice erectis ot ad normam huius Constitutionis approbatis ius est conferendi gradus academicos qui effectus canonicos habeant, salvo praescripto art. 36 § 2.

Art. 7. § 1- - Gradus academici tres sunt: Baccalaureatus, Licentia seu Prolytatus, Laurea seu Doctoratus.

§ 2. - Quaevis Facultas confert Licentiam et Lauream; liberum est singulis Facultatibus conferre etiam Baccalaureatum.

§ 3. - Gradus academici *e* disciplinis praecipuis Universitatum vel Facultatum, in quibus conferuntur, appellationem trahunt.

Art. S. — Baccalaureatus est gradus academicus ex quo cognoscitur eum qui hoc gradu donatur tale suae doctrinae specimen dedisse, ut idoneus censeatm ad curriculum persequendum pro gradibus academicis supeiioribus.

Art. i·. — Licentia eat gradus academicus ex quo cognoscitur eum qui iocgradu donatur praestitutum studiorum curriculum absolvisse et tale suae doctrinae specimen dedisse, ut idoneus haberi possit ad docendum in scholis quae gradus academicos non conferunt.

Art. io. - § 1. - Laurea est gradus academicus ex quo cognoscitur nun qui hoc gradu donatur tale suae doctrinae et peritiae specimen dedisse, nt idoneus haberi possit, salvo praescripto art. 21, ad docendum etiam in Universitate vel Facultate.

§ 2. · Laurea peculiaria iura confert, quae in can. 1378 C. L C. rerensentur.

§ 3. - Laurea in Re biblica, apud Pontificiam Commissionem BibliLUIL vel Pontificium Institutum Biblicum acquisita, eadem clericis parit iura «sdemque canonicos effectus ac Laurea in sacra Theologia.

Art. 11. — Ad hanc Constitutionem accommodandae sunt etiam Facultates studiorum ecclesiasticorum in civilibus Universitatibus erectae, ratione habita Conventionum quae a Sancta Sede cum variis nationibus initae sunt et adhuc vigent.

Art. 12. — Ad hanc Constitutionem rite exsequendam serventur Ordinationes Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus.

TITULUS II.

D® personis et regimine

1. — *Auctoritates Academicae — Officiales.*

Art. 13. — § 1. - Universitatis vel Facultatis regimen exercent Auctoritates Academicae, quarum praecipuae sunt: Magnus Cancellarius, Rector Magnificus vel Praeses, Facultatum Decani.

§ 2. - Auctoritates Academicas in Universitate vel Facultate regenda H administranda adiuvant Officiales.

Art. 14. — § 1. - Universitati vel Facultati praeest Magnus Cancellarius, qui nomine Sanctae Sedis rebus omnibus, quae ad regimen ac studia pertinent invigilat.

§ 2. - Magnus Cancellarius est Praelatus Ordinarius a quo Univer•itas vel Facultas iure pendet, nisi Sancta Sedes expresse alium constituerit.

Art. 15. - Universitas regitur a Rectore Magnifico, singulae eius Facultates a Decanis, Facultas vero quae ima sit a Praeside. His autem Auctoritatibus, pro locorum consuetudine et singularum Universitatum vel Facultatum natura, ad res scientificas, disciplinares, oeconomicas administrandas unum vel plura adsunt Consilia.

Art. 16. — Rector et Praeses a Sacra Congregation·· do Seminariis ei Studiorum Universitatibus nominantur aut saltem, sicubi ex iure peculiari ad alios eorum nominatio pertineat, eiusdem Sacrae Congregationis confirmatione indigent.

Art. 17. — Universitatis vel Facultatis Statuta definiant: num, praeter .Magnum Cancellarium, Rectorem .Magnificum vel Praesidom, Facultatum Decanos, habeantur aliae Auctoritates; quomodo hae et praeterea quomodo Decani Facultatum. Consilia, Officiales constituantur et quamdiu munere fungantur; quae singulorum sint officia ac iura.

Art. 18. — Si Universitas vel Facultas eum clericorum Seminario vel Collegio coniuucta sit. Statuta clare et efficaciter provideant, ut illius rectio academica ab huius vita et disciplina rite distinguatur.

2. — *Professores.*

Art. II». — § 1. - Iu unaquaque Universitate vel Facultate, iustus sit Professorum numerus. Habeantur in primis Professores ordinarii, seu qui pleno ac firmo iure in Professorum Collegium sunt cooptati.

§ 2. - Praeter Professores ordinarios sint quoque extraordinarii, seu qui, etsi debitis dotibus ornati, nondum omni ac pleno iure gaudent.

§ 3. - Pro opportunitate etiam alii assumi possunt Professores. qui ad certum tempus munere fungantur tradendi aliquam disciplinam.

Art. 20. — Statuta Universitatis vel Facultatis decernant:

a) quot, saltem, pro numero et momento disciplinarum debeant esse Professores et quot ex iis ordinarii;

b) quot sint Professorum ordines et quae cuiusque ordinis officia et iura. ratione habita iustarum consuetudinum et traditionum;

c) a quibus, quomodo, quibus condicionibus Professores cuiusque ordinis nominentur ac promoveantur.

Art. 21. — Ut quis in Professorum Collegium legitime cooptetur, requiritur ut:

1° doctrinae copia et bonis moribus et prudentia praefulgeat;

2° Laurea congruenti praeditus sit;

3° certis documentis, praesertim libris vel dissertationibus scriptis, se ad docendum idoneum probaverit;

4° professionem Fidei emiserit secundum formulam a Sancta Sede approbatam, ad normam can. 1406 § 1, 1. 8° C. I. C. et Decreti Supremae Sacrat congregationis S. Officii d. d. 22 .Martii 1918;

5° missionem canonicam docendi, post impetratum *Nihil obstat* Sanctae Sedis, a Magno Ciincellario acceperit.

§ 3. Restano ferme, come oneri di culto, le altre pie fondazioni ed ultime volonté, di cui ai canoni 1513-1517, 1544-1551.

Roma, dalla Segreteria della Sacra Congregazione dei Concilio, 25 giugno 1930.

t D. Card. Sbarretti
Vescovo di Sabina e Poggio Mirteto, *Frejetlo.*

t G. Serafini, Vescovo tit. di Lampsaco, *Segretario.*

DECRETUM

m: CATECHETICA INSTITUTIONE IMPENSIUS CUKANUA ET PKOVEHENDA

Provido sane consilio catholica Ecclesia, veritatis divinitus revelatae custos et magistra, officio et munere suo sanctissimo perfunctura, inde ab initio, illud, inter cetera, sibi faciendum censùit, ut initiandis Christo Domino et in eius disciplina instituendis hominibus, praesertim pueris et rudioribus, caelestis sapientia, ad salutem aeternam necessaria, doctoris legitimi opera ac ministerio, catechetice traderetur.

Et prudenter id quidem. Cum enim omnis Christiani hominis scientia comprehendatur divini Redemptoris sententia: *haec esi cita aeterna ut cognoscant te solum rerum Deum et quem misisti letum Christum,* ea scientia, recte et apposite. catechetica institutione continetur, per quam de Deo ipso, de lesu Christo ciusque doctrina ac disciplina, audientibus, pro sua cuiusque aetate ingenio, conditione, proponitur et explanatur summa; qua profecto tradita atque illustrata. nihil fere fidelibus aptius ad recte credendi recteque agendi certam firmamque nonnam assequendam desiderari potest.

Quare fit. ut catechetica institutio in catholica Ecclesia habita sit et habeatur veluti vox illa, qua divina Sapientia clamitat in plateis: *si quis est porculus veniat ad me;* sicut lucerna illa *lucens in caliginoso loco donec lucifer oriatur;* tamquam *semen* et *fermentum* illud *evangelicum,* unde tota germinat et confovetur christiana vita: ex ea nernpe fidelis quisque, lucem divinae veritatis, normam divinae legis, subsidia divinae gratiae feliciter mutuatus, potest quae agenda sunt videre, et ad implenda quae viderit, convalescere. Quae quidem religiosa institutio, cum omnibus magnam afferat utilitatem, tum certe puerilem atque adolescentem maxime iuvat aetatem, utpote quae spem posteri aevi contineat. Puerorum igitur atque adolescentium in primis curanda atque urgenda est catechetica institutio, praesertim si incidat aetas, in qua ob latius diffusum sciendi studium, ob multiplicatam discendi facultatem, ob aptiorem rerum addiscendarum rationem, puerorum atque adolescentium civilis anticipetur et provehatur educatio; absonum quippe est, in tanto apparatu doctrinarum et ardore discendi, negligere vel praetermittere scientiam Dei et maximarum rerum quae religione continentur.

Institutione vero ac doctrina puerorum atque adolescentium catholica salutem quoque contineri reipublicae, planum est. Plurimum enim interest civitatis aeque ac religionis, si cives ciun mere humanae doctrinae et civilis educationis praeceptis simul Christianos hauriant spiritus.

Ex quo plane intellisitur, quam amanter non minus quam sapienter. Ecclesia, catholicae veritatis et disciplinae magistra, personam Christi suscipiens, vehementer clamet: *Sinite parvulos venire ad me ct ne prohibueritis cos: talium est enim regnum Dei.*

Quae omnia cum probe animadverterent ac sentirent Romani Pontifices, catholicae fidei summi magistri ac duces, nullo tempore siverunt, ut ipsorum vigilantia et diligentia in hac parte deesset.

Ut antiquiora mittamus, huius rei testimonium luculentissimum, postremis hisce temporibus, exstat in litteris encyelicis f. r. Pii Pp. X *Acerbo nimis* diei 15 Aprilis 1905, in quibus Pontifex vigilantissinuis, catechesis descriptis utilitatibus, ipsi plane propriis, iure colligit non alia de causa elanguescere atque esse paene intermortuam nostrae aetatis fidem, nisi quia doctrinae christianae tradendae, vel persolvatur negligenter, vel praetermittatur officium. Quapropter leges fert, quibus doctrina ipsa cum pueris puellisque, tum adolescentibus, tam denique aetate provectis tradatur.

Quas quidem leges in canones redactas fere exhibet Codex iuris canonici, in quo tota de institutione catechetica, in universa Ecclesia servanda, proposita et ordinata est disciplina.

Latis vero a Codice legibus advigilandis iisdemque pro opportunitate urgendis. Pius Pp. XI Motu proprio *Orbem, catholicum* diei 29 lunii 1923 *Officium catcchisticum* penes hanc Sacram Congregationem Concilii instituit, cuius est universam in Ecclesia catholica actionem catechisticam moderari et provehere.

Summorum Pontificum iussis et adhortationibus concinuerunt Episcoporum sollicitudines, qui vel in plenariis aut provincialibus Conciliis, vel in Synodis dioecesanis, vel in Congressibus catechisticis, sive dioecesanis sive nationalibus institutionem catechisticam pressius ordinare studuerunt.

At, his non obstantibus feliciter ubique coeptis, ex eorumdem Episcoporum relatis multa adhuc superesse constat, quae doctrinae christianae tradendae vim et effectum impediunt. Et in primis lugenda sane est parentum incuria, quorum plures, res divinas ipsi ignorantes, religiosam liberorum institutionem parvi vel nihili faciunt. Quod grave profecto est, cum, parentibus negligentibus vel adversis, nulla fere spes sit fore ut filii religiose erudiantur.

Quae quidem res gravior evadit ubi, ut in nonnullis nationibus fit, ob partium certamina ius Ecclesiae in Christianam puerorum institutionem vel in discrimen adducitur, vel denegatur. Nam parentes, ignavia detenti, vel mobilitate animi, vel rebus ipsis pressi, neque iniquis legibus obsistunt, neque filiis catechizandis ullam curam sollicitudinemque impendunt.

In regionibus vero ubi catholici cum acatholicis simul vitam degunt, neque cum iis mixta inire matrimonia dubitant, ex communi coniugum consuetudine plerumque id fit ut in rerum divinarum contemptum ipsi liberique prolabantur, vel a fide recedant.

Accedit ipsa puerorum adolescentiumque desidia, qui aliis distenti curis, atque ludis et corporum exercitationibus allecti, vel ad profana spectacula, in quibus non raro mores relaxantur, diebus praesertim festis adducti, catechisticam institutionem paroecialem frequentare negligunt, adeo ut a prima iam aetate incipiat et in dies ingravescat illa, quam maxime conquerimur, rerum divinarum oblivio et neglectus.

Quae oblivio, qui neglectus, eo maius fidei detrimentum inferunt, quo«l exierunt in mundum lupi rapaces, non parcentes gregi, stibini roierunt p̈seudo ductores, qui vel atheismo vel neo-etlmicismo addicti, humanisque commentis et deliramentis indulgentes, scriptis et opera, callide catholicam fidem in Deum. in lesum Christum, in ministerium Ecclesiae evertere conantur; quibus ii omnes accedunt, qui infausti protestantisme propagandi studio incensi, doctrinae pietatisque Christianae speciem praeseferentes, incredibile est quam facile catholicae doctrinae nescios et indigos, ipsosque fideles simplices et incautos decipiant.

Quae quidem incommoda, quamvis iis obsistant curis iam plurimis Episcopi aliique animarum curatores, non exinde tamen et hanc Sacram Congregationem levant onere eorum diligentiam iterato excitandi, nec eos ipsos eximunt, quin semper maiores conferant sollicitudines in id unde ovum sibi commissarum sempiterna salus pendere dignoscitur.

Quam ob rem huic Sacrae Congregationi opportunum visum est omnes, ad quos spectat, novis urgere stimulis, eisdemque quaedam praescribere, quaedam vero indigitare, quibus servatis, spes est fore ut catechetica institutio in melius provehatur.

Primo, igitur, Episcopi, pro iure et officio gravissimo sibi commisso, ad curam et diligentiam quam antehac in rem catecheticam conferre consueverunt, maiorem, in eiusdem incrementum, addant operam industriamque suam: quare, ad normam canonis 336 § 2, «curent... ut fidelibus, praecipue pueris ac rudibus, pabulum doctrinae christianae praebeatur, ut in scholis puerorum ac iuvenum institutio secundum catholicae religionis principia tradatur i-; cumque ex praescripto canonis 1336, Ordinarii loci sit omnia in sua dioecesi edicere quae ad populum in Christiana doctrina instituendum spectent , Ordinarius quisque perpendat in Domino quid providendum, quid praescribendum supersit pro opere hoc sanctissimo et maxime necessario, quove pacto id quod vult facilius consequi et efficere possit, animadversurus, si casus ferat, in négligentes vel renuentes paenis ecclesiasticis ad normam canonum 1333 § 2, 2182; delaturus vero diligentibus praemia, quatenus denunciet, iu paroeciis aliisque beneficiis conferendis, plurimum apud se ponderis et momenti habiturum studium et diligentiam in opus catechismi tradendi collatam.

Parochi deinde ceterique curam habentes animarum meminerint semper institutionem catecheticam fundamentum esse totius vitae christianae, ad eamque rite tradendam omnia eorum consilia, studia, labores esse referenda. Integre, igitur, senent et ad etfectiun deducant quae in canonibus 1330, 1331, 1332 praescripta sunt, et omnia, maxime hac in re, omnibus efficiantur, ut ct omnes Christo lucrifaciant, et seipsos fideles ministros et dispensatores mysteriorum Dei probare possint, probe considerantes quibus lacte, quibus solidiore cibo opus sit; ac singulis ea doctrinae alimenta praebeant, quae spiritum augeant, ita ut christianus homo, ea quae ad religionem pertinent, nou ignoret modo, nec ea veluti hereditario more transmissa tantum teneat, sed ita habeat cognita atque perspecta, ut sibi et ceteris fructificare possint.

Quo in ministerio sanctissimo, ad normam canonis 1333 § 1, «parochi operam adhibeant clericorum, in paroeciae territorio degentium, aut etiam,

si necosso «it. piorum laicOrum, potissimum illorum qui iu pium *sodaliliu-m iloclriiiae christiaiMc* aliud ve simile iu paroecia erectum adscript! sunt -. Qui munes, sive vocati, sive iussi, libenter, imo laetissimo animo, operam suam adiutriceiu in rem conferant, ut hilares datores quos diligit Dominus.

Nec vero operi tam salutari, tam Deo grato, tam animarum bono necessario desit, ad normam canonis 1334, religiosorum auxilium, si ab Ordinario loci sit illud requisitum; iidemque religiosi, vocati, laetentur, irno vocari se cupiant, ut etiam in hac parte dominici agri, ubi messis multa, operarii autem pauci, de animarum salute bene mereantur.

Postremo parentes et qui parentum loco sunt, a quibus in re de qua agitur eliicax auxilium et praesidium est exspectandum et expetendum, meminerint so ex canone 1113 «gravissima obligatione teneri prolis educationem tum religiosam et moralem, tum physicam et civilem pro viribus curandi , cui quidem obligationi ex canone 1335 satisfacere debent efficiendo ut liberi catechetica institutione erudiantur, et ex canone 1372 § 2 curando Christianam eorumdem educationem.

Haec omnia quae summatim complexi sumus, sunt ea quidem iam nota atque perspecta, at e mente ne excidat sententia: *repetita ineant,* maxime cum de re agatur, de qua numquam satis.

Quo vero eadem ipsa facilius in toto Orbe terrarum in effectum deducantur, haec Sacra Congregatio, probante Ssmo D. N. Pio Pp- XI, in omnibus dioecesibus exsequenda mandat quae sequuntur:

I. In singulis paroeciis, praeter confraternitatem sanctissimi Sacramenti, *sodalitium doctrinae christianae,* idque ceterorum princeps, ad normam canonis 711 § 2 instituatur, omnes quot sunt idonei catechismo edocendo et fovendo complectens, ludimagtstros in primis, puerorum erudiendorum disciplinam callentes.

II. Item iu singulis paroeciis, ad normam litterarum circularium huius S. Congregationis ad Ordinarios Italiae diei 23 aprilis 1924, *scholae catechisticac paroeciales,* si nondum exstent, constituantur, in quibus, parochis ipsis praesidibus, statuta methodo, pueri adolescentesque divinae legis ac fidei rudimenta addiscant. Qua in re, ut gravis, quantam ante memoravimus, excutiatur desidia parentum existimantium catechismo paroeciali frequentando liberos suos non teneri, eo quod domi vel in publicis scholis religiosa institutio tradatur, haec diligenter servanda erunt:

a) ad Sacramenta paenitentiae et confirmationis rite suscipienda parochi pueros ne admittant, ad praescriptum canonis 1330, qui congruam institutionem catechisticam non sint assequuti ad normam decreti S. Congregationis de Sacramentis diei S Augusti 1910; eosque, cum primam Communionem receperint, perfectius ac uberius catechismo excolere satagant;

b) iidem parochi, concinnatores, confessarii et ecclesiarum rectores, in hoc toti incumbant ut parentes praesertim moneant de gravi qua tenentur obligatione curandi « ut omnes sibi subiecti vel commendati catechetica institutione erudiantur » '. In rem Benedictus XIV in litteris encyclicis *Etsi minime*

l Can.

diei 7 Februarii 1742 § 7: Constat etiam ipsum Episcopum posse ac debere sacris oratoribus quam diligentissime commendare, ut pro concione in parere tum aures animosque ingerant, sua interesse mysteriis nostrae religionis susceptam prolem imbuere; et si ad id minus idonei fuerint, filios in ecclesiam adduci oj»ortere, in qua divinae legis praecepta explicantur ›·;

c) item totis viribus parochi curionesque contendant ut pueri ad cate· chismum paroecialem frequentandum alacri animo alliciuntur iis mediis quae aptiora videantur, v. g.. pro pueris Missam singulis diebus festis de praecepto celebrando, certamina catechistica, propositis praemiis, indicendo, atque moderata honestaque oblectamenta et industrias adhibendo;

d) postremo, parochi sedulo curent ut, tempore visitationum pastoralium, pueri ad periculum subeundum scientiae suae coram Episcopo se praeparent, qui, hanc occasionem nactus, iis quae in institutione religiosa paroeciali corrigenda, vel emendanda, vel laudanda viderit, opportune consulat.

III. Xe autem institutio religiosa, pueris tradita, aetate progrediente, oblivioni detur, et quia compertum est non solum adulescentulos, illosque qui confirmata sunt iam aetate, in divinarum rerum ignoratione versari, sed etiam viros, ipsosque senes salutaris doctrinae esse omnino expertes, vel quia nunquam illam perceperunt, vel iamdiu perceptam paulatim delevit oblivio »l, locorum Ordinarii sedulo vigilent ut praescriptum canonis 1332 a parochis sancte servetur, quo isti tenentur diebus dominicis aliisque festis de praerepto... catechismum fidelibus adultis, sermone ad eorum captum accommodato, explicare ▮. — Qua in re , ut Pius X mandavit in memoratis litteris encyclicis *Aeerbo nimis,* catechismo Tridentino utentur, eo utique ordine ut quadriennii vel quinquennii spatio totam materiam pertractent quae de symbolo est, de sacramentis, de 'decalogo, de oratione, et de praeceptis Ecclesiae ▮, itemque de consiliis evangelicis. de gratia, de virtutibus, de peccatis et de novissimis.

Praeter haec, ab omnibus servanda, eadem S. Congregatio nonnulla media locorum Ordinariis indigitare opportunum censet, quae, experientia teste, ad optatum finem apta visa sunt, ut eadem vel saltem aliqua in sua quisque dioecesi iidem Ordinarii, pro rerum locorumque adiunctis, adhibenda curent. Quapropter:

1. Quemadmodum iam in Italia provisum est per litteras huius $. Congregationis diei 12 Decembris 1929. *Officium catechisticum dioecesanum,* si fieri poterit. locorum Ordinarii instituant, quod, ipsis praesidibus, totam rem catechisticam in dioecesi moderetur. Huius Officii praecipua munia erunt curare:

«) ut in paroeciis, in scholis et in collegiis doctrina Christiana iuxta formam ab Ecclesia traditam, et ab iis qui sunt idonei recte doceatur;

b) ut. statis temporibus, habeantur *coetus catechistici* aliique pro scholis de religione conventus, de quibus in decreto huius S. Congregationis diei ilis 1924. ad perquirenda media institutioni catechisticae provehendae

| 13oue<h XIV, *t. c.t $.*

c) ut peculiares *series lectionum de religione* quotannis indicantur ad eoe plenius perfectiusqne excolendos, qui doctrinam christianarn et in paroecialibus et in publicis scholis doceant.

2. Idoneos quoque singulis annis *Sacerdotes visitatores* eligere Ordinarii ne omittant, omnes in dioecesi scholas de religione, inspecturos, qui de religiosae institutionis in iisdem traditae exitu, incrementis vel defectibus accurate referant. Ad rem Benedictus XIV [1] Plurimum quoque ad christiani populi institutionem conferre poterit, si Visitatores eligantur, quorum alii civitatem, alii dioecesim lustrantes, omnia sedulo inquirant, ut certior factius Episcopus, pro meritis cuiusque pastoris, aut praemia decernat, aut poenas .

3. Ut autem in religiosam institutionem populus Christianus interdum animum praecipue convertat, *dies catechistiea,* si nondum in usu sit, in singulis paroeciis instituenda curetur, in qua *festum doctrinae christianae,* maiore qua fieri potest solemnitate, celebretur. Hac occasione:

a) fideles in ecclesiam paroecialem convocentur, ut S. Eucharistia refecti, preces effundant ad uberiores impetrandos divinae doctrinae fructus;

b) peculiaris sermo populo habeatur de catecheticae institutionis necessitate, quo parentes praesertim moneantur ut filios eandem edoceant, atque ad catechismum paroecialem mittant, divinum praeceptum memorantes: *eruntque verba haec quae ego praecipio tibi hodie in corde tuo^et narrabis ea filiis tiiis ·;*

c) in vulgus distribuantur libri, libelli, folia, aliaque id genus, ad rem apta ;

d) collecta fiat ad opera catechistiea provehenda.

4. In locis praesertim ubi ob penuriam cleri, muneri doctrinam Christianam docendi clerus ipse facere, satis non possit, *idoneis catechistis* utriusque sexus in parochorum auxilium providere Ordinarii satagant, in paroecialibus vel in publicis scholis ipsisque in dissitis paroeciae locis religiosam institutionem tradituris. In his principem locum teneant quotquot consociationibus *Actionis catholicae* sunt inscripti, quae multa iam hac in re et laude digna perfecerunt, et quarum nonnullae, optimo quidem consilio, in suis statutis lectiones de religione quotannis habendas iuseerunt, quibus intéressé omnes socii teneantur.

Item huic muneri ne desint quotquot sunt socii aliarum consociationum et sodalitatum catholicarum, et potissimum sodalitates religiosae utriusque sexus quae iuventuti instituendae sunt deditae, quas ita alloquitur Ssmus D. X. Pius Pp. XJ in memorato Motu proprio *Orbem catholicum:* « Illud etiam magnopere cupimus in praecipuis quibusque sedibus religiosarum sodalitatum quae iuventuti instituendae sunt deditae ibi, praesidibus ducibusque Episcopis, scholas aperiri, delectis ex utroque sexu adolescentibus, qui accommodato studiorum curriculo formentur, iidemque, facto periculo scientiae suae, rite renuntientur habiles ad magisterium doctrinae christianae historiaeque sacrae et ecclesiasticae obtinendum ». Quod profecto fiet, si in scholis et colle-

1 Loc. ci/., § K».

giis catholicis, inter res pueris udole-srentihusque addiscendus, prmeipoiii 1« cum habeat, ut ratio ipsa -undet et postulat, institutio religiosa, quae et a tui-cenlotihiis docendo peritis, et apta instituendi ratione tradatur.

Si haec inedia et industriae adhibeantur, si huic muneri quo nihil est san. ctius, nihil magis necessarium, omnes quibus omis est strenuo consiantiqm· animo incumbant, sperandum iure est populum christiannm, ab errorum inse-ctationibus sancta et incorrupta doctrina continenter munitum, populum ac-ceptabilcm sectatorem bonorum operum exstiturum esse, atque salutares effectus percepturum, quos Romani Pontifices in salutem animarum non semel auspicati sunt. Postremo, probante Ssmo D. X. Pio Pp- XI, haec S. Congre-gatio Episcopis universis mandat ut singulis quinquenniis, hac in re derogando memorati» Motu proprio *Orbem eiitholirum,* de catechetica in eorum dioecesibus institutione ad eandem S. Congregationem accurate referant, iuxta quaesita quae sequuntur. et eodem servato ordine qui est in canone 340 § 2 Codicis I. C. quoad relationem ah Episcopis faciendam super statu dioecesis sibi commissae.

Datum Romae, in festo Sacrae Xaz irrtii inae Familiae, die 12 lanuarii anno 1935.

I. Car ». Ser a fixi, *Praefecl-wt.*

L. t s.

1. Bruno, *Seoreturiwi.*

D1SPOS1ZIOXI

PER LA CCSTOntA E roXSERVAZIO.VE DEGLI OGGETTI »1 STORIA ED ΛiiTE SACRA IN ITALIA

La Chiesa cattolica e stata sempre vigile custode e tutrice <lei monumenti ed oggetti di storia e d'arre sacra, come ne fanno fede gli scritti dei santi Padri. i sacri Concilii e le disposizioni antiche e recenti dolia Santa Sede. In hase ap-pnnto alie prescriZioni dei Codice di diritto canonico la Segretcria di Stato di Sua Santità con le Cireolari/del 1° settembre 1924 e 1° dicembre 1925, e questa Sacra Congregazione dei Concilio con le Circulari dei 10 agosto 192S e 20 giugno 1929 hanno dato opportune istruzioni agli Ecc.ini Ordinari dio-cesani d'Italia perche intensifichino la loro vigilanza per la diligente custodia e conservazione dei patrimonio storico e artistico, che trovasi in possesso delle chiese e degli altri enti ecclesiastici.

Sii tali istruzioni questa Sacra Congregazione ritiene conveniente richia-marc lo zelo degli stessi Eccmi Ordinarii d'Italia perché no inculchino e ne vi-gilino l'osservanza nell'ambito delle proprie diocesi, specialmente nolle visite pastorali.

Essendo. pero, in questi ultimi tempi aumentate ie richieste di cimelii ed oggetti di arte sacra per Eeposizioni o Mostre che di frequente si organiz-zano, questa stessa Sacra Congregazione, nelTintento di evitare danni, deteno-

rainchti rd anehi· la rovintt del dette patrimonio ecclesiastico come in qualehe casoxi c (lovuiti purtroppo lamentare dope aver ron-mltala la Pontificia Commissione di Arie Sacra, si crede in dovere di integrare le norme già date con te present!, inteae a disciplinare Poventiiah- concessione in prestito p. l'invio di oggetti sacri alb· dette Esposizioni o Moatre.

Ed anznutto e bene ricordare che moite opéra d'arte sacra sono da conuderarsi inamovibili per loro natura, cioè per ragioni di enlto o di partieolare iuiportanza della cliiesa. dove si trovano: come quadri, statue, pale d'altare. eeposti alla pubblica venorazione, nonchè paramenti. arredi nd altre suppellettili sacre in uso o decoro delle sacre funzioni.

Per altre, poi, Pinamovibilità c imposta dal loro stato di non buona consemziono, o da speciali difficoltù di rimuoverle e trasportarie senza probabile pericolo di grave deterioramento: come tavole dipinte, specialmente se tarife o scoimesse, tele di grandi dimensioni anche se arrotnlate. polittici frastagliati, paramenti di tessuto antico, ecc.

Al rignardo si riehiama l'attenzione degli Ecc.mi Ordinarii sui principio clic, essendo la rimozione degli oggetti d'arte sacra dalla loro sede, alio scopo di concederli in prestito, un atto che eccede i limiti doU'ordinaria amministrazione, a mente dei canoni 1497 § 2, 1532 § l n. 1, 1533 <Lel Codice di diritto canonico, è sempro necessaria la preventiva autorizzazione di questa Sacra Congregazione, alla quale pertanto dovranno essere trasmesse tempestivamente le relative richieste chegli stessi Ecc.mi Ordinarii ricevessero alio scopo innanzi indicato.

E perché questa Sacra Congregazione possa dare il suo giudizio con piena conoscenza di cose, i medesimi Ecc.mi Ordinarii prowefleranno a corredare le richieste di cui sopra, con le seguenti informazioni:

1) descrizione sommaria dell'oggctto, suo stato di conservazione, autore ed epoca;

2) suo valore presunto;

3) motivo e durata del trasferimento;

4) impegno da parte dell'ente richiedente: a) di provvedere all'assieiirazione degli oggetti richiosti contro eventual! danni e deterioramenti presso se.rie Societ à assicuratrici; *b)* di sostenere tutte le spese di rimozione, imballaggio, trasporto e ricollocamento nella propria ede con personale specializzato e con tutte le cautele necessarie;

5) parere della Commissione diocesana per Parte sacra circa 1'opportiuutà della concessione.

Le opere di storia e d'arte sacra, per le quali questa Sacra Congregazione avril autorizzato il prestito ed il temporaneo invio ad Esposizioni o Mostre, dovranno dai parroci, rettori di chiese e preposti agli altri enti ecclesiastici ehe ne sono in possesso, essere consegnate soltanto a persone espressamente delegate dalla competence Autoi ità civile, o solo dopo la compilazione di un regolare verhale di consegna, firmato dai detti delegati, con la descrizione dello stato di conservazionc delle opère stesse, e con la indicazione précisa della durata «loi prestito e del trasferimento.

Xè si permetterà, senza la previa autorizzazioue di questa Sacra Congregazione, che in tali o simili occasioni gli oggetti di storia e d ai te sacra siano voiti a longo dalla loro destinazione, neppure a scopo di restauro o per altri fini.

E siccome uno dei motivi. che spesso si adducono per tali richieste, è che gh oggetti stessi nelle loro sedi abituali non si trovano nel posto die meritano o in buone condizioni di visibilité. e talvolta non sono decorosamente conservati, questa Sacra Congregazione, richianmndosi ai documenti Pontifici sopra ricordati. prende nuovamente occasione di raccomandare agli Ecc.ini Ordinarii di vigilare sulla loro conveniente custodia, e dispone che. compatibihnente con le esigenze.del culto, sia consentito e facilitate agli studiosi e ammiratori di poter visitare tali oggetti nel luogo stesso della loro ordinaria eollocazione.

A tal fine gli stessi Ecc.mi Ordinarii eurino la già raccomandata istituzione dei Musei diocesani per la custodia e conservazione degli oggetti di storia e d'arte sacra deteriorati o fuori uso, e di quelli che nelle loro sedi corrono perieolo di danni o di furti, e possibilmente anche di quegli oggetti di particolare iinportanza che, essendo in possesso di enti o chiese site in luoghi remoti o di difficile accesso, non possono agevolmente essere visitati. Per la pratica attuazione di tali Musei gli Ecc.mi Ordinarii potranno avere indicazioni, istruzioni ed assistenza gratuita presso la Pontificia Commissione di Arte Sacra, che ha sede nello Stato della Città del Vaticano.

Cosi pure procuriuo di sollecitare l'aggiornamento della catalogazione degli oggetti di storia e d'arte sacra, esistenti nelle rispettive diocesi, a norma del canone 1522 η. 2 del Codice di diritto canonico e della Circolare di questa Sacra Congregazione del 10 agosto 1928.

Tutte le presenti disposizioni ed istruzioni gli Ecc.mi Ordinarii d'Italia >ono pregati di cornunicare ai parroci, rettori di chiese e preposti agli altri enti ecclesiastici interessati, e di curarne efficacemente l'osservanza, dandone poi un cenno di recevuta a questa S'acra Congregazione.

Roma, 24 maggio 1939.

F\ Card. Marmaggi, *Prefelto.*

G. Bruno, *Seffrelorio.*

Sacra Congregatio de Sacramentis

I.

INSTRUCTIO

DE SANCTISSIMA EUCHARISTIA SEDULO CUSTODIENDA

1. — Nullo unquam tempore Apostolica Sedes locorum Ordinariis praesidia et cautelas suppeditare praetermisit, quibus Ssma Eucharistia, quae asservatur in nostris ecclesiis sive de iure communi sive ex induito, diligenter custodiretur neve ulli profanationi obnoxia remaneret. Canonicae disciplinae praecepta, quae temporum decursu ad rem praestituere sategit, hodie recepta conspiciuntur in canone 1269 Codicis Iuris Canonici, qui talia habet:

§ L *Sanctissima Eucharistia servari debet in tabernaculo inamovibili in media parte altaris posito.*

§ 2. *Tabernaculum sit affabre extructum, undequaque solide clausum, decenter ornatum ad normam legum- liturgicarum, ab omni alia re vacuum, ac tam sedulo custodiatur ut periculum cuiusvis sacrilegae profanationis arceatur.*

§ 3. *Gravi aliqua suadente causa ab Ordinario loci probata, non est velitum sanctissimam Eucharistiam nocturno tempore extra ditare, super corporali lumen, in loco tutiore et decenti, asservari, servato praescripto can. 1271.*

§ 4. *Clavis tabernaculi, in quo Sanctissimum Sacramentum asservatur, diligentissime cutodiri debet, onerata graviter conscientia sacerdotis qui ecclesiae vel oratorii curam habet.*

2. — Huic S. Congregationi, cui disciplina septem Sacramentorum tuenda est commissa x, quaeque iam edidit Instructionem diei 26 3Iaii 19292 λ *de quibusdam vitandis atque observandis in conficiendo sacrificio Missae et Ssmae Eucharistiae Sacramento distribuendo et asservando* », opportunum visum est canonica praescripta in mentem omnium revocare, quibus Ssmae Eucharistiae asservandae grave sane munus incumbit, brevibus additis explicationibus, aliaque munimenta et media decernere, nostris temporibus magis accommodata, quibus Ssma Eucharistia sedulissime custodiatur et a quacumque iniuria intergra praeservetur.

3. — Fidelis observantia praeceptorum quorundam canonum C. I. C. valde confert ad optatum pernobilem finem attingendum. Animadvertatur prae primis duo sub gravi praecipi ut Ssma Eucharistia in ecclesia possit asservari: 1° *ut adsit qui eius curam habeat:* 2° *regulariter sacerdos semel sallem*

1 Can. 24V.
- *Acin Jp. Sedi#»* vol XXI, p. 031 eoq.

in hebdomada missam in sacro loco celebret :* Si voro quandoque Apostolica Sedes ob penuriam sacerdotum imlulget ut sacrum quintodecimo quoque «lie dumtaxat litetur ad sacras renovandas species, secluso semper eorundem corruptionis periculo, nunquam tamen dispensat, immo instanter urget, nl habeatur persona quae die ac nocte Ssmi Sacramenti custodiae inciunbat!.

Praeterea tria sunt prae oculis habenda in supra relato ean. 1269:

a) Ssma Eucharistia asservari debet in tabernaculo inamovibili (§ 1) et undequaque solide clauso (§ 2); *b)* tabernaculum tam sedulo custodiendum est ut periculum cuiusvis sacrilegae profanationis arceatur (§ 3); c) clavis tabernaculi diligentissime sacerdoti custodienda est (§ 4). De singulis nonnulla sunt animadvertenda.

"•r‘ ! '

4. — *a) Tabernaculum sit iiiamovibile et undequaque solide clausum:* ub hoc praecepto per se gravi nec Episcopus valet dispensare nec ei consuetudo etiam centenaria et immemorialis derogare, excepto casu de quo in § 3, eoque iam tamquam primo praesidio consulitur securitati custodiae Ssmae Eucharistiae. Clausura vero undequaque absoluta secumfert ut ciborium sit confectum ex materia solida et firma. Equidem iuxta liturgicas leges tabernaculum extrui potest ex ligno, aut ex marmore aut ex metallo 3, quae postrema materia est ceteris firmior; quod tamen magis interest, conficiatur oportet ex solida materia, singulaeque partes intime inter se cohaereant, reseratio maximam exhibeat securitatem ac fortiter ostiolo adhaereat, cuius cardinas firmiter sint constituti ac dispositi, qui ipsum ciborio inserant. Nonnullis in locis Episcopi praescripserunt ad maiorem Eucharistiae securitatem ut ciborium ex integro me+allo consisteret, quae quidem praescriptio, in locis ubi viget, absolute debet observari, ut docet Emus Card. P. Gasparri 4. Optimum sane consilium foret si tabernaculum sit vera arca ferrea, quam vocant (vulgo *cassaforte, coQre-fort)* adeo ut nec perforari nec effrigi possit mediis, quae ordinarie adhibentur a furibus, eaque validis ferreis seris altaris arcte debet devinciri in infimo cius gradu aut parieti adverso. Hae vero ferreae arcae aut in forma ciborii extrui debent, quae deiu sont marmoreo lapide contegendae ceterieque ornamentis condecorandae, adeo ut speciem cuiusdam operis affabre confecti prae se ferant ad normam § 2 relati canonis; vel saltem ita conficiantur ut in tabernaculis iam exsistentibus possint immitti. Uniusmodi tabernacula ‹ de securitate» (italice *di sicurezza)* nuncupantur. Ad quamlibet vero dubitationem auferendam quoad legum liturgicarurn observantiam in hisce conficiendis tabernaculis attendatur responsio 8. R. C. dici I April. 1908 ad preces sibi porrectas nomine Ordinariorum Provinciae ecclesiasticae Milwaukien. in America sepi, a quodam Sacerdote qui pro adprobatione exhibuerat novum tabernaculum solidissime extructum et quidem ita confectum ut nullimode repugnaret neque rubricis Ritualis Romani, neque eiusdem S. decretis: Communicetur sa-

' Can. 12GS i 1.

2 Cir. S. K. c. ruq>· 17 Februarii 1381 ad EpUcupuin Altujicu. (decretum 11. 3527). ‹ *n multifile -parochorum iusla noris^hiifis A. X. ,ίιηγΗπηγα cuMirrnatvin,* uri. VII, Pc *litbernucnlu.* etc., iv 9 nd L

l *De Ssma Eucharistia,* 11, 263, 11. 99 I.

rerdoti oratori responsum S. ft. C. in casu simili datum sub die IS Martii 1898: nempe finem inventoris esse laudandum, negotium vero in casu et ad effectum de qno agitur, spectare ad ipsos locorum Ordinarie»

Pariter in una Superiorem, *de nova quadam custodia Ssmi Sacramenti·*. Hermus Episcopus, quo securius procederet in approbando quodam tabernaculo, a S. R. reverenter expetivit: « an satisfaciat regulis liturgicis descripta forma petii semicircularis, quod globulis impositum sine cardinibus volvitur, ita ut ex hac parte nihil ostet quominus ab Episcopo sacerdotibus commendetur vel debeat tabernaculum instrui ostio vel ianuis, quae cardinibus adhaereant atque ila volvat ut· >; et S. Rituum Congregatio, requisito Commissionis Liturgioae suffragio, propositae quaestioni ita die 8 Mai 1908 respondere censuit: In casu, per se nihil obstare, de cetero ad Revmum Episcopum».

Equidem adhibitis hisce ciboriis solidissimis altero efficaci praesidio consulitur custodiae Ssmae Eucharistiae. Porro Sacra haec Congregatio onus non imponit huiusmodi comparandi tabernacula in ecclesiis, quae ordinariis sunt instructae ciboriis, dummodo reapse securitatis idonea praebeant argumenta, quamvis suadeat ut ea adhibeantur· in ecclesiis noviter aedificandis: id vero enixe commendat Excmis Episcopis ut, pro eorum zelo erga Ssmum Sacramentum, pervigilent caveantque ut et ordinaria ciboria, quae usui sunt in ecclesiis eorum dioecesis, eam prae se ferant soliditatem ad omne periculum sacrilegae profanationis arcendum, iliaque severissime amoveant tabernacula quae omnimodam certitudinem non ingerant de huius periculi absentia.

5. — *b)* « *Tabernaculum tam sedulo est custodiendum ut periculum cuiusvis sacrilegae profanationis arceatur*». Non sufficit ut in loco consistat custos, satis non est ut ciborium tali sit praeditum firmitate ut neque terebra transfodi possit neque scalpro disiungi atque claustris adeo validis sit munitum, ut clavibus quoque adulterinis nequeat reserari: tertium praesidium a iure requiritur: *sedula* custodia. Porro haec vigilantia, continuo exercenda, plurimas complectitur cautelas et communes et extraordinarias, prout postulant locorum et temporum adiuncta.

Quod vero attinet ad custodem, hic, licet sit optandum ut sit clericus, immo sacerdos, non prohibetur quod sit laicus, *modo clericus respondeat de clavi,* qua est reserandus locus ubi Eucharistia asservatur. Hunc prope locum moretur oportet diu noctuque, adeo ut celeriter comparent quando casus ferat, seu continenter vigilantiam exerceat: nunquam ecclesiam deserat tempore quo haec fidelibus patet et ab his magis deserta relinquitur, idque pressius est urgendum in urbium ecclesiis, ubi fures uti tales fidelibus ignoti per templa vagantes peregrinorum aut mendicantium habitu perattente momenta aucupantur, quibus vigilantia intercipitur et motu celerrimo, Λ-eluti ictu oculi, sacrilega furta perpetrant; aut loca invisunt, fores, fenestras, cancellos, innuas, praesertim haud principales, accurate rimantur diurno tempore ut doiu nocturno ad exsecutionem improbum consilium demandare pertentent. Quod si rarius accidit in pagis, ubi praesentia personae extraneae ibique haud cognitae, quae ecclesiam circumeat et ingrediatur, facilius animadvertitur suspicionemque ingerit in sacerdotibus atque fidelibus, id non relevat tamen parochum rectorem ve ecclesiae ab obligatione Eucharistiae custodiendae, cuius ratio modus-

que ipsius prudentiae relinquitur inspectis loci adimictis, e. g. turn per se ipse aliquoties in die ecclesiam invisendo, tum vigilantiam per diem committendo probatis personis circum morantibus, tum privatam paroecianormn visitatio, nem Sami Sacramenti praestituendo variis dici horis peragendam.

Attente debet invigilari etiam operariis ceterisque personis, quae laboris intuitu aliisve de causis ecclesiam, sacrarium, sacerdotis oustodisve domum eisdem contiguam frequentant.

Xec sedula custodia Sami Sacramenti a iure praescripta remittenda erit temjiore nocturno, quando ecclesia est obserata. Praecipuae cautiones autem pro nocturnis horis adhibendae, quas prudentia requirit, *ordinariae* seu iugiter adhibendae tum pro Sema Eucharistia tutanda tum pro praecavendis direptionibus sacrorum vasorum, tabularum, eleemosynarum atque suppellectilium ecclesiae, recensentur: 1° omnes ecclesiae fores communiantur, quatenus necessitas postulet fierique possit, firmis valvis, validis claustris obicibusque et quidem ita ut ab interiore ecclesia clavibus aperiri dumtaxat queant, fenestrae vero transennis vel clatris; 2° accurate est inspiciendum quoties vespere ecclesiae obserantur ne quis homo malevolus includatur; 3° oflicium ecclesiae claudendae eiusque claves committantur personis omni suspicione maioribus, praecipue vero vino non deditis. Hisce cautelis aliam valde commendatam addere velimus, quae in dies usitatior evadit quaeque utile nonnumquam praebet auxilium ad praecavenda furum molimina, ubi usui est: nempe collocationem opportunis in locis tintinnabulorum vi electrica pulsandorum, dum portae aperiuntur, vel eaedem aut tabernaculum aut altare aut mensa aut candelabra tanguntur, quorum ope sacerdotis custodisve attentio repente provocatur: aut speciales electrici apparatus, qui ecclesiam repente illuminent custodemque de furum praesentia statim certiorem faciant: hi tamen apparatus, ut optatum consequantur fmem, erunt scite et ingeniose tegendi, ita ut quamlibet adimant furum suspicionem, quotidieque inspiciendi ut suo munere apte fungantur.

Specialis extraordinaria providentia demum prostat in § 3 relati canonis: *gravi aliqua suadente causa ab Ordinario loci probata, non est vetitum, Sanctissimam Eucharistiam nocturno tempore extra altare super corporali tamen, in loco tutiore et decenti, asservari, serrato praescripto can.* 1271 ». Hic locus de more est sacrarium, dummodo reapse sit locus tutior et decens, vel arca solidissima et optime clausa (italice *cassajorte),* si haec sit praeferenda, muro inserta in quodam ecclesiae pariete. Quodsi nec ecclesia nec sacrarium necessariam perhibeant securitatem, Eucharistia poterit retineri in alio loco tutiore, etiam privato: time parocho est cura adhibenda ut debita reverentia et honore Ssmum Sacramentum custodiatur neque minuatur fides fidelium in praesentia reali. In huiusmodi vero asservatione Ssmae Eucharistiae Sacrae Species non sunt corporali dumtaxat contegendae, sed semper in vase seu pyxide includendae[1]: insuper cum c ciborio ecclesiae educuntur aut ad ipsum referuntur, opiis et ut sacerdos superpelliceo et stola sit indutus eumque clericus comitetur lumen gestans saltem regulariter.

Curandum est praeterea ecclesiarum rectoribus ad furta praecavenda

1 Cfr. cit, deer. Altonen., not.

nt in tabernaculis, quantum fieri possit, non relinquantur pyxides ct vasa sacra magni pretii, unde cupiditas audaciaque furum magis ulliciatur: quurn haec vasa occasione quarundam sollemnitatum adhibentur, valde est optandum ut tempore postremae Missae purificentur et loco tuto reponantur, qui sacrarium non sit; particulae vero, quae superfuerint, in ordinaria pyxide collocentur. Pariter abstineant a decorando altaria et sacra simulacra sculpta vel picta (eademque assidue decorata servando publico cultui exposita) eximiis muneribus votivis, qualia sunt aurei et argentei anuli, catellae, monilia, inaures, margaritae et similia: quod id facere praestet occasione cuiusdam diei festi, eodem exacto, ea munera ab ecclesia satagant removere causarnque remotionis probe fideles edocere.

6. — c) « *Clavis tabernaculi diligentissime a sacerdote custodiatur* Omnes cautelae, quas hucusque recensuimus, ad irritum redigentur si. quod potissimum in hac re est curandum, clavis tabernaculi caute non custodiatur, ut expresse cavet can. rei. § 4. *gravi conscientiae onere-* adiecto sacerdoti, cui haec est custodia commissa. Ut huic *diligentissimae custodiae* canone praescriptae ab ecclesiae rectore satisfiat, ipsi districte praecipitur ut clavis tabernaculi nunquam super mensa altaris aut in claustro ostioli relinquatur, ne tempore quidem quo mane divina officia ad Sacramenti altare et Sanctissimae Communionis distributio peraguntur, praesertim si hoc altare haud in conspicuo sit. Hisce vero absolutis, clavis vel ab ecclesiae rectore domui custodiatur aut ab ipso continenter gestetur, amissionis periculo remoto, vel in sacrario, et quidem in loco tuto et secreto, reponatur altera clavi claudenda, quam alteram elavem uti supra rector tueatur[1].

Sedulo perpendant sacerdotes Ssmae Eucharistiae custodes officium custodiendae diligentissime clavis S. Ciborii esse grave, prout aperte ostendunt finis ipsaque verba legis. Sacerdos, cui ius et officium ordinarie et per se competit custodiendi elavem, est rector ecclesiae vel oratorii: quodsi discedat, potest et debet pro tempore absentiae alii sacerdoti committere custodiam; et si elavem in sacrario retineat sub alia clavi, potest hanc tradere aedituo, pro tempore quo ipse abest, et clavis tabernaculi necessaria esse queat: quod praxis ubique recepta manifeste confirmat. Si agitur de ecclesia paroeciali, clavis parocho custodienda est; si de ecclesia cathedrali aut collegiali. quae simul sit paroecialis, ad Capitulum spectat custodire Ssmam Eucharistiam, et altera tabernaculi clavis apud parochum servari debet[2]. Ad parochum pertinet exolusivuin ius retinendi elavem tabernaculi, etsi in ecclesia paroeciali erecta sit confraternitas. In ecclesiis non paroecialibus ubi ex A. Sedis induito asservatur, custodienda est cappellanis seu rectoribus, niuiqiiam laicis. etiamsi patroni sint: sine apostolico induito laici per se elavem ciborii retinere nequeunt.

7. — Specialia veniunt adnotanda de custodia clavis tabernaculi in ecclesiis inonialium vel religiosarum et in piis seu religiosis domibus mulierum. Inspecto primum statuto can. 1267 quo Ssma Eucharistia, revocato quolibet

1 Cfr Encycl. litt. iussu Benedicti XIV edit, a S. C. EE. et R1L, die 1) Febr. 1751,
2 Can. 415 4 3 η. 1.

contrario privilegio, custodiri nequii in religiosa vel pia domo nisi vel in eodem» vel in principali oratorio. nec apud moniales intra (‘horum vel sepia monasterii, id deiu alte in mento Ordinariorum residere debet atque adamiixsiin exsecutioni demandari. cZmxo» *Ciborii non* css‹· *custodit udam inter septa monoilrrii* l. Ipsa est igitur in posterum asservanda in sanctuario ut praesto sit. quoties necessitas postulet, atque, expletis ecclesiae s.ieris functionibus ac praesertim nocturno tempore, in loco tuto, solido atque secreto reponenda, ot quidem duabus obserato clavibus, quarum altera communitatis antistitae est custodienda per se ipsi aut per vicariam et alter» numiali cuidam, puta -sacraria addictae, adeo ut utriusque concursus ad reserandum locum, de quo supra, requiratur. Uniusmodi praescriptum probe inspiciunt Exemi Episcopi et iu eodem exsequendo rigide se gerant, quacumque personarum acceptione post habita, ui praecaveantur abusus atque irreverentiae, quae stums redundare possunt in Ssmam Eucharistiam.

8. — Quod attinet ad oratoria seminarii et collegii ecclesiastici, ephebei pro iuvenum utriusque sexus religiosa eruditione atque institutione, nosocomii abusque id genus hospitii, quae potestate Ssinae Eucharistiae asservandae (ruantur, tabernaculi clavis custodienda erit rectori seu moderatori eorundem, si sacerdos sit, secus spiritus directori aut cappellano de more Missae celebrationi sacrisque functionibus peragendis addicto, ipsique studiose est curandum ne eadem ad aliorum manus perveniat.

it. — Quod demum refert ad privata oratoria, quae ex apostolico induito facidtate pollent Ssmam Eucharistiam asservandi, ciborii clavis custodiri solet in sacrario potius cura familiae qn.im cappellani at, si Episcopo praestare videatur ut clavis induit trio custodienda non tradatur, eam aut sacerdoti celebranti committat, praesertim si hic stabiliter sacrum ibi litet, aut parocho deferat, singulis deinde vicibus, si commode potest, sacerdoti celebraturo exhibendam. Imlidtariis laicis, quos clavis custodia manet, in memoriam revocandum est. clericis vero quacumque ☙dignitati fulgentibus perpendendum, ❦grave sane ofliciutn ipsis impositum esse vigilandi ne clavis ad ciiiusquani manus perveniat etiam de ipsorum familia vel famulatu.

10. — Sacram Congregationem non praeterit muneiatus cautelas propositum finem plene haud esse assecuturas, nisi Exemi Episcopi locornuiqii Ordinarii, una cum earundem observantia parochis, ecclesiarum rectoribus, institutorum omne genus moderatoribus, monialium antistiti» praecôpt-b quatuor haec, quae magnopere nostra intersunt, prae oculis habeant:

n) Praesertim dum sacras peragunt dioecesium visitationes, sed etiam extra easdem, quoties casus ferat, per «e aut per idoneas ac prudentes ecclesiasticas personas diligenter inquirant animadvertantque de visu quomodo in singulis nedum paroeciis sed ot ecclesiis, oratoriis, etiam privatis, hoc ini·· fruentibus provisum sit securitati custodiae S-onm- Eucharistiae ei quoties

1 Cir. S. R. C. n— lutlo diri ❙· Mail 1878 ad VI 'decretum n. 31 IS»: Emils Card. Petrn-Glispurrl, *np. cif.*, II. 2Grt, n. 998.

* Etnir» Card. P. Gasj»nrrl, *np. cit.*, II, ·'·†7

JI.

ciimpnriaiil non on omnia concurien·, quae iure postulantur, eadem pracei-piant quum cito exsequenda, brevi tempore ad id praestituto, sub poena multae pecuniariae et etiam suspensionis a divinis pro sacerdotibus aut a munere, pro gravitate culpae, ab iis incurrendae, quibus officium competii omnia securi-tatis praesidia subministrandi. Neque ab huiusmodi onere easdem personas relevent ex reddita forsan ratione quod nulla profanatio aut inconveniens in antecessum acciderit ; quae enim infecta hucusque sunt, temporis decursu ct hominum malitia, posthabitis necessariis cautelis, fieri possunt.

b) Quoties furta sacrilega quibus Ssma Eucharistia violatur in sua Diuecosi (quod Deus prorsus avertat) quacumque <le causa acciderint·, loci Episcopus vel per se, quod est optandum, vel per suae Curiae Officialem, ad id specialiter delegandum, oeconomicum semper conficiat processum adversus parochum alium ve sacerdotem tam saecularem quam religiosum etiam exem-ptam Ssiui Sacramenti custodiae praepositum, actaque processus idem Epi-scopus ad hanc S. Congregationem transmittat cum suo voto quo prae primis accurate describat eiusdem furti temporis et loci adiuncta, et dein, actis pro-cessus eiusdem prae oculis praesertim habitis, renuntiet cuius culpae aut ne-glegentiae culpabili admissum facinus sit tribuendum atque poenas canonicas contra sontes infligendas proponat et huius S. Dicasterii mandata praestoletur.

c) Mature perpendant severitatem poenarum, quae can. 2382 statuuntur contra parochum, qui graviter neglexerit custodiam Samae Eucharistiae etiam citra excessum huius violationis, quaeque usque ad paroeciae privationem progrediuntur; inspecto vero fine legis curent ut analogis poenis plectantur et alii ecclesiae rectores, congrua congruis referendo, qui graviter delinquant in arduo eis commisso munere obeundo, collatis ad id necessariis et opportunis facultatibus pr hanc S. Congregationem, quatenus opus sit. Quibus aufugiendis poenis haud suffragatur causa forte a parocho aliisve, quibus SS. Species cu-stodiendae incumbunt, allata qua tabernacula patentia relinquantur clavesque in loco tuto non custodiantur alius sacerdotis incuria: ipsos enim manet dili-gens sollersque cura sacrorum vasorum et Ssmae Eucharistiae propriumque munus fideliter et vigilanter cavendi ne, divinis officiis absolutis, ciboria ex-ponantur cuilibet, iniuriae sacrilegaeque direptioni. Equidem est animadver-tendum et in memoratum sacerdotem et in quemlibet alium huius neglegentiae reum similibus poenis, quippe qui occasionem tanto sceleri sua culpa dederint. Ut autem locorum Ordinarii poenis prosequi queant et dilinquentes religiosos utriusque sexus etiam exemptos iuxta has apostolicas praescriptiones in negotio, de quo agimus, vi huius Instruetionis facultates committimus necessarias cumulative cum eorum Superioribus religiosis Maioribus, quibus pariter haec S. Congregatio idem onus imponit, reservata tamen uni Episcopo facultate pro-cessum conficiendi, de quo sub litt. *b)* in casu ibi descripto.

tl) Diligenter inquirant utrum ecclesiae et oratoria quibus Ssmae Eu-charistiae asserva tio iure communi l non competat, hac facultate polleant ex apo-«tolico induito per Breve in perpetuum aut per rescriptum ad tempus concessum : •pieties vero compererint hoc privilegium legitimo iure non esse suffultum, tam-

I (ir. can. I265 i 1, ɳ. I.

quam abusum satagant removere. Praeterea, ne se nimis faciles praebeant in suscipiendis et commendandis precibus pro impetranda facultate asservandi Ssmam Eucharistiam in locis, quae de communi iure eadem carent, immo abstineant prorsus, nisi gravissimae causae intersint, praesertim in privatis oratoriis et ecclesiis a domibus fidelium nimis dissitis, in desertis montibus magnisque camporum spatiis sitis, quibus non suppetant ea omnia quae pro fideli et tutissima custodia 8S. Specieruin requiruntur. Tolerabilius sane erit ut quandoque etiam notabili fidelium parti commodum non praebeatur Ssmae Eucharistiae adorandae, quam ut Eadem exponatur sat probabili periculo profanationis. Immo et potestas hisce litteris committitur Exemis Episcopis locorumque Ordinariis revocandi facultatem asservationis Eucharistiae in ecclesiis et oratoriis, etiam privatis, quae hoc apostolico privilegio per indultum frmmtur, quoties minorent aut graves abusus intercessisse aut non omnes concurrere conditiones pro secura custodia, reverentia cultuque debito erga Ssmum Sacramentum.

a) Introductio in studia orientalia Christiana;— *b)* .Archaeologia Orientis christiani; — c) Umi ex his linguis: aethiopica, arabica, armena, coptica, georgiana, graeca antiqua et recentior, palaeoslavica, rumena, russica, syriaca, turcica.

3. — *Disciplinae specùdes* et *cursus peculiares* in propriis statutis recensentur.

VI. — Pontificium institutum Utriusque Iuris

Praeter disciplinas Facultatis Iuris Canonici proprias

L — *Disciplinae principales:*

a) Ius romanum; — *b)* Ius publicum internum comparatum; — c) Ius poenale comparatum; — d) Ius processuale comparatum; —*e)* Ius privatum comparatum; — *f)* Ius internationale.

2. — *Disciplinae auxiliares:*

a) Oeconomia socialis · *b)* Notiones statistical; — c) Medicina legalis; — d) Historia iuris romani; e) Historia inris civilis, praesertim iuris communis.

3- — *Disciplinae speciales* et *cursus peculiares* in propriis Statutis recensentur.

Pontificium Institutum Aiːchaeologiae Christianae

1. — *Disciplinae principales:*

a) Historia, Liturgia, Hagiographia Ecclesiae antiquae; — *b)* Architectura et Historia aedificiorum sacrorum Ecclesiae antiquae; — c) Descriptio et Historia coemeteriorum Christianorum primae aetatis; — d) Iconographia sacra Ecclesiae antiquae (pictura, sculptura, artes minores); — c) Epigraphia Ecclesiae antiquae.

2. — *Disciplinae auxiliares:* *

a) Introductio critica in fontes historiae Ecclesiae antiquae; — *b)* Methodologia studiorum de monumentis christianis; — c) Institutiones romanae primorum Ecclesiae temporum; — d) Technologia de antiquis monumentis effodiendis servandisque.

3) — *Disciplinae speciales* et *cursus peculiares* in propriis Statutis recensentur.

VIII. — Pontificium Institutum Musicae Sacrae

A) *Cantus gregorianus*

1. — *Disciplinae principales.*

a) Theoria gregoriana generalis; — *b)* Aesthetica, altior Theoria, Palaeographia gregoriana; — c) Institutiones sacrae liturgiae; — d) Exercitationes cantus gregoriani.

2. —I *Disciplinae auxiliares:*

a) Historia musicae, cantus gregoriani, legislationis ecclesiasticae de musica sacra; — b) Solmisationis variae species; — c) Ars recte canendi; — d) Ars gregorianos cancentus moderandi; — *e)* Harmonia et Contrapunctum: — *f)* Ars pulsandi organum et « pianoforte » quod *complementare* dicitur; - *g)* Ars consociandi organum cum cantu gregoriano.

3. — *Disciplinae speciales* et *cursus peculiares* in propriis Statutis recensentur.

B) *Compositio sacrorum- concentuum*

1. — *Disciplinae principales:*

Praeter disciplinas de quibus sub litt. A) l-«), c), d)

a) Harmonia, Contrapunctum, Fuga; — *b)* Ars componendi secundum varias musicas formas.

2) — *Disciplinae auxiliares:*

Praeter disciplinas de quibus sub litt. A) 2-a), *b), c), j), g)*

a) Musicologia; — *b)* Polyphonia sacra secimdum normas veterum summorumque auctorum c) Ars chorum moderandi; — d) Ratio indicandi de musicis compositionibus; — *c)* Ars symphonica *(Stramenta:ione).*

3. — *Disciplinae speciales* et *cursus peculiares* in propriis Statutis recensentur.

Organuni

1. *Disciplinae principales:*

Praeter disciplinas de quibus sub litt. A) 1-<ι), <·), </) et B) I-α)

a) Ars pulsandi organum quod *principale* dicitur; — *b)* Ars consociandi ex improviso organum cum cantu gregoriano; — c) Ars componendi in organo modos musicos secundum antiquum ac recentiorem stilum.

2. — *Disciplinae auxiliares:*

Praeter disciplinas de quibus sub litt. A) 2-«), *b),* r), *g)* et B) 2-5), d) — Historia, Structura, Aesthetica organi - Illustriores musicae cum organo auctores - Ratio docendi artem pulsandi organum.

3. — *Disciplinae speciales* et *cursus peculiares* in propriis Statutis recensentur.

Art. 28. — Disciplinae speciales seligantur pro cuiusque Universitatis vel Facultatis traditionibus et regionis necessitatibus, ad principia doctrinae catholicae in varias vitae intellectualis provincias efficacius diffundendas.

Art. 29. — § 1. - Auditores scholas omnes disciplinarum, quae in art. 33 § 3 Constitutionis Apostolicae praescribuntur, frequentare debent. Si quis auditor ab iis ita afuerit (cum vel sine causa), ut omnes absentiae simul sumptae tertiam partem anni aut semestris academici adaequent, annus ille aut semestre numero praescripto non comprehendetur, salvis poenis quibus, si culpam commiserit, vi Statutorum Universitatis vel Facultatis obnoxius esse poterit.

§ 2. - Exercitationibus, quae Statutis Universitatis vel Facultatis ad normam art. 30 § 1 Constitutionis Apostolicae praescribuntur, auditores ad gradus academicos contendentes non solum interesse, sed communi cum sodalibus labore et propriis commentationibus operam dare debent.

Art. 30. — Horae scholarum ne tot sint numero, ut auditores ultra modum onerentur et tempore, quod studio privato, exercitationibus, examinibus parandis impendendum eat. priventur.

Art. 31. — § I. - Examina, de quibus in art. 34 Constitutionis Apostolicae, possunt esse, pro singulis disciplinis, sive unica sive plura, modo universam materiam complectantur.

§ 2. - Examina, de quibus in § 1, possunt fieri aut solum coram aut etiam scripto.

Art. 32. — Statutis Universitatis vel Facultatis definiatur, qua ratione examinatores suum de candidato indicium significare debeant.

Art. 33. — In indicio ultimo de candidatis ad singulos gradus academicos ratio habeatur omnium suffragiorum quae ii in diversis experimentis, sive scripto sive coram factis, tulerunt.

Art. 34. — Ad omuia examina coram subeunda Professoribus et auditoribus liber patet aditus.

Titulus IV

De collatione graduum academicorum

(Const. Apost., art. 35-46)

(Const. Apost., 35-42)

Art. 35. — Firmo praescripto art. 40 Constitutionis Apostolicae, potestas conferendi Lauream *ad honorem* tum tantum a Sancta Sede postulari poterit, cum Magnus Cancellarius et duae saltem partes Professorum ordinariorum Universitatis vel Facultatis in id consenserint.

Art. 36. — § I- - Documenta authentica de collatis gradibus academicis mentionem faciant iuris conferendi gradus academicos, quod Universitas vel Facultas a Sancta Sede impetravit.

§ 2. - Documentis, de quibus in § 1, ab omnibus, ad quos secundum praescripta art. 5, 7° et 6, 7° harum Ordinationum et peculiaria Universitatis vel Facultatis Statuta pertinet, subscribatur·; eademque sigillo Universitatis vel Facultatis signentur.

1. — *Licentia*

(Const. Apost., art. 43-44)

Art. 37. — § 1. - Ut quis ad examen Licentiae admittatur, requiritur ut omnibus scholis et exercitationibus a Statutis Universitatis vel Facultatis ad normam art. 30 et 33 § 3 Constitutionis Apostolicae atque art. 22 et 29 § 1 harum Ordinationum praescriptis, interfuerit et praeterea ut, ad normam art. 29 § 2 earundem Ordinationum, aptitudinis ad laborem scientificum dederit experimentum etiam scriptum.

§ 2. - Experimentum, de quo in § I, in aliqua schola exercitationum dandum et a Professore ad quem pertinet diiudicandum est.

Art. 38. — § 1. - Qui ad Licentiam contendit in Facultate Theologica, luris Canonici, Philosophica, etsi iam annua vel semestria examina superaverit, subiciendus est examini peculiari ex quo appareat eum praecipuam Facultatis disciplinam universe callere. Quare hoc examen in Theologia sit: *dc universa sacra Theologia* (Theologia fundamentali, dogmatica, morali, speculativa); in Iure canonico: *dc universo Codice iuris canonici,* ratione simul habita legum ecclesiasticarum praecedentium; in Philosophia: *de universa Philosophia scholastica.*

Quae sit in Pontificiis Institutis, de quibus in art. 3 Constitutionis Apostolieae. materia examinis peculiaris, ad normam art. 44 Constitutionis eiusdem subeundi, eorum Statutis definiatur.

§ 2. - Peculiare examen, de quo in § 1, coram dandum est et sit salteui per horam.

§ 3. - Professores, qui in experimento, de quo in § 2, suffragium ferant, sint saltem quattuor.

Art. 39. — Salvo praescripto art. 37, ad assequendum Licentiam, praeter examen conun subeundum, de aliqua saltem disciplina o principalibus examen etiam scripto faciendum est.

2. — *Luurea*
(Const. Apost., art. 45-46)

Акт. 40. Statutis Universitatis vel Facultatis de dissertatione definiatur:

1° quomodo componenda sit.

2" quando et quot exemplaribus sil Universitati vel Facultati exhibenda.

Art, 41. — § 1. - Argumentum dissertationis approbandum est a Professore disciplinae ad quam dissertatio pertinet, de consensu Rectoris vel Praesidia Universitatis vel Facultatis.

§ 2. - Dissertatio examinanda et diiudicanda est a duobus saltem Professoribus rerum, de quibus agitur, peritis. Prius autem quam a censoribus dissertatio approbata sit, Prolyta seu Licentiatus ad eam palam defendendam admitti neqnit.

§ 3. - Dissertationis defensio sollemniter fiat, invitatis, praeter Auctoritates ecclesiasticas, etiam aliis doctrina atque vitae condicione praestantibus.

§ 4. - Dissertationem oppugnare possunt, praeter censores, de quibus in § 2. et nonnullos Professores ad id designatos, etiam alii qui adsunt.

§ 5. - Professores qui in dissertationis defensione, de qua in § 3, et in experimento ad normam art. 46 § 2 Constitutionis Apostolicae subeundo suffragium ferant, sint saltem quinque.

Art. 42. — Examen coram faciendum, de quo in art. 46 § 2 Constitutionis Apostolicae. vel versabitur in definito munero thesium, quae artius sive cura rebus in dissertatione tractatis sive cum disciplinis quibus candidatus peculiariter operam dederit conectuntur; vel erit lectio palam habenda de argumento delecto ex disciplinis quibus candidatus in primis studuerit.

Art. 43. — Universitas vel Facultas exemplar singularum dissertationum approbatarum ad Sacram Congregationem de Seminariis et Studiorum Universitatibus et ad omnes Universitates vel Facultates studiorum ecclesiasticorum canonice erectas et approbatas, saltem propriae nationis, mittere debet.

Titulus V

De rebus didacticis et oeconomicis
(Const. Apost., art. 47-52)

1. — *Aedificium*
(Const. Apost., art. 47)

Abt. 44. — Auditoria sint satis ampla, aeri pervia, decora, ad leges hygienicas et ad consuetudines scholarum in singulis regionibus vigentes accommodata.

2. — *Bibliotheca c/ adiumenla scientifica*
(Const. Apost., art. 48-49)

Art. 45. § 1. - Quaevis Universitas vel Facultas bibliotheca *consuUationis* instruatur, in qua inveniantur opera sacra et profana praecipua, ad laborem scientificum tam Professorum quam auditorum necessaria.

§ 2. - Diligenter providendum et certa pecuniae summa deposita cavendum est, ut bibliotheca non solum primo constituatur, sed etiam singulis annis voluminibus tam antiquis quam recens scriptis atque praecipuis *periodicis* secundum naturam Universitatis vel Facultatis augeatur.

§ 3. - Bibliothecae leges et normae tales statuantur, ut necessitatibus Professorum et auditorum quam maxime consulatur, simulque auditores a periculo vel temporis inutiliter terendi vel damni in fide vel moribus patiendi sedulo praeserventur.

§4. - Si singula instituta et laboratoria scientifica suam quodque bibliothecam non habeant, saltem curandum est ut accessus ad bibliothecam omnibus communem facile pateat.

Art. 46. — § 1. - Instituta ac laboratoria scientifica secundum rerum usum et necessitates aetatis nostrae adiuinentis omnibus instruantur.

§ 2. - Nulli disciplinae ea desint quibus, pro sua quaeque natura, opus habet ad res suas accurate explanandas et illustrandas, ut sunt tabulae geographicae et historicae, summaria statistica, instrumenta scientifica.

3. — *Professorum et Officialium honorario, atque auditorum tributa*
(Const. Apost., art. 50-52)

Art. 47. — Universitatis vel Facultatis Statutis definiatur quanta Professoribus et Officialibus pro diversis eorum gradibus pendenda sint honoraria. Qua in re ratio habeatur legitimarum consuetudinum in singulis regionibus vigentium et iustarum legum quas similia Athenaea sive publica sive privata sequuntur.

Αλτ. 48. — § 1. - In statuendis quae ad normam art. 51 Constitutionis Apostolicae ratione muneris depositi addicenda sunt, genoratim ea serventur quae in singulis regionibus pro casibus similibus statui solent.

§ 2. - Statutis Universitatis vel Facultatis accurato definiatur secundum quas regulas et normas singulis emerita honoraria addicantur.

§ 3. - In regulis et normis, de quibus in § 2, clare significetur qua cautione oeconomica Universitas vel Facultas fidem interponat fore, ut emerita honoraria certo solvantur.

Αλτ. 49. — § 1. - In definiendo quantum auditores ad Universitatis vol Facultatis sumptus conferre debeant, serventur normae in aliis Athenaeis similibus vigentes, ratione tamen habita communis condicionis oeconomicae auditorum.

§ 2. - Universitas vel Facultas opportunis modis provideat, ne tributorum lege via graduum academicorum illis praecludatur, qui claro ingenio praediti spem faciimt se Ecclesiae valde utiles esse futuros.

§ 3. - Quibus condicionibus tributorum solutio auditoribus aut plene remitti aut in posterum differri possit, simili modo definiatur ac in aliis eiusdem risionis Athenaeis.

§ 4. - Universitas vel Facultas enitatur ut. quantum fieri potest, eae pecuniae augeantur ex quibus auditorum, qui id merentur, indigentiae succurratur, atque peculiaria constituantur beneficia scholastica, quae vulgo *Bursae studiorum* appellantur, in auditores optimos alendos et sublevandos eroganda.

§ 5. · Universitas vel Facultas singulis annis pervulget quae et quibus condicionibus beneficia scholastica auditoribus conferantur.

Quas Ordinationes omnes et singulas Ss.mus D. N. Pius divina Providentia Pρ. XI ratas habuit, confirmavit, evulgari iussit. contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Callisti. die 12 mensis Iunii, in festo Sacratissimi Cordis Iesu. anno 1931.

C. Card. Bisleti, *Praejectus.*

E. Ruffini, *Secretariat.*

APPENDIX I

Disciplinae speciales et cursus peculiares secundum art. 27 Ordinationum

(Quae hic exempli causa spiciuntur, neque numero neque nominibus definita sunt, cum et augeri et dividi et diverso modo appellari possint).

I. - *Facultas Theologica*

Historia sacrii Veteris et Novi Testamenti;— Theologia biblica Veteris et Novi Testamenti; — Quaestiones selectae de Inspiratione et Hermeneutica, ratione praesertim habita relationis ad Theologiam fundamentalem et dogmaticam; — Exegesis praecipuorum textuum dogmaticorum Veteris et Novi Testamenti; — Doctrina theologica alicuius Patris vel Doctoris Ecclesiae; — Quaestiones selectae ex Patrologia; — Interpretatio textuum selectorum SS. Patrum et S. Thomae Aquinatis; — Quaestiones selectae ex Theologia dogmatica speculativa; — Quaestiones selectae ex Theologia morali speculativa; — Quaestiones recentiores Apologeticae; — Mariologia; — Theologia pastoralis: — Theologia mystica; — Theologia liturgica; — Quaestiones selectae ex Arohaeologia Christiana; — Eloquentia sacra; — Catechetica; — Paedagogia; Historiographia ecclesiastica; — Historia religionis; — Historia dogmatum; Historia conciliorum; — Historia theologiae, in primis scholasticae eiusque

methodi; — Historia et Fontes theologiae moralis; —ı Historia et Fontes iuris canonici; — Historia liturgiae; — Historia missionum; — Missiologia; — Are sacra; — Linguae antiquae ad disciplinas Facultatis utiles.

SECTIONES: *Bibiira, Dogmatica, Historica, Moralis, Iuridica.*

· *Facultas Iuris Canonici*

Ius ecclesiasticum orientale; — Ius liturgicum; — Ius missionum; — Ius romanum; — Diplomatia ecclesiastica; — Oeconomia socialis; — Notiones statisticae; — Medicina legalis; — Iurisprudentia ecclesiastica; — Praxis processualis canonica; — Methodologia historico-iuridica; — Epigraphia iuridica; — Diplomaties et Palaeographia iuridica; — Historia iuris romani; — Historia diplomatiae ecclesiasticae.

Sections: *Dogmatica, Practica. Historica.*

3. - *Facultas Philosophica*

Quaestiones selectae ex singuli partibus philosophiae; — Aesthetica; — Moralis socialis et Sociologie; — Expositio doctrinae alicuius ex praecipuis philosophis cum interpretatione textuum selectorum; — Ius gentium; — Paedagogia; — Philosophia scientiarum; — Biologia generalis;— Anthropologia; — Mathesis superior; — Physica theorica; — Chimia generalis; — Methodologia historica; — Historia unius alteriusve partis philosophiae.

Sections: *Metaphysica, Ethica, Sociologica, Scientifica, Historien.*

APPENDIX II

Normae ad quas, secundum art. 3 Ordinationum, Universitatis vel Facultatis « Statuta » conficienda sunt

Statuta Universitatis vel Facultatis, praemissa brevi eiusdem historia, declarare debent:

1. — Quem finem Universitas vel Facultas prosequatur; ex quibus scholis constet; quos gradus academicos conferat.

2. — Quis sit Magnus Cancellarius; ex quibus et quomodo eligatur Rector Magnificus vel Praeses et quamdiu munere fungatur.

3. — Quomodo nominentur Decani ceteraeque. si quae sint, Auctoritates Academicae atque Officiales tam maiores quam minores; quamdiu officio fungantur; quae sint eorum munera; ob quas rationes munus suum deponere possint; quae sint eorum honoraria ordinaria et emerita.

4. — Quae consilia habeantur; quomodo consiliarii nominentur; quamdiu in officio permaneant et quae eorum sint mimera et iura.

5. — Quae inter Universitatem vel Facultatem ex una parte et clericorum Seminaria vel Collegia ex altera sint rationes; quomodo inter illam et ista distinctio servetur et mutuum auxilium foveatur.

(n — Qui sint Professorum ordines et quot saltem in ordinem Professorum ordinariorum cooptari debeant; quomodo singulorum ordinum Professores nominentur; quae sint normae petendae vel dandae missionis canonicae; qua ratione ab imo ad alium ordinem ascendere possint; quamdiu officio fungantur; quae singulorum ordinum sint munera et iura; quae in singulis sint annua honoraria et horum statis temporibus amplificationes; quae sint honoraria emerita; quibus poenis et quando professores plecti possint.

7.— Quaenam auditorum sint genera; quaenam documenta et quae condiciones ante ascriptionem requirantur; quae pecuniae sint solvendae; quibus condicionibus tributa remitti possint; quae sint condiciones ut quis ex alia Universitate vel Facultate recipi possit; quibus poenis et quando auditores plecti possint.

S. — Quae sit studiorum ratio cum elencho disciplinarum principalium et auxiliarium et specialium atque etiam cursuum peculiarium pro unaquaque Facultate et pro singulis gradibus academicis consequendis; quae disciplinae pro singulis curriculi annis praescriptae sint; quae disciplinae speciales seu cursus peculiares ab auditoribus seligi possint; quot horis in hebdomada singulae disciplinae et cursus tradantur; quae exercitationes, instituta et laboratoria scientifica singulis curriculi annis ab auditoribus frequentari debeant; quae praescribantur examina et quae sint condiciones necessariae ad singulos gradus academicos adipiscendos; quomodo Professores indicium suum de candidatis proferant; quae documenta graduum academicorum concedantur.

9. — Quae bibliothecae, instituta ac laboratoria scientifica habeantur et quibus normis generalibus haec omnia regantur.

10. — Quodnam patrimonium habeat Universitas vel Facultas, quomodo id administretur eiusdemque reditus impendantur; cuiusnam indicio annua ratio accepti et expensi tam praeventiva quam consumptiva, quae dicuntur, subsit; quaenam inspectiones sive ordinariae sive extraordinariae ad pecuniae in scrinio asservatae tutelam habeantur.

APPENDIX HJ

Normae pro ‹ Relatione triennali ad Sacram Congregationem de Seminariis et Studiorum Universitatibus, secundum art. 4 Ordinationum, mittenda.

Quattuor partes distinguantur: *scientifica, didactica, moralis, oeconomica.* De singulis haec referri debent:

1. — Incrementa quae scholis, bibliothecis, institutis ct laboratories scientificis allata sint; quid Universitas vel Facultas ad scientiarum incrementum contulerit; quae opera vel dissertationes sive a Professoribus, sive ab aliis, auspice tamen Universitate vel Facultate, edita sint.

2. — Quae calendaria et scholarum programmata Universitas vel Facultas secuta sit.

3. — Quae sive ad Professorum sive ad auditorum statum spectent-

4. Ratio accepti et expensi superioris triennii.

Sacra Congregatio de Propaganda Fide

VICARIATUS APOSTOLICUS DE KIRIN[1]

EPISTOLA

AD emum cardinalem praefectum s. congregationis de propaganda fide

DE PARTICIPATIONE FIDELIUM IN HONORIBUS CONFUCIO EXHIBITIS IN MANCIUKUÔ [2]

(apud *L'Osaerratore Romano,* 2 lulil 1936, p. 1)

Hsinking,[3] le 25 mars 1935

Eminence Rév.me,

Dans la lettre 18/34 que j'eus l'honneur d'adresser à V. E. le 7 nov. 1934, je crus devoir attirer son attention sur une réviviscence possible du culte de Confucius en Mandchourie[4] et sur les difficultés qui pourraient se présenter à ce propos soit pour nous-mêmes soit surtout pour nos chrétiens. Dans la réponse qu'elle me fit l'honneur de m'adresser dans la lettre 4528/34 du 3 décembre de la même année, Votre Eminence exprima le désir que les Ordinaires du Manchoukuo étudient ensemble cette délicate question, de manière à pouvoir offrir

1 Vic. Ap.cus de Kirin mine est Ex.mus et Rev.mus D. Augustus Gaspais, ex Societate Miss. Exter. Paris., natus 23 april. 1884; Circiter 100 Idiom. distat a Kirin, nova civitas capitalis Status Manciukuô, oliin Chang-chun, nunc Hsin-King nuncupata. Intuitu novae conditionis rerum, post separationem Manciukuô a republica Sinensi, Sacra Congr. de Propaganda Fide mandavit ipsi Remo Domino Gaspats ut cum novis civilibus auctoritatibus res tractaret, etiam nomine aliorum Ordinariorum regionis (cf. *Guida delle Missioni Cattoliche,* Roma 1935, p. 51 nota).

2 Manciukuô, vel Manchukuo Die 1 martii 1932 proclamata est independentia illius novi Status qui Coreae, Siberiae sovieticac, Mongoliae et reipublicae sinensi adiacet» Licet nullo censu hucusque determinetur numerus incolarum, aestimatur tamen non esse infra 30 milliones *(Manchukuo Year Book,* 1934, p. 20). Usque ad independentiae proclamationem, tota haec regio tum politice, tum ecclesiastico ad Sinas pertinebat.

3 Usin-King, nova urbs capitalis, ubi martii 1932 solemniter celebrata est inauguratio status Manciukuô.

4 Confucius non est nisi latina veste donatus *King fu tse,* sci. Magister K'ung. Natus 551 ante Christum, mortuus 479. Eius doctrina, mixta dictis suorum discipulorum continetur quinque libri canonicis, seu magnis *Chim,* et tribus ex «*quatuor libris* ·, seu *se sciu.* Praecepta moralia et politica exhibent; nullam vero proprie dictam religionem. Cultus cius · ut propagatoris civilizationis et bonorum morum » circa initium aerae christianae Sinas occupare caepit. «Il est juste de dire que c'est Confucius qui a donné à la Chine sa véritable tradition » (Gordien, *Histoire Generale de la Chine,* I, p. 162). « En Confucius le génie de la race a pris conscience de lui-même » (Ed. Chavannes, *Confucius,* lu *Revue dc Paris,* 1908, p. 828; cf. etiam S1IYHOCK, *The origin and Development of the State cult of Confucius,* 1932 et Henri Bernard, *Sagesse Chinoise et Philosophie chrétienne,* Tien Tsin 1935, p. 26 sa.).

à la S. C. de la Propagande des éléments qui lui permettent de nous donner quelques directives pratiques.

Conformément aux instructions de V. E., j'ai invité les Ordinaires[1] du Manchoukuo à se réunir à Hsinking afin d'étudier minutieusement les délicats problèmes posés par ce renouveau confucianiste, problème d'une actualité d'autant plus immédiate que les multiples efforts du Gouvernement pour promouvoir le culte de Confucius ne nous permettent pas d'éluder cette épineuse question.

Pour éclairer le débat, et pour avoir une base plus sûre d'appréciation, je résolus de m'enquérir d'abord auprès des Autorités officielles du sens donné actuellement par eux au culte rendu à Confucius. C'est pourquoi, en date du 27 février 1935, j'adressai au Directeur de la Section culturelle du Ministère des affaires Etrangères[2] la lettre suivante:

« M. le Directeur, Désireux de voir tous les catholiques remplir fidèlement leurs devoirs patriotiques sans que ces devoirs se trouvent en conflit avec les exigences de la liberté de conscience, j'ai l'honneur de vous soumettre le doute suivant.

Les honneurs rendus à Confucius, soit dans les écoles, devant son image ou sa statue, soit dans les temples devant sa tablette, constituent-il, dans l'esprit du Gouvernement, un culte religieux, analogue à celui qu'on rend à une divinité, ou bien un hommage purement civil rendu à un grand homme, à un grand philosophe, à cause de la valeur de ses enseignements et de leur importance pour la formation morale de la nation ? Daignez agréer... ».

Quelques jours plus tard, le Ministère des Affaires Etrangères me communiquait le réponse faite par le Ministère de l'Education [3], auquel ma lettre avait été transmise:

« Nous avons reçu de votre Bureau la copie d'une lettre qui vous a été adressé le 27 février par l'Evêque représentant les Missions catholiques du Manchoukuo, lettre dans laquelle on demande d'expliquer clairement le sens des honneurs rendus à Confucius. — Les cérémonies en l'honneur de Confucius ont uniquement pour objet de manifester extérieurement la vénération qu'on a pour lui, mai elles n'ont absolument aucun caractère religieux. Confucius a condensé l'enseignement des anciens sages, il a mis en lumière la doctrine royale a wang-tao » [4]; ses enseignements sont la base de la morale individuelle,

1 Nomine Ordinariorum illius regionis intclllguntur non tantum II qui ad provinciam ecclesiasticam Manchuriae spectant *(Fushun, Ilan, Kirin, Mukden, Szeping-kai, Tsilsihar, Yenki)* sed partem etiam Mongoliae, novo Statui adnexae (*Yungping, Jehol, Chi'ifeng).* Praeter clerum Indigenum, inveniuntur sex instituta missionaria diversa, quibus Vicariatus vel Praefecturae Apostolicae concreduntur.

2 Iuxta novam ordinationem regiminis politici, octo « ministeriis » dividitur administratio publica. Quae autem pertinent ad educationem reguntur a magisterio proprio, cui igitur translata est petitio.

3 Hoc ministerium tres mensas *(bureaur)* complectitur: do generalibus rebus, de educatione proprie dicta, de religionibus et socialibus, quae dicuntur, operibus (cf. *Manchukuo Year Book,* 1934, p. 77 et 81). Expresse ipsi commendatur cura festivitatum et « promotio amoris patriae » (id. Ibld. p. 77).

4 *Wang tao* seu regula benevolentiae, licet numquam fuerit clare dertnita, statuitur ut principium fundamentale novae administrationis iu ipsa proclamatIone *Pu-gi,* tunc praesidia

de la morale familiale et du gouvernement de» Etats; ils constituent une règle sûre pour ceux qui aajuinotit la charge de gouverner les peuples. Le Manchoukuo ayant adopté la « doctrine royale» connue principe de son gouvernement. tous les citoyens doivent participer aux cérémonies an l'honneur de Confucius et montrer ainsi qu'ils sont animés d'un loyal patriotisme. — Nous vous prions do bien vouloir transmettre copie de notre réponse à l'Evêque. - Direction des ‹luîtes - Ministère de l'Education. Le 5 mars de la année de K'ang-tee (1935) ; L

Ayant entre les mains cette déclaration officielle sur le sens donné par les dirigeants du Manchoukuo au culte rendu à Confucius, les Ordinaires réunis à Hsinking le 12 mars 1935 sous ma présidence, ont discuté et examiné la question de savoir si et dans quelles limites on pouvait permettre aux chrétiens de participer, soit individuellement, soit en corps (écoles, armée, fonctionnaires) aux cérémonies confucianistes. \

Nous avons groupé les divers cas qui pouvaient se présenter sous cinq chefs principaux. Sans jamais perdre de vue la doctrine théologique sur la coopération, nous avons étudié ces questions à la lumière du can. 1258 § 2 2 sur la participation des catholiques aux cérémonies des acatholiques; nous nous sommes également inspirés de la lettre qui m'a été confidentiellement communiquée par la S. C. de la Propagande sur le Shintoïsme au Japon.

Voici maintenant les réponses que nous avons cru devoir faire à chacune des questions posées, après en avoir longuement délibéré, n'ayant d'autre souci que de sauvegarder l'intégrité de la foi catholique, et de procurer la paix à la conscience de nos chrétiens.

nunc Imperatoris status Mauchu/ikuo (Cum enim particula affixa *kuo* regnum significet, *ti-kuo* vero imperium, mutatum est nomen, adiectione syllabae fi, die 1 martii 19.34, occasione novae dynustiae institutae); dixerat enim in sua proclamations (9 martii 1932) novum Statum fundari « in bonis moribus et benevolentia ».

Definitur autem illud principium maxime per oppositionem ad « Tria principia » (sive « triplicem demismum ») doctoris Sun v.vi' sen quae invocantur a *Kuomintang* Sinensium, et quae, iuxta dogma politicum Status Manciukuô, destruunt pacem et amicitiam cum omnibus alienigenis. (Cf. declarationem creationis Manchukuo, 1 martii 19.32. *Manchukuo Yea Book,* 1931, p. 58 ss.; nccnon, ibid., p. 100 ss., dissertationem Doctoris Jinichi Yano, nipponensis dc essentia *Wang tao).* Omnes libri textus in scholis qui Tria Principia Sun Y.vr sen sequebantur et praedicabant, ut contrarii novis principiis administrationis, semoti sunt, et eorum loco libri classici veterum Sinensium, Confecit maxime, introducti sunt * ad moralitatem et religionem · tuendam (ibid., p. 090).

1 Nova haeo aera incepit, iuxta morem Sinensium, ab inauguratione dynastiae imperialis ‹l martii 1934). Aera immediate praecedens, et quae duobus annis tantum duravit, vocabatur Γ.ντσχυ. — TATUNG et K'ang-tee, sive Κγδνοτκ sunt nomina ipsorum Imperatorum.

2 Can. 1258 § 1: *Haud licitum est fidelibus quovis modo active assistere seu partem habere, in sacris acalholicarum;* § 2: *Tolerari potest praesentia passiva scu mere materialis, civilis officii cel honoris causa, ob gravem rationem ab Episcopo in casu dubii probandam, in acatholicorum funeribus, nuptiis, similibusque solemniis, dummodo perversionis et scandali periculum absit.*

I *linage de Confucius exposée dans les écoles: les honneurs qui lui soul rendus'.*

k - *Ecoles des Missions.*

Q- 1.- Si les autorités légitimes du pays en donnent l'ordre, peut-on tolérer dans nos écoles de Missions l'exposition de l'image de Confucius ?

R. - Oui.

Q. 2. - Peut-on placer cette image dans une espèce do niche plus ou moins ornée, ressemblant à celle dans les-quelles les païens honorent les tablettes de leurs ancêtres t

R. - *Tolerari potest,* s'il y a un ordre formel et qu'on ne puisse l'éluder. Dans un cas comme dans l'autre on fera clairement savoir aux élèves qu'il s'agit d'un culte purement civil.

Q. 3. - Peut-on permettre aux élèves, si l'autorité l'impose, de faire une inclination plus ou moins profonde devant l'image de Confucius ainsi exposée?

R. - *Tolerari potest.*

Q. 4. - Si dans une école chrétienne, on recevait l'ordre d'installer devant l'image de Confucius une sorte d'autel avec chandeliers, encens, etc., pourrait-on tolérer cette manière de faire?

R. - *Non,* parce que malgré la réponse des dirigeants sur le caractère civil du culte rendu à Confucius, cette cérémonie présenterait trop de similitude avec les rites religieux ou superstitieux et pourrait entraîner le scandale.

. B - *Ecoles païennes.*

Q. 1. - Quelle conduite doivent tenir des élèves chrétiens qui fréquentent une école païenne et sont contraints de prendre part aux honneurs à Confucius?

R. - On leur suggérera privatim de se contenter d'une assistence passive, tolérant, comme das les cas indiqués plus haut, l'inclination...

1 Id est latine (ut legitor apud *Collectanea Commissionis Synodalis* (Peiping) IX (1936) p. 869 es.):

I- — IMAOO CONFVCIX IX SCHOLIS EXPOβITΛI HONORES QUI EI TRIBUUSTUR:

A — *SCHOLAE MISSIONUM.*

1. — Mandato ab Auctoritatibus legitimis regionis dato, potestne tolerari in scholis Missionum expositio Imaginis Confucii?

R- — *Affirmative.*

2. — Licetne hanc imaginem collocare in quadam aedicula plus minusve ornata, quae eis similis est, in quibus pagani tabulas maiorum suorum honorant?

R. — *Tolerari potest,* dato formali mandato, quod eludi non potest. In omni casu alumni clare certiores faciendi sunt, rem agi de *cultu mere civili.*

3. — Licetne alumnis permittere, si Auctoritas hoc imponit, ut inclinationem, plus minnsve profundam, coram imagine Confucii, sic exposita, faciant?

R. — *Tolerari potest.*

1. - - Si cuidam scholae Christianae mandatum refertur, ut coram imagine Confucii quoddaiu altare cum candelis incenso, aliisque rebus collocetur, liceretne hunc modum agendi tolerare?

R. — *Non,* quia, quamvis a Dirigentibus responso dato de indole civili cultus Confucii tributi, haec tamen caeremonia nimiam similitudinem exhiberet cum ritibus religiosis ct superstitiosis, atque etiam scandalum secum ferre posset.

B — *SCHOLAE PAGANAE.*

I. — Quomodo se gerere debent alumni Christiani, qui scholam paganam frequentant et adiguntur, ut suas partes tribuant honoribus, quibus Confucius afficitm·?

Q. 2. - Si, dans un village païen, le maître d'école, ne pouvant se procurer une image de Confucius, écrivait son nom sur une tablette, ponrrait-on lui rendre les mêmes honneurs qu'à son image?

R. - *Tolerari potest.*

Il — *Ecoliers, militaires, fonctionnaires conduits en corps à la paged*

Q. 1. - Quid d'un chrétien au service des autorités chargées du sacrifice et accomplissant au moment même des fonctions subalternes qu'il ne peut refuser d'accomplir sans subir un dommage grave, v. g. la perte de sa place?

R. - Coopération prochaine, mais purement matérielle, donc en cas de grave nécessité, *tolerari potest.*

Q. 2. - Quid d'un élève chrétien invité à chanter soit seul, soit avec d'antres pendant le sacrifice?

R. - S'il s'agit de chants en rapport avec le sacrifice, *non, licet.* S'il s'agit de chants patriotiques ou d'hymnes en l'honneur de Confucius, sans aucun caractère religieux, *tolerari potest.*

Q. 3. - Si le sacrifice terminé on impose l'inclination, alors que les victimes sont encore exposées, quel sera le devoir d'un chrétien?

R. - On peut considérer cette dernière partie de la cérémonie comme un culte civil, donc *tolérer* l'assistance passive.

Q. 4. - Quid du partage de la victime?

R. - *Nullo modo tolerari potest.*

R. — Suggerendum est eis private, ut *assistentia passiva* contenti sint, et toleranda inclinatio..., ut in casibus supra indicatis.

2. — Si in vico pagano magister scholae, qui imaginem Confucii sibi providere non potest, nomen Confucii in quadam tabula scriberet, liceretuc huic tabulae eosdem honores atque imagini Confucii tribuere?

R. — *Tolerari potest.*

IT. — Alumni, militares, officiales corpore
CONDUCTI IN PAGODAM.

1. — Quid de Christiano, qui munere fungitur penes Auctoritates, quae de sacrificiis curant, et in ipso momento sacrificii functiones subalternas administrat, quas recusare nequit, quin subeat magnum damnum, v. g. iacturam officii sui?

R. — Cooperatio proxima, sed mere materialis, in casu gravis necessitatis, *tolerari, potest.*

2. — Quid de alumno Christiano, qui invitatus est, ut sive solus sive una cum aliis tempore sacrificii cantet?

R. — Si agitur dc cautibus, qui *ad ipsum sacrificium perlinent, nan licet.* — Si autem agitur de cantibus patrioticis sive de hymnis iu honorem Confucii, qui *omni religiosa indole carent, tolerari potest.*

3. — Si, sacrificio completo, inclinatio mandatur, dum victimae adhuc expositae sunt, quomodo Christiani se gerere debent?

R — Haec ultima caeremoniarum pars tamquam cultus civilis considerari, ideoque assistentia passiva tolerari potest.

I. — Quid de participatione victimae?

R. — *Sullo modo tolerari potest.*

XHIBΠS'9H

Appendix II. · Acta 8. Oongregationis de Propaganda Fido

(loopératiM pécuniaire a la eonstruetion au a la reparation des ptu/odes,

Q. *1.* · Peut-on coopérer financièrement a la construction ou à lu réparation des temples ou de tout autre édifice en l'honneur de Confucius?

IJ. - *Tolerari potest.*

Q. - Peut-on agir de même s'il s'agit do temples destinés à im autre culte?

R. - Distinguer: s'il s'agit d'une luxe comprise « in globo » dans les autres impôts, alors *tolerari potest. S'il* s'agit d'une taxe spéciale prélevée pour couvrir les frais de construction ou de réparation, alors *tolerari nequit.*

Les taxes peçues à propos des comédies sont soumises à la même distinction. S'il s'agit d'une comédie superstitieuse, organisée v. g. par suite d'un voeu, les chrétiens ne peuvent y coopérer. S'il s'agit d'une comédie jouée au titre de réjouissance populaire, lu paiement de la taxe peut être toléré.

Assistentl aux funérailles païennes.

Bien que cette question ne fa.-se pas partie de celles qui se rattachent au culte de Confucius, elle est d'un intérêt très actuel et mérite d'être étudiée.

1. - Funérailles privées — le salut (inclination) devant les morts, autrefois rigoureusement interdit aux chrétiens, semble perdre de plus en plus son caractère religieux. L'évolution des moeurs, la mentalité actuelle, qui tend à voir dans cette inclination un hommage civil au mort à l'exemple de ce qui se fait en Occident, enfin plusieurs précédents, paraissent pouvoir nous autoriser à *tolérer* à l'avenir cette salutation.

ill. — Cooperatio pecuniaria in constructione VEL REPARATIONE PAGOBARCM.

1. — Licetue pecunia cooperari in constructione vel reparatione temploiuiu aut cuiusvis ulterius aedilicii, iu honorem Cmifuci erectil

B. — *Tolerari potest.*

2. — Licetne se habere eodem modo, si agitur do templis, quau ad alium cultum destinata sunti

K. — Distinguendum œt: Si agitur de contributione, quae « iu globo » aliis vectigalibus continetur, *tolerari potest.*

Si vero agitur de contributione speciali, quae ad sumptus constructionis vel reparationis iiL-umcndos constituta est, *tolerari nequit.* — Contributiones impositae ad apparandae *coinoedias* eidem destinationi submittuntur. Si ergo agitur de comoedia superstitiosa, v. g. ex voto edita, *Christianis ei cooperari non licet.* Si autem agitur «le comoedia, quam edunt *in delectutionem populi,* contributio *tolerari potest.*

IV. — Assistentia ad funera pagana.

Licet haec quaestio non pertineat ad eas, quae cultum Confucii spectant, maxime tauieu tempestivi momenti est et digna sane, in quam studium conferatur.

1. — Funera piivatu. — Inclinatio coram defunctis, olim Chrutlanis rigoroso interdicte, religiosam suam indolem magie magisque amittere videtur. Evolutio morum, actualis mentantes, quae eo tendit, ut in hac inclinatione obsequium civile conspiciet, defuncto tributum, uti in Occidente fieri solet, complurcsque casus praecedente^ videntur nobis auctoritate munire posse, tempore futuro hunc salutationem tolerandi.

2. - S'il s'agit d'une assistance purement passive, *tolerari potent.* Cette tolérance s'étend à l'inclination et aux autres actes extérieurs d'hommage qui (in re mixta · se rapporteraient à la partie purement civile de la cérémonie.

En soumettant le présent compte-rendu à *V.* E., il m'est agréable de vous assurer que la plue parfaite union a régné entre tous les membres de la Conférence. Tous ont admis que dans cette question, on devait user de la plus grande discrétion, sans jamais écrire ni discourir sur ce sujet, se bornant au fur et à mesure des circostances, à donner en particulier aux missionnaires ou aux chrétiens les conseils et directions adaptés à chaque cas qui se présentera.

Dans cette question comme dans toutes les autres, les Ordinaires du Manchoukuo renouvellent leur entière et très respectueuse soumission aux directions du Saint-Siège.

Daignez agréer...

A. Gaspais, Ev. Vicaire Aposi.

EPISTOLA

AD REVMUM ET EXMUM DOMINUM A. QAbPAIS, VICARIUM AP.CUM DE KLEIN, DE PARTICIPATIONE FIDELIUM IN HONORIBUS CONFUCIO EXHIBENDIS, ALIISQUE RITIBUS

[apud *Collectanea Commissionis Synotlfrlis* (Peiping) IX (1936) pug. 868 s1]

Roma, die 28 mensis mail 1935

Excellentia Vestra huic Sacrae Congregationi, die 25 mensis martii anni currentis (1935), decisiones exposuit, quas Ordinarii de Manchoukuo, approbationi Sanctae Sedis esse subiicientes, fecerunt de participatione Catholicorum in signis obsequii, ab Auctoritatibus in honorem Confucii praescriptis, et in aliis publicis caeremoniis.

Propter particularem huius argumenti gravitatem, haec Sacra Congregatio, postquam in accuratum huius quaestionis studium et incubuit Ipsa et alios incumbere fecit, rem ad Sanctitatem Suam referre censuit opportunum.

Summus igitur Pontifex in Audientia diei 16 mensis currenti (maii) 1935, perspectis cum expositione Excellentiae Vestrae tum voto, quod Excellentia Sua Mgr Celsus Costantini[2] scripserat, haec cogitata elocutus est:

2. — Si agitur de *assistentia mere passiva, tolerari latest.* l(ace tolerunt-iu svsc extendit ad inclinationem et ad nlios externos actus venerationis, qui in re mixta * caeremoniarum partem mere civilem attingunt.

1 In commodum Sociorum adbibemus versionem istam latinam, quae publicata est apud ('•*UceUmea Commissionis Si/nodalis,* 1. c.; originalis textus, lingua Italica editus, legitur apud *// Osservatore Romano, 2* Iulii 1936, p. 2.

2 Eximus ct Rcvnius Dominus Cedsis (Vstaxtixi, olim Delegatus Ap.cus iu sinis uuiic Sccruluriua S. Congregationis de Propaganda Fide.

1. - oportet, ui Ordinarii de Manohoukuo ad evitandam omnem ra« ttonem scandali, quae quocumque modo occurrere poterit, notam laciant, necessaria servata prudentia, quam rerum adiimcta suggerunt, epistolam, in qua Directio Cultum de Manohoukuo recenter asseveravit, caeremonias in honorem Confucii peractas ‹ absolute non habere ullam religiosam indolem ;

2. - oportet, nt iidem Ordinarii, dum Christifidelibus normas tradunt, declarationem officialem sequantur;

3. - oportet, ut Sacerdotes, dato iureiurando circa ritus Sinenses[1] praescripto, instructionibus Ordinariorum adhaerescant, quaestiones et controversias vitantes.

Haec Sacra Congregatio ex parte Sua censet, Ordinarios, dum Christifidelibus normas tradant, sese accommodare posse decisionibus, quas unanimiter in Conventu suo, in civitate Sinking (Changchun) habito fecerunt. Videntur enim prudentes et bene ponderatae.

Faveat Excellentia Vestra alios Ordinarios de Manchoukuo de omnibus hisce rebus certiores facere eosque rogare, ut omni qua possint attentione evolutionem huius quaestionis semper prosequantur, et unanimi agant consensu.

(

Petris Card- Fumasoni-Biondi, *Praefectus*

Carolus Salotti. Archiep. Philipp., *Secretarium,*

III.

INSTRUCTIO

AD EXC.MUM I». PAULUM MARELLA. ARCHIEPISCOPUM TΓI. DOCLEEXSEM, DELEGATUM APOSTOLICUM IX JAPONIA, CIRCA CATHOLICORUM OFFICIA ERGA PATRIAM

(J. -4. *S.,* XXVIII (1936) p. 406 s.)[2]

Pluries instanterque ab hac S. Congregatione de Propaganda Fide aliquae normae expostulatae sunt de ratione qua catholici in laponia se gerere debeant, quotiescumque patriae leges vel mores illis quosdam certos actus perficere imperent vel suadeant, qui a ritibus religiosis non Christianis originem duxisse videantur.

In huiusmodi quaestione dirimenda in mentem revocare iuvat quae Sacra Congregatio iam ab anno 1659 sapientissima posuit principia, instructiones Missionariis impertiens:

« Nullum studium ponite[3], nullaque ratione suadete illis populis, ut ritus suos, consuetudines et mores mutent, modo non sint apertissime religioni et

1 Cf. de huc Annotationes iuiru.

2 Italicam versionem huius Instructionis habes apud *LO&strcalorc Romano, 2* iulii 1936; ubi etiam invenies (p. 1) generalem unandam in tria Documenta (N° 9, iu ct 11) introductionem.

3 Textus celeberrimae Ullus Instructionis, multoties typis mandatus. invenitur apud *Collectanea* S. *Congregationis de Propaganda Fide,* I, Romae 1907, ρ. 12: N. 135.

honiH moribus contraria... PidoH nullius gentis ritus et consuetudines, modo prava non sint, aut respuit aut lac,dit. imo vero sarta tecta esse vult. Et quoniam ea paene eat. hominum natura, ut sua. et maxime ipsas suas nationes, caeleris ot existimatione et amore praeferant, nulla odii et alienationis causa potontior existit, quam patriarum consuetudinum immutatio, earum maxime quibus homines ab omni patrum memoria assuevere... Quae vero prava exstiterint. nutibus magis et silentio quam verbis proscindenda, opportunitate nimirum captata, qua, dispositis animis ad veritatem capessendam, sensim sine sensu evellantur... ».

.Missionariorum est ergo et agnoscere et honorare laponensium pietatem et amorem in patriam atque fideles docere ne ceteris civilibus sint in amanda patria inferiores. Quod semper a missionariis praestitum est.

Quoad vero actus quibus laponenses suum manifestant amorem erga patriam. haec notanda sunt. Agitur de illis actibus, qui, quamvis ab ethnicis religionibus primitus orti, non sunt intrinsece mali, sed per se indifferentes, neque iubentur ut religionis signa, sed tantum veluti civiles actus ad pietatem manifestandam et fovendam erga patriam, omni intentione remota compellendi sive catholicos sive non catholicos ad significandam quamlibet adhaesionem religionibus a quibus ritus illi orti sunt.

Hoc ipsae Imperii laponici auctoritates explicite non semel declararunt, innixae principio libertatis religiosae et illa distinctione, iam a Gubernio laponico statuta et promulgata, inter obsequium nempe shintoisticum nationale (ad nationalia **Jinja**1) et cultum shintoisticum religiosum. Enimvero templa seu monumenta obsequio civili dicata a diversa pendent gubernii Administratione quam quae ritibus religiosis inserviunt. Archiepiscopo Tokiensi 2 petenti, die 22 sept. 1932, a Ministro Instructionis Publicae utrum: *t pro certo retinendum esset rationes ob quas adsistentia alumnorum scholarum huiusmodi actibus requireretur esse rationes patrii amoris et non religionis* », Vices Gerens Ministri respondit : « *Visitatio ad nationalia templa seu* ***Jinja*** *exigitur ab auditoribus scholarum superiorum et ab alumnis scholarum mediarum et primariarum ob rationes quae se referunt ad programma educationis.* ***In*** *jacti specie, salutatio quae requiritur ab agmine auditorum scholarum superiorum et alumnorum scholarum mediarum et primariarum nullum alium finem habet quam manifestandi sensu amoris patrii et fidelitatis* ». Quem finem mere civilem ipsae leges de Publica Instructione confirmant, ut patet ex lege data die 3 augusti 32 anno Meiji (1899) 3 vetante educationem religiosam impertiri vel caeremonias religiosas

1 *Jinja* vox est japonica indicans templum vel saccellum shintoisticum (a Shinto shrine: et. Saït o, *Japoncse-Enolish Dictionary,* Nichieisha 1931, p. 319). Multa sic dicta templa nou sunt nisi aediculae, quae nullum hominem capere possunt·, et circa quas, non in quibus, honores exhibentur. Templa vero buddhistica, *tera* vocantur.

2 Exc.mus et Rev.mus Dominus Chambon, Miss, Exter. Paris.

1 *Meiji* vocantur aera « restaurationis › quae cinn imperatore Mutsuhito incepit. Neutral itas religiosa scholarum consectarium est libertatis conscientiae, in Constitutione Nippouica stabilitae, ct compulsoriae instructionis, pro universis pueris et puellis, qualis exsistit in Japonla. PInra de hodierna rerum condicione ct de evolutione eius, praesentia respiciens Decreta edidit La *Civillà Caltotica* (Romae) nxxxvn (1936), vol III, p. 101 es., 186 ss., 279 ss.: *Evolnzioni di popoli e nuove prowidenze delta Chtesa.*

celebrari in scholis publicis nev non in scholis quae submissae sint legibus et ordinationibus de disciplinis tradendis et de curriculo studiorum. Ex quo licet inferto caeremonias ad Jinja, al» auctoritatibus publicis imperatas discipulis, non induere religiosam naturam.

Idem videtur esse tenendum de publicis caeremoniis, quae statutis diebus, auctoritatibus intervenientibus vel foventibus, ad nationalia Jinja peraguntur, eum eaedem auctoritates hanc esse suam mentem non semel, directe vel indirecte, affirmaverint, et haec profecto sit late diffusa persuasio cultiorum hominum laponici Imperii et eorum qui laponensium mores et animos profundius scrutati sunt.

Simili fere modo, actus qui iuxta patrios mores fieri solent quibusdam in eventibus, ut ex. gr. occasione funerum vel matrimoniorum, quamvis et ipsi originem forte habuerint religiosam, adhibentur nunc temporis a plurimis in tota laponia absque ulla religiosa significatione, sed tantum ut urbana ratio manifestandi benevolentiam erga propinquos et amicos; ita ut amisisse videantur intrinsecam connexionem cum ethnicis religionibus et in meros civiles mores mutati esse.

Cum primo hoc considerationum genere, alterum, quod sequitur, stricte coniunctum apparet. Etenim, cum persuasio late diffusa sit agi non de ritibus religiosis, sed de mere civilibus consuetudinibus, catholici, qui renuant huiusmodi caeremoniis intéresse, facile incusantur. et facile ab hominibus vel non inimicis doctrinae catholicae creduntur esse frigidi erga patriam vel ingrati et inurbani erga familiares et amicos. Valde propterea optandum videtur ut removeantur causae huiusmodi publicae opinionis falsae et iniuriosae, quae non tantum fideles iaponicos multum afflictat, sed etiam animos avertit a via salutis ingredienda.

Haec Sacra Congregatio, omnibus ea attentione perpensis, quae rei gravitati convenit, viris peritis consultis, perspecta temporum ac morum evolutione, considerata mente Concilii Xagusakiensis anno 1890 celebrati, attentoque voto ab Excmis Delegati- Apostolicis E. .Mooney et P. Marella atque ab Ordinariis laponiae recentius manifestato, post maturam deliberationem in solemni consensu Eminentissimorum PP. Cardinalium Sacro Consilio christiano nomini propagando praepositorum, die 18 maii c. a. habitam, sequentes normas agendi tradendas esse censuit:

1. Ordinarii in territoriis laponici Imperii doceant fideles, caeremoniis, quae fieri solent ad monumenta Jinja a Gubernio civiliter administrata, annecti ab auctoritatibus civilibus (ut ex explicitis declarationibus pluries datis constat) itemque communi cultiorum hominum sensu meram significationem patrii amoris scilicet filialis reverentiae erga familiam imperialem et patriae benefactores; ideoque, cum huiusmodi caeremoniae valorem induerint mere civilem, catholicis licere interesse eis et more ceterorum civium agere, declarata sua intentione, si quando hoc necessarium apparuerit ad falsas interpretationes sui actus removendas.

